

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


Digitized by Google

L 9

HARVARD COLLEGE
LIBRARY



FROM THE LIBRARY OF
JAMES JACKSON HIGGINSON
(CLASS OF 1857)
OF NEW YORK

JUNE 15, 1917

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

L. ANNÆI FLORI

EPITOME

RERUM ROMANARUM

EX EDITIONE J. FR. FISCHERI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU CODICUM ET EDITIONUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A M.

1822.

Digitized by Google

L 9

Harvard College Library
June 15, 1917
From the Library of
James J. Higginson
New York

Digitized by Google

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO

DELPHINO

S. P. D.

ANNA TANAQUILLI FABRI FILIA.

Non possum facere, DELPHINE SERENISSIME, quin ego me unice laudem, ac mihi omnino gratuler, quod cum Di Superi me iis temporibus vivere voluerint, quibus Te totius orbis delicias Galliarum votis concessere, illud mihi etiam largiti sunt, ut non omnino studiis tuis, etsi minima, aliqua tamen parte juvandis forem inutilis. Ego certe augustum eorum munus illud esse judico, ut nihil supra mihi ab iisdem in vita possit contingere. Nam de Floro meo quem Tibi ego hodie consecro, DELPHINE SERENISSIME, mihi quidem certa fides est, fore ut ipse tuum sibi per se Numen conciliet. Mihi hanc fiduciam facit profundum illud tuum ingenium, et ad meliora studia acre judicium, quod utrumque in Te esse maximum, ut et alia quæ mirari potius in Te est quam laudare, nuper experta sum, dum Te Illustrissimi Montauserii ducis beneficio Terentium in Aula tractantem video, demiror, obstupesco; illum enim Tu istuc ætatis sic apte legebas et commode, ut Tibi puero viri etiam inviderent; ita solerter et acute intimos ejus sen-

Digitized by Google

sus eruebas, et explicabas perspicue, ut ejus veneres per Te cuivis facile paterent, quas vix centesimus quisque per se satis intelligit. Amabis itaque, DELPHINE SERENISSIME, amabis elegantissimum et acutissimum Scriptorem; neque poteris ejus sententiarum multa et dignitate et amœnitate non admodum delectari, cum utriusque spectator elegans sis. Sed est etiam aliud, et tute fatebere majus, quod mihi istam fiduciam auget, nuda scilicet Oratoris nostri materies, quam tibi egregie præter cætera gratam fore certum est: Tibi, inquam, quem Dii faventes in hoc unum protulere ut hominum genus, atque adeo totum orbem regas imperio.

Ille Tibi et bella, et pugnas, currusque triumphosque
Ante oculos sistet parva quasi picta tabella:
Sistet, et arcta Ducum captivis addita collis
Vincula.

Qui si maximi tui Parentis facta complecteretur, ipse Te ad ingentem ejus, hoc est, ad perfectissimi Herois imaginem fingeret. Sed quoniam quæ is sive ductu suo sive suis auspiciis gessit, ea sic compendiose tractari non poterunt, Tuum erit, DELPHINE SERENISSIME, cum, quæ hic Populi Romani facta narrat Florus, factis tuis quasi præludendo post Te longe reliqueris, tum demum per ætatem fortior ad maximum illum Parentem tuum animum intendere, ut cum totum eum quantus est recte perceperis, disjunctissima olim terrarum spatia, et obstantia montium juga, interjectique maris æquora amplexus, sic et Tui et Illius nominis mensuram impleas. Vale diu, DELPHINE SERENISSIME, et vive.

Lut. Paris. Prid. Non. Octob.
MDCLXXIV.

Digitized by Google

LECTORI

S.

JOH. FRID. FISCHERUS.

Quanquam in Grammaticis, hoc est, scriptorum veterum utriusque linguæ interpretibus idoneis et bonis, tot tantæque insunt virtutes, inesse quidem certe debent, quibus et parandis et confirmandis roborandisque et augendis vix sufficiant angusti brevesque vitæ hominum etiam longissimæ termini: tamen fugere potest neminem, quam male existiment, quam tenuiter sentiant, plerique, pro innata scilicet cunctis carpendi omnia et vituperandi libidine, maximo sane et acerrimo virtutis incitamento atque stimulo, de Grammatica facultate; quam malit quisque et Theologus bonus, et Medicus peritus, et sapiens Jurisconsultus, et Philosophus subtilis, sermonibus vulgi celebrari et laudari, quam Grammaticus doctus a paucis, sed intelligentibus illis, haberi ac dici. Quæ quidem temeritas, e mira quadam desidiæ inertiæque cupiditate, ineptoque habendi amore, profecta, debet eo magis rideri atque exsibilari, quo certius exploratiusque habetur, majores illas gravioresque disciplinas interpretatione scriptorum veterum recta, tanquam stirpes radicibus, fultas niti, quibus abruptis et abscissis stirpes ipsas concidere continuo et interire necesse sit. Sed in magna illa errorum et pæne infinita multitudine

Digitized by Google

nescio an reprehendi acerrime debeat, quod clamitent, in quibus eximia sit singularisque Latini sermonis facultas, horum scientiam, quæ scilicet admodum angustis contineatur finibus, vix dignam esse studiis eorum, qui diffusæ atque excellentis doctrinæ laudem captent, immo puerorum adolescentulorumque imbecillitati et levitati oportere relinqui. Falso. Etenim cum scientia linguæ Latinæ parari justa et plena sine cognitione morum institutorumque et rerum gestarum populi Romani, verbo historiæ Romanæ, absoluta non possit: quomodo illa non digna sit industria hominis ad laudem egregiæ præstantisque doctrinæ aspirantis? Quot enim et quam grandia, quam varii generis, volumina scriptorum non modo Latinorum, sed etiam Græcorum, non unius ætatis, verum omnium, quam studiose, quam diligenter, cognoscenda sunt et lectitanda ab iis, qui res civitatis Romanæ perdiscere cupiant? Sed hoc quanquam maximum commodum, tamen non unum est, quod cognitionem historiæ Romanæ commendet liberalis elegantisque doctrinæ studiosis. Res enim Romanorum cum rebus civitatum omnium, humanarum quidem certe, ita connexæ sunt et tam arcte copulatæ, ut nullius gentis facta cognosci recte ac plene sine historia Romana ullo modo possint. Historia Carthaginiensium, Persarum, Græcorum, aliarumque civitatum potentissimarum, ni lux Romanæ accedat, obscura cæcisque sepulta tenebris jacet. Quæ cum ita sint, quis est quin sponte intelligat, quam mature, quam diligenter, sit historia Romanorum imbibenda ab iis, qui Latine docti fieri, resque in universo terrarum orbe gestas cognoscere accurate, velint?

Quemadmodum vero periculosum est et stultum haurire aquas e rivis turbidis et inquinatis, præterire fontes puros et limpidos: ita ut facta Romanorum cognoscantur, apparet adiri debere libros eorum, qui aut ipsi rebus gestis interfuerint, aut certe ea, quæ literis prodiderunt, vel e sermonibus testium fide dignorum, vel e monumentis publicis, acceperint hauserintque. Quo quidem in genere ex iis, qui historiam Romanam Latino sermone composuerunt, nemo

Digitized by Google

nescit nihil dulcius, nihil comtius, nihil elegantius, esse Livio: cujus tamen magnam librorum partem nobis fortunæ eripuit iniquitas. Sed quia stylus Livii et oratio plenius omnia et copiosius persecuta est, ut verendum videatur, ne memoria tironum copia et multitudine rerum immensa obruatur magis et turbetur, quam juvetur et augeatur: præstat sane iis ante, quam volumina Livii versare incipiant, Flori libellos interpretari, cujus ingenium est paucis omnia eleganter complexum. At Flori corpusculum, inquies, multis vitiis, multis maculis, aspersum et obsitum cernitur, ut amatoribus quidem elegantiæ et venustatis antiquæ placere vix possit, sed tironibus historiæ Romanæ commendari debeat nullo modo: nam primo multa prodidit, quæ fide et testimonio scriptorum gravissimorum non confirmentur, immo auctoritati eorum repugnent plane et adversentur: deinde potentiam Romanorum, sapientiam, fortitudinem, et reliquas virtutes, laudibus effert nimis atque extollit, ut cupiditas facile appareat: postremo orationem pravam locis non paucis et vitiosam esse, Grævius aliique tam fuse disputarunt et tam accurate docuerunt, ut dubitationi nullus videatur relictus esse locus. At mihi tamen vitia hæc non videntur hanc vim habere, neque tantum valere, debere, ut deterreantur tirones et avocentur a lectione librorum Flori assidua et diligenti. Nam quis est, cui ignotum sit, etiam gravissimos scriptores, ut ipsum Livium aliosque similes, contaminasse interdum mendaciis veritatem, multaque prodidisse, quorum vanitas cuique facile pateat? Quorum libri cum nihilominus recte legantur ab omnibus; quo jure non video adolescentibus interdici Flori Opere possit: præsertim cum vox doctrinaque magistri emendare corrupta corrigereque prava debeat; neque facile quicquam hoc quidem in genere restet, quod industriam et diligentiam tot interpretum doctissimorum effugerit. Deinde rectius reor ab historicis quidem Romanis peccari potuisse in hanc partem, ut facta virtutesque populi Romani non minuerent oratione et deprimerent, immo etiam altissime tollerent tantumque non in cœlum

Digitized by Google

veherent: cum ea res nihil obsit, prosit plurimum, tironibus. Quorum in animis quam utile sit ut excitetur quam maxima Romanorum veterum admiratio, quam consequatur par studium et æmulatio doctrinæ, sapientiæ, justitiæ, eorundem, quis ignorat? Denique in partibus, fateor, et membris singulis vitiosa est et contaminata sæpe Flori oratio; utitur verbis, formulis, etiam tropis, quos limatum et subtile judicium auris doctæ et legendis libris Ciceronis, Cæsaris, aliorumque tritæ, non ferat et probet, immo respuat atque repudiet. At primo tamen totius orationis facies, ut ita dicam, et forma quin integra sit atque sana, quæ Romanum ingenium vegetum facile arguat, quis dubitet? Deinde ex iis, quæ supra diximus, constare potest, nobis placere, ut historia Romana a tironibus e libris Flori, tanquam e fonte, ita hauriatur, ut ipsius linguæ Latinæ scientia aliunde petatur. Namque si e libris Flori non multæ magnæque utilitates capi possent ab literarum studiosis; certe nunquam tot tantique homines extitissent, qui in iis emendandis enarrandisque tantum studii et operæ consumerent: quod a Camerte, Vineto, Lipsio, Grutero, Salmasio, Freinshemio, Grævio, Dukero, Viris magnis in primis, factum esse scimus. Si lectio librorum Flori non plurimum profuisset semper multis; num putemus, eos tam sæpe et calamo et formulis descriptos fuisse, et quidem non uno, verum omnibus sæculis, non in una, sed in omnibus civitatibus humanioribus? ut vel ex hoc appareat, utilitatem historiæ Flori satis perspectam existimari et quasi igni spectatam debere. Nam et mali inutilesque libri non raro, nostris maxime temporibus, solent describi sæpissime ingenti exemplarium numero: sed id fit fere in singulis civitatibus, etiam in singulis nonnunquam urbibus; nec constanter, cum libri tales post viginti fere vel triginta annos contemnantur ab omnibus, et abjiciantur, neque lectu digni a quoquam ducantur.

Sed quia magna doctrinæ liberalis pars nunc quidem in notitia librorum cum manu, tum machinis, descriptorum ponitur, ut discernere malos a bonis, corruptos ab integris,

Digitized by Google

possis: age, componere instituamus historiam librorum Flori, eodem modo, quo anno superiore origines librorum Cornelii Nepotis narravimus; præsertim cum institutum hoc nostrum Viris doctis, neque illis cupidis, non displicere sciamus. Ordiamur igitur dicere de libris calamo scriptis: deinde veniamus ad editos. [Vide RECENSUM CODICUM ET EDITIONUM infra.]

Restat ut etiam de nostra hac editione quædam dicantur. Adornavimus igitur eam, rogatu librarii, Viri suo in genere præstantissimi atque optimi, hoc est, salutem literarum studiosorumque commoda describendis optimis utriusque linguæ auctorum exemplis tuendi et adjuvandi cupidissimi et studiosissimi, eo igitur auctore adornavimus hanc Flori editionem ad modum Cornelianæ, nuper a nobis curatæ, partim quia operam meam placere eruditis hominibus, quamvis paucis, cognovi, partim quia sperabam me studiis meis ita saltem fore literis publice utilem: cujus rei privata facultas intoleranda stultitia miserisque ineptiis humanorum hominum mihi esset fere omnis erepta, et indies magis magisque adimi videretur. Jussi autem describi ab operis texta Græviana ex editione anni octogesimi sæculi superioris.* * * Lectiones varias, collegi e libris cum scriptis, tum editis iis, de quibus ante exposui, ut notas, quibus usus sum in isto libello, explicare denuo non videatur necesse. Socium vero laboris plenissimi tædii adjutoremque fidelem habui Gerhardum Johannem Immanuelem Schelerum, Juvenem doctissimum humaniorumque literarum cupidissimum, disciplinæ Scholæ nostræ nuper alumnum egregium, hoc est, eum qui artes scholis earumque magistris dignas summo studio discendas putaret, quibus et augeretur mens et animus emendaretur, neque tempus iis terendum rebus censeret, quæ tantum valerent ad famem depellendam, et ad aures demulcendas et deliniendas. Igitur Juvenis ornatissimi studiis ut faveas, Lector docte, ita rogo, ut meam tibi operam volo esse gratam atque utilem. Vale. Scripsi Lipsiæ a. d. VIII. Kalendas Maias a C. N. CIƆIƆCCLX.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

JO. GEORGIUS GRÆVIUS.

L. Annæi Flori epitome, quo posterioribus temporibus, cum pro hominum illorum socordia præstantium scriptorum volumina grandiora sorderent, plurium describebatur et terebatur manibus, tanto flagitiosius fuit corrupta, et fœdioribus inquinata maculis. In illis expungendis, et pristina sanitate redintegranda, cum post tantam et tam longam noctem pulcherrimarum artium lux exoriretur, multum studii operæque posuerunt, qui ingenio et doctrina præ ceteris, suo quisque sæculo, floruerunt, Elias Vinetus, Justus Lipsius, Joannes Gruterus, Claudius Salmasius, Joannes Freinshemius, Adamus Rupertus, et nuperius Anna Tanaquilli Fabri filia. Hoc tamen Augiæ stabulum non sic potuerunt purgare, quin multa relinquerentur posterorum industriæ ac sollertiæ. Nec nihil ad cumulandos hos nævos ipsa scribendi ratio, quam secutus est Florus, contulit. Nam cum ablatus depravata declamatorum ætatis suæ dicendi consuetudine, multum descivisset a nativa illa et infucata castitate et candore sermonis Latini, qui in Tulliani et Augustei sæculi scriptoribus effulget, et cincinnis ac calamistris declamatoriis, concisis et abruptis sententiis, nec non acuminum argutiis suam sæpe cœcasset orationem; rudes barbarorum sæculorum homines, quæ non capiebant, interpolarunt crebrius, et audacius: quod et Valerii Maximi

Digitized by Google

fatum fuit, qui laborat quoque et sui, et sequentium sæculorum vitiis. Diffiteri nemo potest, qui quidem in idoneorum Latinæ linguæ auctorum, qui nondum a declamatoribus erant corrupti, lectione versatus est, et veram dicendi viam tenet, multa in Floro passim occurrere, quæ minime ferent aures teretes et religiosæ; et tam in sententiis, quam in verbis esse multa κακόζηλα, insana, μειρακιώδη. Reprehenditur a Marco Seneca, Philosophi Patre, Musa Rhetor, quod de siphonibus et sparsione dixerit: 'Cœlo repluunt imbres odoratos:' et de subitis mortibus: 'Quicquid avium volitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarum discurrit, sepelitur ventribus. Quære nunc cur subito moriantur. Mortibus vivimus.' Castigatur a Dionysio Longino Gorgias, quod vultures dixerit 'viva sepulcra.' Num saniora sunt quæ Florus lib. I. 13. de Gallis, qui Romam incenderant, scribit, illos subito Camillum a tergo aggressum adeo cecidisse, 'ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret?' Nec melioris notæ sunt quæ lib. II. 17. de Decimo Bruto prodidit: 'peragratoque victor Oceani littore, non prius signa convertit, quam cadentem in maria solem, obrutumque aquis ignem non sine quodam sacrilegii metu et horrore deprehendit;' quod dudum merito divini Scaligeri obelis est confossum. Et lib. IV. 2. de ingentibus navibus Antonii: 'non sine gemitu maris, et labore ventorum ferebantur.' Nec non lib. II. 6. cum dixisset commissam aciem secutum ingentem tremorem terræ, putidissima sunt quæ addit: 'nisi illum horrorem soli equitum virorumque discursus, et mota vehementius arma fecerunt.' Hæc non modo extra sanitatem, sed extra naturam sunt, ut verbis utar Senecæ. Romanorum scilicet, non orbis terrarum, sed universi dominorum, magnitudini omnia cedebant. Omnia illi poterant, dimicantes terram movent, navigantes gemitum mari exprimunt, ventis laborem afferunt et molestias in propellendis eorum navibus, sed ipsi quoque Oceano leges parendi dixerunt, qui illis invitis non audet irasci. Quid enim aliud sibi volunt illa libri III. 10. 'Cum majore quam prius præda revectus est, ipso quoque Oceano tran-

Digitized by Google

quillo magis et propitio, quasi imparem se fateretur?' Quippe ni? cum coactus fuerit ad illorum nutum se componere, non secus ac regulus quidam stipendiarius. Nam cum in ponto Euxino, quem, tanquam Maris Mediterranei partem, ex Oceano terras irrumpere veteres, quamvis falso, credebant, lacerata esset Mithridatis classis, subjicit libro III. 5. 'Plane quasi Lucullus quodam cum fluctibus procellisque commercio, debellandum tradidisse regem ventis videretur.' In Poëta hoc esset tolerabile; et vix quidem. Nam et hæc hyperbole modum excedit. Vere enim monet Quintilianus in Instit. Orat. 'Quamvis omnis hyperbole ultra fidem, non tamen esse debet ultra modum: nec ulla magis via in κακοζηλίαν itur.' Sane hæc omnia ventosa sunt et enormia, qualia illa Cestii, quæ Seneca ridet, Suasor. I. 'Fremit Oceanus, quasi indignaretur, quod terras relinquimus.' Putide non nunquam editionem ostentat et non suo loco. Lib. I. 17. cum dixisset Fabium Maximum captis superioribus jugis in subjectos suo jure detonuisse, subnectit: 'ea namque species fuit istius belli, quasi in terrigenas e cœlo ac nubibus tela mitterentur,' ne scilicet prætermitteret occasionem gigantomachiam inculcandi. Belle sane et tempestive! quasi omnes, qui e loco superiore pugnant, sint Joves, et hostes in humiliore solo sint gigantes. Sic lib. II. 2. de Calpurnio Flamma, qui ab hostibus insessum collem occuparat, et jam diu sustinuerat impetum hostium, donec omnis transiisset exercitus, subtexit ineptissime: 'Sic pulcherrimo exitu Thermopylarum et Leonidæ famam adæquavit, hoc illustrior noster, quod expeditioni tantæ superfuit, licet nihil scripserit sanguine.' Papæ, quantum est doctum esse, et ut alii id sciant testatum facere! Unde nobis enim potuisset constare Florum legisse Græcorum historias, et illas tanquam ungues suos tenuisse, nisi tam reconditam doctrinam hic venditasset nobis? Sed hæc ostentatio vide quo evaserit. Non solum importune hic inculcatus fuit Leonidas, et stulte cum illo confertur Calpurnius Flamma, sed pueriliter hallucinatur, cum Leonidæ tribuit, quæ di-

Digitized by Google

citur Othryades, tropæum suo sanguine scribens, fecisse; quem errorem jam alii notarunt. Non minus insanit importuna commemoratione portus marmorei, et fontis Arethusæ in obsidione Syracusarum: 'Longe illi triplex murus, totidem arces, portus ille marmoreus, et fons celebratus Arethusæ.' Quid iste fons faciebat ad tutelam urbis? Quid non longe post Insani montes ad Sardos vindicandos, quos inepte ingessit, ut recte notavit Salmasius? Exagitatur a Plutarcho Hegesias in Alexandri Magni vita, quod, cum narrasset eadem nocte natum Alexandrum, et Ephesiæ Dianæ templum deflagrasse, subjecerit, minime id esse mirandum, quod Diana, cum in partu voluisset Olympiadi adesse, abfuerit domo. Tantum in hoc dicto frigus esse prædicat Plutarchus, ut extinguere posset ipsum incendium illud, quod templum delevit; quamvis non ignorem id laudari a disertissimo Romuli nepotum, ascribique Timæo. Sed judicium Plutarchi hic merito probatur. Verum non minus frigida est sententia Flori lib. II. 8. cum inter prodigia retulisset Cumanum Apollinem sudasse, acutissime, si Diis placet, adjicit: 'Sed hic faventis Asiæ suæ numinis timor erat.' Murrhedii stuporem accusat Seneca, quod in declamatione de Pompilio ferente cum capite Ciceronis amputatam manum dixerit: 'Quanto aliter reus Ciceronis tenebat manum?' Æque stupidum est illud Flori in libro I. 10. de Bruto expirante in Aruntis, quem occiderat, corpore, 'Plane,' inquit, 'quasi adulterum ad inferos sequeretur.' Non minus habet acumen lib. II. 12. de duobus juvenibus, qui ferebantur ad Juturnæ lacum nunciasse victoriam de Perseo, illo die quo parta erat, quos vulgus crediderit fuisse Pollucem et Castorem, quod gemini fuissent; quod sanguine maderent, bello interfuisse. Si hic desiisset; non ineptiisset. Sed cum prioribus annectit, 'a Macedonia venire, quod adhuc anhelarent,' nihil potuit dicere insulsius. Quis ex alius anhelitu conjiciat ex quo loco veniat? Colligas ex anhelitu itinere celeriter esse defunctum anhelantem, sed non unde veniat. Quid? Dii ne viæ laboribus fatigantur et exhauriuntur, ut anhelent? Præter hæc in verbis et

Digitized by Google

dictione quam multa maculosa, et quæ non solum ab emendate loquentium consuetudine sunt aliena; sed ab omnibus, quos non sinistra in lucem edidit natura, exsibilantur. In lib. I. 14. ait Decium Murem, cum se devovisset Diis Manibus, in confertissima hostium tela se jaculatum esse, 'ut novum ad victoriam iter sanguinis sui semita aperiret.' Quid est 'semita iter aperire?' Sed longe corruptius est 'sanguinis semita iter aperire.' Homo non ineptus, si hac ei utendum esset sententia, diceret, 'ut ad victoriam sanguine suo viam aperiret.' Tam venustum tamen nostro visum est hoc μειρακιῶδες, ut pæne repeteret lib. III. 18. 'Ipse Julius Cæsar cum in urbem cruentus referretur, miserabili funere per mediam etiam urbem viam fecit;' ut ibi legendum ostendimus. Sed quæ ad hunc locum notavimus, si tanti sunt, possunt videri. At quale hoc lib. II. 3. Gallis 'quasi cote quadam populus Romanus ferrum suæ virtutis acuebat?' Esset tolerandum si scripsisset Gallorum bellis perpetuis, tanquam cote quadam, Romanorum virtutem acui. Nam ex Græcis hæc hausit, in quorum memoriis traditur, Lacedæmonas hostilem urbem vocasse cotem juventutis. Sed 'virtutis ferrum acuere' non sani esse hominis non sanus juret Orestes. Ejusdem census est 'fretum adolescentiæ,' capite ultimo hujus libri: 'Talis pace belloque populus Romanus fretum illud adolescentiæ, id est, secundam imperii ætatem, habuit.' Nimirum quia tum fervida Romanorum virtus erat, et quia freta fervent, credidit sibi licere istam ætatem fervidam dicere 'fretum adolescentiæ.' Sed hæc audacia translationum in Rhetorum scholis, et ab hominibus non putidis, non damnatur modo, sed ejus auctores tanquam fatui et nullius judicii homines irridentur. Non possum præterire γοργεῖον illud, et plus quam παιδαριῶδες lib. II. 6. Dicturus erat in Hispania ex Sagunti incendio et excidio secundum bellum Punicum ortum esse. Vide quam absurdus fuerit in hac sententia non ornanda, sed deformanda: 'Ubi semel,' inquit, 'se in Hispania movit illa gravis et luctuosa Punici belli vis atque tempestas, destinatumque Romanis jam diu fulmen Saguntino igne conflavit; statim

Digitized by Google

quodam impetu rapta, medias perfregit Alpes, et in Italiam ab illis fabulosæ altitudinis nivibus, velut cœlo missa, descendit.' Proh quantus ineptiarum cumulus! Hæc omnem fidem superant.

Ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω,
Πλεῖν ἢ 'νιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι.

Num tempestas, ut alia prætermittam, conflat fulmina, ad instar Vulcani, quem in Ætna tanquam officina sua poëtæ fingunt fulmina cudere Jovi? Quanto modestior et castigatior Justinus, qui et ipse de bello, tanquam tempestate, locutus simili usus est allegoria lib. XXIX. 'Videre se consurgentem in Italia nubem illam trucis et cruenti belli, videre tonantem ac fulminantem ab occasu procellam, quam in quascunque terrarum partes victoriæ tempestas detulerit, magno cruoris imbre omnia fœdaturam.' Hoc est humane loqui, etsi duriusculum sit 'victoriæ tempestas:' illud est nubes et inania captare, et magno conatu magnas nugas agere. Qualis παρένθυρσος lib. III. 5. de Lucullo, aut ut alii rectius, Luculli milite: 'qui (horribile dictu!) per medias hostium naves utre suspensus, et pedibus iter adgubernans videntibus procul quasi marina pistrix evaserat.' Vides quantos in simpulo fluctus moveat, et quasi res esset supra humanæ potentiæ fidem terribilis, temeraria, a nemine visa et tentata, utribus flumina et longiores maris tractus tranare, exclamet, 'horribile dictu!' cum ars ista in bellis fuisset cognita priusquam Theognis nasceretur. Jam illud de Mario lib. III. 21. 'carcer, catenæ, fuga, exilium horrificaverant dignitatem Marii:' et de Cæsare lib. IV. 2. 'quasi de industria prospera ejus adversis radiarentur,' quam audax, quam μετέωρον. Pro hoc dixissent saniores, prospera adversis illustrarentur: pro illo, carcer auxerat dignitatem Marii; aut, Marium venerabiliorem reddiderat. Nimirum quia horrore sacro perfundi dicuntur, qui loca divina et augusta ingrediuntur, ipsisque lucis et templis poëtæ assignant horrorem, noster existimavit se magna cum venustate et elegantia novam posse voci *horrificare* significationem imponere, pro tam augustum et

Digitized by Google

verendum reddere, ut ejus nominis majestas omnibus sacrum incutiat horrorem. Sed quæ hæc est protervia? Virgilius IV. Æneidis canit, vatum prædicta 'horribili monitu horrificare,' hoc est, terribilibus rebus, quas futuras nunciabant, horrorem et metum hominibus afferre. Sed noster noluit via vulgata et trita incedere. Nova, mira, inaudita fuerunt consectanda. Nam novitatis studium harum inanissimarum argutiarum unica est causa, ut pulchre docet Longinus, in aureo libello περὶ ὕψους· ἅπαντα ταῦτα μέντοι τὰ οὕτως ἄσεμνα διὰ μίαν ἐμφύεται τοῖς λόγοις αἰτίαν, διὰ τὸ περὶ τὰς νοήσεις καινόσπουδον, περὶ ὃ δὴ μάλιστα κορυβαντιῶσιν οἱ νῦν· *Hæc omnia dignitati et gravitati contraria unam ob causam inseruntur orationibus, nempe ob novitatis in exprimendis sententiis et conceptibus studium, circa quod maxime hoc ævo scriptores insaniunt.* Addit deinde quæ res bonorum causa sit, ab eadem etiam his adversa proficisci. Nam cupiditatem nova dicendi maxime ingenia præclara inflammare ad eximium aliquid et quod supra vulgi captum sit, nihilque plebeium præ se ferat, moliendum: sed qui judicio non valeant, nec se componant ad optimorum imitationem, facile in hæc vitia incidere, in quibus sibi delicias faciant, quæque specie ingenii et novitatis blandiantur. Ideo κακοζηλίαν vitiorum omnium maximum in oratore esse recte præcipit optimus dicendi magister Quintilianus VIII. 3. 'Κακόζηλον vocatur quicquid est ultra virtutem; quoties ingenium judicio caret, et specie boni fallitur: omnium in eloquentia vitiorum pessimum. Nam cetera cum vitentur, hoc petitur.'

Viris quidem magnis interdum quædam exciderunt, quæ, si ad severam legem exigantur, culpam et notam lascivientis ingenii effugere non possunt. Non ignorant doctiores quid Dionysius Halicarnasseus in Thucydide, in Platone, in ipso Demosthene, ut alios prætereram; quid Seneca et alii apud Senecam in Ovidio; quid Quintilianus pluresque in Tullio notarint et animadverterint. Sed hæc ipsis exciderunt. Homines cum essent, humani nonnunquam aliquid passi sunt, quamvis divinitate ingenii ceteros omnes antecellerent. Nemo tam propitia Minerva natus est, ut nun-

Digitized by Google

quam dormitet. Sed declamatores et κακόζηλοι sibi in his argutiis et ventosis acuminibus mirifice placent, et in illis captandis toti sunt. Quo audacius et ineptius aliquid sunt commenti, modo non sit dictum populariter, tanto magis sibi plaudunt. Nec immerito. Semper enim invenerunt suorum portentorum admiratores, sed hoc tempore longe plurimos. Sæpe stupiditatem nostri sæculi sum admiratus, cum audivi a plurimis, et qui sibi videbantur valde sapere, Casparis Barlæi carmina tanti fieri, ut cum optimis veteribus poëtis compararetur, ab aliis anteferretur. Ingenio sane valuit Barlæus, et nullo suorum æqualium fuit inferior. Sed ingenio nimium indulsit. Quantus enim in illo tumor; quantus optime sonantium verborum ubique inanis strepitus! Ausim sacramento contendere vix esse paginam, in epicis præsertim, in qua non aliquot versus reperiantur, sonori quidem, et aures implentes, sed non animum, si illum attendas. Nulla enim subest sententia. Qui istis possunt capi, non possunt Virgilio, Catullo, Horatio delectari, aut virtutes eorum præstantiamque intelligere, nec dijudicare 'quid distent æra lupinis.' Si enim nossent quam longe tumor abesset a sublimitate, nunquam hanc de Barlæo ferrent sententiam, qui fatetur ipse se non excellentissimos ad imitandum poëtas sibi proposuisse, sed Claudianum, sui quidem temporis poëtam omnium præstantissimum, sed sui temporis, quod ab aurea plurimum degenerarat antiquitate. Verum de his agendi locus erit aliquando commodior. Muniendi autem sunt contra blandos istos errores adolescentes, in quorum manibus versatur Florus, et merito, quia meliorem non habent nondum imbuti rerum Romanarum cognitione, qui brevi compendio, tanquam in tabella quadam, ortum et processus Romanæ reipublicæ eis ostendat, præsertim cum vitia non una penset virtute. Providendum igitur ne arripiant corrupta, et his innutriti non modo nunquam possint secernere a vitiosis sana, sed ne vitiosa sanis præferant. In temporum quoque notatione, et locorum situ, et rerum gestarum narratione non semel impegit iste scriptor, et satis quidem graviter; ut

Digitized by Google

cum Capuam annumerat urbibus Italiæ maritimis, cum Falernum et Massicum montem tanquam duos diversos montes commemorat, cum unus idemque sit, et non pauca hujus farinæ alia, quæ ab iis, qui hunc scriptorem interpretantur, sunt tironibus indicanda, ne falsa pro veris imbibant. Alioquin animo non satis æquo fero supercilium nonnullorum hominum, qui in veteribus scriptoribus, iisque præstantissimis, et supra omnem ingenii aleam, ut sic dicam, evectis, notandis et vituperandis tam severi et ingeniosi volunt videri, ut quicquid illorum superbo palato non respondet, damnent et jugulent. Nimirum, 'ut videantur sapere, cœlum vituperant.' At cum sine populi suffragio gerant ædilitatem, et nimis intelligendo nihil intelligant, vana et fastidiosa hæc edicta in republica literaria non pluris fiunt, quam præficarum neniæ in funere censorio. Hunc præterea stultitiæ suæ fructum ferunt, ut quasi in ærarios referantur a veris censoribus, et eruditorum circulis suaves dent sermones. Heroës illos jam dudum consecravit consentiens omnium sæculorum admiratio, et ab horum procacitate et petulantia vindicavit eos majestas nominis, immortalibus parta meritis et virtutibus, quas isti, quæ est illorum imperitia, et bonarum artium jejunitas, ne quidem possunt intelligere. Sed in iis scriptoribus, qui a simplici rectoque dicendi genere deflexerunt, et aut sæculi aut ingenii vitio se ipsi depravarunt, meliorum tamen defectu, et propter alias dotes in scholis retinentur, coarguenda sunt a doctoribus corrupta, ne dulcibus vitiis adolescentes decepti, minutas et pueriles sententias pro concinnis et argutis; improbas et inverecundas, pro grandibus et magnificis; et frigidas ac aridas, pro subtilibus et Atticis appetant. Sed nimis diu te hic detineo, benigne lector. Paucis nunc accipe, quid in hac editione Flori præstiterimus. * * * Postea quam V. Cl. Theodorus Ryckius melioris literaturæ Doctor Lugduni Batavorum celeberrimus, mihique amicissimus, copiam mihi fecit codicis membranacei, manu exarati, non antiquissimi, sed tamen ex optimo descripti exemplari, cui rei argumento est illius convenientia cum omnium

Digitized by Google

totius Europæ vetustissimo et optimo codice Nazareo, quem evolverunt olim Salmasius ὁ πάνυ et Gruterus, cœpi illum cum editis conferre. Cum operæ pretium me capere sentirem, animus ferebat notarum non nihil calci subjicere, quæ sub manu creverunt indies magis magisque, præsertim cum accederent excerpta trium Regiæ Parisiensis bibliothecæ codicum, quos composuerat olim cum vulgatis exemplaribus Vir Eximius, Samuel Sciassius, ὁ νῦν ἐν μακαρίοις, quæ mecum communicavit vir dignitate, ingenio, et doctrina recondita in primis hujus sæculi conspicuus Markardus Gudius, Serenissimo Cimbrorum Principi a consiliis, mihique longo multorum annorum usu conjunctissimus. Nicolaus D. F. Heinsius, quem et patris et sua cum in publicam tum in rem literariam merita supra laudem omnem dudum extulerunt, duos mihi præbuit utendos Floros, pro maximis, quæ mihi cum eo sunt, amicitiæ necessitudinibus, quorum unus Claudii Puteani nomen præferebat. Ejus liber primus cum veteri codice commissus erat. Alterius duobus posterioribus libris non paucas Justi Lipsii emendationes ascripserat sua manu Franciscus Nansius, quas ex magni illius hominis ore, cum Lugduni Batavorum hunc scriptorem exponeret publice, hauserat. Sed plus debet hæc editio summi illius viri et amici nostri Nicolai Heinsii ingenio, quam subsidiis quæ ex copiosissima et lectissima sua bibliotheca nobis suppeditavit. Nam pluribus in epistolis mecum egit de infinitis fere locis, et suas conjecturas et emendationes, plenas ingenii et doctrinæ ad me perscripsit, quas non potui non meis annotationibus, tanquam clavos late splendentes, intexere. His fruere, Lector, et vale.

Digitized by Google

DE FLORO,

EX GERARDI JOANNIS VOSSII, V. CL.

DE HISTORICIS LATINIS LIB. I.

Extremis Trajani temporibus floruit L. Annæus Florus, qui Rerum Romanarum quatuor perscripsit libros. De ætate, quod dixi, satis apparet ex Præfatione operis, cum ait: 'A Cæsare Augusto in sæculum nostrum sunt non multo minus anni ducenti: quibus inertia Cæsarum quasi consenuit atque decoxit: nisi quod sub Trajano movet lacertos, et, præter spem omnium, senectus Imperii, quasi reddita juventute, revirescit.' Viri eruditi quidam, eosque inter Jo. Camers, malunt *movit* pro *movet*. Nec diffiteor sic esse in quibusdam Mss. Sed rectum esse *movet*, ostendit, tum quod antecedit; *in sæculum nostrum;* tum quod sequitur, *revirescit*. Sed, inquiunt, Florus ab Augusto esse ad sua tempora ait annos prope CC. Ab Augusti autem principatu, usque ad Trajani imperium, sunt anni tantum CXXIV.: sive, si putes ad excessum Trajani, anni erunt CXLIII. Sed jam dudum mihi hæc meditata. Verum legendum puto apud Florum, anni CL. Nam quisquis Mss. Flori Codd. versavit, scit quantopere in annis variet prologus iste. Nec tamen solius Trajani ævo arbitror vixisse, sed etiam Hadriani. Plane enim idem videtur, cujus hosce in Hadrianum versiculos, et in quem versus Hadriani Spartianus refert. Julii Flori: 'Ego nolo Cæsar esse; Ambulare per Britannos; Scythicas pati pruinas.' Respondet Hadrian. 'Ego

Digitized by Google

nolo Florus esse; Ambulare per tabernas; Latitare per popinas; Culices pati rotundos.' Quemque Annæum Florum Charisius vocat, et ex cujus ad Divum Hadrianum epistola gemino in loco citat illa verba, 'Poëmatis delector.' Sane quod Poëmatis delectari se ait, id non abhorret ab hujus compendii scriptore, quando stylus ejus est in historia declamatorius, ac Poëtico propior, adeo ut etiam hemistichia Virgilii profundat. Et tamen ea potissima est Flori nostri laus, quod scriptor est elegans, et disertus, et, si paucula exceperis, quæ frigidius dicta videntur, vere floridus. Sed latæ est culpæ reus, quod in temporum ratione usque adeo negligens sit; ita ut non possit non sæpius halucinari, qui hunc ducem sequi velit. Valde autem falluntur, qui eum putant in historia sua epitomen nobis Livii dare voluisse. Siquidem crebro a Livio recedit. Nec facile dixerim, idemne an alius sit, qui singulorum fere Livii librorum argumenta reliquit, quæ hodie extant, etiam librorum, qui deperierunt. Sed, ecce, de nomine etiam scriptoris litem movent viri eruditi. Scrupulum iis injicit, quod Lactant. Institut. Divin. lib. VII. Senecam appellet. Siquidem, inquiunt, antiquiorem hoc historico habemus neminem, qui populum Romanum diviserit per quatuor ætates. At Senecam ejus rei auctorem laudat is, quem diximus, Lactantius, his verbis: 'Non inscite Seneca Romanæ urbis tempora distribuit in ætates. Primam enim dixit infantiam sub rege Romulo fuisse; a quo et genita, et quasi educata sit Roma: deinde pueritiam sub ceteris regibus; a quibus et aucta sit, disciplinis pluribus institutisque formata: at vero, Tarquinio regnante, cum jam quasi adulta esse cœpisset, servitium non tulisse; et rejecto superbæ dominationis jugo, maluisse legibus obtemperare, quam regibus: cumque esset adolescentia ejus fine Punici belli terminata, tum demum confirmatis viribus cœpisse juvenescere. Sublata enim Carthagine, quæ tam diu æmula imperii Romani fuit, manus suas in totum orbem terra marique porrexit: donec regibus cunctis et nationibus subjugatis, cum jam bellorum

Digitized by Google

materia deficeret, viribus suis male uteretur, quibus se ipsa confecit. Hæc fuit prima ejus senectus: cum bellis lacerata civilibus, atque intestino malo pressa, rursus ad regimen singularis imperii recidit, quasi ad alteram infantiam revoluta. Amissa enim libertate, quam, Bruto duce et auctore, defenderat, ita consenuit, tanquam sustentare se ipsa non valeret, nisi adminiculo regentium sustentaretur.' Hactenus Lactantius. Ea autem exscripsisse aiunt ex prologo Flori; ubi hæc legas: 'Si quis ergo populum Romanum quasi hominem consideret, totamque ejus ætatem percenseat, ut cœperit, utque adoleverit, ut quasi ad quendam juventæ florem pervenerit, ut postea velut consenuerit; quatuor gradus processusque ejus inveniet. Prima ætas sub regibus CCL. per annos, quibus circum ipsam matrem suam cum finitimis luctatus est. Hæc erit ejus infantia. Sequens a Bruto Collatinoque Consulibus, in Appium Claudium Quinctumque Fulvium Consules, CC. annos habet: quibus Italiam subegit. Hoc fuit tempus viris armisque incitatissimum. Ideo quis adolescentiam dixerit. Dehinc ad Cæsarem Augustum CCL. anni: quibus totum orbem pacavit. Hic jam ipsa juventa imperii, et quasi quædam robusta maturitas. A Cæsare Augusto, in sæculum nostrum, sunt non multo minus anni CC. quibus inertia Cæsarum quasi consenuit atque decoxit, nisi quod sub Trajano Principe movet lacertos, et, præter spem omnium, senectus imperii, quasi reddita juventute, revirescit.' Hæc Florus. Utrumque autem locum integre ascripsimus ut omnes videant, quam infirmo tibicine nitantur, qui ex Lactantio colligunt, scriptorem compendii illius, non Florum, sed Senecam, dici oportere. Aiunt, divisionem eam, cujus Lactantius Senecam laudat auctorem, apud Florum in prologo legi. In quo manifestus eorum est error. Nam Seneca adolescentiam extendit usque ad finem ultimi belli Punici: Florus duntaxat ad primum bellum Punicum. Ad hæc, Seneca incipit senectam a bello civili Pompeiano: Florus autem a principatu Augusti. Unde colligo, Florum quidem imitatum fuisse Senecam: aliter tamen, quam Se-

Digitized by Google

necam, divisisse. Atque eo magis arrisit Floro similitudo ea, quia non totam alteri deberet; sed esset, quod sibi vindicaret. Sane toto ad eam opere respicit. Nempe suum cuique pulchrum, quod dici solet. Nec propterea negaro, Florum hunc fuisse ex Senecarum familia. Seneca enim vocatur in plerisque veteribus libris. Adhæc Senecæ sunt ex Annæa gente. At Florus, ut in plerisque libris Julius, ita Annæus in vett. vocatur libris, etiam antiqua ac principe, quam habeo, editione. Adhæc Hispanum fuisse, unde Senecæ domo erant, verisimile facit luculenta ejus terræ laudatio, quæ est lib. II. 17. et lib. III. 22. Dictio quoque hanc domum sapit. Nam ea eloquentiæ et poësios laude inclyta. At dictio historici hujus, uti ante dictum, est diserta, et poëticæ propior. Immo opus ipsum vix aliud, quam declamatio est. Fortasse igitur Senecæ etiam nomen fuit. Sed, ut hoc demus, non eo consequitur, haud aliter quam Senecam, vocari oportere. Nec enim facile adeo fides est deroganda multo maximæ parti librorum, et quidem melioris notæ, ubi Florus vocatur. Et quid prohibet, quo minus, ut L. Annæi Senecæ Philosophi frater, non tantum L. Annæus Novatus dicebatur, sed etiam Junius Gallio (quod nomen habuit postquam a Junio Gallione erat adoptatus); ita historicum hunc credamus, adoptione nomen mutasse, atque inde esse, quod idem dictus sit L. Annæus Seneca, et L. Annæus Florus, vel, ut in nonnullis libris legere est, Julius Florus?

Alius vero ab hoc est Julius Florus, vir itidem disertus, qui sub Tiberio vixit. De hoc ita M. Seneca Controv. XXV. 'ipse audivi Florum quendam, auditorem Latronis dicentem, non apud Latronem: neque enim illi mos erat, quemcumque audire declamantem. Declamabat ipse tantum, et aiebat, se non esse magistrum, sed exemplum. Nec ulli alii contigisse scio, quam apud Græcos, Nicetæ; apud Romanos, Latroni; ut discipuli non audiri desiderarent, sed contenti essent audire.' Paulo post excerptum ex Flori declamatione ponit. De eodem, ut puto, simulque fratris filio, sic Fabius lib. X. 3. 'Qua de re memini narrasse mihi

Digitized by Google

Julium Secundum, illum æqualem meum, atque, ut notum est, familiariter amatum, miræ facundiæ virum, infinitæ tamen curæ, quid esset sibi a patruo dictum. Is fuit Julius Florus, in eloquentia Galliarum (quoniam ibi demum exercuit eam) princeps, alioqui inter paucos disertus, et dignus illa propinquitate. Is, cum Secundum, scholæ adhuc operam dantem, tristem forte vidisset, interrogavit, quæ causa frontis tam adductæ; nec dissimulavit adolescens, tertium jam diem esse, ex quo omni labore materiæ ad scribendum destinatæ non inveniret exordium: quo sibi non præsens tantum dolor, sed etiam desperatio in posterum fieret. Tum Florus arridens, Nunquid tu, inquit, melius dicere vis, quam potes?' &c. Nec absurda sit conjectura, si quis opinetur, historicum eum, de quo fuse diximus, (modo is Julius Florus recte in libris quibusdam vocatur,) ex eadem stirpe, immo fortasse filium fuisse aut nepotem Julii Flori, viri hujus diserti, de quo M. Seneca et Quintilianus loquuntur. Sed hæc, et alia, quæ antea de Senecæ cognomento diximus, incerta in medio relinquamus.

Digitized by Google

DE FLORO TESTIMONIA.

Justus Lipsius Elector. II. 5.

Lucius Annæus Florus, (ita enim indigitare cum priscis libris malim quam Julium; quoniam Hispana fuisse origine colligo, et, ni fallor, ex ipsa Senecarum gente:) is, inquam, Florus compendium non tam Livii, a quo sæpe dissentit, quam rerum Romanarum, scripsit: si quid mei judicii est, composite, diserte, eleganter. Subtilitas quidem et brevitas in eo sæpe mira; et sententiarum quædam gemmulæ cum judicio insertæ et veritate.

Joh. Isaacus Pontanus in Oratione Isagogica ad Florum.

L. Annæum Florum Volaterranus Julium Florum Secundum maluit nominare: quod existimaret hunc esse eum Secundum, cujus amice meminit Fabius Quintilianus, qui et familiariter a se amatum eum addit, virum ut miræ facundiæ, ita infinitæ curæ. Julii cognomen a patruo Julio Floro retinuisse idem conjicit: cujus quoque Quintilianus mentionem facit, inter paucos disertum eum fuisse indicans, utpote in eloquentia, quam in Galliis sub extremum exercuit, Galliarum principem. Quam de Floro opinionem, si Trajani ævum, quo claruit et Quintilianus et Florus noster, respicimus, non abs re conjecisse Volaterranus censeri potest. Nisi quod duo obstare videantur. Prius est, ipse Quintilianus, qui non ut historicum aut inter historicos, sed ut oratorem et inter eloquentiæ laude florentes utrumque et Julium Secundum et patruum ejus Florum concelebrat.

Digitized by Google

Alterum est, codicum veterum scriptura, in quibus non *Julius*, sed *L. Annæus Florus* constanter indigitatur. Unde colligendum doctiores voluerunt ex Hispania oriundum fuisse, et fortasse ex ipsa Annæorum, id est, Senecarum gente. Quicquid horum sit, quod nos in medio relinquemus, illud interim ratum esto; egregium opus esse hos ejus quatuor rei Romanæ libros. Quos qui compendium Livii aut breviarium faciunt, vel eo, præter cetera, redargui existimo, quod in iis a Livio sæpenumero abeat ac variet sententia. Potius totius imperii florentis tabulam appellabimus, cum præsertim ipse in prologo suo fateatur se ad exemplum eorum, qui terrarum situs pingunt, in brevi quasi tabella universam imperii imaginem ac magnitudinem ob oculos posuisse.

Ex Prologo Claudii Salmasii in L. A. Florum.

Super auctore hujus elegantissimæ Epitomæ nihil nobis compertum est, quod viri docti non norint, atque ipsi pridem observarint; nec tam necesse est nos eum ignorare, quam bonis conjecturis, per quas si non verum elicere, falsa tamen refutare possimus, inniti. Et, ut verum fateamur, facilius possumus invenire cujus non sit, quam cujus sit hoc opus: si hoc invenire est, semper quærendo laborare. In quibusdam veteribus et manu exaratis libris quædam leguntur sub prologi titulo, de Lucio Annæo Seneca, et Lucio Annæo Mela; quæ inepta et aliena esse facile omnes, qui legerunt, vident; quæ qualia sint ut sciamus, ita prologus incipit: 'Anno tertiodecimo Olympiadis Lucius Annæus Melas frater Senecæ et Gallionis bona Lucani poëtæ filii sui a Nerone promeruit.' Hæc verbatim descripta ex Hieronymo, et turpissimo mendo deformata. Legendum: *anno tertio undecimæ Olympiadis supra ducentesimam.* Hic autem Junius Gallio in vetustissimo codice Eusebii Palatinæ Bibliothecæ vocatur *Junius Annæus Gallio.* Sed ut ad rem redeamus, hujus compendii non posse auctorem dici L. Annæum Senecam, aut L. Annæum Melam, plus satis clarum est. Veteres quidam libri, ut illius indicio cognoscimus, qui pro-

Digitized by Google

logum sive argumentum concinnavit, nomen Flori ascriptum non habebant. Sed in iis Lucii Annæi erat tantum mentio. Ergo quisnam, inquit, horum libri hujus auctor sit, Lucius Annæus Seneca, an Lucius Annæus Mela, incertum facit communitas nominum Lucii et Annæi; nam Flori non est ibi mentio. Cum in hujusmodi Codices incidisset Lactantius Firmianus, et Lucium tantum Annæum legisset, statim Senecam cogitavit, quod notiorem eo Lucium Annæum alium non haberet, et ita imprudens nomen auctoris, quem citabat, male concepit vir doctissimus et disertissimus. Illi enim mea quidem sententia non leviter errant, qui non hunc auctorem nostrum, sed Senecam primum in iis scriptis, quæ ad nos non pervenerint, hanc Romanæ urbis temporum in ætates distributionem instituisse contendunt, neque alium in Lactantio debere intelligi quam Senecam ipsum philosophum. Sic sane sibi persuasum habeant, dum aliis ne persuadeant; ita enim ipsa pæne verba Flori producit ille sanctus Scriptor, ut, qui non hujus, sed alterius cujusdam auctoris ab eo verba produci existimet, meras nugas agat. Sed per nos licet, illi judicio suo fruantur. Non hodie autem atque heri hos titulos, in quibus Flori nomen extat, exemplaribus a librariis fuisse inditos, vere mihi persuadeo. Licet aliter sentire videam viros non mediocriter eruditos, qui recentes esse καὶ οὐ παλαιᾶς χειρὸς existimant. Sed unde ineptus illius prologi auctor, qui legitur in quibusdam vetustis exemplaribus, Flori nomen accepisset, si non ita ut in vetustissimis, qui hodie extent Codicibus, Flori nomen adscriptum reperisset in illius ævi vetustis libris? Qui cum dicat, 'Nam Flori non est ibi mentio,' codicem aliquem antiquum et optimæ notæ ab eo designari puto. Nazarianus liber, manuscriptorum omnium quibus usi sumus antiquissimus, ut quem ante octingentos annos scriptum esse manifesta sit fides, quique bonitate superat agmen illud Codicum quibus adjutus est in hujus ἐγχειριδίου recensione optimus et doctissimus Vinetus, 'Lucii Annæi Flori,' in titulo præfert. Non alius potest esse Florus quam ille qui Trajani et Hadriani temporibus floruit, qui in Epistola ad

Digitized by Google

Hadrianum, cujus Epistolæ ter aut quater mentionem apud Charisium reperies, scribit se poëmatis delectari. Character autem istius historici compendii plane poëticus est, et hominis in poëtis non infeliciter versati; quamvis hoc parum probet, si non alia accederent. Et mirum Grammaticis tam invisum fuisse hoc opus, ut nusquam aliquid ex eo ad testimonium citent, cum et Solinum sæpius, qui longe post tempora Annæi Flori vixit, ut alibi pluribus ostendemus, et alios non vetustiores aut meliores Solino, scriptis suis, ut locupletes et idoneos testes, advocent.

Sed quisquis est hic Lucius Annæus Florus, quem non tam ipse me nescire profiteor, quam aliis hoc ipsum profitentibus assentiri me debere sentio; ad eum illustrandum nos opellam quoque, tenuem licet, haud ingratam tamen, contulimus, neque omnino, nisi fallor, inutilem. Quod si quis ingenio nostro tribuendum censet, næ is multum fallitur. Hoc si esset, quid nobis reliqui facere potuerunt ad novam gloriolam ex hujus auctoris emendatione quærendam, viri summa eruditione, summo ingenio præditi, qui ante nos in hanc curam feliciter incubuere? Sed illud verum est, viros illos, et ingenio nos et eruditione superasse; nos item illos fato quodam et felicitate longe antecessisse, qui eos codices nacti sumus, ex quibus, quod illi nulla vi ingenii ipsa elicere potuerunt, facile eruimus. Neque ipsi sane fecissemus, si rem nobis in solo ingenio voluissemus esse positam. Sed hæc hactenus. Nunc ad ipsum auctorem accingamur.

Ut rectius intelligantur, quæ hic Salmasius de Prologo in libris Flori Mss. disputat, e Vineti Castigationibus in Florum hæc adscribenda duxi. Apponam, quod post titulum in membranaceis codicibus scriptum reperi.

Incipit Prologus.

Anno tertio decimo Olympiadis Lucius Anneus Melas frater Senecæ et Gallionis bona Lucani poëtæ filii sui a Nerone promeruit. Unde colligi potest Junium Gallionem

Digitized by Google

et Lucium Anneum Melam fratres fuisse. At Marcum Anneum Lucanum poëtam Lucii Annei Melæ filium, ac per hoc aliorum duorum nepotem. Ergo quisnam horum libri ejus auctor sit, an Lucius Anneus Seneca an Lucius Anneus Melas, incertum facit communitas nominum Lucii et Annei. Nam Flori non est ibi mentio.

Hæc de Floro judicia legebantur in Edit. Amstelodamensi, et quibusdam præcedentibus; quibus Begerus sequentia addidit.

Salmasius ad Spartiani Hadrianum cap. 16. 'Florus elegantissimum illud Historiæ Romanæ Breviarium imperante Hadriano edidit.'

Phil. Beroaldus in Literis ad Petrum Mariam Rubeum Floro præmissis: 'Legendo pernoscas, quæ Romanus populus domi forisque per tot annos bella gesserit: per quos viros, quibusque artibus imperium pepererit, et partum auxerit, et auctum ad summum fastigium suismet viribus everterit, et eversum per Augustum tandem Cæsarem sublimius erexerit. Quæ omnia L. Florus quatuor quasi epitomatis ita scite collegit, ita enucleate distinxit, ita breviter enarravit, ut cuncta tanquam in illustri posita monumento intueri, et comprehendere facillime queas. Disertus est, vehemens, distinctus, varius, brevis, concinnus, cum splendore ac luce verborum.'

Christoph. Colerus in Epistola de studio Politico: 'L. Annæi Flori Compendium rerum Romanarum magis, quam Breviarium Livii. Tabulam enim dixeris haud absurde, in qua imago totius reipublicæ Romanæ expressa. Ipse hoc nomen tribuit. Nihilo me hercule injucundius tersissimum illum libellum legas, quam Apellis tabulas intueare. Ita compositus, ita elegans est. Miror judicium, quod ubique cum subtilitate et brevitate sententiarum in tanto rerum acervo et varietate inserit.' Joh. Ludov. Vives de Tradend. Disciplin. lib. v. 'Habemus Flori Opusculum de Romana historia, quo nihil potest fingi in illo genere vel acutius vel lepidius.'

Digitized by Google

Erycius Puteanus in Præfatione, quam suis Insubricæ Historiæ libris præmisit: 'Florus Populi Romani facta a Romulo ad Cæsarem Augustum pulcherrimo et simul absolutissimo Enchiridio absolvit, cum aliquo fortasse molis damno, nullo veritatis.'

Balthasar Bonifacius in Excerptis de Rom. Historiæ Scriptoribus, cap. 17. 'Florus acutus est et vehemens, sententiis præceptisque undique scatens: elegans idem, disertus, amœnus, et vere floridus.' Et paulo post: 'Perspicuus est ac dilucidus Florus, si quis alius, quod ad ejus fieri maxime potuit, cum sibi multa paucis verbis complectenda proponeret.'

Christoph. Adam. Rupertus Observationibus in Florum ad Præfat. §. 1. cum quædam aliorum de Floro judicia protulisset, 'His,' inquit, 'accedo plane, nec quicquam in dictione desidero, tanquam venusta et elegans non sit; sed in quavis historia locum habere, id vero negabo infra.' Idem lib. I. 10. §. 8. 'Flori dictio Poëticæ propior est, immo opus ipsum vix aliud, quam declamatio. Infra grandiloquentiam istam subsidere debet commentariorum simplicitas. At tanto excusatior Florus, quod post maxima ingenia, Polybium, Sallustium, Livium, Dionysium (cum omnibus exploratis de posteritatis judicio securus esset) res Romanas hoc ornatu vestivit.'

Hæc Floro a calumniis vindicando sufficere putat Begerus. Si calumniæ reus est Grævius, quod stylum Flori carpsit, ejusque errores quosdam in Historia notavit, non possunt absolvi ejusdem criminis plerique Viri Eruditissimi, quorum verba infra ponam.

Augustinus de Civit. Dei, III. 19. 'Secundo autem bello Punico nimis longum est commemorare clades duorum Populorum, tam longe secum lateque pugnantium, ita ut his quoque fatentibus, qui non tam narrare bella Romana, quam Romanum imperium laudare instituerunt, similior victo fuerit ille, qui vicit.' Vid. Flor. II. 6. 1.

Sigonius in Judicio de Romanæ Historiæ Scriptoribus:

Digitized by Google

'L. Flori, qui ejusdem Hadriani Imperatoris Principatu vixit, Historia rerum Roman. quatuor libris distincta, Declamatoris mihi, non Historici videtur. Dum singula bella descripsit in singulis ineptus est.'

Scaliger ad Eusebii Chronicon num. MDCCCCLXIV. 'Florus argute ac rotunde more suo: 'In Africa quoque.' Vid. IV. 2. Idem ibid. ad num. MDCCCLXXV. 'Florus τερατολογίᾳ poëtica drama amplificat: 'D. Brutus aliquanto latius Gallæcos,' et quæ sequuntur II. 17.'

Vinetus ad Flor. II. 4. 'Lege Historiæ veritatem apud Polybium. Multa namque poëtica hic homo interserit et miscet.'

Ger. J. Vossius Institut. Orator. VI. 4. 3. 'Neque tantùm peccat, qui nimium hyperbolis indulget; verum etiam quisquis τερατολογίᾳ poëtica rem amplificat. Fecit id Florus. Nam quod simpliciter dixit Sex. Rufus: 'Hispanias per D. Brutum obtinuimus, et usque ad Gades et Oceanum pervenimus:' id ille inepte admodum sic narrat, 'D. Brutus,' &c. Vid. II. 17. Scio quantopere hæc, et alia id genus, hodie adblandiantur non adolescentulis modo, sed nonnullis quoque eorum, qui soli sapere et sibi et multis aliis videntur. Sed neutiquam est dubitandum, quin ea putida sint, et κακόζηλα: in quo qui minus mihi fidem habent, saltem credant literarum Principi Jos. Scaligero.'

Ger. Vossius G. F. ad Vellei. Paterc. II. 6. 'Parum accurate, ut solet, historiam hanc persequitur Florus III. 15.'

Casp. Barthius Advers. XVIII. 18. 'Rem gestam omnem ex declamatoria Historia Flori ascribemus.'

Idem Advers. LX. 6. 'Florus non tam Historiam quandam, aut Compendium gestorum, quam victoriarum pæanem desaltavit, etiam in cladibus anquirens præconia sententiolis vibrandis, et erigendis infortuniis, malisque moribus interstinguendis ex memoria.'

Idem ad Claudian. de Laudib. Stilic. III. 145. 'Florus Panegyrista Historicus.'

Augustus Buchnerus de Commutata ratione dicendi, I. 2. 'Neque enim illud Flori IV. 2. probem, cum 'gemitum

maris' dixit; cum de Antonii navibus mira vastitate loqueretur: 'Castellorum et urbium specie, non sine gemitu maris et labore ventorum ferebantur.' Itaque hoc inter illa fuerit, quæ eruditissimo Vossio lib. I. de Histor. Lat. frigidius dicta ab eo videbantur. Idem ibid. cap. 11. Ac habet quidem plurima Historicorum Oratio cum Poëtis communia: unde Quintilianus 'Historiam solutum quodammodo carmen appellat.' Lucianus quoque accuratissimus censor, concedit Historico aliquando vento poëtico vehi. Tamen illud Flori IV. 2. 'Castellorum et urbium specie....' nescio quomodo displicet, quasi affectatum nimis ac putide lasciviens, quo nomine ejus orationem alibi et ipse Scaliger reprehendit.'

Rupertus ad Flori Procem. princ. de Floro: 'Præterea in Historia caute legendus est, quod multos committat nunc metachronismos, nunc prochronismos. Id non animadversum Viros Doctissimos in errores multos conjecit, ut a me passim observabitur.'

Idem ad Flor. I. 10. in fin. 'Esto, Wassenbergium Florum expressisse; quod quid erit aliud, quam Historiæ suæ fidem suspectam facere? Nam, ut de Floro Barthius Advers. lib. LX. verissime scribit: 'non tam Historiam....'

Et ad Flor. I. 13. 'Tumor poëticus, ad quem jure bonus Historicus erubesceret.'

Daniel Georg. Morhofius Polyhistoris Literarii IV. 13. §. 6. 'Dictionem Flori si spectes, ad ætatem ferream referendus videtur: adeo multa in illo sunt non tantum non Latine, sed etiam stulte, dicta. Est enim in illo nescio quæ ventosa et panegyrica loquacitas, metaphoræ ineptæ et pueriles: ut adeo pessime faciant, quotquot ipsum ad latinitatem tironibus commendant.'

'Est tamen Historiæ Romanæ non inutile Compendium, cujus jacturam facilius ferremus, si Livium haberemus integrum.' Et paulo post de Præfatione Grævii: 'Præmisit et luculentam Dissertationem de Flori stylo, in qua per totum Florum excerpit inepte ac affectate dicta, a quibus cavere sibi debeant, qui eum legunt.'

Digitized by Google

Idem in Dissertatione de Patavinitate Liviana cap. 7. 'Quod si Ciceronianas translationes, inquit Robortellus, et eorum, qui eadem ætate vixerunt, conferas cum illis, qui postea scripsere jam labefactata ac corrupta Romanorum lingua, ob infusam peregrinitatem, videas multum discrepare, magisque capiere illis, quam his. Venustæ illæ sunt, pares ac convenientes rebus, notæ, aptæ, ac suaves, remque ob oculos ponunt, quasi præsentem intuearis: hæ horridæ, obsoletæ, et a rebus ignotis ductæ, dispares.' Vel in uno Floro luculentum ejus exemplum est, cujus translatis et argutiis, ut cetera sic satis proba, nihil interdum est ineptius, quod certissimum labefactati sermonis argumentum. Vide, quid de eo Censor harum rerum acerrimus, magnusque amicus noster, Grævius in Præfatione Commentarii sui doctissimi moneat.

Jacob. Perizonius Animadvers. Historic. cap. 2. p. 73. 'Neque etiam de Floro plura addere nunc lubet, quandoquidem ejus in hujuscemodi rebus oscitantiam passim agnoscunt Interpretes, et multis nuper arguit Vir Eruditissimus meique studiosissimus Joh. Georg. Grævius, in præclara illa Præfatione, quam Editioni suæ præmisit.'

Ibid. c. 7. p. 259. 'Quod Florus de Æmiliano Scipione II. 17. vel parum fideliter scripsit, vel declamatoria αὐξήσει laxius et benignius Scipionis gloriam victoriamque interpretari voluit.'

Janus Broekhusius ad Propert. III. 21. 26. 'Ecce Florus quam secure ineptit, in hoc ipso Dioscurorum negotio II. 12. §. 14. 15. 'Eodem die, quo victus est Perses,' &c. O hominem acutum, qui, unde quis venerit, tam perite conjectat ex solo anhelitu! Tum quantæ sapientiæ est istud ejusdem artificis lib. I. cap. 11. §. 4. 'Ea atrocitas fuit prælii.....' Nullus Milesiorum choragus tam superbe contemsit judicia posteritatis. Add. quæ ex eodem annotavi ad Flor. IV. 11.'

Petrus Burmannus ad Petronium cap. 123. 'Florus sæpius poëtice, quam humane, loquens.'

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



OCEANUS
HYPERBOREUS
HIBERNIA
BRITANNIA
Camulodunum
Londinum
OCEANUS
BRITANNICUS
Rotomagus
Gobaeum Prom.
Veneti
Nannetes
GALLIA
OCEANUS
CANTABRICUS
Burdegala
Tolosa
Narbo
Celticum Prom.
Iria Flavia
Pompeiopolis
Segobia
Deorum Insulae
LUSITANIA
Caesaraug
Durius flu.
HISPANIA
Londobris Insula
Toletum
Tortona
Olisippo
Saguntum
Tagus flu.
BÆTICA
Hispalis
Sacrum Prom.
Carthago Nova
Baleares Insulae
Gades
FRETUM HERCULEUM
MARIS ATLANTICI PARS
MA
MAURITANIA TINGITANA
Arsenaria
Collops
Hippon
Utica
MAURITANIA CAESARIENSIS
AFRICA PROPRIA
Insulae Fortunatae
Dorat
Mysocaras
Mantiana
Ampsaga flu.
Bagrada flu.
Usadium Prom.
Rocanum Hemerum
Atlas Mons
AFRIC
0
10
20
30
40
50

L. ANNÆI FLORI[1]

EPITOME

RERUM ROMANARUM.

LIBER I.[2]

PROŒMIUM.

POPULUS Romanus a rege Romulo in[3] Cæsarem [§. 1, Augustum, septingentos[a] per annos, tantum operum pace belloque gessit, ut, si quis magnitudinem imperii cum annis

1 Sic et Ms. Naz. Ryck. Mss. Vin. Ed. pr. Zen. Blanc. Amstel. Duk. 1. 2. Sed *L. Flori* Ms. Duisb. Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven. Gryph. Stad. *L. Annæi sive Flori sive Senecæ* Ed. Grut. Lugd. Freinsh. Vetst.—2 *Incipit Lucii Annei Flori Epitoma de Tito Livio qui historiam R. ab urbe condita scripsit* Ms. Vin. *historiographi rerum Romanarum Epithoma incipit* Ed. Lips. 1. *hystoriographi rerum Romanarum Epithoma incipit* Ed. Lips. 3. *rerum Romanarum Epitoma incipit* Ed. Lips. 2. *Epitoma primum* Ed. Par. *gestorum Romanorum liber primus incipit* Ed. Ven. *Gestorum Romanorum epitomes liber primus. Prologus* Ed. Gryph. *Historiarum liber* I. *Prologus* Ed. Stad. Pont. *rerum Romanarum liber primus* Ed. Zen. Blanc.—3 Ita Ms. Voss. 1. Regg. Fran. Ryck. Toll. Duisb. Pall. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Blanc. Amstel. Beg. Duk. 1. 2. Sed *usque Cæsarem* Ed. pr. Grut. Zen. Vetst.

NOTÆ

a *Septingentos*] Ut quidem ipse tempora disponit. Nam Regibus dat annos ducentos quinquaginta; ab his usque ad Appium Claudium, totidem: ab Appio Claudio usque ad Augustum ducentos ponit; sed alii dissentiunt. Et de his postea. A Roma Condita, usque ad mortem Julii Cæsaris anni sunt septingenti supra novem.

Digitized by Google

conferat, ætatem[b] ultra putet.[a] Ita late[4] per orbem [§. 2. terrarum arma circumtulit, ut qui res ejus legunt, non unius populi, sed generis humani facta[5] discant. Nam[c] tot[6] laboribus periculisque jactatus[d] est, ut ad constituendum[e] ejus imperium contendisse[f] Virtus et[7] Fortuna viderentur.[b8] Quare cum[9] præcipue hoc quoque[g] operæ[1] pretium[2] [§. 3.

[a] *Ut si quis comparet magnitudinem Imperii cum annis, numeret plures anno ea ætate.*

[b] *Nam agitatus est tot laboribus et periculis, ut virtus et fortuna videantur decertasse ad firmandum ejus Imperium.*

—4 Sic Ms. Naz. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Pont. Freinsh. Fab. Blanc. Beg. Duk. 1. 2. Sed *ita enim late* Ed. Vin. Lugd. *ita enim late ubique* Ms. Pal. 1. 2. Regg. Berol. Duisb. (sed in Regg. τὸ *ubique* scriptum erat post *arma*, non post *late*) Ed. Grut. Zeu. Vetst. *ita enim ubique* Ms. Pal. 2. Flor. Fran. Voss. 1. Ed. pr. *ita enim utique* Ms. Malliab. *ita late ubique* Ed. Amstel.—5 Sic et Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinshem. Zeu. Fab. Vetst. Sed *fcã* Ed. Lips. 1. *fata* Ms. Put. Scias. Suec. Voss. 1. Regg. Berol. Malliab. Duisb. Ed. pr. Blanc. Amstel. Beg. Duk. 1. 2.—6 *Quod in laboribus* Ms. Naz. *tot in laboribus* Ms. Voss. 3. Ab Ed. Beg. abest τὸ *nam.*—7 *De fortuna* Ms. Ryck. h. e. *et fortuna:* nam *de* isto in libro fere ubique scriptum erat pro *et.*—8 Sic Ms. Reg. F. Flor. Berol. Duisb. Ed. Lips. 2. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Pont. Amstel. Duk. 1. 2. Sed *videretur* Ms. Voss. 2. 3. *viderentur* Ms. Malliab. *videantur* Ms. Reg. Fran. Voss. 1. Ed. Vin. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Beg. *videatur* Ed. Lips. 1. 3.—9 *Cum si præcipue* Ms. Naz. *cum tam de si præcipue* Ms. Ryck. In Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. et Par. est ubique *cũ*. Ed. Blanc. *cum præcipua quæque operæ, &c.* Ed. Beg. *quamvis præcipua quæque op. &c.*—1 Ita Mss. Vin. (in quorum tamen uno inter versus scriptum erat *sicut cetera*) Put. Scias. Naz. Voss. 1. 2. Fran. Sed *hoc quoque, sicut cetera, operæ* Ms. Ryck. reliquique Dukeri, etiam Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph Stad. Grut. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2.—2 *Precium* Ed. Lips.

NOTÆ

[b] *Ætatem*] Ætas proprie pro triginta annis sumitur, hic vero pro tempore indefinito.

[c] *Nam*] Alii legunt, *jam*, male; *nam* est transitio, et significat, autem, ut apud Plaut. in Aulularia, act. I. sc. 1. 'Nam cur me miseram verberas?' Id est, Cur autem me miseram verberas? Aliquoties etiam abundat. Plaut. 'Nam quem ego aspicio!'

[d] *Jactatus*] Metaphora sumta a navi undiquaque fluctibus agitata. Virgil. 'Multum ille et terris jactatus et alto.'

[e] *Constituendum*] Verti, firmandum, cum hoc referri debeat ad id quod dixit, 'Laboribus periculisque jactatus.'

[f] *Contendisse*] Verti, decertasse; quanquam et consensisse verti potuisset. Quod tamen idem est.

[g] *Hoc quoque*] Nempe, ut laboribus periculisque jactatus fuit, &c. [Delph. *hoc quoque, sicut cetera, operæ, &c.* sed] hæc verba [*sicut cetera*] a Floro nunquam scripta sunt, a Glossario quodam addita, ut vocem 'quoque' explicaret.

Digitized by Google

sit cognoscere; tamen[3] quia ipsa sibi obstat magnitudo, rerumque diversitas aciem intentionis abrumpit,[4] faciam quod solent, qui terrarum situs pingunt: in brevi quasi tabella[5] totam ejus imaginem amplectar, nonnihil,[6] ut spero, ad admirationem[7 i] principis populi collaturus, si pariter[j] atque insimul[8 k] universam magnitudinem ejus ostendero.[c] Si quis ergo populum Romanum quasi hominem [§. 4. consideret, totamque ejus[9] ætatem percenseat, ut cœperit,[1] utque adoleverit,[d l] ut quasi ad quendam juventæ[2 m] florem pervenerit, ut postea velut[3] consenuerit, quatuor[4] gradus processusque[5] ejus inveniet. Prima ætas sub regibus [§. 5. fuit, prope ducentos[n] quinquaginta[6] per annos, quibus cir-

[c] *Aliquid collaturus, ut spero, ut omnes mirentur Principem populum, si subjecero oculis universam ejus magnitudinem, ut ipsa se habet, et in unum.*

[d] *Complectaturque animo totam ætatem ejus, ut inceperit, ut creverit.*



1. 2. 3. Med. Par. Ven. ubique.—3 *sigilatim tm̄* Ms. Ryck. *sigillatim tamen* Ms. Suec.—4 Sic Mss. Pall. Naz. scriptique et Edd. Dukeri omnes, etiam Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Fab. Amstel. Beg. Duk. 1. 2. Sed *obrumpit* Mss. Vin. quidam. Ed. Vin. Grut. Lugd. Vetst.—5 *tabula* Mss. Vin. quidam.—6 *nō nihil* Ed. Par.—7 *admirationi* Ed. Lips. 1. 2. 3. *admirationum* Ed. Med. Par. *admirationem* Ed. Ven. *in admirationem* Ed. Gryph. Stad. Pont.—8 Ita conj. Salmasius, recepitque primus Freinshemius, et post eum, præter Grævium, Fabri filia, Dukerus. Sed *atque in semet* Ms. Ryck. Scias. et Dukeri Edd. et Mss. omnes, præter Voss. 1. qui cum Mss. Vin. quibusdam habebat *in semel*. Etiam in Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Vetst. Beg. est *atque in semet*. In Ms. Reg. Q. erat *in semet ipso*.—9 *Totamque ætatem* Mss. Regg. Toll. Duisb. Ed. pr. *totam ætatem* Ms. Voss. 1. 2.—1 *ceperit* Ed. Lips. 1. 2. 3. in quibus pro diphthongis *æ* et *œ* ubique est simplex litera *e*: quod semel dixisse sufficiat.—2 *Juventutis* Mss. Regg. Malliab. Fran. Voss. 1. 2. *juventē* Ed. Par. 1.—3 *Velut* abest ab Ed. Beg.—4 *Quattuor* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. ubique. Aberat a Ms. Vin. Ven. antiquissimo.—5 *Progressusque* Ms. Reg. F. Ed. Stad. Pont.—6 *CCCC.* Mss. quidam, Vin. Regg. Naz. Pal. 1. Ryck. Voss. 1. 2. 3. *CC.* Ms. Pal. 2. Duisb. Vin. Ed. pr. *CCC.* Mss. Vin. alii. *CCL.* Ms. Flor. Malliab. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *CCXLIII.* Mss. Jord. *ducentos XLIIII.* Ms. Fran.

NOTÆ

[i] *Admirationem*] Nota hic passive positum.

[j] *Pariter*] Verti, ut ipsa se habet: nam est vis hujus vocis, quæ hic satis difficilis.

[k] *Insimul*] In unum; quia supra dixerat in brevi quasi tabella.

[l] *Adoleverit*] Adolesco est cresco.

[m] *Juventæ*] Juventa apud optimos scriptores semper pro constituta ætate ponitur.

[n] *Prope ducentos*] Sub Regibus si quis recte rationes putet, regnatum est per annos ducentos quadraginta tres, ut patet ex Eutropio.

Digitized by Google

cum ipsam matrem[7] suam[o] cum finitimis luctatus est. Hæc erat[8] ejus infantia. Sequens a Bruto Collatinoque[9] [§. 6. Consulibus, in Appium[1] Claudium,[p] Quinctum[2] Fulvium Consules, ducentos quinquaginta[3] annos patet:[4] quibus Italiam subegit. Hoc[5] fuit tempus viris armisque[6] incitatissimum:[7] ideo quis adolescentiam dixerit.[8] Dehinc[9] [§. 7. ad Cæsarem Augustum[q] ducenti[1] [r] anni, quibus totum orbem[2] pacavit. Hæc[3] jam ipsa juventa[4] imperii, et quædam

Ab Ms. Berol. aberant isti annorum numeri.—7 *Circum ipsam cum ipsam* Ms. Naz. *circa ipsam m. s.* Ms. Duisb. Berol. *circum ipsam matrem* Ms. Voss. 1.—8 Sic Grævius. Sed Mss. et Edd. omnes, in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Freinsh. Blanc. Beg. habent *erit:* quod revocavit Dukerus in utraque Ed. sua.—9 *Calatinoque* Ed. Lips. 2. *Conlatioque* Mss. Vin.—1 *Quintum Claudium* Mss. Regg. Fran. Voss. 1. *Apium Claudium* Ed. Lips. 2.—2 *Quintii* Ed. Lips. 1. Ven. *Quintum* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. *Quinctumque* Ed. Stad. Pont. *Marcum* Ed. Stad. marg.—3 *CL.* Ms. Pal. 1. Voss. 1. 2. 3. Regg. Ryck. Vin. *CCL.* Ms. Pal. 2. Toll. Duisb. Ed. Stad. Pont. *CCLVI.* Ms. Fran. *per CCL.* Ed. pr. *CC.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Zeu. Vetst.—4 *Habet* Ed. Ald. Gryph. Stad. Pont. Beg.—5 *Huic fuit* Ed. Par.—6 *Armis* Ms. Ryck. Fran. *armatis* Ms. Voss. 1. sed alia manus emendarat *armis.* Beg. *armis virisque.*—7 *exercitatissimum* Ed. Stad. Pont.—8 *bn dixerit* Ed. Lips. 1. *bene dixerit* Ed. Lips. 2. 3.—9 *Deinceps* Mss. Vin. Ryck. Regg. Fran. Flor. *deinde* Ed. pr.—1 *CC. anni* Mss. Toll. Ed. Stad. marg. *CL. anni* Mss. Vin. Regg. Ryck. Voss. 1. 2. 3. *CCL. anni* Ms. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—2 *Imperium* Ms. Ryck.—3 Sic Ms. Ryck. Fran. Ed. Beg. Sed *hic jam* Mss. reliqui. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2. *hæc,* omisso *τῷ jam,* Ed. Blanc.—4 *Juventas* Mss. Regg. Berol. Voss. 1. 2. *juventus* Ms. Fran. Atque ab hoc quidem non minus, quam

NOTÆ

[o] *Circum ipsam matrem suam*] Salmasius omnino legendum vult, *circum ipsas cunas,* sed receptam lectionem tentare nil necesse est: est enim imitatio Poëtica, atque ea perquam elegans. Nam infantes, qui, non adhuc pedibus firmi, longius a matre sua discedere non audent, circum ipsam solent ludere.

[p] *In Appium Claudium*] A Bruto et Collatino Coss. usque ad Appium Claudium et Quintum Fulvium anni sunt ducenti supra triginta quatuor. Quibus Coss. contra Afros bellum susceptum fuit, A. U. C. 477. Et in Sicilia contra eos pugnatum, et App. Claudius de Afris et Rege Hierone triumphavit.

[q] *Ad Cæsarem Augustum*] Ab Appio Claudio et Quinto Fulvio Coss. usque ad mortem Cæsaris Augusti, anni sunt ducenti octoginta septem. Decessit enim A. U. C. 764. anno decimoquarto post Christum natum. Tunc temporis totius fere orbis Roma potiebatur.

[r] *Ducenti*] Certe in hocce numero error est, quem miror a nemine animadversum. Ab Augusto enim usque ad Adrianum, sub quo noster scripsit, anni sunt circiter 105. sed forte erratum est operarum qui 200. scrip-

Digitized by Google

quasi[5] robusta maturitas. A Cæsare Augusto in [§. 8. sæculum nostrum[6] haud[7] multo minus anni ducenti:[8] quibus inertia Cæsarum quasi consenuit,[9] atque decoxit;[e] nisi quod[1] sub Trajano principe movet[a] lacertos,[2] et præter spem omnium senectus imperii, quasi reddita juventute, revirescit.[3]

CAP. I.

DE ROMULO PRIMO ROMANORUM REGE.†

PRIMUS ille[a] et Urbis et Imperii conditor Romulus [§. 1. fuit, Marte[1] genitus, et Rhea Sylvia.[2] Hoc[3] de se [§. 2.

[e] *Quibus* annis populus Rom. *veluti consenuit et consumsit vires suas per inertiam Cæsarum.*

a Ms. Voss. 2. et Malliab., aberat *τὸ ipsa.*—5 Sic Ms. Naz. et Duk. plerique. Sed *quasi quædam* Mss. Duk. quidam et Edd. vett. omnes, in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Freinshem. Zeu.—6 *In sec. n.* Ed. Ven. *in nostrum tempus* Ms. Voss. 1.—7 Sic Ms. Ryck. Toll. Voss. Fran. Reg. Q. Duisb. Ed. pr. Ven. Sed *aut* Ms. Naz. Reg. F. Pal. 1. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *sunt* Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *non multo* Ms. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—8 *annis CC.* Mss. Voss. 3. *anni CC.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—9 *insenuit* Ms. Gud.—1 *nisi sub* Ms. Fran.—2 Sic Mss. Duk. plerique, etiam Edd. vett. in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont. Freinshem. Zeu. Sed *movit* Ms. Naz. Voss. 3. Ed. Stad. marg. Amstel. *moveret* Ms. Fran.—3 *Revirescceret* Ms. Fran.

† *De Romulo...rege* absunt ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Ab Ed. Fab. absunt tantum verba *primo Romanorum rege.* Ceterum numeri quoque Capp. in Edd. vett. ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. non habentur.—1 Sic Mss. Duk. omnes, etiam duo illi Mss. antiquissimi Jordanis, quos Salmasius consuluit, item Ed. pr. Duk. 1. 2. Sed *a Matre* Ed. Ven. *a Marte* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—2 *Silnia* Ed. Lips. 2. Multi alii *Silvia.*—3 *Hæc* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. Sab. Ven. Junt. *hec* Ed. Lips. 1. 3. In Ed. Med. Par. est *veste* (Med. Gryph. Stad. Pont. *Vestæ*) *sacerdos gravida hoc conf. est*, omissis verbis *de se.* Ed. Lugd. *hoc de se Vestæ sacerdos, &c.* Sed *τὸ Vestæ* aberat a Mss. Vin. *hoc sese Vestæ sac. gravidatam* Ed.

NOTÆ

sere, cum iis datum fuisset 100. Et sic legendum puto.

[2] *Movet lacertos*] Trajanus enim Romani Imperii, quod post Augustum defensum magis fuerat, quam nobiliter ampliatum, fines longe lateque diffudit. Tenuit usque ad Indiæ fines, et Mare Rubrum accessit.

CAP. I. *De Romulo*] Romam condidit anno Mundi 3198. ante Ch. Nat. 750. et regnavit annis 37. Illo defuncto, per Senatores per annum unum regnatum fuit.

[a] *Ille*] Nobilis, inclytus, famosus, significat; et ut in bonam, sic et in malam partem sumitur: in bonam, ut, 'Tune ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus genuit

sacerdos[b] gravida[4] confessa[5] est: nec mox fama dubitavit, cum Amulii[6] imperio abjectus in profluentem[7] cum Remo fratre, non potuit extingui. Siquidem et Tiberinus[8 c] [§. 3. amnem[9] repressit:[1] et relictis catulis lupa secuta vagitum[2] uber admovit[3] infantibus, matremque se gessit.[4] Sic repertos apud[d] arborem, regis[5] pastor[6 e] tulit in casam, atque educavit. Alba[f] tunc erat Latio caput, Iuli opus: [§. 4. nam Lavinium patris Æneæ contemserat. Ab his[7] Amulius jam bis septima[g] soboles[8] regnabat,[*] fratre pulso Nu-

[*] *Ab isto Ænea Amulius regnabat jam decimus quartus nepos.*

Beg.—4 *Gravidata* Jorn. Ab Ms. Voss. 1. aberat.—5 *Confessa*, omisso verbo Substantivo, Ed. Ven.—6 *Amuli* Ed. Par. 1.—7 *In profluentem* aberant a Ms. Fran.—8 *Tyberinus* Ed. Med. Gryph. *Tyberius* Ed. Par. *Tuberinus* Ed. Ven. *Tiberius* Ed. Lugd.—9 *Agmen* Ms. Pal. 2. Berol. Duisb. Ed. pr.—1 *Repræssit* Ed. Med. Ven.—2 *Vagitum secuta*, ordine inverso, Mss. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Pont. Zen. Vetst. Amstel. Beg.—3 *Ubera admovit* Ms. Ryck. Berol. Flor. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Vetst. *uberam movit* Mss. Jord.—4 *Cessit* Ms. Naz. *matrisque gessit officium* Jord.—5 *Gregis* Ms. Naz. Pal. 2. Gud. Put. Ryck. Voss. Fran. Toll. Duisb. Berol. Ed. pr. *regii gregis* Jord. Ed. Blanc. *regius* Ed. Beg.—6 *Pastor Faustulus* Ms. Naz. Ryck. Flor. Berol. Duisb. Ernst. Ed. pr. Ber. Sab. Junt. Ald. etiam Jord. haud dubie e glossemate. In Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. est *Faustulus regis pastor.*—7 *Ab hoc* Ed. Fab.—8 Sic Grævius e Jord. etiam Blanc. Sed *nam VII. sobole* Ms. Fran. *jam*

NOTÆ

Phrygii Simoëntis ad undam.' Et alibi: 'At non ille, satum quo te mentiris, Achilles Talis in hoste fuit Priamo.' Et in malam ut, 'Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu, Mœonia mentum mitra crinemque madentem Subnixus, rapto potitur.'

[b] *Sacerdos*] Rhea Sylvia Numitoris filia, quæ Vestæ sacerdotio præfecta; ideo Sacerdotem vocat.

[c] *Tiberinus*] Hic Tiberinus est fluminis Deus. Sic Virgil. 'Cunctatur et amnis Rauca sonans, revocatque pedem Tiberinus ab alto.' Et alibi: 'Huic Deus ipse loci fluvio Tiberinus amœno Populeas inter senior se attollere frondes Visus.'

[d] *Apud*] Juxta significat. Cicero de Orator. lib. II. 'Cum etiam tum in lecto Crassus esset, et apud eum Sulpitius sederet.' Ubi, 'apud eum,' nil aliud est quam juxta eum.

[e] *Regis pastor*] Melius multo si legatur *regius pastor*.

[f] *Alba*] Æneas, finito bello adversus Turnum, Rutulorum Regem, et victor, Lavinium ex nomine uxoris, cui Laviniæ nomen erat, urbem condidit; qui cum mortuus esset, in locum ejus Ascanius filius successit, qui, Lavinio relicto, Albam longam excitavit, quæ trecentos per annos caput regni fuit. Post quos Romulus Romam condidit, quæ non tantum Italiæ, sed et fere totius orbis terrarum caput et domina fuit.

[g] *Bis septima*] Amulius ab Ænea decimaquarta soboles est; hujus ge-

Digitized by Google

mitore, cujus ex filia Romulus.[9] Igitur statim[10] prima [§. 5.
juventæ[11] face, patruum Amulium[12] ab arce[h] deturbat, avum
reponit.[b] Ipse fluminis amator, et montium, apud quos[i] erat
educatus, mœnia novæ urbis[c] agitabat.[13] Gemini erant: [§. 6.
uter auspicaretur,[j] et regeret, adhibere placuit Deos.[d 14 k] Remus[15] montem Aventinum, hic Palatinum[16] occupat.[17] Prior
ille[18] sex vultures,[19] hic postea, sed duodecim[20] videt.[1] Sic
victor augurio[l] urbem excitat,[m] plenus spei, bellatricem [§. 7.

[b] *Igitur statim primo æstu juventæ pellit patruum Amulium regno, et restituit avum Numitorem.* [c] *Meditabatur mœnia novæ urbis.*

[d] *Erant gemelli, ideo Deos consuluere, uter inciperet et susciperet regnum prior.*

septima sobole Mss. Vin. Duk. Edd. vett. omnes, in his Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. *jam septimus sobole* Ed. pr. *jam bis septima sobole* Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Duk. 1. 2. *jam septima soboles* Ed. Lips. 1. Beg.—9 *Romulus et Remus* Ms. Voss. 3.—10 *Statim* aberat a Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Pont.—11 *Juventutis* Mss. Regg. *juventatis* Ms. Voss. 1. 2. *juventutæ* Ms. Ryck.—12 *Amulium Romulus ab arce* Mss. Regg. Toll. Ryck. Duisb. Voss. 2. 3.—13 *Agitat* Ed. Beg.—14 Sic post Stad. Pont. Grævius rescripsit e Jordane, quem secutus est in suo exemplo Blanc. Beg. Sed *adhibuere piacula* Mss. et Edd. Duk. omnes, in his Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2. *adhibuē piacula* Ed. Lips. 1. *adhibentur piacula* Ms. Fran.—15 *Rhemus* Ed. Lips. 2. ubique.—16 *Palatium* Mss. Vin. Fran. Ed. Grut. Vetst. Amstel. *pallatiū* Ed. Lips. 1. 2. 3.—17 *Occupavit* Mss. Regg. Flor. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—18 *illic* Ed. Ven.—19 *Voltures* Ms. Duisb.—20 *XI.* Ed. Pont. operarum peccato.—1 Ita Ms. Naz. et Ms. Jord. Ed. Fab. Beg. Sed *vidit*

NOTÆ.

neris series sic se habet: Æneas, Ascanius, Æneas Sylvius, Latinus, Alba, Capetus, Capys, Calpetus, Tiberinus, Agrippa, Alladius, Aventinus, Procas, et Amulius. Qui omnes, modo addas Sylvium Ascanii fratrem, qui post eum regno præfuit, regnarunt per annos quadringentos triginta quinque.

[h] *Ab arce*] Arx passim pro regno sumitur. Virgil. Æneid. IV. 'Ascanione pater Romanas invidet arces?'

[i] *Apud quos*] 'Apud' pro, in, multo elegantius; sic optimi quique scriptores: Terentius, 'apud forum' pro in foro.

[j] *Auspicaretur*] Verti, inciperet; auspicari enim est inchoare: et inde traxit originem, quod veteres nil nisi auspicato incipiebant.

[k] *Adhibere placuit Deos*] [Delph. habet *adhibuere piacula*, omissa voce *Deos*.] Piaculum est crimen dignum piatione, vel sacrificium quo crimen aliquod expiatur; unde manifestum est hic vocem *piacula*, locum habere non posse. Sunt qui legant *oracula*, bene.

[l] *Augurio*] Augurium hic pro auspicio posuit. Nam augurium est, cum observatur garritus aut cantus avium, quas appellabant oscines, quod ore futura prædicerent; auspicium vero est, cum et avium pastu vel volatu futura notabantur.

[m] *Excitat*] Sic Græci utuntur verbo ἐγείρειν τεῖχη, θεμέλια ἐγείρειν, τα-

Digitized by Google

fore: ita illi[2] assuetæ[3] sanguine[n] et præda[4] aves pollicebantur. Ad tutelam novæ urbis[5] sufficere vallum[o] [§. 8. videbatur:[6] cujus dum irridet[7] angustias Remus, idque[8] increpat saltu,[e] dubium an jussu fratris, occisus est: prima certe victima fuit; munitionemque urbis novæ sanguine suo consecravit.[f] Imaginem urbis magis quam [§. 9. urbem fecerat: incolæ deerant.[p] Erat in proximo lucus:[q] hunc Asylum facit:[9] et statim[10] mira vis hominum,[11] Latini Tuscique[12] pastores: quidam etiam[13] transmarini; Phryges,[r] qui sub Æneа, Arcades,[14] [s] qui sub Evandro duce influxerant. Ita ex variis quasi elementis congregavit corpus unum: populumque Romanum ipse fecit.[t] Res[15] [§. 10.

[e] *Quod dum Remus irridet angustissimum, et illud arguit saltu suo, &c.*
[f] *Et dedicavit sanguine suo vallum, quod muniebat novam urbem.*

Mss. et Edd. Duk. omnes, in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Duk. 1. 2.—2 *Illæ* Ms. Voss. 1.—3 *Consueti* Ed. pr.—4 Sic Mss. Vin. et Duk. omnes, etiam Ed. pr. Med. Grut. Zeu. Fab. Vetst. Beg. Duk. 1. 2. Sed *sanguīs et p̄de* Ed. Lips. 1. 3. *sanguini et prædæ* Ed. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *sanguini et prede* Ed. Lips. 2.—5 *Urbius* Ed. Ven.—6 *Videbat* Ms. Fran.—7 *Invidet* Ms. Fran.—8 *Atque* Ms. Fran. In Mss. Jord. erat *cujus dum angustias increpat, saltu transilivit*: sed in eorum altero ante τὸ *saltu* additum reperiebatur *et*. Mss. Vin. *idque increpat: saltu dubium an jussu fratris occisus est*.—9 *Fecit* Ed. Col. At in Gryph. est *facit*.—10 *Statim*, omissa copula, Ed. Ven.—11 *Vix omnium* Ms. Voss. 1.—12 *Tuscorumque* Mss. Vin. Regg. Fran. Pal. 2. Ed. Stad. marg. *Thuscique* Ed. Ven.—13 *Et transmarini* Ms. Fran. Ed. Lips. 1. 3. Sab. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *transmarini*, omisso τῷ *etiam*, Ed. Lips. 2.—14 *Archades* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—15 *Rex erat* Ms. Voss. 3.—16 *Ludis* ab-

NOTÆ

nia, fundamenta excitare.

[n] *Assuetæ sanguine*] Sunt qui credant assuefacere, assuefieri, assuescere, nunquam sextum casum asciscere, sed semper tertium; at longe illi falluntur.

[o] *Vallum*] Vallum dicitur ipsa munitio; et valli sunt pali, quibus in terram defixis vallum munitur.

[p] *Incolæ deerant*] Et hæc causa est, cur imaginem urbis potius quam urbem fecisse dicat: incolæ enim urbem constituunt, non muri.

[q] *Lucus*] Is inter Capitolium et arcem erat.

[r] *Phryges*] Eorum nepotes, qui post Trojæ excidium Æneam ducem comitati fuerant.

[s] *Arcades*] Sub Fauno, quarto Italiæ rege, Evander ex urbe Arcadiæ, Pallanteo nomine, cum Arcadum turba in Italiam appulit, a quibus Arcades isti erant oriundi.

[t] *Ipse fecit*] Non video, cur hic hæreant interpretes, et locum vitii suspicentur; qui, si quisquam alius, planissimus est. 'Ipse' enim hic sumitur, ut Græce αὐτὸς; et sensus talis est: Romulus solus corpus coëgit, quasi natura, quæ ex variis elemen-

Digitized by Google

erat unius ætatis; populus virorum.[g] Itaque matrimonia a finitimis petita: quia non impetrabantur, manu capta sunt. Simulatis quippe ludis[16] equestribus,[17 u] virgines, quæ ad spectaculum venerant, præda fuere. Et hæc[18] [§. 11. statim causa bellorum. Pulsi fugatique[19] Veientes:[w] Cæninensium[20 x] captum ac dirutum est[1] oppidum.[2] Spolia insuper opima[y] de rege Feretrio Jovi[z] manibus suis rex[3] reportavit. Sabinis proditæ portæ per virginem: nec [§. 12. dolo:[a] sed puella[4] pretium[5] rei, quam[6] gerebant in sinistris,[h]

[g] *Ista res poterat manere tantum per triginta annos; nam populus constabat viris* sine fœminis.

[h] *Tarpeia virgo prodidit portas Sabinis, non per fraudem; illa enim petierat in pretium rei* quam gerebat, *quæ ferebant in sinistris*, scuta scilicet.

rat a Ms. Scias.—17 *Æquestribus* Ed. Med.—18 Sic Mss. Vin. Ed. Lugd. Sed *præda fuere, et statim* Ms. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Pall. Voss. 1. 2. Ed. pr. Blanc. Amstel. Duk. 1. 2. *præda fuere: hæc statim* Mss. Jord. Ed. Beg. *prædæ fuerunt, et hæc statim* Ms. Put. *Prædæ* erat etiam in Ms. Naz. Voss. 3. Ed. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. In Ed. Lips. 1. 2. 3. scriptum est *prede f. et hec statim.*—19 *Pulsi fugati* Ms. Voss. 1. 2. Fran. *pulsati fugati* Ms. Reg. Q.—20 *Norentes sabini caninensium* Ms. Fran. *Veientes. Geniensium* Mss. Jord. *Veientes Ceninesium* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. In Ven. Gryph. est *Ceninensium.* Ms. Berol. *Venientes. C.* Ed. Beg. *Caninenses.*—1 *Dirutum oppidum* Ms. Ryck. Voss. 1. Fran. *diruptum est oppidum* Ed. Par.—2 *opidūm* Ed. Lips. 1. 3.—3 *Rex* aberat a Ms. Fran. Voss. 1.—4 *puellam* Ed. Ven.—5 *precium* Ed. Lips. 1. ubique. *præcium* Ed. Med. Par. ubique.—6 Sic Ms. Ryck. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Med. Junt. Ald. Sed *rei quā* Ed. Ven. *rei quæ* Mss. Vin. Regg. Toll. Voss. Duisb. Ed. pr. Sab. Grut. Lugd.

NOTÆ

tis corpus congregat.

[u] *Ludis equestribus*] Hi ludi consualia dicebantur, quos in honorem Consi faciebant, qui Consus Neptunus equester est: et tunc temporis equos et asinos coronabant, eosque otiari sinebant.

[w] *Veientes*] Italiæ populi, socii Fidenatibus.

[x] *Cæninensium*] Cæninenses, populi in Latio.

[y] *Spolia opima*] Ea sunt, quæ Dux hostium Duci a se interfecto detraxerat. Eorum tanta raritas fuit, ut trina tantum contigerint: prima quæ Romulus de Acrone, altera quæ Cossus Cornelius de Tolumnio, tertia quæ Marcus Marcellus Jovi Feretrio de Viridomaro fixerunt.

[z] *Feretrio Jovi*] Jupiter Feretrius dictus fuit, quod illi spolia opima ferebant, vel a feriendo, quod fulmine feriat; vel quia dux ducem ense ferit. Propert. lib. IV. 'Causa Feretri Omine quod certo dux ferit ense ducem: Seu quia victa suis humeris hæc arma ferebant: Hinc Feretri dicta est ara superba Jovis.'

[a] *Nec dolo*] Omnes alii, qui super hac re scripserunt, tradunt Tarpeiam virginem a Tatio auro corruptam fuisse; a quorum sententia Noster discedit. Dicit enim illam portas prodidisse, non dolo, quippe quæ pe-

Digitized by Google

petierat; dubium clypeos,[7] an armillas. Illi ut et[8] fidem solverent, et ulciscerentur, clypeis obruere.[i] Ita [§. 13. admissis[9] intra[10] mœnia hostibus, atrox in ipso foro[11] pugna, adeo ut[12] Romulus Jovem oraret, ut[13] fœdam[b] suorum fugam sisteret. Hinc[14] templum et Stator[15] Jupiter.[16] Tandem sævientibus[17 c] intervenere raptæ[18] laceris [§. 14. comis.[k] Sic pax facta cum Tatio,[19] fœdusque percussum: secutaque res mira dictu, ut relictis sedibus suis novam[1] in urbem hostes[2 d] demigrarent, et cum generis suis avitas[3]

[i] *Cum dubium esset, peteretne clypeos vel armillas; illi, ut et solverent promissa, et sumerent pœnas ab illa, obruere eam scutis.*

[k] *Tandem cum furerent undique, raptæ capillis passis progressæ sunt in medium.*

Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2. *rei quod* Jord. *rem, quam* Ed. Beg.—7 *Clipeos* Ed. Lips. 1. 2. 3. Lugd. ubique. At *clypeos* Ed. Ven. Gryph. ubique.—8 Sic Ms. Naz. Ryck. Toll. Sed *ut fidem*, omisso τῷ *et*, Ms. Pal. 1. 2. et Mss. Duk. reliqui omnes. Ed. pr. Beg. *ut de fidem* Ms. Voss. 3. h. e. *et fidem*: nam et in Ms. Ryck. *de* sæpissime, ut ante ostendi, scriptum erat pro *et*.—9 *ad missis* Ed. Lips. 1. Ab Ed. Beg. abest τὸ *ita*.—10 Sic Ms. Naz. Mss. Jord. Pal. 1. 2. Toll. Ryck. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Fab. Duk. 1. 2. Sed *ad mœnia* Mss. Vin. et Duk. reliqui. Ed. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Beg.—11 *In ipso aditu* Mss. Vin. Pal. 2. Ryck. Regg. Malliab. Voss. 2. 3. Ed. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Beg. *in ipso*, omisso τῷ *foro*, Ms. Fran. Voss.—12 *Adeo Romulus* Jord. et Ms. Naz.—13 *Fœdam* omisso τῷ *ut*. Ed. Beg.—14 Ita Mss. Jord. Vin. Pal. 1. 2. et Duk. omnes; etiam Ed. pr. Sed *hic* Ms. Naz. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—15 Sic quoque Mss. Vin. Sed *templum tibi Stator* Ms. Vatic. *templum tibi statuam* Ms. Fran. *templum est Stator* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. *templum est Statori* Ed. Lips. 2. Ven. *templum esto, inquit* Ed. Gryph. *templum est et Stator* Ed. Stad. Pont.—16 *Juppiter* Ed. Med. *Jovi* Ed. Lips. 2.—17 *Funeribus* Jord. et Freculph.—18 *Sabinæ captæ* Ms. Voss. 3. e glossemate.—19 *Tacio* Ed. Lips. 1. 2. 3.—1 *Nove* Ed. Lips. 3.—2 *Hoste* Mss. Jord.—3 *Avi-*

NOTÆ

tierat, quæ gerebant in sinistris, nempe clypeos, ut scilicet inermes a Romanis facile obrui possent. Hic locus vulgo male acceptus est; nec est quod quisquam per vocem, *proditæ*, qua Florus usus est, intelligi velit eas insidiose et contra leges hostibus traditas fuisse; nam verbum *prodere* significat etiam, in manus tradere, dare, aperire, quasi porro dare, unde fit *prodere*; res nota est.

[b] *Ut fœdam*] Delendum est *ut* ex genio Flori, sic infra locutus: 'Hunc rex sapientissimus statum Reipub. imposuit; juventus divisa per tribus, in equis et armis ad subita belli excubaret.'

[c] *Tandem sævientibus*] Verbum Poëticum, Virgil. de Lupo, Æneid. lib. IX. 'Ille asper et improbus ira Sævit in absentes.'

[d] *Hostes*] Et hæc causa est cur dixit, 'res mira dictu;' et miror cuidam in mentem venisse, ut germanam lectionem sollicitaret.

Digitized by Google

opes pro dote sociarent. Auctis brevi[4] viribus, hunc [§. 15.
rex sapientissimus statum Reipublicæ imposuit: juventus[5]
divisa[6] per tribus, in[7] equis et armis,[8] ut[9] ad subita belli[10] [e]
excubaret:[l] consilium Reipublicæ penes senes esset, qui
ex auctoritate[11] Patres, ob ætatem[12] Senatus vocabantur.[13]
His ita ordinatis, repente, cum[14] concionem[15] haberet [§. 16.
ante urbem,[16] apud Capreæ[17] paludem,[f] e conspectu ablatus est. Discerptum[g] aliqui a senatu putant ob [§. 17.
asperius ingenium: sed oborta[18] tempestas[h] solisque defectio consecrationis speciem[19] præbuere:[m] cui mox [§. 18.

[l] *Vigilias ageret, ad subitos motus belli.*

[m] *Sed cum repente tempestas orta esset, et sol defecisset, effecere quasi quandam consecrationem.*

tas aberat a Ms. Gud.—4 *In brevi* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—5 *Ut juventus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu.—6 *Dispersa* Mss. Vin. Ed. Stad. marg.—7 *Ut in equis* Ms. Fran. *et in equis* Mss. Pall.—8 *et in armis* Ms. Ryck. Naz. auctore Salmasio, Edd. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—9 Sic Ms. Naz., auctore Salmasio; Jord. Freculph. et, ut Dukero videbatur, Mss. Regg. Malliab. Aberat *τὸ ut* a Mss. Pall. et Duk. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh.—10 *subita bella* Ms. Ryck. Naz. Jord. Toll. Duisb. Pal. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Pont. Beg. Duk. 1. 2. Sed *subita belli* erat in Mss. Vin. et Duk. ceteris.—11 *Autoritate* Ed. Lips. 2. Gryph. ubique: *authoritate* Ed. Ven. ubique.—12 *Ab ætate* Ed. Stad. Pont. e Jordane.—13 *Vocabatur* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven.—14 *Cum repente* Ms. Naz. Pal. 1. 2. et Mss. Duk. exceptis Voss. itemque Ed. pr. Ber. Sab. Junt. Ald. *cũ repente* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—15 *contionem* Ed. Lips. 1. 2. 3. ubique. Atque sic Bongarsius quoque in Justino edidit e libris suis.—16 *ante urbem* aberant a Mss. Vin. Scias. Voss. 1. 2. Fran.—17 *Capræ paludem* Ms. Pal. 1. 2. Naz. Vin. Ryck. Voss. 1. 2. Ed. Stad. Pont. Beg. *Capræ paludes* Mss. Vin. Jord.—18 *aborta* Ed. Lips. 1. 2. 3.—19 *Specimẽ*

NOTÆ

[e] *Subita belli*] Florum ut Oratorem, vel Poëtam potius, quam ut historicum soleo legere, ita ubique sublimis est et magnificus. 'Subita belli,' pro subita bella. Sic Horat. dixit, 'acuta belli.'

[f] *Capreæ paludem*] Sic dicebatur ager juxta urbem. Nec est quod quisquam loco *Capreæ*, reponat *Capræ*. Capreæ dixit Ovid. Fast. lib. II. 'Est locus, antiqui Capreæ dixere paludem. Forte viris illic, Romule, jura dabas.'

[g] *Discerptum*] De Romuli interitu alii alia scribunt. Sunt qui dicant interfectum a primoribus, et corpore in minutissima fragmenta dissecto, occulte sub vestibus asportatum. Alii veneno extinctum volunt. Et alii manu sua mortuum.

[h] *Oborta tempestas*] Hoc eleganter describit Ovid. 'Sol fugit et removent subeuntia nubila cœlum, Et gravis effusis decidit imber aquis; Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther; Fit fuga, Rex patriis as-

Digitized by Google

Julius Proculus fidem fecit, visum a se Romulum affirmans, augustiore[20] forma,[1] quam fuisset: mandare præterea, ut se pro numine[j] acciperent: Quirinum in cœlo[1] vocari placitum Diis. Ita gentium Roma potiretur.[z 2]

CAP. II.

DE NUMA POMPILIO.

SUCCEDIT[3] Romulo Numa[4] Pompilius: quem [§. 1. Curibus[5 a] Sabinis agentem,[6] ultro petivere,[a 7] ob inclytam[8] viri religionem. Ille sacra, et cæremonias,[9] omnemque [§. 2.

[z] *Cui mox* consecrationi *Julius Proculus auctor fuit, ut omnes adhiberent fidem, jurans se vidisse Romulum forma augustiore quam fuisset* antea; *qui præterea mandabat eis, ut colerent se pro numine; se vero vocatum Quirinum in Cœlo, et Deos decrevisse, ut Roma regeret totum orbem terrarum.*

[a] *Quem* Romani *petivere sponte sua, cum vitam ageret Curibus Sabinis.*

Ed. Lips. 2.—20 *Augustiorem* Ms. Reg. F.—1 Sic Ms. Naz. Voss. 2. Fran. Ed. Ber. Sab. Junt. Ald. reliqui. Sed *cœlo* Mss. Duk. ceteri, Pal. 2. Ed. pr.—2 Sic Ms. Pal. 1. Ryck. Toll. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Sed *vocari placitum desistat. gentium Roma* Ms. Voss. 1. 2. (in quo manus prima scripserat *pateretur*, quod ipsum erat in Naz.) Reg. F a prima manu. *vocari placitum, et ut gentium R. pot.* Ms. Pal. 2. auctore Salmasio: nam Gruterus quidem habet, *voc. plac. et omnium g. R. p.* Porro *vocari plac. de his ita g. R. pat.* Ms. Naz. *vocari plac. Diis ut g. R. potir.* Mss. Vin. Duisb. Voss. 3. Jord. Ed. Junt. Ald. Grut. Zeu. Fab. Vetst. *voc. plac. Diis gentium R. pot.* Ms. Reg. F a manu sec. *vocari plac. sic gent. R. p.* Ms. Reg. Q. *in cœlo vocari: placitum Diis ita, gent. R. p.* Ed. Duk. 1. 2. *placitum Diis: ita gentium imperio Roma potiretur* Ed. Gryph. Stad. Pont. *in cœlo vocari: placitum Diis, ut gentium imperio Roma potiretur* Ed. Lugd.

3 *Successit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—4 *Numma* Ed. Med.—5 *Curribus* Ed. Lips. 2.—6 *Degentem* Ms. Voss. 3. e glossemate.—7 *petiverunt* Mss. Regg. Naz. Flor. Fran. Malliab.—8 *inclitam* Ed. Lips. 1. 2. 3. *ubique.* Sed *inclytam* Ed. Med. Ven. Gryph. Lugd. Pont. ubique.—9 *cæri-*

NOTÆ

tra petebat equis.' Integros versus descripsi, ut mihi viam facerent ad antiquam lectionem Virgilio restituendam, apud quem hodie male legitur, Æneid. lib. III. 'Ingeminant abrupti nubibus ignes.' Cum legendum sit *abruptis nubibus.* Et sic legerat Ovidius cum imitatus est. Etenim nonne idem est, 'æther abrumpitur missis ignibus:' et, 'ignes nubibus abruptis?' Res ipsa luce clarior.

[i] *Augustiore forma*] Ovid. 'Pulcher, et humano major, trabeaque decorus Romulus, in media visus adesse via.'

[j] *Pro numine*] 'Thura ferant, placentque novum pia turba Quirinum.' Ovid.

CAP. II. *De Numa Pompilio*] Regnum suscepit anno Mundi 3236. ante Ch. Nat. 712. regnavit annis 43.

[a] *Curibus*] Cures, urbs in Sabinis.

Digitized by Google

cultum Deorum immortalium docuit: ille Pontifices,[b] Augures, Salios,[x] ceteraque populi Romani sacerdotia;[10 c] annum quoque[11] in duodecim menses, fastos dies[d] nefastosque[12] descripsit.[13] Ille Ancilia[14 e] atque Palladium,[f] [§. 3. secreta quædam imperii pignora,[g] Janumque geminum,[15 h] fidem pacis ac belli: in primis focum Vestæ[i] virginibus colendum dedit,[b] ut ad simulacrum[16] cœlestium siderum[17]

[b] *Ille dedit colenda Vestalibus Ancilia et Palladium, quæ erant quædam secreta pignora imperii; et Janum Geminum, in quo stabat pax et bellum; et in primis ignem Vestæ.*

monias Ms. Ryck. Berol. Malliab. Duisb. Fran. Voss. 2. 3. Ed. pr. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. *cerimonias* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven.—10 *Ceterosque per sacerdotia* Mss. Vin. Pall. Ryck. Berol. Malliab. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. (in quo tamen est *sacerdotia*) Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Pont. Freinsh. Duk. 1. 2. *ceteraque per sacerdotia* Ms. Naz. *ceteraque sacerdotia* Ms. Flor. Ed. Vin. Grut. Lugd. Zeu. Fab. Vetst. Jord. Frecnlph.—11 *Annumque* Mss. Jord.—12 *Fastos nefastosque* Mss. Jord. *fastos d. nephastosque* Ed. Lips. 1. 2. 3. *f. d. ne fastosque* Ed. Par.—13 *Descripsi* Ed. Ven.—14 *Ancylia* Ed. Lips. 2. Gryph.—15 *Bifrontem* Jord.—16 *Ad similitudinem* Ms. Fran. Voss. 3. Jord. Ed. Col. marg. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *ad simulachrum* Ed. Par.—17 *Syderum* Ed. Med. Par. Ven. Gryph.

NOTÆ

[b] *Pontifices*] Quatuor Pontifices instituit Numa, et augures totidem.

[x] *Salios*] Martis Sacerdotes numero duodecim, qui certis diebus per urbem armati canentes cum tripudiis et saltu discurrebant.

[c] *Ceteraque populi Romani sacerdotia*] In aliis *cetera sacerdotia*, vel *ceterosque per sacerdotia*; ex quo Salmasius ingeniosissime, *ceteraque P. R. sacerdotia*. Nihil ego verius puto: ex duobus illis literis *P. R.* negligentes librarii fecerant *per*.

[d] *Fastos dies*] Fasti dies sunt, quibus jus fatur, id est, dicitur; et quibus Prætoribus licebat hæc tria verba proferre sine piaculo, Do, Dico, Addico. Nefasti vero quibus jus non fatur, nec tria verba licet profari Prætoribus. Ovid. 'Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur; Fastus erit per quem lege licebit agi.'

[e] *Ancilia*] Unum tantum e cœlo delapsum, sed plura jussit fieri, simili cœlata figura, ut inquit ille, ut deciperentur qui illud furari cuperent.

[f] *Palladium*] Palladis simulacrum e cœlo delapsum, in quo Imperii fides stabat. Illud Ulysses et Diomedes sustulerunt, et Æneas postea in Italiam detulit.

[g] *Pignora*] Sic Ovid. 'Imperii pignora certa dabo,' de ancile.

[h] *Janum geminum*] Cujus templum belli tempore patet, pacis vero clausum est; et ideo pacis et belli fidem vocat. Dictus autem fuit geminus, a gemina facie, hac ortum, illa occidentem spectante.

[i] *Vestæ*] Alii Saturni filiam, alii Jani uxorem Vestam dicunt, et Vesta nil aliud est quam ignis. Ovid. 'Nec tu aliud Vestam quam vivam intellige flammam.' Illam Æneas a Troja

Digitized by Google

custos imperii flamma[18] vigilaret.[c 19] Hæc omnia quasi monitu Deæ Egeriæ,[20] quo magis barbari[j] acciperent. Eo denique ferocem populum redegit, ut, quod vi[k] et [§. 4. injuria occupaverat, imperium, religione atque justitia[21] gubernaret.[d]

CAP. III.

DE TULLO HOSTILIO.

EXCIPIT[1] Pompilium Numam Tullus Hostilius: [§. 1. cui in[2] honorem virtutis regnum ultro datum.[e 3] Hic omnem militarem disciplinam, artemque bellandi condidit.[a] Itaque mirum in modum[4] exercita[5] juventute, provocare [§. 2. ausus Albanos, gravem[b] et diu principem[c] populum.[f]

[c] *Ut flamma custos imperii semper vigilaret ad similitudinem cœlestium siderum.*
[d] *Tandem redegit populum furentem ad id, ut ille populus, qui occupaverat imperium per vim et injuriam, idem regeret religione et justitia.*
[e] *Tullus Hostilius successor fuit Numæ Pompilio, qui accepit regnum a populo sine ambitione, in honorem virtutis.*
[f] *Populum bellicosum et qui dominaverat diu.*

ubique.—18 *Flama* Mss. Toll.—19 *Invigilaret* Ms. Jord.—20 *Ægeriæ* Ed. Med. Par. Gryph.—21 *Justicia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *et* i. Ed. Beg.
1 *Explicit* Ed. Par. 2.—2 *Cujus honorem* Mss. Jord. in quibus eadem manus correxerat *ob honorem.*—3 *Datur* Ms. Gud. Voss. 3.—4 *Inmodum* Ed. Lips.

NOTÆ

in Italiam detulit, 'Vestamque potentem, Æternumque adytis effert penetralibus ignem.'

[j] *Barbari*] Non dicit, *barbari*, pro Latini, quod quidam volunt. Ut apud Plaut. in Prolog. Asinariæ, Marcus vertit 'barbare,' id est, Latine; sed barbari qui scilicet legibus adhuc, cæremoniis, nec Deorum cultu essent assueti; et per hanc vocem causam reddidit, cur se apud eos Egeriæ monitu uti simularet.

[k] *Quod vi*] Quod vi et injuria hic dicitur, id ad Numam pertinere non potest, quem scilicet ultro petiverat Pop. Rom. ob inclytam viri religionem; ergo legendum, *ut qui;* Populum enim Romanum per vim et injuriam occupasse Imperium nimis verum est. Sic restituit hunc locum Pater meus.

CAP. III. *De Tullo Hostilio*] Regnum cepit anno Mundi 3279. ante Ch. Nat. 669. regnavit annis 32.

[a] *Condidit*] Renovavit, restituit.

[b] *Gravem*] Poëticas Flori locutiones ubique notabis. Sic Horat. Persas 'graves' vocat. Od. I. 2. 'Audiet cives acuisse ferrum, Quo graves Persæ melius perirent:' ubi male commentator vetus qui infrænes explicat; sed pessime Cruquius, qui ab

Digitized by Google

Sed cum pari robore frequentibus prœliis utrique[6] [§. 3. comminuerentur, misso in compendium[7] bello, Horatiis[d] Curiatiisque,[8 e] tergeminis[9] hinc atque inde fratribus, utriusque populi fata permissa[10] sunt.[c] Anceps et pulchra[11] [§. 4. contentio, exituque[12] ipso mirabilis. Tribus quippe illinc[f] vulneratis, hinc[g] duobus occisis,[d] qui supererat[13] Horatius, addito ad virtutem[14] dolo, ut distraheret hostem, simulat fugam: singulosque, prout sequi poterant,[h] adortus[15] exsuperat.[e] Sic (rarum alias decus)[16] unius manu[17] [§. 5. parta victoria est: quam ille mox parricidio fœdavit.[18] Flentem circa se spolia[19] sponsi quidem, sed hostis, sororem viderat: hunc tam immaturum[i] virginis amorem ultus[20]

[c] *Sed cum utrique ferrent damna æqualia prœliis frequentibus, ut facerent cito finem belli, uterque populus dedere fata sua Horatiis et Curiatiis, tribus fratribus ex utraque parte.*

[d] *Nam tribus Curiatiis vulneratis, duobus Horatiis occisis.*

[e] *Superat singulos aggressus, ut unusquisque poterat sequi.*

1. 3. Par. *imodum* Ed. Med.—5 Sic et Ed. pr. Sed *exercitata* Ms. Ryck. Voss. 3. Ed. Col. Lugd.—6 Ita et Mss. Vin. Sed *utrinque* Ms. Scias. Ed. Med. Par. Ven. Gryph.—7 *Imcompendium* Ed. Lips. 1.—8 Sic et Ms. Naz. Sed *Curatiisque* Ms. Fran. Duisb. Voss. Ed. pr. Grut. Lugd. Pont. Vetst.—9 Sic Ed. Stad. Grut. Zeu. Freinsh. Fab. Vetst. Sed *trigeminis* Mss. et Edd. Duk. omnes; in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Beg. Duk. 1. 2.—10 Ita Mss. Jord. Naz. Regg. Voss. Ed. Fab. Blanc. Beg. Duk. 1. 2. Sed *commissa* Ms. Pal. 1. 2. Fran. Toll. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—11 Sic et Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. ubique.—12 *Exitusque* Ed. Ven.—13 *Superat* Ed. Lips. 2.—14 *Virtutes* Ms. Pal. 2.—15 *Adorsus* Ms. Voss. 2. male. *ad ortus* Ed. Lips. 1.—16 Sic Mss. Pall. et Duk. omnes, nisi quod in Duisb. et Fran. erat *rarum al' decus.* In Voss. 1. super *alias* scriptum erat *aliis.* Sed *rarum alius decus* Mss. Jord. *rerum,* simpliciter, Ed. pr. *rarum* Ed. Ven. Grut. Zeu. Vetst.—17 *Manu* Ed. Amstel. omisso *τῷ unius.*—18 *Fedavit* Ed. Med.—19 *Spolia circa se* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Blanc. Vetst. Amstel. Beg. Duk. 1. 2.—20 *Vultus*

NOTÆ

armorum genere dictos putat, quippe qui ferreis laminis induerentur. Gravis, nil aliud significat quam fortis, bellicosus, qui contemni non debet, qui virtutis suæ dedit specimina.

[c] *Dux Principem*] Albani enim quingentos fere per annos regnarunt.

[d] *Horatiis*] A parte Romanorum.

[e] *Curiatiis*] A parte Albanorum.

[f] *Illinc*] Ex Curiatiis.

[g] *Hinc*] Ex Horatiis.

[h] *Prout sequi poterant*] Bona lectio; male *poterat* in aliis Cod. scriptum est. Sic Aurel. Victor. 'Unus Horatius quamvis integer, quia tribus impar erat, fugam simulavit, et singulos per intervalla, ut vulnerum dolor patiebatur insequentes, interfecit.'

[i] *Immaturum*] Notandum 'immaturum' posuisse, pro intemperatum.

Digitized by Google

est ferro. Citavere[1] leges nefas: sed abstulit virtus parricidam:[2 j] et facinus intra[3] gloriam fuit.[f] Nec diu in [§. 6. fide[4] Albanus. Nam Fidenate[5 k] bello missi in auxilium ex[6] fœdere, medii inter duos[7] expectavere fortunam. Sed rex callidus, ubi inclinare[8 l] socios ad hostem [§. 7. videt, tollit animos, quasi ipse mandasset.[g] Spes inde nostris, metus hostibus. Sic fraus proditorum irrita fuit. Itaque hoste victo, ruptorem fœderis Metium[9] Fufe- [§. 8. tium,[10] religatum inter duos currus,[11] pernicibus[h] equis distrahit:[12] Albamque ipsam quamvis parentem,[m] [§. 9. æmulam[13] tamen, diruit,[14] cum prius[15] omnes opes[16] urbis,

[f] *Leges vocavere in jus illud nefandum facinus; sed virtus ejus effecit, ut parricidium ei remitteretur. Et facinus constitit inter terminos gloriæ.*

[g] *Sed cum rex callidus videt illos vergere ad hostes, erigit animos suorum militum, simulans se ita mandasse.* [h] *Velocibus.*

Ed. Par. Ven.—1 *Quod auderet* Mss. Jord. Num orta lectio e glossemate τοῦ *nefas?*—2 *Patricidā* Ed. Lips. 1. 3. *parricidiam* Ed. Ven.—3 *Infra* Jord. Ed. Lugd. Zen. Beg.—4 *Fide mansit Albanus* Ms. Ryck. Pal. 2. Fran. Voss. 3. Ed. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Col. Stad. Lugd. Pont. *fide permansit Albanus* Ms. Reg. Q. *fide perstat Albanus* Ed. Jord. *in fide māsit Albanus* Ed. Lips. 1.—5 *Fidenati* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. *Fidennati* Ed. Ven.—6 *Misit in auxilium et fœdere* Mss. Jord. Naz. *misit in auxilium ex fœdere* Ms. Duisb. Ed. pr. *misti in aux. ex f.* Ms. Voss. 1. *bello quos misit in aux. ex f.* Ms. Reg. Q.—7 *Interduos* Ed. Lips. 1. Mox in eodem est *exspectavere*. Et sic ubique.—8 *Subinclinare socios* Ms. Naz. *ubi sub incl. s.* Ed. Beg. *ubi inclinare se socios* Ms. Pal. 1. Berol. Duisb. Voss. 1. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Gryph. Stad. Pont. *ubi inclinare etiam se suos* Ms. Pal. 2.—9 *Mettum* Ms. Naz. et Mss. Jord. *Metum* Mss. Vin. Voss. 2.—10 Sic Ms. Naz. Vin. Reg. F, Toll. Voss. 1. 2. Ed. Grut. Vetst. Beg. Duk. 1. 2. Sed *Suffetium* Ms. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Gryph. *Suffetum* Ed. Med. Par. Ven. *Sufetium* Ms. Reg. Q, Ed. Fab. *Fuffetium* Ms. Ryck. *Fusecium* Ms. Fran. *Sussecium* Ms. Voss. 3.—11 *Inter duos funes* Ms. Pal. 1. *inter duos currus funes* Ms. Pal. 2. unde duplicem olim in libris lectionem loci extitisse, nemo non videt.—12 Sic Ms. Naz. Mss. Jord. et Mss. atque Edd. Duk. omnes cum nostris. Sed *distrahitur* Ms. Pal. 1. *distraxit* Ed. Grut. Zen. Vetst.—13 *Emulam* Ed. Ven.—14 *Dirruit* Ed. Lips. 1. 3.—15 *Prius: cum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. *prius cum* Ms. Toll. Duisb. Ed. Par. Ven. *prius tamen* Ms. Fran.—16 *Opes omnes*, ordine inverso, Ms. Fran.—

NOTÆ

[j] *Parricidam*] Pro parricidio.

[k] *Fidenate*] Fidenates, populi in Latio, sexto ab urbe milliario distantes.

[l] *Ubi inclinare*] Metius enim aciem in collem subduxerat, ut fortunam belli experiretur ac sequeretur, qua re Tullus intellecta, magna voce ait, suo illud jussu Metium facere. Quare hostes territi victique sunt.

[m] *Parentem*] Quippe ab Albæ regibus Romæ conditor Romulus.

Digitized by Google

ipsumque populum Romam[17] transtulisset:[18] prorsus ut consanguinea civitas non periisse,[19] sed in suum corpus rediisse[19] rursus[20] videretur.

CAP. IV.

DE ANCO MARCIO.[1]

ANCUS[2] deinde Marcius, nepos Pompilii,[3] pari[4] [§. 1. ingenio.[a] Hic[5] igitur et mœnia[6] [a] muro amplexus est,[7] [§. 2. et interfluentem[8] Urbi Tiberinum[9] ponte[10] commisit:[11] [b] Ostiamque[12] [c] in ipso maris fluminisque confinio coloniam posuit:[b] jam tum[13] videlicet præsagiens animo, futurum, ut totius mundi opes et commeatus illo velut[14] maritimo Urbis hospitio[15] reciperentur.

[a] *Qui erat similis ingenio Numæ, avo suo.*

[b] *Et per pontem junxit ripas Tiberis, qui fluebat intra Urbem, et condidit Ostiam Coloniam in ipso concursu maris et fluminis.*

17 *Romanum* Ms. Naz. Ed. Grut. Vetst.—18 *Transtulit* Ms. Fran.—19 *Perisse....redisse* Jord. Ms. Ryck. Fran. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. *periisse....redisse* Ed. Med. Par. Ven. *perisse....rediisse* Ed. Pont.—20 *Russus* Ed. Lips. 1. *rursus* Ed. Lips. 3. *redisse r. v.* Ms. Berol. *rediisse videretur* Ms. Reg. Q.

1 *Martio* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven. ubique.—2 *Eneus* Ed. Ven.—3 *Nepos ex filia Pompilii* Jord. et Freculph. et Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *nepos Pompilii ex filia* Ed. Fab.—4 *Pravo* Jord.—5 *hic* aberat a Ms. Naz.—6 *Mœnia* aberat a Ms. Burdigal.—7 *Amplexus* Ed. Freinshem.—8 *Influentem urbi* Mss. Jord.—9 *Tiberim* Ms. Fran. Ed. Stad. Pont. *Tiberini* Ms. Ryck. *Tyberinum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—10 *Ponti* Ms. Naz.—11 *Conjunxit* Ms. Flor. e glossemate, credo.—12 *Hostiamque* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. *Hostiamque* Ed. Par. Gryph.—13 *Tunc* Ed. Par.—14 *Veluti* Ms. Ryck. Duisb. Fran. Voss. et Edd. Duk. omnes, etiam Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Blanc. Vetst. Beg.—15 *Hospicio* Ed. Lips. 1. 2. 3.

NOTÆ

CAP. IV. *De Anco Marcio*] Regnare cœpit anno Mundi 3311. ante Ch. Nat. 637. regnavit annis 24.

[a] *Mœnia*] Ædificia, domos, insulas.

[b] *Commisit*] Ripas ponte conjunxit; committere enim, conjungere significat. Virgil. ‘Delphinum caudas utero commissa luporum.’ Id est, habens caudas commissas, conjunctas, utero luporum.

[c] *Ostiam*] Oppidum in Latio, ad Tiberis ostia.

Digitized by Google

CAP. V.

DE TARQUINIO[1] PRISCO.

TARQUINIUS postea Priscus, quamvis transmarinæ [§. 1. originis, regnum ultro petens accipit[2] ob industriam atque elegantiam: quippe qui oriundus[3] Corintho,[a] Græcum ingenium Italicis artibus miscuisset. Hic et senatus [§. 2. majestatem numero ampliavit, et centuriis[b] tribus auxit,[*] quatenus[4] Attius[5] Navius[6] numerum augeri prohibebat, vir[7] summus augurio. Quem rex in experimentum roga- [§. 3. vit, fierine[8] posset, quod ipse mente conceperat? Ille [§. 4. rem expertus augurio, posse,[9] respondit. 'Atqui[10] hoc,' inquit, 'agitabam,[11] an cotem illam secare novacula possem.' Augur, 'Potes[12] ergo,' inquit; et secuit. Inde Romanis

[*] *Hic ampliavit majestatem Senatus numero Senatorum, et auxit Centurias tribus aliis Centuriis.*



1 *Tarquini* Ed. Ven.—2 *Accepit* Mss. Jord. Naz. Ryck. Regg. Voss. 1. Fran. Ed. Beg.—3 *Oriundum* Ed. Par. 1. Abest ab Ed. pr.—4 Sic Mss. Jord. et Ms. Pal. 1. Flor. Malliab. Voss. 1. 3. Reg. Q. Sed *quatinus* Ms. Ryck. Voss. 2. Reg. F. a prima manu: *quamvis* Jord. Ms. Pal. 2. Berol. Duisb. Fran. et Reg. F. a manu correctrice; Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—5 *Actius* Ms. Ryck. Duisb. Voss. 2. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *Ancus* Ms. Fran.—6 *Nævius* Ms. Pal. 1. 2. 3. Ed. Zeu. *Nevius* Mss. Vin. Ryck. Duisb. Ed. pr. Stad. Pont. *Manius* Ms. Fran.—7 *Prohibebat summus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. Beg. *prohibebat summisso* Ed. Med. Par. *prohiberet summus* Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *prohibebatur summus* Ms. Naz. Dukerus quidem in nullo Mss. suorum reperit τὸ *vir*. Sed erat tamen in eo quem Pighius ad A. U. 138. laudat. Est etiam apud Freculph. et in Mss. Jord.—8 *Fieri ne* Ed. Lips. 1. Par.—9 *Posset* Ed. Par. 1.—10 *Atque* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—11 *Agituram* Mss. Jord. *cogitabam* Ms. Fran. quod glossema sapit: *agitabant* Ed. Ven.—12 *Et augur, potes* Mss.

NOTÆ

CAP. V. *De Tarquinio Prisco*] Anno Mundi 3335. ante Ch. Nat. 613. regnavit annis 38.

[a] *Corintho*] Damarati Corinthii filius erat, ejus qui, Cypselli tyrannidem fugiens, in Etruriam commigravit: ipse Lucumo dictus, postea vero ab Urbe Tusciæ, Tarquiniis nomine, Tarquinius vocatus.

[b] *Centuriis*] Quod Florus de Senatu, Aurel. Victor de Equitibus dicit: 'Centum patres in Curiam legit, qui minorum gentium sunt appellati, Equitum Centurias numero duplicavit, nomina mutare non potuit, Accii Navii auguris auctoritate deterritus, qui fidem artis suæ novacula et cote firmavit.'

Digitized by Google

sacer auguratus.[b][13] Neque[14] pace Tarquinius quam [§. 5. bello promtior.[c] Duodecim[15][c] namque[16] Tusciæ populos frequentibus armis subegit. Inde[17] fasces, trabeæ,[d] [§. 6. curules,[18][e] annuli,[19][f] phaleræ,[20][g] paludamenta,[h] prætexta;[1][i] inde, quod[2] aureo[3] curru, quatuor equis triumphatur;[d][4] togæ pictæ,[j] tunicæque palmatæ;[5][k] omnia denique decora et insignia, quibus imperii dignitas eminet.[6]

[b] *Ex eo augurium fuit sacrum Romanis.*
[c] *Neque Tarquinius fuit ardentior in pace quam in bello.*
[d] *Inde est, quod triumphatur quadrigis aureis.*

Jord. *augur, potes* Ms. Reg. Q.—13 *Auguriatus* Ed. pr.—14 *Nāque* Ed. Gryph. —15 *XII.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven.—16 *Nanque* Ed. Lips. 2. Gryph. ubique.—17 *Et inde* Ms. Ryck. Flor. Berol. Duisb. Voss. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—18 *Currules* Ed. Lips. 1. 3.—19 Sic Ed. Lips. 1. 2. 3. Gryph. Stad. Reliqui *anuli.*—20 *Falē* Ed. Lips. 1. *faleræ* Ed. Med. Par. *falere* Ed. Lips. 3.—1 *Prætextæ* Jord. Ed. Beg. Freculph.—2 Sic Ms. Naz. Sed *indeque* Jord. Mss. Pall. Flor. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Med. Par. *inde* Ms. Malliab.—3 *Aurato curru* Ed. Stad. Pont. male, cum *aureum* dicatur etiam id quod est auro obductum.—4 *Triumphatur* abest ab Ed. Par. 1. —5 *Palmatem* Ed. Par. 1.—6 *Sumta sunt* add. Ed. Jord. et Freculph.

NOTÆ

[c] *Duodecim*] Etrusci, sive Tusci, a Græcis Tyrrheni dicti, intra Appeninum, mare inferum, et Tiberim Macramque amnes consederunt, duodecim urbibus totidemque principatibus inter se constitutis.

[d] *Trabeæ*] Sunt vestes, quæ quasdam tanquam discolores pannorum trabes habebant. Suetonius inde vestimentis docet tria trabearum fuisse genera, unum e sola purpura Diis consecratum, alterum e purpura et cocco, quo Augures. Ceterum, et ante Tarquinium Priscum Romæ in usu fuit trabea, nempe Romuli tempore. Virgil. Æneid. VII. 'Ipse, Quirinali trabea cinctuque Gabino Insignis, reserat stridentia limina Consul.' Ubi interpres, Quirinali Trabea, regali veste, quali Romulus utebatur.

[e] *Curules*] Erant sellæ eburneæ.

[f] *Annuli*] Annuli aurei insignia dignitatis equestris.

[g] *Phaleræ*] Ornamenta, quæ equorum frontibus, maxillis, pectoribus ad speciem addebantur, iis ob rem bene gestam equites donabantur.

[h] *Paludamenta*] Vestes purpura et cocco distinctæ, quibus induti Imperatores ad bella proficiscuntur.

[i] *Prætexta*] Vestis, cui purpura prætexta est, hoc est, quæ purpuram in ora habet. Hac utebantur pueri usque ad annum decimum septimum, qui annus tyrocinii dicebatur.

[j] *Togæ pictæ*] Triumphantium peculiaris, ex splendidiore purpura, variis Phrygioniæ artis pigmentis, et variis iconibus ad extimam et intimam utramque frontem elegantissime descriptæ.

[k] *Tunicæ palmatæ*] Triumphantium propriæ, ut togæ pictæ ex splendidiori purpura, ubique palmeis foliis ex auro prætexta, et qua in longum latumque patet, eisdē foliis elegantissime descripta, triumphantis celebres victorias sua specie designantibus.

CAP. VI.

DE SERVIO TULLIO.

SERVIUS Tullius deinceps gubernacula Urbis invadit. [§. 1. Nec obscuritas inhibuit, quamvis matre serva[a] creatum. Nam eximiam[1] indolem uxor Tarquinii Tanaquil liberaliter educaverat:[2] et clarum fore visa circa caput flamma[3][b] promiserat. Ergo inter Tarquinii mortem, annitente[4] [§. 2. regina, substitutus in locum regis, quasi ad[5] tempus,[*][c] regnum dolo partum sic egit[d] industrie,[6] ut jure adeptus videre-

[*] *Igitur sub mortem regis substitutus est in locum ejus, quasi pro tempore, regina nitente.*

1 *Ob eximiam* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu.—2 *Educarat* Ms. Ryck. Berol. Reg. F. Malliab. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 3. *educararat* Ms. Voss. 1. 2.—3 *flama* Ms. Flor. Berol. Duisb.—4 *Admittēte* Ed. Lips. 1. *admittente* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *admitente* Ed. Stad. Pont.—5 Sic Mss. et Edd. Duk. omnes, in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. etiam Freculph. Sed *quasi tempus* Ms. Naz. *quasi in tempus* Ed. Fab. Amstel. Beg.—6 Sic etiam Jord. et Freculph. Sed *industria* Ms.

NOTÆ

CAP. VI. *De Servio Tullio*] Anno Mundi 3373. ante Ch. Nat. 575. regnavit annis 44.

[a] *Matre serva*] Non serva fuerat, sed Corniculo Latii oppido capto, et Servio Tullio, qui Princeps in illa Urbe fuerat, occiso, uxor ejus in hostium potestatem venit, et ob unicam nobilitatem ab regina Romana servitio prohibita fuit, et Servium Tullium in Prisci Tarquinii domo peperit, quem matris fortuna, quod scilicet capta patria in hostium manus venerit, ut serva natum crederent, fecit. Vide Livium lib. I.

[b] *Visa circa caput flamma*] Semper monstrum istud magnum aliquid portendebat. Sic Virgil. Æneid. II. de Ascanio, 'Ecce levis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.' Et lib. VII. de Lavinia: 'Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem, Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari: Id vero horrendum, ac visu miserabile ferri; Namque fore illustrem fama fatisque canebant Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.'

[c] *Quasi ad tempus*] Quia vulnerato Tarquinio uxor 'Tanaquil populum bono animo esse jubet; sopitum fuisse regem subito ictu, ferrum haud alte in corpus descendisse, jam ad se rediisse: inspectum vulnus abstersо cruore: omnia salubria esse: confidere propediem ipsum eos visuros. Interim Servio Tullio jubere populum dicto audientem esse: eum jura redditurum, obiturumque alia regis munia.' Liv. Et hoc est, cur Noster eum substitutum in locum Regis, quasi in tempus, dicat.

[d] *Sic egit*] Nota agere, pro administrare: sic capite sequenti, 'scelere partam potestatem non melius egit quam acquisierat.'

Digitized by Google

tur.[d] Ab hoc Populus Romanus relatus in censum,[7 e] [§. 3. digestus in classes,[f] curiis[8 g] atque collegiis[9 h] distributus: summaque regis solertia ita est ordinata[10] respublica, ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque[11] discrimina in tabulas[12] referrentur; ac si[13] maxima civitas minimæ[14] domus diligentia contineretur.

CAP. VII.

DE TARQUINIO SUPERBO.

POSTREMUS omnium fuit regum Tarquinius, cui [§. 1. cognomen[a] Superbo[1] ex moribus[2 b] datum. Hic regnum [§. 2.

[d] *Et sic administravit industrie regnum, quod acquisierat fraude, ut videretur adeptus jure.*

Toll. Duisb. Ber. Fran. Pal. 1. Voss. 1. 2. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Pont. *industriæ* Ms. Ryck.—7 *Incensum* Ed. Par. In Ven. est *relatus in classes*, omissis verbis *in censum digestus*.—8 *Decuriis* Jord. Freculph. Ed. Ald. *centuriis* Ed. Beg.—9 *Colegiis* Ed. Lips. 1. 3.—10 *Exordinā* Ed. Lips. 1. *exordinata* Ed. Lips. 2. 3. *exordinatam* Ed. Ven.—11 *Offitiorum* Ed. Lips. 3.—12 *Tabulis* Ms. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Junt. Gryph. *talibus* Ed. Ber. Sab. Med. Par.—13 *Ac sic* Ms. Naz. Flor. Voss. 1. 2. Jord. Freculph. Ed. Fab. Beg.—14 *Minime* Ed. Par. 1. Ven.

1 *Suberbo* Ed. Par. 1. *superbus* Ed. Lips. 2. male.—2 *Exmoribus* Ed. Lips.

NOTÆ

[e] *Relatus in censum*] Sic Livius: 'Censum instituit, rem saluberrimam tanto futuro Imperio, ex quo belli pacisque munia non viritim, ut antea, sed pro habitu pecuniarum fierent.' Census autem est, quo publicæ et privatæ omnium opes describebantur; ante Servium per orbem terrarum incognitus.

[f] *Classes*] Populum Romanum in sex classes divisit Servius Tullius, quibus centum nonaginta tres centuriæ continebantur. Vide Livium lib. I.

[g] *Curiis*] Triginta fuere curiæ a rege Romulo institutæ; postea vero triginta quinque, quæ tamen triginta dicebantur, eadem ratione qua centumviri dicebantur, etsi revera essent centum et quinque capita.

[h] *Collegiis*] Collegium est proprie collectus hominum, qui eandem artem tractant, ut Collegium Fabrorum, Collegium Mercatorum, Collegium Sacerdotum, &c. Collegia instituisse Numam Plutarchus tradidit.

CAP. VII. *De Tarquinio Superbo*] Anno Mundi 3417. ante Ch. Nat. 531. regnavit annis 25.

[a] *Cognomen*] Cognomen est, quod nomini gentilitio subjungitur.

[b] *Ex moribus*] Livius: 'Cui cognomen Superbo facta indiderunt; quia socerum gener sepultura prohibuit, Romulum quoque insepultum periisse dictitans; primoresque patrum, quos

Digitized by Google

avitum, quod a Servio tenebatur, rapere maluit, quam expectare, immissisque[3] in eum percussoribus, scelere partam[4] potestatem non melius egit,[c] quam acquisierat.[a 5] Nec [§. 3. abhorrebat moribus uxor Tullia, quæ, ut virum regem salutaret,[6 d] super[7] cruentum patrem, vecta carpento, consternatos[8] equos egit. Sed ipse in Senatum[9] cædibus,[10] [§. 4. in omnes[11] superbia, quæ[12] crudelitate gravior est bonis,[13] grassatus,[b 14] cum sævitiam jam[15] domi fatigasset, tandem in hostes conversus est. Sic valida oppida in Latio [§. 5. capta sunt, Ardea,[e] Ocriculum,[16 f] Gabii,[g] Suessa[17] Pometia.[h] Tum[18] quoque cruentus[19] in suos. Neque enim [§. 6. filium verberare dubitavit, ut simulanti transfugam[i] apud[20] hostes hinc fides esset.[c] Cui Gabiis,[j] ut voluerat, [§. 7.

[a] *Non melius administravit regnum partum scelere, quam acquisierat.*
[b] *Ipse vero cum sævisset in Senatum cædibus, et in omnes superbia.*
[c] *Ut cum transfugam esse simularet, hostes adhiberent fidem ei facile.*



1.—3 *Immisisque* Ed. Par. 1.—4 *Partem* Ed. Par. 1.—5 *Adquæsierat* Ms. Naz. *acquiesierat* Ed. Lips. 3.—6 *Salutasset* Ed. pr.—7 *Supra* Ms. Burdigal. Flor. Berol. Duisb. Fran. Jord. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ven. Stad. Pont. Beg.—8 *Consternato* Ed. Par. 1.—9 *Insenatum* Ed. Lips. 1.—10 *In plebem verberibus* add. Jord.—11 *Ois* Ed. Med. *omnis* Ed. Par. Ven.—12 *Quam* Ed. Par. Gryph. *quā* Ed. Med.—13 *In bonos* Ed. Par. 1. *bonos* Ed. Med. *honos* Ed. Gryph. *bonos* Ed. Col. in cujus tamen marg. Vulgata lectio posita est.—14 *Crassatus* Ed. Ven.—15 Sic et Mss. Regg. Berol. Duisb. Voss. 1. 2. Fran. Malliab. Jord. Sed *sæviti jam* Ms. Naz. *sævitiam domi* Ed. pr. Beg.—16 *Acricolum* Ms. Burdigal. *Ocricolum* Ms. Naz. Pal. 2. Regg. Voss. 2. *Oricolum* Ms. Ryck. *Otricolum* Ms. Duisb. *otriculum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—17 *Suessa: Pometia* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Suessa: Pometia* Ed. Med. Par. 1. *Suessa, Pomeria* Ed. Par. 2. Gryph. Lugd.—18 *Tu* Ed. Med.—19 *Cru-*

NOTÆ

Servii rebus favisse credebat, interfecit.'

[c] *Non melius egit*] Vide supra, 'regnum dolo partum sic egit industrie,' &c.

[d] *Ut virum regem salutaret*] Hoc contra historiæ fidem docet Florus, cum apud omnes in confesso sit Tulliam carpentum supra patrem egisse, cum jam virum suum regem salutasset: sed forsan legendum *salutarat*.

[e] *Ardea*] Urbs octavo et decimo milliario ab Urbe distans. Eam Dauni Urbem vocat Virgil. Æneid. x. 'Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.'

[f] *Ocriculum*] Urbs in Italia.

[g] *Gabii*] Urbs in Latio, vigesimo ab Urbe milliario.

[h] *Suessa Pometia*] Volscorum in Campania caput.

[i] *Simulanti transfugam*] Composito, ut inquit Livius, transfugit Gabios, patris in se intolerabilem sævitiam conquerens.

[j] *Gabiis*] Sunt qui reponunt *Gabi-*

Digitized by Google

recepto,[1] atque[2] per nuntios consulenti, quid fieri vellet, eminentia[4] forte papaverum capita virgula excutiens,[3] cum per hoc interficiendos esse principes intelligi vellet[4] (quæ superbia!)[5] [k] sic respondit.[d] Tamen[6] de manubiis[l] [§. 8. captarum urbium templum erexit:[e] [m] quod cum inauguraretur,[f] [n] cedentibus[7] [o] ceteris Deis[8] (mira res dictu) restitere Juventas[9] et Terminus.[p] Placuit vatibus contu- [§. 9. macia[10] numinum,[11] siquidem firma omnia et æterna pol-

[d] *Qui cum receptus esset Gabiis, ut pater voluerat, et consuleret eum per nuntios quid vellet fieri, ille sic respondit: virga prostravit capita eminentia papaverum, quæ superbia! cum per hoc vellet intelligi primores Urbis interficiendos esse.*
[e] *Erexit tamen templum de præda urbium quas ceperat.*
[f] *Quod cum consecraretur.*

entos Ed. Ven.—20 *Aput* Ed. Lips. 3.—1 *Cui Gabios, ut voluerat, receptos* Ms. Naz. *cui a Gabiis, ut vol. recepto* Ms. Voss. 1. 2. Ed. pr. *quo a Gabiis, ut vol. recepto* Jord.—2 *Et per* Jord. Ms. Naz. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr.—3 *Concutiens* Ms. Malliab. *decutiens* Ms. Fran. *excussit* Ms. Voss. 2. *decussit* Ms. Voss. 3. Ed. Ven. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—4 *Eminentia....vellet* aberant a Ms. Ryck.—5 *Qua superbia* Jord.—6 *Tum* Ed. pr.—7 *Cædentibus* Ed. Med.—8 *De his* Ms. Naz. *Diis* Ms. Reg. Q. Malliab. Ryck. Fran. Ed. pr. In Ed. Par. vitiose est *ceteris cedentibus cæteris.*—9 *Juventa* Ms. Pal. 2. Voss. 3. Reg. F. Malliab. Ed. Gryph. *juventus* Ms. Fran. Ed. Ven. Junt.—10 *Contumatia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. 2.—11 *Nimium* Ed. Med.

NOTÆ

os, sed nil mutandum: neque enim se Gabiis recipere, minus probum quam Gabios.

[k] *Quæ superbia*] Seu ira, seu odio, seu superbia insita ingenio, nullam vocem emisit. Livius. Ego vero prudentiam potius quam superbiam vocaverim, quandoquidem huic nuntio, quia dubiæ fidei videbatur, nil voce responsum est.

[l] *Manubiis*] Manubiæ sunt pecuniæ ex prædæ venditione collectæ.

[m] *Templum erexit*] De templo Jovis Capitolini loquitur; quod cum Eutropius a Tarquinio Prisco inchoatum scribat, pater meus legendum monuit, ubi de Superbo agit, non *ædificavit*, sed *exædificavit*, id est, absolvit. Quod firmatur ex Livio, qui sic libro primo scribit: 'Inde ad negotia urbana animum convertit, quorum erat primum, ut Jovis templum, in monte Tarpeio, monumentum regni sui nominisque relinqueret: Tarquinios reges ambos, patrem vovisse, filium perfecisse.'

[n] *Inauguraretur*] Ex profano sacrum fieret.

[o] *Cedentibus*] Qui Livium non legerit certe scio hoc nullus intelliget: cesserunt Dii, quia eorum omnium sacellorum exaugurationes admiserunt aves, et in Termini fano non addixere. Quapropter restitit, et ejus sacellum inauguratum fuit, et omnia alia sacella diruta; et hoc est, cur dicit Noster, cedentibus aliis.

[p] *Juventas et Terminus*] De Termino tantum Livius. Juventas autem significabat Imperium Romanum quasi juventæ vigorem servaturum; Terminus vero, Imperium sine fine futurum, et quod nec metas, nec tempora nosset.

Digitized by Google

licebantur. Sed illud horrendum,[12] quod molientibus[q] sedem[13] in fundamentis[14] humanum repertum est caput,[g] nec dubitavere cuncti, monstrum[r] pulcherrimum imperii sedem, caputque terrarum promittere. Tamdiu superbiam [§. 10. regis Populus Romanus perpessus est, donec aberat[15] libido: hanc ex liberis ejus importunitatem[s] tolerare[16] non potuit.[h] Quorum cum alter ornatissimæ[17] fœminæ[18] Lucretiæ [§. 11. stuprum intulisset, matrona dedecus ferro expiavit. Imperium tum Regibus[19] abrogatum.[20]

CAP. VIII.

ANACEPHALÆOSIS[1] DE SEPTEM REGIBUS.

Hæc est prima ætas populi Romani, et quasi [§. 1. infantia, quam habuit sub regibus septem, quadam fatorum

[g] *Jacientibus fundamenta templi, in ipsis caput humanum repertum est.*
[h] *Non potuit tolerare hanc tyrannidem ex liberis ejus.*

Par.—12 *Horrentius* Mss. Jord. *horrendius* Edd. Jord. In Ven. pro *illud* est *illum*.—13 *Sedem* Mss. Vin. Naz. Ed. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. A Ms. Duisb. aberat.—14 *Infundamentis* Ed. Lips. 1.—15 *Oberat* Ed. Par.—16 *Tollerare* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. 2.—17 *Ornatissime* Ed. Par.—18 Sic Ed. Med. ubique: reliqui *femine*.—19 *Regi* Mss. Regg. Fran. *regis* Ms. Flor.—20 *Abrogatum est* Mss. Toll. Duisb. Voss. 1. 2. Fran. Ryck. Ed. pr.

NOTÆ

[q] *Molientibus*] Extruentibus, Virgil. Æneid. I. 'Molirique arcem, et manibus subvolvere saxa.' Lib. VII. 'Ipse humili designat mœnia fossa, Moliturque locum.' Et inde dictum est *demoliri*, id est destruere; a quo verbum nostrum, *démolir*.

[r] *Monstrum*] Recte: monstrum enim nil aliud est quam monitrum. Sæpe usus Virgil. Æneid. III. 'Ut me conspexit venientem, et Troia circum Arma amens vidit, magnis exterrita monstris, Diriguit visu in medio.' Et lib. V. 'Tam vero attonitæ monstris raptæque furore Conclamant.' Et paulo post: 'Mene salis placidi vultum fluctusque quietos Ignorare jubes? mene huic confidere monstro?' Et alibi. Quin et Cicero de Divinat. lib. I. 'Monstris interpretandis,' id est, monitris. Monstra autem a monstrando sic dicta. Cicero ibidem: 'Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicant ostenta, portenta, monstra, prodigia, dicuntur.'

[s] *Importunitatem*] Importunus proprie est, qui alios non sinit quiescere: hic importunitas pro tyrannide sumitur, ut capite sequenti 'importuna dominatio.'

Digitized by Google

industria, tam variis ingenio, ut Reipublicæ ratio et utilitas
postulabat. Nam quid Romulo ardentius?[a] tali opus [§. 2.
fuit, ut invaderet[b] regnum. Quid Numa religiosius? [§. 3.
ita res poposcit,[2] ut ferox[3] [c] populus Deorum metu mitiga-
retur. Quid ille militiæ[4] artifex[d] Tullus?[5] bellatori- [§. 4.
bus viris quam necessarius,[*] ut acueret ratione[6] virtutem.
Quid ædificator[7] Ancus? ut Urbem colonia[e] extenderet,
ponte[f] jungeret, muro[g] tueretur. Jam vero Tarquinii [§. 5.
ornamenta[h] et insignia quantam principi populo addide-
runt ex ipso habitu dignitatem? Actus a Servio [§. 6.
census quid effecit,[8] nisi ut ipsa se nosset[9] Respublica?
Postremo Superbi illius importuna dominatio[i] non- [§. 7.
nihil,[10] immo vel plurimum[11] profuit. Sic enim effectum est,

[*] *Quid Tullus ille conditor militiæ? quantum fuit necessarius viris bellicosis.*

1 *Annæephaleosis* Ed. Par. Ven.—2 Sic Ms. Berol. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ven. Grut. Zeu. Fab. Vetst. Beg. Duk. 1. 2. Sed *ita poposcit* Ms. Pal. 2. Voss. 2. Malliab. In Ms. Reg. F aliena manus addiderat *res.* Ms. Reg. Q *ita poscebat.* Ed. Med. Par. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *talem res poposcit.*—3 *Ferus* Ms. Fran. —4 *Milicia* Ed. Lips. 1.—5 *Tullus hostilius* Ed. Lips. 2.—6 *Ratione* Ed. Ven. —7 *Edificat* Ed. Ven.—8 *Efficit* Ed. Ven. Gryph.—9 Sic Ms. Pal. 1. Reg. Q, Toll. Voss. 2. 3. Ed. pr. Sed *nosset* Ms. Pal. 2. Ryck. Duisb. Fran. Ed. Lips. 1. 3. *nosceret* Ms. Reg. F, Voss. 1. Ed. Lips. 2. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Gryph. Stad. Grut. Pont. Zeu. Vetst. *nosceret* Ed. Ven.—10 *Non nihil* Ed. Par.—11 *Immo plurimum* Ms. Ryck. Fran. Reg. Q. *plurimum,*

NOTÆ

[a] *Nam quid Romulo ardentius*] Cave fidem adhibeas iis, qui reponunt *audentius*: ne illi vim verbi *ardentius* non capiunt: sic Virgil. Æneid. IX. 'Sævit atrox Volscens, nec teli conspicit usquam Auctorem, nec quo se ardens immittere possit.' Et alibi virtutem ardentem vocat, 'aut ardens evexit ad æthera virtus.'

[b] *Invaderet*] Sic Virgil. Æneid. II. 'Invadunt urbem somno vinoque sepultam.' Et lib. III. 'Vicinosque, ignare, paras invadere portus.'

[c] *Ut ferox*] Supra, capite secundo, 'barbarum' vocavit. Vide. Hinc etiam firmare poteris explicationem quam affero contra eos, qui Barbarum, Romanum, vel Latinum explicant.

[d] *Artifex*] Hic enim omnem militarem disciplinam, artemque bellandi condidit.

[e] *Colonia*] Ostiam fecit Coloniam.

[f] *Ponte*] Tiberinum ponte commisit.

[g] *Muro*] Mœnia muro amplexus est.

[h] *Ornamenta*] Fasces, trabeæ, phaleræ, paludamenta, et alia: vide c. 5.

[i] *Importuna dominatio*] Tyrannidem significat, ut supra importunitas.

Digitized by Google

ut agitatus[j] injuriis populus cupiditate libertatis incenderetur.[12]

CAP. IX.

DE MUTATIONE REIPUBLICÆ.

IGITUR Bruto Collatinoque[1] ducibus et auctoribus, [§. 1. quibus ultionem sui moriens matrona mandaverat, populus Romanus ad vindicandum libertatis ac pudicitiæ[2] decus, quodam quasi instinctu Deorum concitatus,[3] regem repente[4] destituit, bona diripit,[5][a] agrum Marti[b] suo[c] consecrat, imperium in eosdem[6] libertatis suæ vindices transfert, mutato tamen nomine[d] et jure.[7][e] Quippe ex perpetuo[8] an- [§. 2. nuum placuit, ex singulari duplex, ne potestas solitudine[f] vel mora[g] corrumperetur: Consulesque appellavit pro re-

omisso et *τῷ immo*, et *τῷ vel*, Ms. Reg. F.—12 *Incitaretur* Ms. Fran. Ad calcem hujus Capitis in Ms. Ryck. legebantur hæc: *Finit liber primus et prima ætas. Incipit liber secundus et prima* (leg. *secunda*) *ætas populi Ro.*

1 *Collatioque* Ed. Ven.—2 *Pudicicie* Ed. Lips. 1. 2. 3. In Ed. Lugd. vitiose scriptum est *vindicandā*.—3 *Concitus* Ed. Med. Par. Gryph. Stad. Pont.—4 *Derepente* Ms. Voss. 3.—5 *Diripuit* Ed. Lips. 2. Ven.—6 *Eusdem* Ed. Med.—7 *M. t. jure et nomine* Jord. *mut. t. nomine et judice* Ms. Ryck. *m. t. et jure et nomine* Ed. Ald. Freinsh. Zeu. Dnk. 1. 2. *m. t. et nomine et judice* Ms. Pal. 2. Fran. Flor. Malliab. *m. t. et judice et nomine* Ms. Pal. 1. Toll. Duisb. Voss. 1. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. *m. t. et indice et nomine* Mss. Vin. Voss. 2. 3. Ed. Ven. Junt. Grut. Lugd. Vetst. *m. t. et nomine et numero* Ms. Reg. Q, *m. t. et nom. et jure* Ed. Beg.—8 *Exper-*

NOTÆ

[j] *Agitatus*] Virgil. Æneid. III. 'Et scelerum furiis agitatus Orestes.' Et lib. X. 'Et furiis agitatus amor, et conscia virtus.'

CAP. IX. *De mutatione Reipublicæ*] Bruto Collatinoque ducibus. Anno Mundi 3442. ante Ch. Nat. 506. ab urbe Cond. 245.

[a] *Bona diripit*] Diripienda Plebi data fuere, ut, contacta regia præda, spem in perpetuum cum his pacis amitteret.

[b] *Agrum Marti*] Ager Tarquiniorum, qui inter Urbem et Tiberim erat, consecratus Marti; Martius deinde vocatus fuit.

[c] *Suo*] Suum vocat, quia Romulum Urbis conditorem genuerat.

[d] *Nomine*] Quippe non Reges, sed Consules vocati fuere.

[e] *Jure*] Mutata potestate, quam annuam tantum habebant, cum reges habuissent perpetuam.

[f] *Solitudine*] Consules duo hac causa creati sunt, ut si unus malus esse voluisset, alter eum, habens similem potestatem, coërceret.

[g] *Vel mora*] Et placuit, ne Imperium longius quam annuum haberent, ne per diuturnitatem potestatis inso-

Digitized by Google

gibus, ut consulere se civibus suis debere meminissent. Tantumque libertatis novæ gaudium incesserat, ut [§. 3. vix mutati status fidem caperent;[a] alterumque ex Consulibus, tantum ob nomen[h] et genus[i] regium, fascibus[j] abrogatis,[9] Urbe dimitterent. Itaque substitutus Valerius[10] [§. 4. Poplicola,[11] ex summo[12] studio annixus[13] est ad augendam[14] liberi populi majestatem. Nam et fasces ei pro concione[15] summisit,[k] et jus provocationis[l] adversus ipsos dedit, et ne specie[16] arcis offenderet, eminentes ædes[m] suas in plana summisit.[b] Brutus vero favori[17] civium etiam[18] [§. 5. domus suæ clade et parricidio velificatus[19] est.[c] [n] Quippe

[a] *Ut vix credere possent statum mutatum.*

[b] *Et ne offenderet eum per similitudinem arcis, planas fecit ædes suas, quæ erant eminentes.*

[c] *Brutus vero commisit se favori civium, etiam clade et parricidio domus suæ.*



petuo Ed. Lips. 1.—9 *Obrogatis* Ms. Naz.—10 *Horatius* Mss. Jord. et Mss. atque Edd. Duk. omnes; nisi quod varie scriptum erat, *Oratius*, *Horuatius*, *Hertacius*. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *Horatius*. Ed. Ven. *P. Valerius*.—11 Sic Ms. Toll. Voss. 2. 3. Ed. Stad. Pont. Sed *Publicola* Ms. Naz. Pall. Ryck. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Grut. Lugd. Freinsh. Fab. Blanc. Vetst. Beg. *Puplicola* Mss. Regg.—12 *Summo*, omisso τῷ *ex*, Jord. Ms. Flor. Duisb. Fran. Ed. pr. Gryph. Stad. Pont. *etiam summo* Ms. Reg. Q. *is summo* Ed. Zen.—13 *Annisus* Ms. Naz. Reg. Q, Fran. Voss. 1. 2. *admissus* Ms. Pal. 1. *annissus* Ms. Berol. Duisb. *anixus* Ed. Ven.—14 *Augendum* Ms. Ryck.—15 Sic Ms. Vin. Jord. Ed. pr. Sed *pro libera contione* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. *pro libera concione* Ed. Par. Gryph. *pro concione plana* Mss. Vin.—16 *Species* Jord.—17 *Favore* Ed. Lips. 1. 2. 3. Stad. Lugd. Pont.—18 *Eciam* Ed. Lips. 1.—19 *Vellificatus* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—20 *Liberos suos*

NOTÆ

lentiores redderentur; sed civiles semper essent, qui se post annum scirent futuros esse privatos.

[h] *Ob nomen*] Quia Tarquinius vocabatur.

[i] *Et genus*] Quippe qui sorore Tarquinii Superbi genitus.

[j] *Fascibus*] Ante Consules manipulum fascium cum securibus a lictoribus ferebatur, ut ostenderent leviora crimina fascibus, graviora securi esse animadvertenda.

[k] *Fasces summisit*] Inde summittere fasces alicui, usurpatum est pro, cedere, se minorem gerere. Cicero in lib. de Claris Orat. 'Cum enim in maximis causis versatus esses, et cum tibi ætas nostra jam cederet, fascesque summitteret.'

[l] *Jus provocationis*] Legem tulit, ut a magistratibus ad populum provocare possent.

[m] *Eminentes ædes*] Quas habebat in summa Velia tutissimo loco, et ideo in suspicionem affectati regni venit.

[n] *Velificatus est*] Velificari, metaphorice dicitur pro favere, studere: sic Cicero in orat. de lege agraria

Digitized by Google

cum studere revocandis in urbem regibus liberos suos[10] comperisset, protraxit[1] in forum, et concione[2] media virgis cecidit,[o] et securi percussit, ut plane publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi populum[3] videretur. Liber jam hinc[4] populus Romanus prima adversus [§. 6. exteros[p] arma pro libertate corripuit; mox pro finibus; deinde pro sociis; tum pro gloria[5] et imperio, lacessentibus[6] assidue[7] usquequaque finitimis: quippe cui pa- [§. 7. trii[8] soli gleba nulla, sed statim[9] hostile[10] pomœrium,[11 q] mediusque inter Latium et Tuscos,[12] quasi in quodam bivio collocatus, omnibus portis in hostem incurreret:[d r] donec quasi contagione quadam per singulos itum [§. 8. est: et, proximis quibusque correptis,[13] totam Italiam sub se redegerunt.[14]

[d] *Nam cum haberet nullam glebam soli patrii, et prima terra, quæ erat extra muros, esset hostibus, posituque in medio Latii et Tusciæ, veluti in quodam bivio, non posset egredi per ullam portam, quin obvius esset hostibus.*

revocandis in urbem regibus Ms. Ryck. Regg. Toll. Dulsb. Berol. Ed. Beg. *filios suos rev. in u. reg.* Ms. Fran.—1 *Pertraxit* Ms. Voss. 2.—2 *Et in concione* Ms. Flor. Fran. *in concione* Ms. Ryck. *et contione* Ed. Med. Par. Ven. ubique.—3 Sic Ed. pr. Sed *populum Romanū vider.* Ed. Lips. 1. 2. 3. *populum ro. videretur* Ed. Med. Par. *pop. Ro. videretur* Ed. Ven. Col. Stad. Lugd. Pont.—4 *Liber hinc jam* Ms. Flor. *liber jam*, omisso τῷ *hinc*, Ms. Reg. Q. *jam hinc liber* Ed. Amstel.—5 Sic Mss. et Edd. Duk. omnes, etiam Ven. Grut. Lugd. Zeu. Amstel. Duk. 1. 2. præter Mss. Regg. Naz. Berol. in quibus erat *tum gloria*; ut Grævius quoque edidit, cujus exemplum operæ hic neglexerunt sequi. Atque sic est in Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. Freinsh. Fab. Blanc.—6 *Lacescentibus* Ed. Lips. 2.—7 *Assidua* Ed. Pont.—8 Sic Ms. Malliab. et conj. Salmasius. Sed *cum patrii* Mss. reliqui et Edd. Duk. omnes, etiam Mss. Jord. et Pall. Ed. Med. Stad. Pont. Beg. *cū patrii* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. *cum patri* Ed. Ven. *cum patrii* Ed. Gryph. Lugd. Zeu.—9 Sic Ed. pr. Sed *gebba n. esset* Ed. Ven. *gleba nulla sit sed statim* Mss. Jord. Ryck. Pall. *gleba nulla sit statim* Ms. Voss. 3. *nulla gleba sit, statim* Ms. Naz. *gleba nulla esset: sed* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—10 *Hostile* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—11 *Pomerium* Ed. Ven. Gryph.—12 *Thuscos* Ed. Med. Par.—13 *Corruptis* Ed. Lips. 1. Ven.—14 *Sub se redigerent* Ms. Reg. F. *sub rege degeret* Ms. Voss. 1. *sub se redigeret* Ed. Med. Par. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.

NOTÆ

dixit, 'velificari honori suo.'

[o] *Virgis cecidit*] Mos erat damnatos virgis cædere, et postea securi percutere.

[p] *Adversus exteros*] Porsenam Etruscorum Regem.

[q] *Pomœrium*] Proprie pomœrium est locus tam intra, quam extra urbis murum, hic vero est locus qui est extra.

[r] *Incurreret*] Cave 'incurreret' explices irrueret; sed ἀντιῷ, obviam

Digitized by Google

CAP. X.

BELLUM ETRUSCUM CUM REGE PORSENA.[1]

PULSIS ex Urbe regibus,[2] prima pro libertate arma [§. 1. corripuit.[3] [a] Nam Porsena[4] rex Etruscorum ingentibus copiis aderat, et Tarquinios[5] manu reducebat.[a] Hunc [§. 2. tamen, quamvis et armis, et fame urgeret, occupatoque Janiculo[b] ipsis[6] Urbis faucibus incubaret,[b] sustinuit, repulit,[7] novissime etiam tanta admiratione perculit,[c] ut superior ultro[8] cum pæne victis amicitiæ[9] fœdera feriret. Tunc [§. 3. illa Romana prodigia[10] atque miracula, Horatius,[c] Mucius,[11] Clœlia:[12] qui[13] nisi in annalibus forent, hodie fabulæ vide-

[a] *Et reducebat Tarquinios cum exercitu.*
[b] *Et occupato Janiculo obsideret ipsos aditus urbis.*
[c] *Ad postremum tetigit illum tanta admiratione.*

1 *Bellum Ethruscum cū rege Porsenna* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. Gryph. Atque sic nomen hujus regis et Etruscorum ubique his in libris scriptum est. Etiam in Par. est *Ethruscum.* Ed. Stad. Zeu. Beg. *b. E. et c. r. P.*—2 *Regni* Ms. Naz. *regnis* Ms. Reg. F, Voss. 1. 2.—3 *Corrupuit* Ed. Lips. 2.—4 *Porsenna* Mss. Toll. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Ber. Sab. Par. Ven. Junt. Ald. Beg.—5 *Tarquinium* Mss. Regg. Malliab.—6 *Ipsius urbis* Ms. Fran.—7 *Reppulit* Ed. Ven.—8 *Ultor* Ed. Par. et deinde *pene.*—9 *Amicicie* Ed. Lips. 1. 2. 3.—10 *Pericula* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont.—11 *Mutius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. ubique.—12 *Chlœlia* Ed. Ven. ubique.—13 Sic Ms. Naz. Voss. 3. Regg. Sed *q* Ms. Ryck. *q̄* Ed. Ven. *quæ* Mss. et Edd. Duk. omnes. Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu.

NOTÆ

iret. Gallice, *par quelque porte qu'il sortît, il ne pouvoit qu'il ne rencontrât des ennemis.*

CAP. X. *Bellum Etruscum cum Rege Porsena*] Anno Mundi 3444. ante Ch. Nat. 504. ab Urbe Cond. 247. Coss. P. Valerio Poplicola, et M. Horatio Pulvillo.

[a] *Corripuit*] Quis corripuit? Populus Romanus, qui superiori capite nominatur. Hinc ergo patet Florum libros suos uno tenore, non per capita, composuisse; res per se loquitur, et miror neminem monuisse.

[b] *Janiculo*] Janiculum mons trans Tiberim versus meridiem: ex hoc Roma conspicua propter ejus altitudinem, testatur Martial. 'Hinc septem dominos videre montes, Et totam licet æstimare Romam.' Nunc a flavis arenis mons aureus, et corrupto vocabulo Montorius appellatur.

[c] *Horatius*] Horatius Cocles, sic nominatus quod in aliquo prælio oculum amiserat, pro ponte sublicio stetit, et aciem hostium solus sustinuit, donec pons a tergo interrumperetur; quo interrupto armatus in Tiberim insiluit, et ad suos transnavit, 'Rem ausus,' inquit Livius, 'plus famæ ha-

Digitized by Google

rentur. Quippe Horatius[14] Cocles postquam hostes [§. 4. undique instantes solus summovere non poterat, ponte reciso[15] transnatat[16] Tiberim,[17] nec arma dimittit. Mucius[18] Scævola[19 d] regem per insidias in castris ipsius[20] aggreditur: sed ubi frustrato[1] circa purpuratum[e] ejus ictu tenetur,[d 2] ardentibus focis injicit[3] manum,[4] terroremque geminat[5] dolo.[6 f] 'Ut scias,' inquit, 'quem virum[g] [§. 6. effugeris, idem trecenti juravimus;'[7] cum interim (immane[8]

[d] *Sed ubi captus est, eluso ictu circa purpuratum.*

Fab. Vetst. Duk. 1. 2. *quæ in annalibus* Ed. Med. Par.—14 *Horratius* Ed. Lips. 1.—15 Sic Mss. Voss. Fran. Malliab. Sed *recisso* Mss. Regg. Ryck. *rescisso* Ms. Flor. Berol. Duisb. Ed. pr. Ven. Grut. Lugd. Zeu. Vetst.—16 *Tranatat* Ms. Ryck. Berol. Duisb. Ed. pr.—17 *Tyberim* Ed. Lips. 2. Med. Par. Ven. Gryph.—18 *Mutius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *Mutios* Ed. Ven.—19 *Scævula* Ed. Stad. Pont.—20 *Ejus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—1 Ita Ms. Naz. Pal. 1. Ryck. et Mss. Duk. omnes. Ed. pr. et Freculph. Sed *frustratum* Mss. Jord. Pal. 2. *frustratum....ictum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont.—2 *Tuetur* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont.—3 *Inicit* Ms. Toll. Fran. Duisb. Naz. Berol. Pal. 1. Ed. pr. Med.—4 *Manu* Ed. Ven.—5 *Ingeminat* Ms. Pal. 1. Flor. Malliab.—6 *Dolore* Ed. Lips. 2.—7 Dukerus in suis Edd. locum hunc, auctoritate Gronovii avi (Observatt. II. 25.), ita distinxit: *Ut scias, inquit, quem virum effugeris. Idem trecenti juravimus.* In Ed. Med. Par. pro *virum* est *vix*.—8 *Interim mane* Ed. Ven. haud dubie pro *interimane*.—

NOTÆ

bituram ad posteros, quam fidei.'

[d] *Mucius Scævola*] Mucius Cordus dicebatur, sed postea ob cladem dextræ, quam focis injecerat, Scævola dictus, a Græco σκαῖος, qui tantum sinistra manu utitur.

[e] *Purpuratum*] Purpuratum, pro Rege, deceptus, occidit, Victor. Livius scribam vocat: 'Ubi in castra Porsenæ venit Mucius, in confertissima turba prope regium tribunal constitit: ibi cum stipendium forte militibus daretur, et scriba cum rege sedens pari fere ornatu multa ageret, eum milites vulgo adirent, timens sciscitari uter Porsena esset, ne ignorando regem semet ipse aperiret quis esset, quo temere traxit fortuna facinus, scribam pro rege obtruncat.'

[f] *Dolo*] Dum scilicet simulat trecentos juravisse, Livius nullam doli mentionem facit, sed id quasi verum tradit.

[g] *Quem virum*] Hunc locum tentavere multi, et suspectum habuere. Quid enim ad æstimationem viri si trecenti, an plus minusve, idem juravere? Sed illi intelligendo faciunt, ut nihil intelligant? Sic intelligendum puto; Mucius trecentos illos seque quasi corpus unum considerat; cum autem rex unum tantum vitaverit, perinde est ac si neminem evitasset, cum supersint adhuc 300. idem facinus agitantes. Ut scias, inquit, quem virum effugeris, id est, ut scias te fere neminem effugisse, idem trecenti juravimus. Quod si minus placet, poteris verbis Flori ipso gestu consulere hoc modo, 'ut scias quem virum effugeris,' ardentibus focis manum injecit; et postea, ut terrorem

Digitized by Google

dictu!) hic interritus,[9] ille trepidaret,[e] tanquam manus regis arderet. Sic quidem viri. Sed ne quis sexus[10] a [§. 7. laude cessaret,[f] ecce et virginum virtus. Una ex obsidibus regi data,[11] elapsa custodiam,[12] Clœlia,[h] per[13] patrium[i] flumen equitabat. Et rex quidem tot tantisque virtutum [§. 8. territus monstris[14] [j] valere, liberosque esse jussit. Tarquinii[15] tamdiu[16] dimicaverunt, donec Aruntem[17] filium[k] regis manu sua Brutus occidit,[18] superque ipsum[19] mutuo vulnere[20] expiravit; plane quasi adulterum[l] ad Inferos usque sequeretur.[21]

[e] *Cum interea, mirabile dictu, hic nequaquam territus, Rex vero tremeret.*
[f] *Sed ne quis sexus deflecteret a laude.*

9 *Interfectus* Ed. Lips. 1. 2. 3.—10 Sic Mss. Vin. et Pall. Sed *ne sexus alter* Ms. Jord. 1. *sic quidem in viris, et ne sexus alter* Ms. Jord. 2. *ne quid sexus* Ms. Naz. *ne qui sexus* Ed. Stad. Pont. *ne quid s. alter* Ed. Beg.—11 *Date* Ms. Naz.—12 Sic Mss. Vin. omnes. Sed *elapsa custodia* Ms. Pal. 1. Flor. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. *elapsa custodiæ* Ms. Pal. 2. Ed. Jord. *lapsa custodiam* Ms. Naz. Voss. 1. *elusa custodia* Ed. Ald. Gryph.—13 *In patrium* Ed. Freinsh. —14 Sic Ms. Voss. 1. 2. Jord. Freculph. Sed *monitis* Ms. Naz. Berol. Pal. 2. et plerique Duk. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. 2. (in Par. 1. *est mōtis)* Ven. Junt. Ald. Stad. Lugd. Pont. *monitus* Ms. Pal. 1. *monimentis* Ms. Voss. 3.—15 *Tarquini* Ed. Lips. 1. 3.—16 *Tam diu* Ed. Lips. 1. Par. 1. *tandiu* Ed. Par. 2.—17 *Arontē* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—18 *Occiditur* Ed. Ven.—19 *Ipso* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont.—20 *Volnere* Ms. Duisb.—21 *Insequeretur* Ms. Ryck. Voss. 3. Ed. Amstel. Beg. *persequeretur* Ms. Reg. Q.

NOTÆ

geminaret, 'Idem trecenti juravimus:' tamen prior explicatio magis placet.

[h] *Clœlia*] Virgo nobilis, quæ deceptis custodibus, noctu castris Porsenæ egressa, equum, quem fors dederat, arripuit, et Tiberim trajecit.

[i] *Patrium*] Nam Tiberim patrem vocabant. Virgil. Æneid. x. 'Da nunc, Tibri pater, ferro, quod missile libro, Fortunam atque viam duri per pectus Halesi.' Sic apud Livium Horatius Cocles antequam in Tiberim desilit: 'Tiberine pater,' inquit, 'te sancte precor, hæc arma et hunc militem propitio flumine accipias;' ubi illum, 'patrem' et 'sanctum' vocat: ut apud Ennium, 'Teque, pater Tiberine, tuo cum flumine sancto.'

[j] *Monstris*] Monitris. Vid. cap. VII.

[k] *Donec Aruntem filium*] Falsum est quod hic habet Florus; nam Brutus et Aruns ceciderant, antequam Porsena Romanos reduceret.

[l] *Adulterum*] Belle admodum. Sed cur adulterum, adulteri fratrem vocat? tantum erat dedecus, ut in omnem Tarquinii familiam redundaret.

Digitized by Google

CAP. XI.

BELLUM LATINUM.

LATINI[a] quoque Tarquinios asserebant[a b] æmulatione, et invidia:[1] ut populus, qui foris dominabatur, saltem domi serviret.[c] Igitur omne Latium, Mamilio[2] Tusculano[d] duce, quasi in regis ultionem, tollit animos. [§. 1.] Apud Regilli[3] lacum[e] dimicatur diu Marte vario,[4] donec Posthumius[5 f] ipse dictator signum[6] in hostes jaculatus est (novum et insigne commentum[7]) uti[8] peteretur[9] cursu. [§. 2.]

[a] *Latini etiam vindicabant Tarquinios.*

1 *Invidia pulsos* Ms. Ryck. Voss. 3.—2 Sic Mss. Regg. Voss. 1. Naz. Sed *Manulio* Tusc. Ms. Pal. 1. *Manlio Tusc.* Ms. Pal. 2. *Manilio Tusc.* Ms. Toll. Duisb. Voss. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. *Mallio Tusc.* Ms. Fran.—3 *Regillum lacum* Ms. Ryck. Fran. Ed. Beg. *Regilli lacum* Ms. Reg. F, Voss. 1.—4 *Vano* Ed. Lips. 1. 3. —5 Ita Mss. Regg. Toll. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Freinsh. Sed *Posturnus* Ms. Ryck. *Posthumus* Ms. Duisb. Ed. Ven. *Postumius* Mss. Duk. ceteri. Ed. pr. Ber. Sab. Junt. Ald. Stad. Lugd. Zeu. Amstel. Duk. 1. 2.—6 *Dignum* Ms. Ryck. Duisb. Voss. 1. Ed. pr.—7 *Comētū* Ed. Lips. 1. *comentum* Ed. Lips. 3.—8 *Ut* Ed. Beg.—9 *Peterentur* Ed.

NOTÆ

CAP. XI. *Bellum Latinum*] Anno Mundi 3455. ante Ch. Nat. 493. ab Urb. Cond. 258. Coss. A. Postumio Albo, et T. Virginio Tricosto.

[a] *Latini*] Qui Latium incolebant. Latium autem dividebatur in antiquum et novum. Antiquum, a Tiberi ad Circæios; novum, a Circæiis ad Lirim fluvium.

[b] *Asserebant*] Regno restituere cupiebant. Asserere, proprie est, in libertatem vindicare; et optime eo usus est Florus, cum Tarquinii regno pulsi ad servitutem redacti viderentur.

[c] *Domi serviret*] Scilicet si reges reciperet.

[d] *Mamilio Tusculano*] Hic confundit Noster: nam antequam Octavius Mamilius Tuscos excitasset, cum Sabinis pugnatum fuerat et triumphatum, et duæ Coloniæ Latinæ Pometia et Cora ad Auruncos defecerant. Et plane distinguit Livius lib. II. 'Supra belli Latini metum id quoque accesserat, quod triginta jam conjurasse populos, concitante Octavio Mamilio, satis constabat.' Hinc curriculo abeo, si monuero errorem esse in hocce Livii loco; legendum enim pro *triginta jam, &c.* *Tusciæ duodecim conjurasse populos, &c.* nam de Etruscis sermo est. Et eos in duodecim populos divisos fuisse notum est.

[e] *Regilli lacum*] Ad Algidi nemoris ingressum ponit Florus. Alii in Latio, alii in agro Tusculano.

[f] *Posthumius*] Aulus Posthumius dictator signum in hostes medios injecit, et magister equitum equis frænos detrahi jussit, ut irrevocabili impetu ferrentur.

Digitized by Google

Cossus[10] [g] equitum magister[h] exuere frænos imperavit [§. 3. (et hoc novum) quo acrius incurrerent. Ea denique[11] [§. 4. atrocitas[12] fuit prælii,[13] ut interfuisse spectaculo Deos fama tradiderit; duos[i] in candidis equis, Castorem atque Pollucem nemo dubitavit.[15] Itaque et Imperator veneratus est, pactusque[16] victoriam templa promisit,[j] et reddidit, plane quasi stipendium commilitonibus Diis.[17] Hac- [§. 5. tenus pro libertate: mox de finibus cum eisdem[18] Latinis assidue, et sine intermissione[19] pugnatum est. Sora[20] [k] [§. 6. (quis credat?)[l] et Algidum[1] [m] terrori fuerunt:[2] Satricum[n]

Med. Par.—10 Ab Ed. Beg. abest *Cossus.*—11 Sic Ms. Naz. Pal. 1. Regg. Toll. Voss. 1. 2. Fran. Sed *eademque* Ms. Pal. 2. Ryck. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 3. *ea demum* Ms. Voss. 3. Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *ea*, omisso τῷ *denique*, Ed. Lips. 2.—12 *Attrocitas* Ed. Lips. 3. *attrocitas* Ed. Ven.—13 *Prælii fuit* Mss. Duk. plerique.—14 *Deos spectaculo* Ms. Duk. plerique. Ceterum in Ms. Ryck. Duisb. Ed. pr. distinctio maxima erat ante *Castorem*, post *equis*.—15 Sic Ms. Naz. Pal. 1. 2. et Mss. Duk. omnes, præter Vossianos et Ed. Ber. Sab. Gryph. Vin. Stad. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. in quibus libris est *dubitarit*.—16 *Nactusque* Ed. Ald. Gryph.—17 Sic Ms. Pal. 2. Ryck. Regg. Malliab. Berol. Duisb. Ed. pr. Sed *et red. pl. quasi stip. militibus commilitionibus Diis* Ms. Pal. 1. *et red. quasi stipendium commilitonibus Diis* Ms. Naz. Flor. *et red. pl. qu. commilitonibus Diis stipendium* Ms. Fran. Voss. 1. Ed. Grut. Vetst. Beg. *et red. plane quasi com. Deis stipendium* Mss. Vin. Ed. Lips. 2. Stad. Pont. Zeu. Fab. *et r. pl. q. commilitonibus stipendium* Ms. Voss. 2. *et red. plane templa quasi commilitonibus Diis stipendium* Ms. Voss. 3. *et red. sane quasi cōmilitonibus Deis stipendiū* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. 2. Ven. Gryph. Lugd. *et red. sane quasi com. de iis stip.* Ed. Par. 1.—18 *Iisdem* Ed. Ven.—19 *Missione* Ed. Grut. Beg.—20 *Cora* Ms. Ryck. *Ora* Ms. Duisb. Voss. 1. 2. Ed. pr. *Omīa ad Algidium locum vicinum urbis t. f.* Ms. Fran.—1 *Algidum quis credat ter.* Ms. Voss. 1. In Mss. Jord. scriptum erat *Alsium*.—2 *Fue-*

NOTÆ

[g] *Cossus*] Hunc Livius T. Æbutium vocat; alii Spurium Cassium.

[h] *Equitum magister*] Qui factus est ut Dictatori obsequeretur. Is, si quando Dictatorem abisse contingeret, ejus munia obibat.

[i] *Duos*] Sic oratorem nostrum scripsisse haud facile crediderim. Sed potius hic etiam posuisse vocem *Deos*, quam ignarus aliquis in *duos* mutavit.

[j] *Templa promisit*] 'Ibi nil nec divinæ nec humanæ opis Dictator prætermittens, ædem Castori vovisse fertur.' Livius. Et hoc est, cur Noster dicat 'pactusque victoriam.' Gallice, *Ayant fait pacte avec lui, qu' il lui feroit gagner la victoire.*

[k] *Sora*] Urbs Volscorum in via Appia, quæ ad Samnites defecerat.

[l] *Quis credat*] Hoc dicit, quoniam incredibile videtur hæc oppida Romam terrere potuisse.

[m] *Algidum*] Æquorum oppidum in Latio. Circa hunc locum Gracchus Æquorum dux L. Minutium Consulem obsederat, quo nuntio Romæ trepidatum fuit.

[n] *Satricum*] Urbs Antiatum in Latio.

Digitized by Google

atque Corniculum[o] provinciæ.[3 p] De Verulis[4 q] et Bovillis[r] pudet, sed[5] triumphavimus. Tibur[s] nunc suburbanum,[t] et æstivæ Præneste[u] deliciæ,[6] nuncupatis[v] in Capitolio votis petebantur.[b] [§. 7.] Idem[7] tunc Fæsulæ,[8 w] quod Carræ[9 x] nuper:[c y] idem nemus Aricinum,[z] quod Hercynius[10] saltus;[a] Fregellæ,[11 b] quod Gesoriacum;[12 c] Tibe- [§. 8.]

[b] *Tibur*, quod *nunc* est *suburbanum*, *et Præneste* nunc *æstivæ deliciæ*, *petebantur promissis votis in Capitolio*.

[c] *Fæsulæ tunc* terrebant Romam *eodem modo*, *quo Carræ nuper* terruere.

rant Ed. Ven.—3 *Provintie* Ed. Lips. 2.—4 *Vejis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *veus* Ed. Ven.—5 *Si triumph.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—6 *Delitiæ* Ed. Med. Ven. —7 *Eodem* Ed. Ven.—8 *Fesulæ* Ed. Med. Par. Ven. Gryph.—9 Sic Ms. Reg. Q, Ed. Vin. Stad. Grut. Lugd. Freinsh. Fab. Vetst. Blanc. Amstel. Duk. 1. 2. Sed *Charræ* Mss. Jord. *Capræ* Ms. Ryck. Ed. Ber. Sab. *calpe* Ed. Ven. *Calpæ* Ed. Junt. *Taphræ* Ed. Ald. Gryph. Stad. Pont. *Capreæ* Ms. Naz. Burdigal. Pal. 1. 2. et Duk. ceteri. Ed. pr. Med. Par. *capre* Ed. Lips. 1. 2. 3.—10 *Hercinius* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. In reliquis Mss. Duk. erat *Hercynius*, *Ericinus*, *Herannus*, *Herenus*, *Hernicinus*. Mss. Vin. *Herquinius*. Ed. Pont. *Hernicius*.—11 *Fregelle* Ed. Ven.—12 Sic Ms. Ryck.

NOTÆ

[o] *Corniculum*] Urbs in Latio.

[p] *Provinciæ*] Satricum et Corniculum provincias vocat, quia tunc temporis consulibus eæ urbes dabantur, ut ex earum proventu per annum unum belli sumtibus suppeditarent.

[q] *De Verulis*] Verulæ idem quod Verulanum, Latii oppidum, in Hernicis, non longe ab Urbe.

[r] *Bovillis*] Bovillæ, urbs in Latio via Appia ad undecimum ab Urbe lapidem.

[s] *Tibur*] Latii urbs ad Anienem fluvium sita 150. stad. ab Urbe: ut autem ostendat Florus, quam parum fortis in principio Roma fuerit, dicit Romanos tunc temporis contra Tibur et Præneste egredi non ausos fuisse, nisi votis in Capitolio nuncupatis.

[t] *Nunc suburbanum*] Ut ostendat Romæ magnitudinem, cui Tibur nunc, id est, Flori tempore, suburbium est, cum antea terra hostilis et ea satis gravis fuerit et formidanda.

[u] *Præneste*] Urbs in Latio XVIII. ab Urbe Roma: ibi per æstatem degebant nobiliores, quum immodicis alibi solis vaporibus non uratur. Ideoque æstivas vocat delicias.

[v] *Nuncupatis*] Nuncupata vota dicuntur vota promissa, quasi testificata, circumscripta. Santra lib. II. de verborum antiquitate.

[w] *Fæsulæ*] Tusciæ urbs, hodie *Fiesoli:* quidam ex Fæsulæ ruinis natam Florentiam dicunt.

[x] *Carræ*] Urbs Mesopotamiæ sic dicta a Carrha Syriæ flumine; hic autem Florus de clade Crassi loquitur; ubi miserabili strage deletus exercitus, Crassus occisus. Vide Nostrum lib. III. 9.

[y] *Nuper*] Cave credas rem tam nuperam fuisse, de qua loquitur, jam centum circiter sexaginta anni transierant quum hæc scribebat Noster; sed 'nuper' dicit habita ratione temporis, quo Fæsulis bellum gerebatur.

[z] *Nemus Aricinum*] In Latio est quatuor mill. pass. ab Aricia distans.

[a] *Hercynius saltus*] In Germania

Digitized by Google

ris,[13] [d] quod Euphrates.[d] [e] Coriolos[f] quoque (pro pudor) victos[14] adeo gloriæ fuisse,[15] ut captum oppidum[16] [g] Caius Marcius[h] Coriolanus,[17] quasi Numantiam[18] [i] aut Africam, nomini induerit.[e] [19] Extant et parta de Antio[j] [§. 9.] [§. 10.]

[d] *Sic nemus Aricinum* fuit terrori Romanis *ut saltus Hercynius, et Fregellæ ut Gesoriacum, Tiberis ut Euphrates.*

[e] *Proh pudor! Coriolos victos adeo nobis gloriæ fuisse, ut Caius Marcius Coriolanus susceperit nomen victi oppidi, quasi Numantiæ aut Africæ.*

Flor. Voss. 3. Sed *Gessoriacum* Mss. Vin. Ed. Stad. Pont. Zeu. *Gersoriacum* Mss. reliqui Duk. Ed. pr. *Gesoriacil* Ed. Ven.—13 Ita Ms. Reg. Q, Jord. Ed. Grut. Lugd. Freinshem. Zeu. Sed *quod Tigris* Mss. Pall. et Duk. reliqui omnes. Ed. pr. Sab. Junt. Ald. *quod Tiberis* Ms. Reg. F, Berol. *Tigris* Ed. Ber. *quod Tigris: quod Eufrates* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 1. Ven. *quod Tygris: quod Eufrates* Ed. Par. 2. *quod Tigris, quod Euphrates* Ed. Gryph.—14 Sic Ms. Naz. Ryck. Voss. 2. Mss. Jord. Ed. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Sed *Coriolus quoque, pro pudor, victus* Mss. Vin. Pal. 1. 2. Flor. Duisb. Reg. Q. Voss. 3. Fran. Reg. F. Ed. pr. Grut. Lugd. Vetst. *Coriolos qu. p. p. victus* Ms. Voss. 1. Malliab. *Coriolos qu. proch pudor victos* Ed. Lips. 1. 3. *Coriolos qu. proh pudor victos* Ms. Berol. Ed. Lips. 2. Ven. Gryph. Beg.—15 Ita Ms. Reg. F, Naz. Ryck. Mss. Jord. Sed *fuit* Mss. Vin. Pal. 1. 2. Flor. Berol. Duisb. Reg. Q, Voss. 1. 2. 3. Fran. Ed. pr. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. Beg.—16 *Opidum* Ed. Med. Ven.—17 Sic Mss. Regg. Ryck. Voss. 1. Sed *Cn. Marc. Coriol.* Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. (in quo tamen est *Martius*) Junt. Ald. Gryph. *Gneus Marc. Coriol.* Ed. pr. Jord. *Cneus Martius Cor.* Ed. Lips. 2. *Cn. Martius Cariolanus* Ed. Ven. *Marc. Coriol.*, omisso prænomine, Ms. Fran. Ed. Beg. In Ms. Duisb. nomen *Coriolanus* erat minio scriptum, ubi antea vacuum spatium fuisse videbatur.—18 *numātiā* Ed. Lips. 1. 3. in quibus ipsis mox est, ut fere ubique, *affricā*.—19 Sic Mss. Jord. Regg. Fran. Malliab. Voss. 2. 3. Sed *nomini induceret* Mss. Vin. Naz. Ryck. Voss. 3. Ed. Lugd. *nomini indueret* Ms. Flor. Voss. 1. Ed. Ber. Sab. Med. Par. Ald. *nomini induret* Ed. Lips. 1. *nomine induret* Ed. Lips. 3. *nomen induerit* Ms. Be-

NOTÆ

est: dierum sexaginta iter occupare dicitur. Hic Florus loquitur de bello Gallico, et de Germanis, quos Cæsar per Hercinias sylvas secutus fugavit. Vide lib. III. 10.

[b] *Fregellæ*] Urbs in Latio.

[c] *Gesoriacum*] Galliæ portus est e regione Albionis insulæ: alii Gesoriacum putant, quod nunc Bononiam dicimus.

[d] *Tiberis*] Tunc temporis æque damnosus fuit Tiberis ac Euphrates, qui Crassi signa subitis rapta turbinibus hausit.

[e] *Euphrates*] Nobilissimus totius Asiæ fluvius: Crassi cladem ad Euphratem acceptam respicit. Vide lib. III. 2.

[f] *Coriolos*] Corioli, et Coriolla, Italiæ urbs, Volscorum metropolis.

[g] *Captum oppidum*] Anno decimo septimo post reges exactos captum fuit.

[h] *Caius Marcius*] Eutropius Quintium Marcium vocat. Livius Cneum Marcium. Victor cum Floro Caium vocat.

[i] *Numantiam*] Hispaniæ Tarraconensis urbs Numantia, apud flumen Durium sita, de qua vide lib. II. 18.

[j] *Antio*] Antium Latinorum portus diei itinere ab Urbe distans.

Digitized by Google

spolia, quæ Mænius[10] [k] in suggestu fori,[11] [l] capta hostium classe, suffixit: si tamen illa classis: nam sex fuere rostratæ.[2] [m] Sed hic numerus illis initiis navale[3] bellum[4] fuit. Pervicacissimi tamen Latinorum Æqui[5] [n] et Vol- [§. 11. sci[6] [o] fuere,[f] et quotidiani,[7] ut ita[8] dixerim, hostes. Sed hos præcipue Lucius Quintius[9] [p] domuit, ille dicta- [§. 12. tor ab aratro: qui obsessa ac[10] pæne jam capta Marci Minucii[11] [q] Consulis castra egregia[12] virtute servavit. Me- [§. 13.

[f] *Tamen Æqui et Volsci pertinacissimi Latinorum, &c.*

rol. Duisb. Voss. 2. Ed. pr. Ven. Junt. Grut. Zeu. Vetst.—20 Sic Ms. Pal. 2. Sed *Menius* Ms. Reg. Q. *Mænibus* Ms. Naz. Pal. 1. Ed. Ber. Sab. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. *Menibus* Ms. Duisb. Berol. Fran. Ed. pr. *menibus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. *C. Mænius* Ed. Stad. Pont.—1 *Fori* abest ab Ed. Ven.—2 *Fuere solæ rostratæ* Ms. Naz.—3 *Navalle* Ed. Ven.—4 *Bellum* aberat a Mss. Regg. Voss. 1. Malliab. Burdig.—5 *Equi* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. *equi* Ed. Gryph. —6 *Vulsci* Mss. Vin. Regg. Fran. Duisb. (et hic quidem a secunda manu) Ed. pr.—7 Sic Ms. Ryck. Flor. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. Ber. Sab. Med. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Pont. *quottidiani* Ed. Lips. 3. Par.—8 *Ut sic dixerim* Jord. Ms. Naz. Voss. 1. 2. Fran. Ryck. Toll. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Pont.—9 Sic Ed. Sab. Ald. Vin. Lugd. Sed *Titus Quintius* Mss. Duk. omnes. Ed. pr. Lips. 1. 3. Ber. Med. Par. 2. Ven. Junt. *Titus Quintus* Ed. Par. 1. *Quintius*, omisso prænomine, Ed. Lips. 2. *L. Quintius* Ed. Gryph.—10 *Obsessa pæne* Ed. Lips. 1. 3.—11 *M. Mamilii* Ms. Naz. *M. Manlii* Ms. Voss. 3. *Marci Mallii* Ms. Fran. *M. Manilii* Mss. Pall. Berol. et Dukeri reliqui. Ed. pr. *M. Manlii*, et *Manilii* Mss. Vin. *M. Minutii* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. *Martii Minutii* Ed. Lips. 2. Gryph. *L. Minucii* Ed. Stad. Pont. Beg.—12 *Ægregia* Ed. Ven.—13 *Erat*

NOTÆ

[k] *Mænius*] C. Mænius, qui cum L. Furio Camillo Consul fuit.

[l] *Suggestu fori*] Suggestus fori est locus editior in foro, unde ad populum verba fiebant. Antiatum rostratis navibus ornatus fuit, unde rostra vocatus. Et inde patet rostra et suggestum idem esse.

[m] *Sex fuere rostratæ*] Aliter tamen Livius, qui lib. VIII. scribit: 'Antiatium naves partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit.' Ergo major aliquanto earum numerus fuit.

[n] *Æqui*] Populi in Latio, qui etiam Æquicolæ dicti sunt.

[o] *Volsci*] Populi in Latio prope Campaniam.

[p] *Lucius Quintius*] Lucius Quintius Cincinnatus. Sed hoc capite jungit Florus quæ longo intervallo distant; nam L. Quintius Volscos domuit Ann. Mundi 3493. ante Ch. Nat. 455. quo tempore bellum Etruscum, de quo capite sequenti, jam diu finem ceperat.

[q] *Marci Minucii*] Alii Quintum Minucium dicunt. Ejus castra a Volscis et Sabinis, duce Clœlio Graccho, obsidebantur.

Digitized by Google

dium erat forte[13] tempus sementis,[r] cum patricium[14] virum innixum aratro suo lictor[s] in ipso opere deprehendit.[15] Inde in aciem profectus, ne quid a rustici operis imitatione cessaret, victos more pecudum sub jugum[16 t] misit. Sic expeditione finita rediit[17] ad boves rursus triumphalis agricola. [§. 14.] Fidem numinum![18 u] qua velocitate?[19] [§. 15.] intra[20] quindecim[21 v] dies cœptum peractumque[22] bellum: prorsus[23] ut festinasse dictator ad relictum opus videretur.

CAP. XII.

BELLUM CUM ETRUSCIS, FALISCIS, ET FIDENATIBUS.[1]

Assidui vero et anniversarii[2] hostes ab Etruria [§. 1.] fuere Veientes;[3 a] adeo ut extraordinariam[4 b] manum adver-

tempus forte Ms. Ryck. Naz. Fran. Pall.—14 *Patritium* Ed. Lips. 1. ubique. —15 *Deprœhendit* Ed. Par. Ven.—16 *Sub jugo* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. —17 *Redit* Ms. Ryck. Berol. Malliab. Duisb. Fran. Voss. 2. Ed. pr.—18 Sic Mss. Jord. et conj. Salmasius. Sed *fides numinum* Ms. Berol. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *fide numinum* Ms. Naz. Ryck. Flor. Malliab. Voss. 2. 3. *fides*, et *fide*, *numinum* Mss. Vin.—19 *Celeritate* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—20 *Inter quindecim* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—21 *XV.* Ed. Par. 1. *XVI.* Ed. Stad. Pont.—22 *Peractumque prorsus est* Mss. Vin. Ed. Stad. Pont. *per. est* Ed. Beg.—23 Sic quoque Ed. Med. Gryph. Grut. Sed *prorsus est bellum* Ms. Ryck. Flor. Berol. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. *bellum prorsus: ut* Ed. Vin. Lugd. *bellum*, omisso *τῷ prorsus*, Ed. Stad. Pont.

1 *B. Faliscum et Fidenate* Ms. Naz. *B. cum Etruscis et Fidenatibus* Ed. Ven. —2 *Universarii* Ed. Par.—3 Ita Ms. Naz. Ryck. Sed *ab Etruria Veientes* Mss. Pall. Regg. Malliab. Duisb. Fran. (in quo tamen, ut in Pal. 1. erat

NOTÆ

[r] *Sementis*] Sementis, hujus sementis, seminandi tempus.

[s] *Lictor*] Lictores fasces virgarum ante consules ferebant; eorum munus erat, ut populum submoverent, sontes virgis cæderent, et securi ferirent.

[t] *Sub jugum*] 'Jugum e tribus hastis fiebat humi fixis duabus, superque eas transversa una deligata.' Liv. Sub eo victi transire cogebantur, unde Florus dicit 'more pecudum.'

[u] *Fidem numinum*] 'Divum atque hominum fidem!' Terent.

[v] *Quindecim*] Sexto decimo die dictaturam quam acceperat deposuit.

Cap. xii. *Bellum cum Etruscis, Faliscis, et Fidenatibus*] Hoc caput annos octoginta sex continet. Nam bellum Etruscum in se recepere Fabii Ann. Mundi 3472. ante Ch. Nat. 476. Falisci vero se dedidere Ann. Mundi 3558. ante Ch. Nat. 390. duobus annis post Veios captos.

[a] *Veientes*] Italiæ populi 18. mill. pas. ab Urbe distantes.

[b] *Extraordinariam*] Quæ proprio suo sumtu militabat. Et sic apud

Digitized by Google

sus eos promiserit, privatumque[5] gesserit bellum gens una Fabiorum. Satis superque idonea clades.[a][6] Cæsi apud [§. 2. Cremeram[c] trecenti,[7] [d] patricius[8] exercitus,[e] et Scelerato signata[9] nomine,[f] quæ proficiscentes in prælium porta[g] dimisit. Sed ea clades ingentibus expiata victoriis, post- [§. 3. quam per alios atque alios duces robustissima capta sunt oppida: vario quidem eventu. Falisci[h] se sponte [§. 4. dediderunt. Cremati suo igne[i] Fidenates.[j] Rapti[10] funditus deletique[k] Veientes.[11] [l] Falisci[12] cum obsideren- [§. 5.

[a] *Satis et nimis magna clades.*

Venientes) Voss. 1. 2. Ed. pr. Grut. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. *Etruria fuere Vei.* Ms. Voss. 3. In Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. scribitur fere ubique *Ethruria.*—4 *Extra ordinariā* Ed. Lips. 1. Par.—5 *Privatimque* Ed. Lugd.—6 *Clade* Ms. Fran. Ed. Stad. Pont.—7 Sic Mss. Pall. Vin. et Duk. omnes. Ed. pr. Ber. Sab. Junt. Ald. Grut. Zeu. Sed *trecenti et sex* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—8 *Patritius* Ed. Lips. 3.—9 Sic Ms. Naz. Sed *signatur* Ms. Pal. 1. 2. Ryck. Flor. Duisb. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *signatum* Ed. pr. *testatur* Ms. Fran.—10 *Capti* Mss. Regg.—11 *Veijētes* Ed. Lips. 1. 2. 3.—12 *Faliscis* Ms. Fran. et conj. Freinshemius. Ed.

NOTÆ

Livium Fabii loquuntur: 'Nostrum id nobis velut familiare bellum, privato sumtu gerere in animo est. Respublica et milite illic et pecunia vacet.'

[c] *Cremeram*] Fluvium Tusciæ haud longe a Veiis: 5. milliario ab Urbe distans.

[d] *Trecenti*] Livio et Victori trecenti sex. Fabii cæsi ad unum omnes, 306. periisse satis convenit. Eutropius Floro consentit.

[e] *Patricius exercitus*] Omnes patricii, omnes unius gentis, quorum neminem ducem sperneret egregius quibuslibet temporibus exercitus.

[f] *Scelerato signata nomine*] Apud veteres illos et bonos Latinos scelus nil aliud sæpe fuit, quam infelicitas: ita apud Plaut. Capt. III. 5. 'Major potitus hostium est, quod hoc est scelus.' Scelestus, infelix. Plaut. Menæch. III. 1. 'Nunquam quicquam facinus feci pejus neque scelestius.' Contra, probus est felix apud eundem. Mostel. I. 3. 'Ut videas jam medullitus me amare: oh! probus homo sum.' Ubi 'probus' nil aliud est quam felix. Et pessime Lamb. qui vertit, homo frugi.

[g] *Porta*] Porta Carmentalis, quod Carmentæ sacellum erat ei proximum; postea Scelerata fuit appellata, per eam egredi, vel ingredi nefas erat. Ovid. 'Ire per hanc noli, quisquis es: omen habet.' 'Porta vacat culpa; sed tamen omen habet.'

[h] *Falisci*] Etruriæ populi a Camillo devicti.

[i] *Suo igne*] Vide infra.

[j] *Fidenates*] Populi in Latio, sexto ab urbe milliario. Hos vicit Mamercus Æmilius Dictator.

[k] *Deleti*] A Furio Camillo post decennalem obsidionem.

[l] *Veientes*] Vide supra.

Digitized by Google

tur, mira visa est fides Imperatoris,[m] nec immerito: quod ludimagistrum,[13] [n] urbis proditorem, cum iis,[14] quos adduxerat,[15] pueris,[o] vinctum[16] [p] sibi[17] ultro remisisset. Eam namque vir sanctus,[18] et sapiens, veram sciebat[19] victoriam,[20] quæ salva fide, et integra dignitate[1] pareretur.[a] [§. 6.] Fidenæ,[q] quia pares non erant ferro, ad terrorem movendum facibus[3] armatæ,[r] et discoloribus, serpentum in modum, vittis,[4] furiali[5] more[s] processerant: sed habitus ille feralis eversionis omen fuit.[b] [§. 7.] Veientium[t] quanta[6] res fuerit, indicat[7] decennis[u] obsidio.[c] [8] [§. 8.] Tunc primum hyema-

[b] *Sed pompa illa funesta, fuit præsagium eversionis.*
[c] *Obsidio decennis ostendit quanta fuerit respublica Veientium.*

Stad. Pont. Zen. Beg.—13 *Ludi mgrm* Ed. Lips. 1. *ludi m.* Ed. Par.—14 *His* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—15 Sic Ms. Naz. Pal. 1. Sed *abduxerat* Ms. Voss. 1. 2. *eduxerat* Ms. Berol. Duisb. Pal. 2. Ed. pr. Grut. Vetst. Beg. *duxerat* Ed. Zeu.—16 *Victũ* Ed. Lips. 1.—17 *Eis* Ms. Reg. Q. —18 Sic Ed. pr. Sed *nãque Furius Camillus vir scũs* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont.—19 *Sciebat esse victoriam* Ms. Ryck. Voss. 1. 2. Fran. —20 *Sciebat verã eẽ victoriã* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—1 *Diginitate* Ed. Lips. 3.—2 Sic Ms. Naz. Sed *pararetur* Ms. Pal. 1. Ryck. Berol. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *paretur* Ms. Malliab. Pal. 2. *pateret* Ms. Voss. 3.—3 *Fascibus* Ed. Par. 2.—4 *Vitis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par.—5 *Ferali* Ed. Stad. Pont.—6 *Vel quanta* Ms. Naz. Voss. 2. Ed. Amstel. *Veii quanta* Ms. Voss. 3. Ceterum *Veientium* erat etiam in Mss. Pall. Flor. Reg. Q, Voss. 1. Sed *Veientium* habebant Mss. Duk. reliqui. Ed. pr. *Veiẽciũ* Ed. Lips. 1. 2. 3.—7 *Inmodicat* Ms. Naz.—8 *Obsessio* Ms. Ryck.—9 Sic et mox *hyberna* Ed.

NOTÆ

[m] *Imperatoris*] Camilli.

[n] *Ludimagistrum*] Magistrum vocat Livius. Præceptorem intelligo. 'Mos erat Faliscis,' inquit Livius, 'eodem magistro liberorum et comite uti; simulque plures pueri, quod hodie quoque in Græcia manet, curæ demandabantur.'

[o] *Pueris*] Primorum pueros ad Camillum perduxerat.

[p] *Vinctum*] Denudatum eum, manibus post tergum revinctis, reducendum Falerios pueris tradidit, virgasque eis, quibus proditorem agerent in Urbem verberantes, dedit.

[q] *Fidenæ*] Vide sup. in hocce capite.

[r] *Facibus armatæ*] 'Patefactis Fidenarum portis, nova erumpit acies: inaudita ante id tempus inusitataque, ignibus armata ingens multitudo, facibusque ardentibus tota collucens, velut fanatico instincta cursu in hostem ruit.' Liv. lib. IV. sed ibi omnino legendum *fanatico instinctu* non *instincta.* Sic Florus alicubi dixit, 'quodam quasi instinctu Deorum.' Nil certius: deinde quid hoc, *fanatico instincta?*

[s] *Furiali more*] Nam et sic pinguntur Furiæ.

[t] *Veientium*] Supra dictum est.

[u] *Decennis*] Hic Veiorum occasus fuit urbis opulentissimæ Etrusci no-

Digitized by Google

tum[9] sub pellibus :[v] taxata[w] stipendio[10] hyberna :[d] adactus miles sua sponte jurejurando, 'nisi capta urbe[x] non remeare.'[e] [11] Spolia de Larte[12] Tolumnio[13] [y] rege ad [§. 9. Feretrium reportata.[z] Denique non scalis, nec[14] irruptione, sed cuniculo, et subterraneis dolis peractum[a] urbis excidium. Ea denique visa est prædæ magnitudo, cu- [§. 10. jus[15] decimæ Apollini Pythio[16] [b] mitterentur :[f] universusque populus Romanus[17] ad direptionem urbis vocaretur.[18] Hoc tunc Veii fuere: nunc[19] fuisse quis meminit? [§. 11.

[d] *Hyberna jussa sunt dare stipendia.*
[e] *Miles impulsus est sua sponte jurare se non reversurum* domum suam, *nisi urbe capta.*
[f] *Tanta denique magnitudo prædæ visa est, ut decimæ ejus mitterentur Apollini Pythio.*

Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. alii *hiematum* et *hiberna.*—10 *Stipendia* Ed. pr. atque sic emendarat manus docta in exemplo Ed. Lips. 3. quo nos usi sumus.—11 *Remearet* Ms. Naz. Ed. Freinsh. Blanc. *non remanere* Ms. Ryck. *ne nisi capta urbe remearet* Ed. Amstel.—12 *Laerte* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—13 *Tolūnio* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. *Tolūnio* Ed. Med. Par. 1. *Tolumnio* Ed. Par. 2.—14 *Non* Ms. Ryck. Toll. Duisb. Voss. 1. Fran. Ed. pr. Beg.—15 *Ut ejus decimæ* Mss. Pall. Ryck. Toll. Duisb. Berol. Fran. Voss. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Vetst. Beg. in quo ante est *eaque visa.*—16 *Phytio* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—17 *P. R.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Et sic c. 13.—18 *Dir. u. convocaretur* Ms. Ryck.—19 Sic Ms. Flor. Voss. 3. Sed *tunc Veientes fuere: nunc f.* Ms. Berol. Malliab. Pal. 2. Duisb. Voss. 1. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zen. Fab. Vetst. *tunc, nunc fuisse* Ms. Pal. 1. Mss. Vin. Regg. Voss. 2. *tunc vel fuere : nunc fuisse*

NOTÆ

minis, magnitudinem suam vel ultima clade indicantis, quod decem æstates, hyemesque continuas circumsessa fuerit. Livius.

[v] *Hyematum sub pellibus*] 'Hybernacula etiam, res nova militi Romano, ædificari cœpta.' Livius.

[w] *Taxata*] Hyberna, quæ nos dicimus, *les quartiers d'hiver*, taxata fuere, ut inde militibus stipendium solveretur. Patri meo impensius placebat legi, *taxata hybernis stipendia.*

[x] *Nisi capta urbe*] Negant se inde priusquam, capta urbe hostium, redituros.

[y] *De Larte Tolumnio*] Veientium Rege. Sed cave credas hæc spolia reportata cum Veientes obsiderentur: tunc temporis reportata fuerant, cum Fidenates contra Romanos rebellarunt anno ab Urbe condita 318. quibus auxilium præstabat Veientium Rex Tolumnius 32. annos ante Veiorum obsidionem.

[z] *Reportata*] Ab A. Cornelio Cosso tribuno militum.

[a] *Peractum*] 'Postremo jam, fato tum denique urgente, operibus tamen non vi expugnata est.' Liv.

[b] *Apollini Pythio*] Apollo vocatus fuit Pythius, quod serpentem Pythonem occiderit. Illi decimam partem voverat Imperator. Vide Livium lib. v.

Digitized by Google

quæ reliquiæ? quod[20] vestigium?[c] Laborat annalium fides, ut Veios[21] fuisse[22] credamus.[g]

CAP. XIII.

BELLUM GALLICUM.

HIC[1] sive invidia Deum,[2] [a] sive fato, rapidissimus procurrentis imperii cursus parumper Gallorum Senonum[b] incursione supprimitur. [§. 1.] Quod tempus populo Romano nescio utrum clade funestius fuerit, an virtutum[3] experimentis speciosius. [§. 2.] Ea certe fuit vis calamitatis,[4] ut in experimentum illatam[5] putem divinitus, scire volentibus Diis,[6] an Romana virtus imperium orbis mereretur. [§. 3.] Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc[7] ipsa corporum mole, perinde armis[8] ingentibus, [§. 4.]

[g] *Fides Annalium vix impellit nos, ut credamus Veios fuisse.*

Ms. Naz. *tunc fuisse* Ms. Fran. *hæc tunc fuere nunc* Ms. Ryck.—20 *Quodve vestig.* Ms. Ryck. Flor. Malliab. Fran. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Blanc. Vetst. Beg. *quodne vestig.* Ms. Voss. 3.—21 *Veros* Ms. Ryck. *vera* Mss. Vin. Regg. Fran. Voss. 1. 2. Reg. Q.—22 *Esse* Ms. Reg. Q.

1 Ita Ms. Naz. Pal. 1. Voss. 1. Toll. Fran. Sed *hinc* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Freinsh. Vetst.—2 *Deum* aberat a Ms. Fran.—3 Sic Ms. Pal. 2. Voss. 1. 2. Berol. Duisb. Ed. pr. Sed *virtutis* Ms. Naz. Voss. 3. reliquique Duk. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *virtus* Ms. Pal. 1.—4 *Experimentis...calamitatis;* aberant a Ms. Voss. 3.—5 *Inlatumam* Ms. Naz. A Ms. Pal. 1. et Ryck. aberat.—6 *Volentibus immortalibus Diis* Edd. nostri omnes. Operæ negligentes omiserunt τὸ *immortalibus.*—7 *Ad hæc* Ms. Pal. 2. Duisb. Fran. Berol. Ed. pr. Beg. *ad huc* Ms. Voss. 3. *ob hoc* Ed Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—8 Sic Ed. pr. Sed *ac armis* Ms. Pal. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.

NOTÆ

[c] *Quod vestigium*] Hac de re Propert. lib. IV. 'Et Veii veteres, et vos tum regna fuistis, Et vostro posita est aurea sella foro. Nunc intra muros pastoris buccina lenti Cantat, et in vestris ossibus arva metunt.'

CAP. XIII. *Bellum Gallicum*] Inceptum anno Mundi 3562. ante Ch. Nat. 386. ab Urb. Cond. 365. et a Dolabella finitum anno Mundi 3667. ante Ch. Nat. 281. ab Urb. Cond. 470. 95. postquam inceptum fuerat.

[a] *Invidia Deum*] Quibus res Romana potens nimium videbatur. Sic Virgil. in Deorum invidiam: 'Nimium vobis Romana propago Visa potens, superi, propria hæc si dona fuissent.'

[b] *Gallorum Senonum*] Galli Senones, Galliæ populi, Nerviis vicini ver-

adeo[9] omni genere[10] [c] terribilis fuit, ut plane nata ad hominum interitum, urbium stragem, videretur. Hi[11] quondam ab ultimis terrarum oris,[d] et cingente omnia[12] Oceano ingenti agmine profecti, cum jam[13] media vastassent, positis inter Alpes et Padum sedibus, ne his quidem contenti, per Italiam vagabantur.[14] Tum[15] Clusium[16] [e] obsidebant. Pro sociis ac fœderatis populus[17] Romanus[18] intervenit.[f] Missi ex more legati.[19] Sed quod jus[g] apud barbaros? ferocius agunt. Movent,[20] et inde[1] certamen. Conversis igitur a Clusio, Romamque venientibus, ad Aliam[2] [h] flumen cum exercitu Fabius Consul occurrit. Non temere[3] fœdior[i] clades.[a] Itaque hunc diem fastis Roma[b] damna- [§. 5.] [§. 6.] [§. 7.]

[a] *Non facile inveniatur major clades.* [b] *Itaque Roma exclusit hunc diem fastis.*

Stad. Lugd. Pont.—9 *Adeoque* Ed. Beg.—10 *Generi* Ms. Pal. 2.—11 *Hii* Ed. Lips. 3.—12 Sic Mss. Vin. Pall. Ms. Lipsii et Duk. omnes. Sed *cum cingerentur omnia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—13 *Omia media* Ms. Fran.—14 *Bacchabantur* Mss. Jord. Ed. Amstel. Beg. *vagebantur* Ed. Lips. 2.—15 *Tunc* Ms. Ryck.—16 *Clusium urbem obsidebant* Ms. Ryck. Naz. Pall. *Clusium Tusciæ urbem obsid.* Jord. Ed. Ald. Vin. Lugd. *Clusium oppidum obsid.* Ed. Lips. 1. (in quo tamen scriptum est *opidum*) 2. 3. Med. Ber. Sab. Par. Ven. Junt. Gryph. Stad. Pont.—17 *Populus* aberat a Ms. Naz. Voss. 3. et ab Ed. Jord.—18 *Po. Ro.* Ed. Lips. 2. *P. R.* Ed. Lips. 1. 3. Med. —19 *Intervenit, missis...legatis* Ed. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—20 *Movent* aberat a Mss. Vin. Pal. 2. Ed. pr. et Jord. Ed. Grut. Freinsh. Zeu. Vetst. Duk. 1. 2. Sed *monēt* Ed. Lips. 1. 3.—1 *Exinde* Mss. Duk. omnes, præter Flor. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Vetst. *deinde* Ms. Ryck.—2 Sic Mss. Regg. Ryck. Fran. Ed. Ven. Junt. Stad. Lugd. Pont. Sed *Alliam* Edd. ceteri.—3 Sic Mss. Jord. Vin. Pal. 1. Ryck. Flor. Malliab. Voss. 3. Regg.

NOTÆ

sus occasum, hos primo *ξένους* appellatos fuisse traditur, quia venerint ex Transalpina regione.

[c] *Omni genere*] Naturæ ferocitate, corporum mole, et armis ingentibus.

[d] *Ab ultimis terrarum oris*] Sic Livius de iisdem, 'hostes ab Oceano, terrarumque ultimis oris bellum cientes.'

[e] *Clusium*] Tusciæ oppidum.

[f] *Intervenit*] Legati tres Marci Fabii Ambusti filii missi, qui Senatus populique Rom. nomine agerent cum Gallis.

[g] *Sed quod jus*] Hæc contra fidem dicit Noster, ut a populo Romano avertat invidiam; nam certum est legatos contra jus egisse, non Barbaros. Unus enim ex legatis contra jus gentium in aciem processit, et Ducem Senonum interfecit.

[h] *Aliam*] Hujus fluminis cursum eleganter describit Livius: 'Ad undecimum lapidem occursum est, qua flumen Alia, Crustuminis montibus præalto defluens alveo, haud multum infra viam Tiberino amni miscetur.'

[i] *Fœdior*] Sic optimi quique scrip-

Digitized by Google

vit.[4] [j] Fuso exercitu jam mœnibus Urbis appropinquabant.[k] Erant nulla[5] præsidia.[l] Tum[6] igitur, aut nunquam[7] alias, apparuit vera illa Romana virtus. [§. 8.] Jam-primum[8] majores natu, amplissimis[9] usi honoribus,[m] in forum coëunt: ibi, devovente pontifice,[n] Diis[10] se Manibus consecrant:[c] statimque in suas quisque ædes[11] re- [§. 9.] [§. 10.] gressi, sicut in trabeis[12] erant, et amplissimo cultu,[13] in curulibus[o] sellis sese posuerunt:[p] ut, cum venisset hostis, in sua dignitate morerentur. Pontifices, et Flamines, [§. 11.] quicquid[14] religiosissimi[15] in templis erat,[16] partim in do-

[c] *Ibi devovent se Manibus Diis, Pontifice præfante.*

Sed *non Cremera* Ms. Berol. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Gryph. Stad. Grut. Pont. Zeu. Vetst. Beg. *non Cremere* Ed. Lips. 1. 2. 3.—4 *Dāmavit* Ed. Ven. *mādavit* Ed. Lips. 1. *mandavit* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont.—5 *Ubi pene nulla erant præsidia* Jord.—6 *Tunc* Mss. Duk. plerique.—7 *Sicut nunquam* Jord. *aut nusquam* Ms. Fran. *haud unquam* Ms. Pal. 2.—8 Ita Jord. Ms. Pal. 1. et Mss. Vin. quidam et Reg. F a manu secunda. Sed *et primum* Ms. Reg. Q. *quam primum* Mss. Vin. alii et Duk. plerique, in his Reg. F a manu prima. Ed. pr. Grut. Pont. Zeu. Vetst. *jam pridem* Ms. Ryck. Flor. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Lugd.—9 *Amplissimi, usi honoribus* Ms. Ryck. Ed. Ven.—10 *Dis* Ms. Naz.—11 *Sedes* Ms. Fran.—12 *Tubeis* Ed. Ven.—13 *Culto* Ed. Lips. 2. —14 *Quidquid* Ed. Amstel.—15 Sic Jord. Ms. Pal. 1. Ryck. Reg. F, Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Sed *religiosissimum* Ms. Toll. Duisb. Berol. Voss. 1. 2. Ed. pr. Grut. Zeu. Vetst. *religiosum* Ms.

NOTÆ

tores et clades bello acceptas, et tempestates, fœdas vocant. Virgil. Georg. I. 'Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris Collectæ ex alto nubes.'

[j] *Damnavit*] Exclusit; hoc est, inter atros et nefastos retulit. Lucan. lib. VII. 'Et, damnata diu Romanis Alia fastis.'

[k] *Mœnibus appropinquabant*] Eodem modo dictum, quo apud Horat. 'portuque sublmus Chaonio.' Nam ibi 'portu' est tertii casus pro *portui*.

[l] *Nulla præsidia*] 'Porta clausa non erat, nulla pro portis statio, nulli in muris armati.' Livius.

[m] *Amplissimis usi honoribus*] Qui Curules gesserant magistratus.

[n] *Devovente pontifice*] Marco Fabio pontifice maximo præfante carmen, ii se pro patria Quiritibus Romanis devoverunt. Florus autem dicit 'devovente pontifice,' quia pontifex verbis præibat.

[o] *Curulibus*] Vide caput V.

[p] *Sese posuerunt*] Uno verbo dicam, hæc Latinitas mihi haud sane probatur, 'ponere se in lecto,' 'ponere se in sella,' 'ponere se in palea,' &c. Lego *in curulibus sellis consederunt;* aut, si Virgilium imitari malis, *in curulibus sellis se composuerunt*. Æn. V. 'Cum venit, aulæis jam se regina superbis Aurea composuit sponda.'

Digitized by Google

liis[17] [q] defossa terræ recondunt,[18] partim imposita[r] plaustris secum auferunt.[19] Virgines simul ex sacerdotio [§. 12. Vestæ nudo pede fugientia sacra comitantur. Tamen[20] excepisse fugientes unus e plebe[1] fertur Lucius Albinius,[2] [s] qui, depositis uxore et liberis,[3] virgines in plaustrum recepit. Adeo tum quoque[4] in ultimis religio publica privatis affectibus antecellebat.[d] [5] Juventus[t] vero, quam sa- [§. 13. tis constat vix mille hominum fuisse, duce Manlio,[u] arcem Capitolini montis insedit, obtestata[6] ipsum quasi præsen-

[d] *Adeo tum quoque in infimis* hominibus *religio publica vincebat privatos affectus.*

Fran. Reg. Q.—16 *Erant* Ed. Ven. Freinsh.—17 *Doleis* Ms. Naz.—18 Sic Ms. Naz. Ryck. Voss. Reg. Q. Sed *def. terra recondunt* Ms. Pal. 1. et Mss. Duk. reliqui. Ed. pr. Lips. 2. 3. Berol. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Gryph. Stad. Pont. Beg. *defossa terra recūdūt* Ed. Lips. 1. Etiam in Ed. Lugd. est *recundunt*. Sed *defossa tecta recondunt* Ms. Pal. 2. *refossa terra reconderunt* Jord.—19 *Secum plaustris Veios auferunt* Jord. *Auferunt* erat in Mss. et Edd. Duk. omnibus, etiam in Lips. 1. 2. 3. Ven. Sed *pl. secum avexerunt* Ed. Med. Par. 2. *pl. s. auxerunt* Ed. Par. 1. *pl. s. avehunt* Ed. Freinsh. Fab. Blanc. Amstel.—20 *Tum* Ed. Stad. Pont.—1 *Eplebe* Ed. Lips. 1.—2 Sic Mss. Regg. Malliab. Sed *Albinius* Ms. Naz. *L. Atinius* Mss. Jord. *Albinus* Mss. Pall. Ryck. Reg. Q, Berol. Flor. Duisb. Voss. 2. 3. Fran. Ed. pr. Lips. 2. Sab. Med. Par. Ven. Junt. *Albivus* Ed. Lips. 1. 3. *L. Albinus* Ed. Ald. Gryph. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1.—3 *Filiis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. opinor, e glossemate.—4 *q̊* Ed. Lips. 2.—5 *Affectibus antecelebrat* Ms. Reg. F, Voss. 1. *aff. antecedebat* Ms. Reg. Q, Fran. Voss. 1. in marg. ab alia manu. *aff. ācellebat* Ed. Lips. 3.—6 *Obtestans* Mss.

NOTÆ

[q] *Partim in doliis*] Condita in doliolis sacello proximo ædibus flaminis Quirinalis, ubi nunc despui religio est, defodere.

[r] *Partim imposita*] 'Cetera, inter se onere partito, ferunt via, quæ sublicio ponte ducit ad Janiculum.' Livius. Ubi a Floro dissentit, qui plaustris imposita dicit: Virgines vero Vestales nudo pede sacra comitantes in plaustrum Lucii Albinii receptas.

[s] *Lucius Albinius*] De plebe Romana homo Lucius Albinius, plaustro conjugem ac liberos vehens, irreligiosum ratus sacerdotes publicos sacraque populi Rom. pedibus ire, ferrique se ac suos in vehiculo conspici, descendere uxorem et pueros jussit, Virgines sacraque in plaustrum imposuit, et Cære, quo iter Sacerdotibus erat, pervexit. Livius.

[t] *Juventus*] Placuit cum conjugibus ac liberis juventutem militarem, Senatusque robur, in arcem Capitoliumque conscendere, armisque et frumento collocatis, ex loco eudomunito Deos hominesque et Romanum nomen defendere. Liv.

[u] *Manlio*] Marcus Manlius. Meminit Virgil. Æneid. VIII. 'In summa custos Tarpeiæ Manlius arcis Stabat pro templo, et Capitolia celsa tenebat.'

Digitized by Google

tem[7] Jovem,[8] 'ut, quemadmodum ipsi ad defendendum templum ejus concurrissent, ita ille virtutem[v] eorum numine suo tueretur.' Aderant[9] interim Galli, apertamque [§. 14. Urbem primo trepidi,[w] ne[10] quis[11] subesset dolus; mox ubi solitudinem vident, pari clamore et impetu invadunt. Patentes passim[12] domos[13] adeunt: ubi sedentes in curulibus suis[14] prætextatos[15] senes, velut Deos Geniosque[16] [x] veneerati, mox eosdem, postquam esse homines[17] liquebat, alioqui[18] nihil respondere dignantes,[19] pari vecordia mactant, facesque tectis injiciunt:[20] et totam[1] Urbem igne,[2] ferro, manibus[3] exæquant.[a] Sex[4] mensibus barbari (quis [§. 15. crederet?) circa montem unum[5] pependerunt,[y] nec diebus modo, sed noctibus quoque[6] omnia experti: cum[7] tandem[8] Manlius nocte subeuntes, clangore anseris[z] excitatus, a

[a] *Et faciunt urbem planam ferro, igne, et manibus.*

Regg. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Beg.—7 *Patrem* Ed. Lips. 3.—8 *Jovem* aberat a Ms. Naz.—9 *Erant* Ms. Naz.—10 *Trepidarunt, quia* Ed. Gryph.—11 *Ne qui* Ms. Naz. Ed. Lips. 3. Ven. Stad. Pont. *nec qui* Ed. Lips. 2. *trepidare qui* Ed. Med. Par.—12 *Patientis passim* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—13 *Domus* Ms. Naz. Berol. Duisb. Fran. Voss. 2. Ed. pr. Lips. 1. 3.—14 Sic Mss. Jord. Ryck. Regg. Fran. Toll. Duisb. Berol. Flor. Voss. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Ven. Junt. Fab. Amstel. Beg. Duk. 1. 2. Sed *curulibus sellis* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Med. Par. Ald. Stad. Grut. Lugd. Zen. Vetst.—15 *Protexatos* Ed. Ven.—16 *Genios* Ms. Ryck.—17 Sic et Mss. Voss. Sed *homines esse*, inverso ordine, Mss. Duk. ceteri. Ed. pr. Duk. 1. 2.—18 *Alioquin* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—19 *Dignantis* Ms. Ryck. *dignitates* Ed. Lips. 1. 2. 3.—20 *Iniciunt* Ms. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. *iniciũt* Ed. Lips. 1. 3.—1 *Totam deinde urbem* Ed. pr.—2 *Igni* Ms. Flor. Malliab. Voss. 2. Regg.—3 *Solo exæquant* Ms. Voss. 1. Ed. Ald. Gryph. Stad. Lugd. Grut. Pont. Zen. Vetst.—4 *Septem* Ed. Stad. Pont.—5 *Unum montem*, ordine inverso, Ms. Ryck. Toll. Fran. Duisb.—6 *Quoque* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—7 *Quos* Ed. Stad.—8 *Tamen* Mss. Jord. Pall. Naz. Regg. Flor. Berol. Duisb. Voss. 3. Ed. pr. Ber. Sab. Med. Par. Junt.

NOTÆ

[v] *Virtutem*] Fortitudinem. Ita et Græci ἀρετή.

[w] *Primo trepidi*] Noctem veriti et ignotæ situm urbis, inter Romam et Anienem consedere.

[x] *Geniosque*] Deos tutelares urbis Romæ.

[y] *Pependerunt*] Ea vis est verbi *pendeo*, ut infecta re sedere significet. Sic Virg. Æneid. IV. 'pendent opera interrupta minæque Murorum ingentes.'

[z] *Clangore anseris*] Hanc Historiam tangit Virgil. Æneid. VIII. 'Atque hic auratis volitans argenteus anser Porticibus, Gallos in limine adesse canebat. Galli per dumos aderant, arcemque tenebant Defensi tenebris et dono noctis opacæ.'

Digitized by Google

summa rupe dejecit, et ut spem hostibus demeret, quanquam in summa[9] fame, tamen ad speciem[10] fiduciæ,[11] panes ab arce jaculatus est.[f] Et stato[12] quodam die per [§. 16. medias hostium custodias Fabium pontificem ab arce demisit,[13] qui solenne[a] sacrum in Quirinali monte[14] conficeret. Atque ille per media hostium tela incolumis religionis auxilio rediit;[15] propitiosque[16] Deos renuntiavit.[g] No- [§. 17. vissime cum jam obsidio[17] sua[18] barbaros fatigasset, mille pondo auri recessum[19] suum venditantes,[20] [b] idque ipsum per insolentiam, cum ad iniqua pondera addito adhuc gladio,[c] superbe 'væ[1] victis' increparent, subito aggressus[2] a tergo[3] [d] Camillus adeo cecidit, ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret. Agere [§. 18. gratias Diis[4] immortalibus ipso[5] tantæ cladis nomine libet.

[f] *Tamen jaculatus est panes arce, ut simularet fiduciam.*
[g] *Et renuntiavit Deos esse propitios.*

Ald. Ven. Gryph. *tantum* Ms. Ryck. *tn̄* Ed. Lips. 1. 2. 3.—9 *Insūma* Ed. Lips. 1.—10 *In spe* Ms. Ryck. *ad spem* Ms. Duisb. Voss. 3. Ed. pr. Ber. Sab. Junt. Gryph. Stad. Pont. *ad spē* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven.—11 *Fidutie* Ed. Lips. 1. 2. *fidutiæ* Ed. Med.—12 *Statuto* Ms. Pal. 2. Ryck. Reg. Q. Fran. Voss. quod glossema puto: *stacio* Ed. Par. 2. *statio* Ed. Med.—13 *Dimisit* Mss. Jord. Ryck. Reg. F, Ed. Par. 2. Gryph.—14 *Colle* Ms. Fran.—15 *Redit* Ms. Naz. Pal. 1. Ryck. Toll. Duisb. Ed. pr.—16 *Propitiusque* Ed. Lips. 3.—17 Sic Mss. Vin. Pall. et Duk. omnes. Ed. pr. Stad. Pont. Sed *obsidiōe* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Gryph. At in Par. 1. est *cum sua obsidione jam barb.*—18 *Suo* Ed. Pont.—19 *Reditum* Mss. Regg. Pal. 2. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr.—20 *Vendicantes* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—1 Sic Ms. Flor. Malliab. Sed *superbe victis increparent* Mss. Pall. Vin. et Duk. reliqui. Ed. Grut. Freinsh. Vetst. *superbe victos increp.* Ed. Lips. 1 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Lugd.—2 *Aggressos* Ed. Lips. 2.—3 *A tergo* aberant a Ms. Malliab.—4 *Dis* Ms. Naz.—5 Sic Mss. Vin. Sed *pro ipso* Ed. Lips. 1. 2. 3.

NOTÆ

[a] *Solenne*] Genti Fabiæ peculiare erat illud sacrificium, ut innuit Livius lib. v. 'Sacrificium erat statum in Quirinali colle, genti Fabiæ.'

[b] *Venditantes*] Jactabant non obscure Galli haud magna mercede se adduci posse ut obsidionem relinquerent.

[c] *Addito adhuc gladio*] Huic loco lucem afferet alter Livii: 'Rei fœdissimæ per se adjecta indignitas est, pondera ab Gallis allata iniqua, et, Tribuno recusante, additus, ab insolente Gallo, ponderi gladius, auditaque intoleranda Romanis vox, væ victis esse; qua intelligi volebant Galli, victis victoris legem esse subeundam.'

[d] *Aggressus a tergo*] Tamen iis denuntiaverat, ut se ad prælium expedirent.

Digitized by Google

Pastorum casas ignis ille, et flamma[6] paupertatem Romuli[e] abscondit. Incendium illud quid egit aliud, nisi ut[7] destinata hominum ac Deorum domicilio civitas, non deleta, non[8] obruta, sed expiata potius et[9] lustrata[10] videatur? Igitur[11]. post assertam a Manlio, restitutam[12] a Camillo Urbem, acrius etiam vehementiusque[13] in finitimos resurrexit.[h] Ac[14] primum omnium illam ipsam Gallicam gentem non contentus mœnibus expulisse, cum per Italiam naufragia sua latius traheret,[i] sic persecutus[f] est duce Camillo, ut hodie nulla Senonum vestigia[g] supersint. Semel[h] apud Anienem[15] [i] trucidati,[16] cum singulari certamine Manlius aureum[17] torquem Barbaro inter spolia detraxit: inde[18] Torquati. Iterum Pomptino[19] agro,[j] cum in[20] simili [§. 19.] [§. 20.]

[h] *Igitur* populus Rom. *acrius et vehementius etiam resurrexit in finitimos post defensam urbem a Manlio, et restitutam a Camillo.*
[i] *Cum latius per Italiam traheret ruinam suam.*

Med. Par. Ven.—6 *Flama* Ms. Ryck. Flor. Berol. Duisb.—7 *Nisi dest.* Ed. Par.—8 *Nec obruta* Ms. Naz. Pal. 2. Voss. Ryck. Regg. Malliab. Ed. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. Beg.—9 *Potius, sed* Ms. Duisb. Voss. 2. 3. Ed. pr. Grut. Zeu. Vetst. Beg.—10 Sic Mss. Vin. Pall. Ed. pr. Lugd. Sed *illustrata* Ms. Ryck. Voss. 3. Flor. Edd. Duk. plerique, in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. —11 Sic Mss. Pall. et Duk. omnes, præter Voss. 2. in quo erat *ideo:* quod recepit Grut. Lugd. Zeu. Vetst.—12 *Restituta* Ed. Med. Par.—13 *Vehem.* Ed. Med.—14 Novum hinc Caput ordiebantur Mss. Voss. 1. et Naz. addito indice hoc: *GALLICA BELLA.*—15 *Imenem* Ed. Ven.—16 *Trucidati sunt* Mss. Regg. Ryck. Berol. Malliab. Duisb. Fran. Ed. pr. *trucidat* Ed. Ven.—17 *Auream* Ms. Naz. Reg. Q.—18 *iñ* Ed. Lips. 2.—19 *Pontino* Ms. Pal. 1. 2. Ryck. Duisb. Fran. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Grut. Zeu. Vetst. *in Pontino* Ed. Stad. Lugd. Pont.—20 *Quum simili* Ed. Stad. Pont.—1 *Mar-*

NOTÆ

[e] *Paupertatem Romuli*] Sub cujus regno, 'Nec fortuitum spernere cespitem Leges sinebant.'

[f] *Sic persecutus*] Ad octavum lapidem, ad Gabinam viam, quo se e fuga contulerant. Ibi cædes omnia obtinuit, castra capiuntur, et ne nuntius quidem cladis relictus est.

[g] *Nulla Senonum vestigia*] Falsum, ut et multa alia: nam hodieque supersunt juxta Adriaticum sinum, et in Etruria; hæc sunt notissima.

[h] *Semel*] Titus Manlius provocantem Gallum ad singulare certamen congressus occidit. Et sublato torque aureo, colloque suo imposito, in perpetuum Torquati sibi et posteris cognomen accepit.

[i] *Anienem*] Anio fluvius in Latio, quarto ab Urbe milliario, Romanos a Sabinis dividit.

[j] *Pomptino agro*] In Latio circa Volscos.

Digitized by Google

pugna Lucius[1] Valerius,[k] insidente galeæ sacra[2] alite[l] adjutus, retulit[3] spolia: et inde[4] Corvini.[*5] Tandem[6] [§. 21. post aliquot annos,[m] omnes reliquias eorum in Etruria[7] ad lacum Vadimonis[n] Dolabella[8 o] delevit: ne quis[9] extaret in[10] ea gente, quæ[11] incensam a se Romam[12] urbem gloriaretur.[p]

CAP. XIV.

BELLUM LATINUM.

CONVERSUS[1] a Gallis in Latinos, Manlio Torquato, [§. 1.

* *Et inde Corvini* dicti sunt.

cus Valerius Ms. Fran. Ed. Stad. Pont. *Lutius Valerius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2.—2 Sic Mss. Jord. Naz. Berol. Pal. 1. et Duk. plerique. Ed. pr. Sed *insequente Gallo s.* Ms. Pal. 2. Vin. Fran. Ed. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *insidenti gallo sacra* Ms. Voss. 3. *insidente galeæ corvo* Ed. Lips. 1. 2. 3. *insidente galeæ satyra aliter* Ed. Par. 1. *in sedente g. satyra alite* Ed. Par. 2. *insidente g. satyra alite* Ed. Med. Ven. *insidente galeæ satyria* Ed. Gryph.—3 *Rettulit* Ed. Med. Par.—4 *Inde* Ms. Reg. Q, Flor. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Beg.—5 *Corvinii* Ms. Naz. *corruit* Ed. Par. 1. *Corvi* Ed. Stad. marg. Ceterum in Ms. Pighii totus locus ita legebatur: *Iterum Pontino in agro, cum in simili pugna Valerius, insidente galeæ sacra alite adjutus, retulit spolia, dictusque est ipse Corvinus, et inde Corvini.*—6 Sic Mss. Vin. Voss. 1. 2. Sed *tamen* Ms. Pal. 1. 2. et Duk. plerique Ed. pr. *tm̄* Ms. Ryck. *nec non tamen* Ms. Naz. Flor. Voss. 3. Ed. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. *Nec nō t̄n* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. *nec non tandem* Jord. Ed. Lugd.—7 *In Ethruriā* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—8 *Dolobella* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *Dolabellam* Ed. Stad.—9 *neq̄s* Ed. Lips. 1.—10 *Ex ea* Jord. Freculph.—11 Ita Ms. Pal. 1. Ryck. Regg. Toll. Ed. Blanc. Duk. 1. 2. Sed *qui inc.* Mss. Duk. reliqui. Jord. Freculph. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Amstel. Beg. *que* Ed. Lips. 3.—12 *Romanam* Jord. Ms. Ryck. Toll. Regg. Duisb. Fran. Ed. pr. Ber. Junt. Ald. Ven. Vin. Grut. Lugd. Zeu. Fab. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2.

NOTÆ

[k] *Lucius Valerius*] Aliis Marcus dicitur. Hic cum adversus Gallum pugnaturus processisset, corvus supra brachium dextrum sedit; mox, commissa pugna, idem corvus alis et unguibus Galli oculos verberavit, ne rectum posset aspicere; ita ut ab illo interfectus ei Corvini nomen dederit.

[l] *Sacra alite*] Sacram vocat, quia in augurio multum observabatur hæc avis.

[m] *Post aliquot annos*] Ann. 95. post inceptum bellum: vide supra.

[n] *Ad lacum Vadimonis*] Qui et hodieque *Vadimono* dicitur, in Italia juxta Amerina prædia.

[o] *Dolabella*] Cn. Cornelius Dolabella Consul.

[p] *Ne quis extaret in ea gente, quæ incensam a se Romam urbem gloriaretur*] Hæc a Salmasio est; in aliis editionibus legitur *qui;* et hæc vera lectio

Digitized by Google

Decio[2] Mure[3] Consulibus, semper quidem æmulatione imperii[4] infestos, tum vero contemtu[5] Urbis incensæ; cum 'jus civitatis,[a] partem imperii[6] ac magistratuum'[7] poscerent, atque jam amplius quam[8] congredi auderent.[b] Quo tempore quis cessisse[9] hostem mirabitur? cum alter [§. 2. Consulum[c] filium suum, quia contra imperium pugnaverat,[10] quamvis victorem occiderit;[11] quasi[12] plus in imperio[d] esset,[13] quam in victoria: alter[e] quasi[14] monitu[f] Deorum, [§. 3. capite velato,[g] primam[15] ante aciem[16] Diis Manibus[h] se devoverit,[17] ut[18] in confertissima se[19] hostium tela [§. 4.

1 *Conversis* Ed. Gryph.—2 *Deceo* Ed. Lips. 3.—3 Sic Mss. Vin. Naz. Voss. Malliab. Ed. Junt. Lugd. Sed *Mure.* Ed. Ven. *Murena* Mss. Duk. ceteri, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ald. Gryph.—4 Sic Ed. pr. Sed *imperii et magistratuum infestos* Ms. Pal. 2. Ryck. Flor. Fran. Voss. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—5 *Contentu* Ed. Med.—6 *Imperii* abest ab Ed. Ven.—7 *Ac magistratuum* aberant a Ms. Reg. F. Sed *et magistratuum* Ed. Gryph. *ac m. caput poscere* Ed. Beg.—8 Sic Ed. Lips. 2. Sed *aput quam amplius* Ms. Naz. *apud quam amplius* Ms. Voss. 2. *pari imperio atque jam amplius* Ms. Pal. 1. Ryck. Flor. Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. *pari atque jam ampl.* Ms. Pal. 2. *quanto ampl.* Ed. Beg.—9 *Cecidisse* Ms. Ryck. Voss. 3.—10 *Pugnaverit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—11 *Occideret* Ms. Ryck.—12 *Si plus* Ed. Ven.—13 *Esset in imperio* Ms. Naz. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr.—14 *Quia* Ms. Pal. 1.—15 *Primū* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—16 *Antea* ē Ed. Ven.—17 *Devolverit* Ms. Pal. 1.—18 *Ut* aberat a Ms. Pal. 1.—19 *Se* aberat a Mss. Regg. Berol. Malliab. Duisb. Fran. Ed.

NOTÆ

est: sed mox pro *a se*, legendum *a suis*, idque non vidit vir maximus. *Pater meus.*

CAP. XIV. *Bellum Latinum*] Ann. Mundi 3614. ab Urbe Condita 417. ante Ch. Nat. 334. Coss. T. Manlio Torquato, P. Decio Mure.

[a] *Cum jus civitatis*] Falsum, non jus civitatis poscebant, sed ut unus consul ex eorum, alter ex Romanorum populo crearetur, et Senatus pars æqua ex utraque gente foret, et hoc est quod vocat Florus partem imperii ac magistratuum.

[b] *Atque jam amplius quam congredi auderent*] Plus enim erat partem magistratuum petere, quam armis congredi. Sensus planus est, itaque nil mutandum, quicquid dicat doctissimus Salmasius.

[c] *Cum alter Consulum*] T. Manlius.

[d] *Imperio*] Nota imperium passive positum: sic apud Salust. alicubi legitur 'ad imperandum,' id est, ut imperaretur.

[e] *Alter*] Decius Mus.

[f] *Quasi monitu*] Cur *quasi*, cum ex Deorum monitu factum esse constet?

[g] *Capite velato*] De more, religionis causa, ne quid occurreret quod eam turbaret. Sic ille apud Horat. 'Nam male re gesta cum vellem mittere operto Me capite in flumen.'

[h] *Diis Manibus*] Qui et inferi dicebantur.

Digitized by Google

jaculatus,[20] novum[21] ad victoriam iter[22] sanguinis sui semita aperiret.

CAP. XV.

BELLUM SABINUM.[1]

A LATINIS[a] aggressus est[2] gentem Sabinorum, qui,[3] [§. 1. immemores[4] factæ[5] sub Tito Tatio[6] affinitatis, quodam contagio[7] belli se Latinis[8] adjunxerant.[9] Sed Curio [§. 2. Dentato[b] Consule, omnem eum tractum, qua Nar,[c] Anio, fontesque Velini,[10 d] Hadriatico[11] tenus mari, igne ferroque vastavit.[*] Qua victoria tantum hominum,[e] tantum [§. 3.

* *Sed Curio Dentato Consule igne et ferro vastavit omnem eum tractum quem Nar ambit et fontes Velini, usque ad mare Adriaticum.*

pr.—20 *Equo raptus* Ms. Reg. Q, haud dubie e glossemate nata lectio.—21 *Nomen* Ed. Gryph.—22 *Inter* Ed. Par.

1 *Latinum* Ed. Lugd.—2 *Aggressus gentem* Ms. Voss. 1. 3.—3 *Que* Ed. Lips. 3. ut c. 13. 21. *quæ* Ed. Ven.—4 *Imemores* Ed. Ven.—5 *Pactæ* Ed. Beg.—6 *Tatio Tito* Ms. Pal. 2. *Tito Tacio* Ed. Lips. 1. 2. 3.—7 *Contagione* Ms. Naz.—8 *Se Latio* Ms. Voss. 3.—9 *Adjūxerūt* Ed. Lips. 1. *adjunxerunt* Ed. Lips. 3. Par. Ven. Gryph.—10 *Qua Nar amnis fontesque Velini.* Ms. Ryck. Ed. Blanc. *qua Avarani ofente in vel in* Ms. Naz. *eorumque loca a Varanio fonte* Mss. Jord. *qua Nar fluvius ambit f. Vel.* Ms. Pal. 1. *quem Nar fluvius ambit f. Vel.* Ms. Fran. *qua natura ambit f. V.* Ms. Pal. 2. *qua Nar ambit f. V.* Mss. Vin. Reg. F. Berol. Malliab. Duisb. Ed. pr. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2. *qua Nar abit f. V.* Ed. Lips. 1. unde existimari facile licet, qui extiterit lectio *abit.* Nam *qua Nar fluvius abit* Ms. Flor. *qua Nar abit f. V.* Ms. Voss. 1. 2. *qua Nar f. V.* Ms. Reg. Q. *qua Nar amnis ambit f. V.* Ms. Voss. 3.—11 *Adriatico* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad.

NOTÆ

CAP. XV. *Bellum Sabinum*] Ann. Mundi 3660. ante Ch. Nat. 288. Ab Urb. Cond. 463. Coss. P. Cornelio Rufino, et Man. Curio Dentato.

[a] *A Latinis*] Falsum quod ait Florus populum Rom. post debellatos Latinos, in Sabinos conversum; nam multi anni intersunt, et multa alia bella gessit, ut Ausonium, Privernas, Neapolitanum, Samniticum quod duravit annos 49. Etruscum et alia. Nusquam etiam legitur Sabinos se Latinis conjunxisse.

[b] *Curio Dentato*] Qui eodem magistratu bis, et de Samnitibus et de Sabinis triumphavit.

[c] *Nar*] Umbriæ flumen, cum lacu Velino conjungitur.

[d] *Fontesque Velini*] Idem cum Lacu Velino in Umbria: Virgil. Æneid. lib. VII. 'Audiit amnis Sulphureaque Nar albus aqua, fontesque Velini.'

[e] *Qua victoria tantum hominum*] Hoc confundit Florus: nam de Sabina victoria dicit quod de Samnitica dicere debuit. Victis enim Samnitibus,

Digitized by Google

agrorum redactum[12] in potestatem, ut, in utro plus esset, nec[13] ipse posset æstimare,[14] qui vicerat.[15]

CAP. XVI.

BELLUM SAMNITICUM.

PRECIBUS[a] deinde[1] Campaniæ motus, non pro se, sed, quod est[2] speciosius, pro sociis Samnitas[3] invadit. Erat fœdus cum utrisque[b] percussum: sed hoc Campani sanctius, et prius omnium suorum[4] deditione fecerant.[*][5] Sic ergo Romanus[6] bellum Samniticum[7] tanquam sibi[c] gessit. Omnium non modo[8][d] Italia,[9] sed toto orbe terrarum,[10] pulcherrima Campaniæ plaga[e] est. Nihil[11] [§. 1.] [§. 2.] [§. 3.]

* *Sed Campani deditione suorum omnium fecerant hoc fœdus sanctius et antiquius.*



Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2.—12 *Redactum est in pot.* Ms. Ryck. Berol. Duisb. Ed. pr.—13 *Ne ipse* Ms. Pal. 1. Berol. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph.—14 *Existimare* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—15 *Vincerat* Ed. Ven.

1 *Precibus denique* Ms. Reg. F, Malliab. Fran. Voss. 1. 2.—2 *Sed eo speciosius* Mss. Voss. Naz.—3 Sic Mss. Jord. Naz. et Duk. omnes, præter Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Gryph. Stad. Pont. Sed *Sanitas* Ms. Ryck. *Sannitas* Ed. Med. Ven. ut s. 7. et ubique. *Samnites* Ms. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Beg. ut s. 7. *Samnitas etiam* Ms. Berol.—4 *Suarum* Ed. Freinsh.—5 *Fecerunt* Ms. Flor. Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven. Gryph.—6 *Populus Romanus* Mss. Pall. Ryck. Reg. F, Malliab. Berol. Duisb. Ed. pr.—7 *Sanniticum* Ms. Ryck. Ed. Med. in quo ipso mox est *tamquam*.—8 *Nōmō* Ed. Lips. 1.—9 Sic Mss. Regg. Fran. Voss. Toll. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Sed *Italiæ* Ms. Naz. Pal. 2. Ryck. Ed. Ven.—10 *Terrarum orbe* Ms. Ryck. Berol. Flor.

NOTÆ

Curius Dentatus regressus, in Concione ait, 'tantum agri cepi, ut solitudo fuerit ni tantum hominum cepissem; tantum porro hominum cepi, ut fame perituri fuerint, ni tantum agri cepissem.'

CAP. XVI. *Bellum Samniticum*] Ann. Mundi 3611. ante Ch. Nat. 337. ab Urbe Condita 414. Coss. M. Valerio Corvo III. A. Cornelio Cosso.

[a] *Precibus*] Legati Campanorum Romam venere, auxilia sibi contra Samnites petentes; et cum negarent Romani, Campani urbem Capuam, seque, suaque omnia Romanis dedunt; petuntque ut jam dedititios suos defendere velint.

[b] *Cum utrisque*] Falsum; nam cum solis Samnitibus, ut patet ex Livio.

[c] *Tanquam sibi*] Et re vera sibi gessit, cum Campani omnino se illis dediderant.

[d] *Omnium non modo*] Hæc descriptio talis est, ut, quæ pulchrior, vel ipsa Campania, vel Flori descriptio, judicare difficile.

[e] *Plaga*] Planities, *étendue*, ut æquor; Græce πλάξ.

Digitized by Google

mollius[f] cœlo.[b] Denique[g] bis[12] floribus vernat.[c h] Nihil uberius solo: ideo[13] Liberi Cererisque[14] certamen[i] dicitur.[d] Nihil hospitalius[15] mari. Hic illi nobiles portus, [§. 4. Caieta,[j] Misenus,[k] et tepentes fontibus Baiæ:[l] Lucrinus et Avernus, quædam maris otia.[16 m] Hic amicti[17] viti- [§. 5. bus montes, Gaurus, Falernus, Massicus, et pulcherrimus omnium[18] Vesuvius,[19] Ætnæi[20] ignis imitator. Urbes [§. 6. ad mare,[e] Formiæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis, Herculaneum, Pompeii,[1] et ipsa caput urbium Capua, quondam inter tres maximas,[n] Romam Carthaginemque numerata.[2] Pro hac urbe,[f o] his[3] regionibus populus Romanus [§. 7. Samnitas[4] invasit, gentem, si opulentiam quæris,[5 p] aureis

[b] *Nihil est temperatius cœlo ejus.* [c] *Denique bis habet ver floribus.*
[d] *Ideo dicitur fuisse certamen Liberi et Cereris.* [e] *Urbes juxta mare.*
[f] *Ante hanc urbem.*

Duisb. Fran. Ed. pr.—11 *Nil* Ed. Stad. Pont.—12 *Cælo denique, bis* Ms. Naz. —13 *Iō* Ed. Lips. 1. *ideoque* Ed. Duk. 2.—14 *Venerisque* Ms. Fran. Voss. 1. 2. Vin. *ceterisque* Ed. Lips. 1. *cæterisque* Ed. Par.—15 *Hospitalibus* Ed. Par. —16 *Ostia* Mss. Jord. Voss. 2. Ed. Stad. marg. Lugd. Pont. *hostia* Ms. Fran. *ocia* Ed. Med. Par. Ven.—17 *Amici* Ms. Jord.—18 *Cunctorum* Jord.—19 Sic Mss. Regg. Naz. Voss. 1. Ed. Med. Par. Grut. Lugd. Fab. Vetst. Sed *Vescenus* Ms. Ryck. *Vesevus* Ms. Pal. 1. Flor. Malliab. Berol. Duisb. Voss. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Junt. Ven. Duk. 1. 2. *Veseus* Ms. Pal. 2. Voss. 3. *Vesenus* Ms. Fran. Ed. pr.—20 *Ethnei* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. *æthnei* Ed. Med. Par. —1 *Pompei* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Gryph. Grut. Lugd. Zeu. *pōpei* Ed. Lips. 1.—2 *Numeranda* Jord.—3 *Is reg.* Ed. Lips. 1. 2. 3. *iis reg.* Ed. Med. Par. Ven. Gryph.—4 *Sanitas* Ms. Ryck. *samnites* Ed. Lips. 1. 2. 3. Lugd. Blanc. Freinsh. Amstel.—5 Sic Ms. Ryck. Malliab. Regg. Fran. Ed. Grut.

NOTÆ

[f] *Mollius*] Molle est temperatum. Sic infra, lib. III. 3. 'Sed in Venetia, quo fere tractu Italia mollissima est, ipsa cœli solique clementia robur elanguit.'

[g] *Denique*] Quasi diceret, Ne longius abeam, *en un mot*, nota.

[h] *Bis floribus vernat*] Floribus gignendis bis habet ver.

[i] *Liberi Cererisque certamen*] Ut Athenæ Neptuni et Minervæ fuere certamen.

[j] *Caieta*] A Caieta Æneæ nutrice nomen accepit. Virgil. 'Tu quoque littoribus nostris, Æneia nutrix, Æternam moriens famam Caieta dedisti.'

[k] *Misenus*] A Miseno Æneæ comite dictus, qui illic sepultus fuit. Virgil. 'Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo Dicitur, æternumque tenet per sæcula nomen.'

[l] *Baiæ*] Ubi aquæ calidæ.

[m] *Maris otia*] Ubi mare quiescit, silet, non æstuat, per Lucrinum lacum in Avernum Tyrrhenum mare labitur. Male qui legunt *ostia.*

[n] *Inter tres maximas*] Pater meus legebat *urbes maximas*, non *tres.*

[o] *Pro hac urbe*] Scilicet Capua.

[p] *Si opulentiam quæris*] 'Duo exer-

Digitized by Google

et[6] argenteis armis,[7] discolori[8] veste,[q] usque ad ambitum[g 9] armatam:[10] si fallaciam,[11] saltibus fere et montium fraude grassantem: si rabiem ac furorem, sacratis[12] legibus,[r] humanisque hostiis, in exitium Urbis agitatam: si pertinaciam, sexies[13] rupto fœdere, cladibusque ipsis animosiorem. Hos tamen quinquaginta annis[s] per Fabios[14] et Papirios[15] patres, eorumque liberos ita subegit ac domuit, ita ruinas ipsas[t] urbium[16] diruit, ut hodie Samnium[17] in ipsa[18] Samnio requiratur: nec facile appareat materia quatuor[19] et viginti triumphorum.[u] Maxime tamen nota et illustris[v] ex hac gente clades apud Caudinas[20 w] furculas[1] [§. 8.] [§. 9.]

[g] *Usque ad luxuriam.*

Freinsh. Zen. Fab. Vetst. Beg. Sed *quæras* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Amstel. Duk. 1. 2.—6 *Atque argenteis* Ed. Blanc. —7 *Armatam* Ms. Vin. Reg. Q. Voss. 1. 2. Fran. *auratam* Ms. Ryck. *ornatam armis* Ed. Blanc.—8 *Et discol.* Ed. Blanc.—9 *Gentem, si opulentiam quæras, aureis atque argenteis armatam misit discolori veste usque ad ambitum* Ms. Naz.—10 *Armatam* abest ab Ed. Blanc.—11 Sic et Mss. Vin. Ed. Par. Ven. Sed *si insidiarum fallaciam* Ed. Ber. Ald. Gryph. Grut. Lugd. Freinsh. Zen. Vetst. *si fallatiam* Ed. Lips. 1. 2. 3. et mox *pertinatiam.*—12 *Sacris* Ms. Flor. Ed. Stad. marg.—13 *Septies* Ms. Fran. Ed. Ven.—14 *Babios* Ed. Ven.—15 *Papyrios* Ed. Gryph. ubique.—16 *Montium* Mss. Pall. Malliab. Reg. F.—17 *Sannium* Ed. Med. Ven. ubique.—18 Sic Ms. Naz. Pall. Malliab. Berol. Duisb. Regg. Voss. 1. 2. Ed. pr. Freinsh. Blanc. Amstel. Duk. 1. 2. Sed *in ipso* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Fab. Vetst. Beg.—19 *Quattuor* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. ubique.—20 *Gaudinas* Ed. Lugd.—1 Sic Mss. Vin. Jord. Pall. et Duk. omnes. Ed. pr. Sed *ferculas* Ms. Ryck. *furcas* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd.

NOTÆ

citus erant; scuta alterius auro, alterius argento cœlaverant.' Livius.

[q] *Discolori veste*] 'Tunicæ auratis militibus versicolores, argentatis linteæ candidæ.' Livius.

[r] *Sacratis legibus*] Melius, *sacris*, ut in Stadiana ann. 1579. sacræ leges erant, quibus caput eorum, qui non issent in prælium, vel fugissent, vel alio quovis modo sibi defuissent, Diti sacrum fiebat.

[s] *Quinquaginta annis*] Eutropius, quadraginta novem.

[t] *Ita ruinas ipsas*] Non contenti urbes diruisse, earum etiam ruinas diruere.

[u] *Quatuor et viginti triumphorum*] Nam toties de Samnitibus triumphatum est.

[v] *Illustris*] Ut in bonam, sic et in malam partem sumitur.

[w] *Apud Caudinas*] Caudinæ furcæ in Appulia circa Aufidum fluvium, ubi Caudium urbs; circa quam castra occultissime Samnites locaverant, qua cum exercitum Consules ducerent, in insidias præcipitant et vincuntur. Inde sub jugum seminudi traditis armis missi, domum cum ignominia revertuntur. Id accidit anno vigesimo post susceptum bellum: ann. ante Ch. Nat. 317. ab Urbe Cond. 434.

Digitized by Google

Veturio Posthumioque[2] Consulibus accepta est. Clauso[3] per insidias intra eum saltum exercitu,[4] unde non [§. 10. posset evadere, stupens occasione tanta[5] dux hostium Pontius,[A6] Herennium[7] patrem consulit,[8] et[9] ille, 'mitteret[10] omnes, vel occideret,'[x] sapienter, ut senior, suaserat. Hic[11] armis exutos mittere sub jugum maluit; ut nec [§. 11. amici[y] forent beneficio, et post[12] flagitium hostes magis. Itaque et Consules statim[13] magnifice voluntaria de- [§. 12. ditione[z] turpitudinem[14] fœderis dirimunt, et ultionem flagitans miles, Papirio[a] duce, horribile dictu, strictis[15] ensibus[b] per ipsam viam ante pugnam furit:[16c] et 'in congressu ar-

[A] *Pontius dux hostium attonitus tanta occasione.*

Pont. Zen. Vetst.—2 *Postumioque* Ed. Lips. 2. Lugd. Amstel. Duk. 1. 2. ubique.—3 Sic Ms. Naz. Flor. Sed *clauso enim per ins.* Mss. Duk. reliqui. Ed. pr. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Vetst. Duk. 1. 2. *clauso n. per ins.* Ed. Lips. 1. Ven.—4 *Exertitu* Ed. Lips. 1.—5 Sic Mss. Voss. Sed *tanta occasione* Ms. Naz. et Mss. Duk. plerique. Ed. pr. Amstel. Duk. 1. 2.—6 *Poti⁹* Ed. Ven.—7 *Herineum* Ms. Jord. *herenium* Ed. Par.—8 *Consuluit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Blanc. Beg. Duk. 1. 2. —9 *Et ut ille* Ms. Ryck.—10 *Dimitteret* Ms. Ryck. quod glossema redolet.—11 *His* Ed. Gryph.—12 *Ob flagitium* Ms. Fran. *p⁹ fl.* Ed. Lips. 3.—13 *Statim* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—14 *Turpitudĩe* Ed. Ven.—15 *Subietis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—16 Sic Ms. Berol. Duisb. Voss. 3. et Pal. 2. in marg. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. Amstel.

NOTÆ

[x] *Mitteret omnes, vel occideret*] Hæc non una legatione peracta, nam bis ad patrem nuntium misit Pontius: ille priori omnes quamprimum inviolatos dimittendos, et iterum eodem remeante nuntio, ad unum omnes interficiendos esse respondit.

[y] *Ut nec amici*] Hæc ironice dicit Florus.

[z] *Voluntaria deditione*] Nam Spurius Posthumius auctor fuit, ut per Feciales nudi vinctique Samnitibus dederentur, ut exsolveretur religione populus, ne quid divini humanive obstaret, quominus pium justumque de integro bellum susciperent.

[a] *Papirio*] Lucio Papirio Cursore, qui sequenti anno post acceptam cladem, hostium castra expugnavit, obsides recepit, et Samnites sub jugum misit.

[b] *Strictis ensibus*] In vetustis quibusdam editionibus, legitur, *subjectis*, et vera lectio est; quam tamen elegantissimus Lipsius mutavit in *subrectis*. At nil necesse fuit; nam *subjectus*, pro *surrectus*, seu *subrectus*, genuina Latinitas est: unde illud, 'subjecto in mentum gladio:' Unde illud Virgilii, 'Et corpora saltu subjiciunt in equos.' Unde illud denique ejusdem Poëtæ: 'Se subjicit arbos,' id est, se erigit, surgit. *Pater.*

[c] *Ante pugnam furit*] Ita legendum,

Digitized by Google

sisse omnium oculos,'[17] hostis auctor fuit: nec prius[18] finis cædibus datus, quam jugum et hostibus et duci capto reposuerunt.

CAP. XVII.

BELLUM ETRUSCUM ET SAMNITICUM.[1]

HACTENUS populo Romano[2] bellum[3] cum singulis [§. 1. gentium,[4] mox acervatim,[a][5] tamen sic quoque par omnibus fuit.[6] Etruscorum duodecim[7] populi,[a] Umbri[8][b] in id tempus intacti,[9] antiquissimus Italiæ populus, Samnitium[10] reliqui[c] in excidium[11] Romani nominis repente conjurant.[12]

[a] *Hactenus Populus Rom. gessit bellum cum singulis gentium; mox simul cum omnibus.*

Beg. Duk. 1. 2. Sed *fuit* Ms. Naz. Ryck. Reg. F, Voss. 2. Mss. Jord. Ed. Freinsh. Blanc. *egit* Ms. Pal. 1. *adiit* Ms. Pal. 2. Flor. *fugit* Ms. Fran. *ibat* Ms. Reg. Q. *aut* Ms. Malliab. A Ms. Voss. 1. aberat.—17 *Vultus* Ms. Voss. 3.—18 *Primus* Ed. Ven.

1 *Bellum ethruscum samniticum* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Bellum Etruscum, Samniticum et bellum Gallicum* Ed. Stad. Pont.—2 Sic Ms. Naz. Pal. 2. Ryck. Voss. Sed *populus Romanus* Mss. Vin. Malliab. Fran. Regg. Flor. Ed. pr. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Fab. Vetst. *P. R.* Ms. Berol. Duisb. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—3 Sic Mss. Vin. Sed aberat a Ms. Naz. Flor. Regg. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Freinsh.—4 *Gentibus* Ms. Ryck.—5 *Catervatim* Jord.—6 *Fuit* aberat a Ms. Malliab. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Freinsh. Fab.—7 *XII.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—8 Sic quoque Ms. Lipsii. Abest *Umbri* ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—9 Sic et Ed. Ven. Sed *incitati* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont.—10 *Samnitum reliqui* Ms. Ryck. Voss. 2. Ed. Par. 1. *Samnium. Gallique* Ed. Beg. *Samnitium, et reliqui* Ed. Lugd.—11 *Excidiā* Ed. Lips. 2.—12 *Conjurāt* Ed. Lips. 1. 3. *con-*

NOTÆ

non, *fuit*, ut pertendit vir doctissimus: nec enim satis animosum est, immo inertissimum. *Idem.*

CAP. XVII. *Bellum Etruscum et Samniticum*] Hic Florus confundit; nam Etruscum bellum, quo Sylva Ciminia superata est, contigit ann. Mundi 3642. ante Ch. Nat. 306. ab Urbe Condita 445. Coss. Q. Fabio Maximo Rulliano II. C. Martio Rutilio Censorino.

Samniticum vero quod et Etruscum dictum fuit, nam Etrusci, Umbri, Sammites, et Galli se junxerant, contigit decimo tertio anno post, scilicet ann. Mundi 3655. ante Ch. Nat. 293. ab Urbe Cond. 458. Coss. Q. Fabio Maximo Rulliano V. Publio Decio Mure IV.

[a] *Duodecim populi*] In duodecim populos divisam fuisse Etruriam alibi monuimus.

[b] *Umbri*] Italiæ populi inter Padum et Picenum, Thuscis vicini.

[c] *Samnitium reliqui*] Suo more peccat Florus, nam non adhuc devicti Samnites.

Digitized by Google

Erat terror ingens, tot simul tantorumque[13] populo- [§. 2. rum. Late per Etruriam infesta[14] quatuor agminum signa volitabant.[15] Ciminius[16] interim saltus[d] in medio, [§. 3. ante invius,[17] plane quasi[e] Calidonius[18] [f] vel Hercynius,[19] [g] adeo tunc terrori erat, ut senatus Consuli denunciaret, ne tantum periculi[20] ingredi auderet. Sed nihil horum [§. 4. terruit ducem. Quin fratre præmisso[1] explorat[2] accessus. Ille per noctem[h] pastorio habitu[3] speculatus omnia refert[4] tutum[5] iter.[i] Sic[6] Fabius Maximus periculosissimum [§. 5. bellum sine[7] periculo explicavit.[j] [b] Nam subito inconditos atque palantes[8] aggressus est,[c] captisque superioribus ju-

[b] *Sic Fabius Maximus absumpsit bellum periculosissimum sine periculo.*
[c] *Subito enim aggressus est eos inordinatos errantesque.*



jurat Ed. Ven.—13 *Simulque tantorum* Ed. Lips. 2.—14 *Latere Etruriam infestam* Ms. Naz. *a latere Etruriam infestam* Ms. Ryck. Voss. 3. *a latere Etruriam infesta* Ms. Flor. Ed. Ven. *a latere Etruria infesta* Mss. Duk. reliqui. Ed. pr. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Gryph. Stad. Grut. Pont. Zeu. Vetst. *late per Etruriam infestam* Jord. Ed. Ald. Blanc. *a latere ethrurie inf.* Ed. Lips. 1. 2. 3.—15 *Volitabat* Ed. Par.—16 Sic Mss. Toll. Voss. 3. Sed *Cyminium* Ed. Ven. *Ciminus* Mss. Jord. *Geminius* Ms. Naz. Pal. 1. Fran. Voss. 1. 2. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. *Geminus* Ms. Pal. 2. et Duk. reliqui. *Ceminus* Ed. Med. Par.—17 *In medio ante invius* aberant a Ms. Ryck. relicto spatio.—18 *Calydonius* Ms. Naz. Ed. Jord. Lips. 1. 2. Med. Par. Ven. Gryph. *Calijdonius* Ed. Lips. 3. *Caledonius* Ed. Stad. Pont.—19 *Hercinius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. Stad. Pont. *Hersinius* Ed. Par.—20 *Periculū* Ed. Lips. 3.—1 *Permisso* Ed. Par.—2 Sic Ms. Naz. Flor. Malliab. Sed *explorarat* Ms. Voss. 3. *exploraret* Mss. Duk. ceteri. Jord. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—3 *Hitu* Ed. Ven.—4 *Præfert* Ms. Jord.—5 Sic Mss. Jord. Sed *tum iter* Ms. Naz. Berol. Duisb. Ed. pr. Duk. 1. 2. *tunc iter* Ms. Flor. Malliab. *tunc* Ms. Ryck. Fran. Voss. *Tum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. *Tunc* Ed. Ven. *totum iter* Mss. Regg. Ed. Grut. Lugd. Zeu. Fab. Vetst.—6 *Si* Ms. Ryck. Fran. Voss. Ed. Ven.—7 *Sine* aberat a Ms. Voss. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.

NOTÆ

[d] *Ciminius interim saltus*] Ciminius saltus et mons est prope Viterbum; et hodie *Monte Viterbo* dicitur.

[e] *Ante invius, plane quasi*] Sic Livius, 'Sylva erat Ciminia, magis tum invia atque horrida, quam nuper fuere Germanici saltus.'

[f] *Calidonius*] Circa Germaniam.

[g] *Hercynius*] Vide cap. 9.

[h] *Ille per noctem*] Falsum; interdiu iter tentavit.

[i] *Refert tutum* [*totum*] *iter*] Magna hic discrepantia est in editis, magna quoque in Mss. veram scripturam puto, *refert tutum iter.* Pater.

[j] *Explicavit*] Verbum metaphoricum ab aulæis desumtum: aulæa enim explicari dicuntur, cum evolvuntur ut

Digitized by Google

gis,[9] in subjectos suo jure[10] [k] detonuit. Ea namque[11] [§. 6. species[12] fuit illius belli, quasi in terrigenas[13] e cœlo ac nubibus tela mitterentur.[14] Nec incruenta tamen illa [§. 7. victoria:[15] [l] nam oppressus in sinu vallis[16] [m] alter Consulum, Decius, more patrio[n] devotum Diis[17] Manibus obtulit caput: solennemque familiæ suæ consecrationem in victoriæ pretium[18] redegit.[d]

CAP. XVIII.

BELLUM TARENTINUM ET CUM PYRRHO REGE.

SEQUITUR bellum Tarentinum, unum quidem ti- [§. 1. tulo et nomine, sed victoria multiplex.[a] Hoc enim[1] Cam-

[d] *Et reddidit consecrationem in pretium victoriæ solennem familiæ suæ.*

Ven.—8 *Pallantes* Ed. Par. *pallātes* Ed. Lips. 1. 3. Med.—9 *Jugibus* Ed. Ven.—10 Ita Mss. Jord. Naz. Pal. 1. Voss. 3. Sed *more* Mss. Vin. Pal. 2. et Duk. reliqui. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Vetst. *Jovis more* Ed. Beg.—11 *Nanque* Ed. Ven. ubique.—12 *Spēs* Ed. Ven.—13 *Interrigenas* Ed. Lips. 1.—14 *Jacerentur* Ms. Naz. Voss. 1. 3. Ed. Jord.—15 *Victoriā* Ed. Ven.—16 *Vallium* Ms. Flor.—17 *Dis* Ms. Naz.—18 *Precium* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. ubique.

NOTÆ

oræ appareant. Eadem metaphora usus est Maro, lib. IX. 'Et mecum ingentes oras evolvite belli.'

[k] *In subjectos suo jure*] Nescio an quispiam monuerit. Arbitror legi oportere, *Jovis more:* una ratio est, sed ea perquam vehemens. Cur enim, ni pro, *suo*, legatur, *Jovis*, mox adderet Florus, 'ea namque species fuit illius belli, quasi in terrigenas e cœlo ac nubibus tela mitterentur?' Isthæc enim particula, *namque*, satis superque ostendit anaphoram ad ea quæ superius posita fuerunt. Dein unde isti Gigantes, seu *terrigenæ?* Tum hoc quoque, *quasi e cœlo ac nubibus?* &c. Dices, an unum exemplum, ex more, seu consuetudine, probet? hoc tricari est et argutulum se facere. Nonne ita Salmoneum, Capaneum, Phaëthonta, &c. *Pater.*

[l] *Incruenta tamen illa victoria*] Vide quod supra notavimus ad titulum. Quod bello contra Samnites, Gallos, et Etruscos contigit, id male de Etrusco, quo Ciminia sylva facta pervia, narrat Florus.

[m] *Nam oppressus in sinu vallis*] Hoc fingit Florus, et nusquam factum fuisse legitur.

[n] *More patrio*] Nam pater ejus Decius Mus se quoque Diis Manibus devoverat adversus Latinos pugnans. Vide cap. 14. hujus libri.

CAP. XVIII. *Bellum Tarentinum*] Ann. Mundi 3669. ante Ch. Nat. 279. ab Ur. Cond. 472. Coss. L. Æmilio Barbula, Q. Martio Philippo.

[a] *Sed victoria multiplex*] Quippe multi alii populi se Tarentinis adjunxerant.

Digitized by Google

panos,[2] Apulos, atque Lucanos,[b] et, caput belli, Tarentinos, id est,[3] totam Italiam,[4] et cum istis omnibus Pyrrhum,[c] clarissimum Græciæ regem, una veluti ruina pariter involvit: ut eodem tempore et Italiam consummaret,[5] [d] et transmarinos triumphos auspicaretur. Tarentus,[6] [e] Lacedæmoniorum[7] opus,[f] Calabriæ quondam, et Apuliæ, totiusque Lucaniæ caput, cum magnitudine[8] et muris portuque nobilis, tum mirabilis[9] situ.[*] [§. 2.] Quippe in[10] ipsis Adriatici maris faucibus[11] posita, in omnes terras, Istriam,[g] Illyricum,[h] Epirum,[i] Achaiam,[j] Africam,[12] Siciliam, vela dimittit.[13] [§. 3.] Imminet[14] portui ad prospectum maris positum majus[15]

[*] *Tum nobilis magnitudine portuque et muris, tum situ mirabili.*

1 *N.* Ed. Ven.—2 *Campanos* aberat a Ms. Reg. Q.—3 *Ide*[3] Ed. Lips. 1. *idem* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. *idē* Ed. Ven.—4 *Totam pæne Ital.* Jord.—5 *Consumaret* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2.—6 *Tarentos* Ms. Naz. *Tarentum* Ms. Ryck. Malliab. Fran. Ed. Par. Ven. Gryph. *Tarentū* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med.—7 *Etiam Laced.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Stad. Pont. *et Laced.* Ed. Ven.—8 Sic Ms. Naz. Pal. 1. Regg. Voss. 1. 3. Ed. Ald. Ven. Sed *tum magnit.* Mss. Duk. ceteri. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Beg.—9 Sic Ms. Ryck. et Duk. omnes, etiam Berol. Ed. pr. Sed *nobili-mirabili* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Pont. Freinshem. Fab. —10 *Quippe quæ in* Ms. Reg. Q.—11 Sic et Ms. Berol. Sed *in ipsis Hadriatici m. f.* Ms. Pal. 1. Ed. Freinsh. Fab. *in ipsis Adriaci m. f.* Ms. Pal. 2. *in ipsis faucibus Adriæ maris* Mss. Jord.—12 *In oras nras Histriā: illiricū: epyrū- affricā* Ed. Lips. 1. 2. 3. *in oras nostras Histriam. Illyricum: epyrum* [sic et Ven.] *affricam* Ed. Med. Par. Etiam in Ven. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. Beg. Duk. 2. est *Histriam.* Et in Gryph. Stad. Pont. *in oras nostras.*—13 Sic Mss. Regg. Ryck. Flor. Naz. auctore Grutero. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. &c. Sed *vela admittit* Ms. Naz. auctore Salmasio: *vel admittit* Mss. Jord. *vela mittit* Mss. Pall. Berol. Duisb. Malliab. Fran. Ed. pr. Blanc. Amst. Beg. *vela mitteret* Ms. Voss. 1. 2.—14 *iminet* Ed. Lips. 2.—15 Ita

NOTÆ

[b] *Lucanos*] Italiæ populi, quorum regio hodie *Basilicata* dicitur.

[c] *Pyrrhum*] Epiri regem, qui ex genere Achillis originem trahebat.

[d] *Italiam consummaret*] Ut triumphos, qui adhuc de Italia agendi restabant, consummaret, et transmarinos inciperet.

[e] *Tarentus*] Calabriæ, seu magnæ Græciæ urbs.

[f] *Lacedæmoniorum opus*] Lacedæmonium Tarentum vocat Horat. Od. lib. III. 5. Tarentum autem coloniam deduxere Lacedæmonii Phalanto Spartano duce. Meminit idem Horat. Od. II. 6. 'Et regnata petam Laconi Rura Phalanto.'

[g] *Istriam*] Italiæ regio et terminus versus Dalmatiam.

[h] *Illyricum*] Europæ regio est, quæ supra Adriaticum mare extenditur.

[i] *Epirum*] Littoralem Græciæ regionem e regione Calabriæ.

[j] *Achaiam*] Græciæ regionem supra Corinthiacum sinum. Alia est Achaia in Peloponneso.

Digitized by Google

theatrum:[k] quod quidem causa miseræ civitati fuit omnium
calamitatum.[16] Ludos forte celebrabant,[17] cum ad- [§. 4.
remigantem littori[18] Romanam classem[l] inde[19] vident:[20] at-
que hostem[1] rati, emicant,[m] sine discrimine insultant:[b] [2]
'qui enim,[3] aut unde Romani?' Nec satis.[4] [n] Ade- [§. 5.
rat[5] sine mora querelam ferens legatio:[6] [o] hanc[7] quoque
fœde[8] per obscœnam[9] [p] turpemque dictu[10] contumeliam vio-
lant. Ex[11] hinc bellum: sed apparatus horribilis, [§. 6.

[b] *Atque hostem esse putantes insiliunt, irruunt, sine discrimine.*

Mss. Vin. Pall. et Mss. Duk. omnes, præter Reg. Q et Flor. Ed. pr. Sed *urbis theatrum* Ms. Reg. Q: in quo totus locus erat ita expressus: *imminet porticui ad portum maris urbis theatrum.* Etiam in Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. est *urbis theatrum.* Ms. Flor. *Jovis theatrum.* —16 *Omnium suarum calamitatum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—17 *Celebrabat* Ed. Lips. 1. 3.—18 *Litori* Ms. Duisb. Ed. pr. Junt.—19 *Inde* abest ab Edd. Jord.—20 *Adremigantes litori Romanas classes vident* Ms. Naz. Ryck. Regg. Duisb. Berol. Ed. pr. Beg. *navigantes l. Romanas classes vident* Ms. Pal. 1. *remigantes l. Romanas classes v.* Ms. Pal. 2. Malliab. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *adremigantem Romanam classem i. v.* Ms. Berol. *adremigantem litori Romanas classes vident* Ms. Voss. 1. 2. *remigantes l. Romanam classem inde vident* Ms. Voss. 3.—1 *Hostes* Ms. Ryck. Berol. Duisb. Ed. pr. Beg.—2 *Insultat* Ed. Ven.—3 *Enim* aberat a Ms. Reg. Q. In Ms. Voss. 3. et Fran. erat *autem.*—4 *q̄ aūt aut vn̄ romā* (sic et Ven.) *nec satis norāt* Ed. Lips. 1. *qui autem aut unde Romani nec satis norant* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—5 Sic Jord. Mss. Duk. plerique, in his Berol. Ed. pr. Sed *nec satis norant. Aderat* Ms. Ryck. Voss. 3. Et in Ms. Voss. 2. ascriptum erat *compertum*, post *satis.*—6 *Legatus* Ed. Lips. 1. 2. 3. quod redolet glossema. —7 *Hūc* Ed. Lips. 1. 2. 3.—8 *Fedius* Ed. Lips. 1. 3. *fœdius* Ed. Lips. 2. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—9 *Obscenā* Ed. Lips. 1. 3.—10 *Dictu* aberat a Ms. Fran.—11 *Et hinc* Ms. Naz. Flor. Voss. 3. Ed. Jord. Ald. Fab.

NOTÆ

[k] *Majus theatrum*] In aliis Editionibus *Urbis theatrum.* Ita lege, et dele *majus.*

[l] *Adremigantem littori Romanam classem*] L. Valerius cum classe applicabat Tarentum, tanquam ad sociam urbem et amicam; sed Tarentini illum tanquam belli gerendi caussa missum oppugnant, vincunt, et occidunt, classem ejus diripiunt, et captos carceri mancipant.

[m] *Emicant*] Proprie de piscibus, qui corpora saltu in aëra subjiciunt. Unde ad alia transfertur.

[n] *Nec satis*] Nec contenti Valerio sine discrimine, id est, ut ait Poëta, 'Tros Rutulusve fuat,' insultasse, legationem violant.

[o] *Querelam ferens legatio*] Posthumius legatus fuerat, ut injuriam L. Valerio factam expostularet.

[p] *Per obscœnam*] Cum non satis eleganter Græce locutus esset legatus, a Tarentinis nullo accepto responso derisus est, et lotio etiam conspersus. Qua de causa iratus legatus, 'sanguine,' inquit, 'hanc vestem aliquando eluetis.'

Digitized by Google

cum tot simul populi pro Tarentinis[12] consurgerent,[13] omnibusque vehementior Pyrrhus: qui Semigræcam ex Lacedæmoniis[14] conditoribus civitatem vindicaturus,[15] cum totius viribus[16] Epiri, Thessaliæ, Macedoniæ,[17] incognitisque in id tempus elephantis, mari, terra, viris, equis, armis, addito insuper ferarum[q] terrore, veniebat. Apud He- [§. 7. racleam, et Campaniæ[18] fluvium Lirim,[19 r] Lævino[20] consule,[s] prima pugna: quæ tam atrox fuit, ut Frentanæ[1] turmæ[t] præfectus Obsidius,[2] invectus in regem, turbaverit, coëgeritque, projectis insignibus,[u] prælio excedere.[c 3] Actum[4] erat, nisi elephanti conversi in spectaculum [§. 8. belli[v] procurrissent:[5] quorum cum[6] magnitudine, tum de-

[c] *Illum turbaverit et coëgerit excedere prælio, projectis* regiis *insignibus.*

Blanc. Beg. *ext hinc* Ms. Ryck.—12 *Tot populi portarent in his consurgerent* Ms. Naz.—13 *In hos consurgerent* Ms. Ryck.—14 *Exlacedemoniis* Ed. Lips. 1. 3.—15 *Vendicaturus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven.—16 *Viribus* aberat a Ms. Reg. Q. Sed post *Macedoniæ* erat in eodem libro *opibus*.—17 *Epyri: Thessalie: Macedonie* Ed. Lips. 1. 3. Etiam in Ed. Med. Par. Ven. scriptum est ubique *Epyrus*.—18 *Cāpanie* Ed. Lips. 1.—19 *Lyrim* Ed. Med. Par. Gryph. *Sirim* Ed. Stad. Pont. *Liri* Ed. Ven.—20 *Levino* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2.—1 Sic Mss. Regg. Toll. Sed *Ferentanæ* Ms. Fran. Voss. Ed. Med. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst. Beg. *Ferentaneæ* Ms. Duisb. Ed. pr. Ber. Sab. Par. Junt. Gryph. *Ferrantanea* Ms. Ryck. *ferētanee* Ed. Lips. 1. 2. *ferētanie* Ed. Lips. 3. *Feretanæ* Ed. Ven.—2 Sic et Ms. Berol. Sed *Ossidius* Ms. Fran. Abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—3 *plīo excede'* Ed. Lips. 1.—4 Ita Jord. et Ms. Flor. Voss. 3. Sed *factum erat* Mss. Duk. reliqui. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph.—5 *Converso in spectacula procurrissent bello* Jord. Ed.

NOTÆ

[q] *Ferarum*] Elephantorum.

[r] *Apud Heracleam, et Campaniæ fluvium Lirim*] Campaniæ fluvium esse Lirim ne pueri quidem ignorant; sed planissime falsum est Heracleam esse in Campania, at in extima parte Italiæ, cui Magnæ Græciæ nomen est. At illa pugna, de qua hic agitur, ad Heracleam et fluvium Sirim pugnata est. Quamobrem gravissimum hunc errorem in Florum contulit Salmasius, quod iniquum est et plane incredibile, quum res sit trita et pervulgata. Ego autem dejerare ausim istud *Campaniæ* additum fuisse ab aliquo, qui Geographiæ veteris imperitus esset. Supererat emendatio haud difficilis, *Sirim*, pro *Lirim*, sed ita plane scriptum est in edit. J. Stadii: illam nec ego olim, nec Salmasius viderat. *Pater.*

[s] *Lævino Consule*] Anno post inceptum bellum.

[t] *Fr.* [*Ferent.*] *turmæ*] Sic dictæ a Ferento Latii oppido.

[u] *Projectis insignibus*] Vestitum mutavit, ne cognosceretur.

[v] *In spectaculum belli*] Ad belli ap-

Digitized by Google

formitate, et novo odore[7] simul ac stridore consternati equi, cum[8] incognitas sibi belluas[9] amplius quam erant, suspicarentur,[10] fugam stragemque late dederunt.[d] In Apu- [§. 9.
lia deinde apud Asculum melius dimicatum est, Curio, Fabricioque[12] consulibus:[13] [w] jam quippe belluarum[14] terror exoleverat,[e] [15] et Caius Minucius[16] quartæ legionis hastatus,[x] unius proboscide[17] abscissa,[18] mori posse belluas[19] ostenderat.[20] Itaque et in ipsas[1] pila congesta sunt, [§. 10.
et in turres[y] vibratæ faces tota hostium agmina ardentibus ruinis operuere:[2] nec ante[3] cladi[4] finis fuit, quam nox dirimeret:[5] postremusque fugientium ipse rex a satellitibus humero[6] saucius[7] in armis[8] suis referretur.[z] Luca- [§. 11.

[d] *Quos cum Romani suspicarentur, belluas esse ampliores quam* re ipsa *erant, ob eorum magnitudinem, et deformitatem, et odorem qui sibi novus erat, late dederunt fugam et stragem.*

[e] *Jam enim terror belluarum defecerat.*

Ald. *converso in sp. bello proc.* Ed. Blanc. Beg.—6 *Quorum tum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—7 *Colore* Mss. Vin. quidam et Fran. Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—8 *Consternati: q̄ cū* Ed. Lips. 1. 2. *const. quī cū* Ed. Lips. 3. In Ed. Fab. verba *odore...incognitas* omissa sunt, operarum, credo, peccato: quod tamen in indiculo erratorum annotatum non est.—9 *Beluas* Ed. Par. 1. ubique.—10 *Supplicarentur* Ed. Ven.—12 *Fabricio Æmilioque* Ed. Stad. Pont. omisso τῷ *Curio.* In Ed. Lips. 1. 2. 3. scribitur *Fabritio.*—13 *Cōss.* Ed. Med.—14 *Beluarum* Ms. Duisb. Fran. Ed. pr.—15 *Exoluerat* Ms. Berol. Malliab. Duisb. *exuoluerat* Ms. Ryck.—16 *Numicius* Ms. Burdig. Flor. Malliab. Voss. *Minutius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—17 *Promoscide* Ms. Ryck. Berol. Malliab. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. *promuscide* Ms. Flor. Voss. 3. Freculph. *probosciode* Ed. Ven.—18 *Abscisa* Ms. Berol. Malliab. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Gryph. *abcisa* Ms. Naz. *ascissa* Ed. Ven.—19 *Beluas* Ms. Fran. Duisb. Ed. pr.—20 *onderat* Ed. Lips. 1.—1 *In ipsis* Ms. Berol.—2 *Operuerūt* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—3 Sic Ms. Pal. 2. Berol. Malliab. Duisb. Sed *nec an̄* Ed. pr. *nec ante alius* Ms. Voss. 3. *nec alius* Mss. Duk. ceteri. Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *nec alias* Ed. Blanc.—4 *Cladis* Ms. Reg. F, Duisb. Ed. pr. *sinis cladis* Ms. Berol. Ed. Beg.—5 *Dirimeret* aberat a Ms. Voss. 2.—6 *Humeros* Ms. Naz. et

NOTÆ

paratum ante primos ordines collocati; nam infra dicit, 'producti in primam aciem rursus elephanti.'

[w] *Curio, Fabricioque consulibus*] Hic manifestus est error, ut viderunt alii, et legendum *Æmilio, Fabricioque Coss.* Sub eorum enim Consulatu ad Asculum contra Pyrrhum pugnatum est, tertio anno post inceptum bellum.

[x] *Hastatus*] Hastati milites dicebantur qui hastis pugnabant.

[y] *In turres*] Quæ elephantorum dorso imponebantur.

[z] *In armis suis referretur*] Arma hic scutum vel clypeum proprie significant, in quo mos erat saucios referri. Virg. lib. x. 'At Lausum socii exanimum super arma ferebant.'

Digitized by Google

niæ[9] suprema pugna sub Arusinis,[10] [a] quos vocant, campis, ducibus iisdem qui[11] superius:[b] sed[12] tunc ad totam victoriam[13] exitum,[14] quem[15] datura virtus fuit, casus dedit. Nam productis in primam aciem rursus elephantis, [§. 12. unum ex his pullum[16] adacti in caput teli[17] gravis ictus avertit:[c] qui cum per[18] stragem suorum percurrens[19] stridore quereretur, mater[20] agnovit, et quasi vindicaret,[1] exsiluit:[2] tum omnia circa quasi hostilia gravi timore[3] [d] permiscuit. Ac sic[4] eædem[5] feræ, quæ primam victo- [§. 13. riam abstulerant, secundam parem fecerant,[6] [e] tertiam[7] sine

supra ascriptum erat *per*, eadem manu.—7 *Socius* Ed. Par. *sautius* Ed. Lips. 1. 2. 3.—8 *Inermis* Ms. Pal. 2. *in castris* Ms. Pal. 1. *sine armis* Ms. Naz.—9 *In Lucania* Ed. Stad. Pont. Zeu. Blanc.—10 *Subaros in his* Ms. Jord. *sub Aurusinis* Ed. Stad. *sub Arufinis* Ms. Vin. quidam. Ed. Pont.—11 *Quibus superius* Jord. Freculph. Cæterum ab Ed. Beg. absunt verba: *ducibus iisdem qui superius.*—12 *Et tunc* Mss. Regg. Voss. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *sed et tunc* Ms. Ryck.—13 *Tunc tota victoria* Ms. Naz. Jord. 1. Pal. 1. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Amstel. *tum totam victoriam* Ms. Jord. 2. *tunc in totam victoriam* Ms. Pal. 2. *tunc totam victoriam* Ed. Beg. *tunc toti victoriæ* Ed. Stad. Pont. Blanc.—14 *Exitum* abest ab Ed. Græv.—15 *Quam* Ms. Fran. Ed. Beg. *quā* Ed. Med.—16 *Pulsum* Ed. Ven. —17 *Pili* Ms. Pal. 1. 2. quod haud dubie glossema est τοῦ *teli.*—18 Abest τὸ *per* ab Ed. pr.—19 Sic Ms. Naz. Pall. Regg. Flor. Berol. Fran. Voss. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Sed *'pcurrens* (i. e. *præcurrens*) Ms. Ryck. *procurrens* Ms. Malliab. Ed. Beg. *recurrens* Ed. Blanc.—20 *mr̄* Ed. Med. Ven.—1 Sic et Mss. Pall. Berol. Ed. pr. Junt. Ven. Sed *vindicare* Mss. Jord. Ed. Lips. 2. Med. Par. *vendicare* Ed. Lips. 1. 3. *vindicatura* Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *seque quasi vindicare vellet* Ed. Jord.—2 *Exhibuit* Ed. Lips. 1. 3. *exsiluit* Ed. Lips. 2. *exilinit* Ed. Gryph. Stad. 1. Pont. *exsilinit* Ed. Stad. 2.—3 Sic Ms. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Grut. Pont. Freinshem. Zeu. Fab. Vetst. Blanc. Sed *gr. mole* Ms. Pal. 1. 2. Scias. et Duk. omnes, in his Berol. Ed. pr. Amstel. Beg. Duk. 1. 2. Jord. *circa more* Ms. Naz. in quo tamen eadem manus τὸ *circa* mutarat in *circum.*—4 *Si* Ed. Par. 1. Gryph.—5 *Eedem* Ed. Lips. 1. 3. *cædem* Ed. Gryph. Pont.—6 *Fecere* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. *facere* Ed. Par. 1. *facerent* Ed. Gryph. *facer̄* Ed. Ven.—

NOTÆ

[a] *Sub Arusinis*] Arusini Campi in Lucania iidem qui Arunci.

[b] *Ducibus iisdem qui superius*] Melius si legas *quibus superius*, vel propius ad lectionem *queis;* sed hoc etiam falsum est, iisdem, quibus ad Asculum pugnatum est, ducibus in Arusinis etiam fuisse pugnatum; nam Curius Dentatus III. Cos. pugnavit tertio anno post pugnam ad Asculum, sexto post inceptum bellum.

[c] *Avertit*] Ut per suorum ordines recurreret.

[d] *Gravi timore*] Falsi sunt qui *gravi mole* legi debere contendunt.

[e] *Secundam parem fecerant*] Immo ea ad Pyrrhum magis visa est inclinare, cum Romanorum sex millia ceciderint, et ex parte Pyrrhi tria et quingenti quinque. Pyrrhus tamen

Digitized by Google

controversia tradidero.[8] Nec vero tantum[9] armis, [§. 14.
et in campis, sed consiliis quoque[10] et domi[11] intra Urbem
cum rege Pyrrho dimicatum est. Quippe post primam vic-
toriam rex[12] callidus, intellecta virtute Romana, statim[13]
desperavit armis: seque ad dolos contulit. Nam [§. 15.
interemtos[14] cremavit: captivosque indulgenter habuit, et
sine[15] pretio[16] restituit. Missisque[17] deinde[18] legatis in Ur-
bem omni modo annisus[19] est, ut facto fœdere in amicitiam[20]
reciperetur.[1] [f] Sed bello et pace, foris et domi, om- [§. 16.
nem in partem Romana virtus tum[2] se approbavit:[3] nec
alia[4] magis, quam Tarentina victoria, ostendit[5] populi Ro-
mani[6] fortitudinem, senatus sapientiam,[7] ducum magnani-
mitatem. Quinam[8] illi fuerunt viri, quos ab ele- [§. 17.
phantis primo prælio obtritos[9] accepimus ?[10] omnium vul-
nera in pectore: quidam hostibus suis[g] immortui:[f][11] om-

f Quidam mortui super hostes suos.

7 *Terciam* Ed. Lips. 1. 3. ubique.—8 *Tradiderunt* Mss. Regg. Ryck. Toll. Duisb. Voss. 2. 3. Ed. pr. *tradiderant* Ms. Fran. Voss. 1.—9 *tm* Ed. Lips. 1. Par. Ven.—10 *Sed et in consiliis quoque* Mss. Reg. Voss. 2. *Sed in consiliis quoque* Ms. Flor. Malliab. Voss. 1. *sed etiam in consiliis quoque* Ms. Ryck. *sed etiam consiliis quoque* Ms. Fran.—11 *Domi* aberat a Ms. Reg. Q. Sed *domi et* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—12 *Vir* Ms. Reg. F, Malliab. *ut* Ms. Ryck.—13 *Suis* Ms. Fran.—14 *Iterēptos* Ed. Ven.—15 *Sane* Ed. Ven.—16 *p̄cio* Ed. Lips. 1. *præcio* Ed. Par. 1. *precio* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. 2.—17 *Missis* Mss. Regg. Flor. Fran. Malliab.—18 *Dein* Ms. Reg. Q, Voss. 2. 3. Ed. pr. Amstel. Duk. 1.—19 *Amissus est* Ms. Pal. 2. *annixus est* Ms. Pal. 1. Flor. Malliab. Voss. 3. Ed. Par. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. *adnixus est* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. Gryph. Stad. Pont.—20 Sic Ms. Naz. Ryck. Pal. 1. Flor. Voss. 3. Ed. Ald. Freculphus locum legit sic: *facto fœdere, quamvis vinceret, in amicitiam recipi voluit.* Absunt verba, *facto fœdere*, ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Grut. Lugd. Zeu. Fab. Vetst.—1 *Amic. populi Rom. reciperetur* Ms. Pal. 2. In Ed. Lips. 2. est *amiciciā.*—2 *Tunc* Ed. Beg.—3 Sic Mss. Pall. Ryck. et Duk. plerique. Sed *probavit* Ms. Fran. Voss. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—4 Sic etiam Ed. Ald. Sed *alias* Mss. Duk. omnes, præter Flor. et Voss. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Gryph.—5 *ōndit* Ed. Lips. 1.—6 *Romani* aberat a Ms. Fran. Malliab.—7 *Sapiām* Ed. Ven.—8 *Qui nam* Ed. Lips. 1. Par. *qui enim* Ed. Blanc. Beg.—9 Sic et Ed. pr. Sed *obrutos* Ms. Pal. 1. Malliab. Fran. Ryck. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—10 *Accipimus* Ed. Ven. Gryph. Stad.

NOTÆ

dixit sibi funditus pereundum esse, si adhuc uno prælio Romanos vinceret.

f *In amicitiam reciperetur*] Hoc dissuasit Appius Cæcus.

g *Quidam hostibus suis*] His similia

Digitized by Google

nium in manibus enses, et relictæ in vultibus minæ, et in ipsa morte ira[12] vivebat.[13] Quod adeo Pyrrhus mi- [§. 18. ratus est, ut diceret: 'O[14] quam facile erat orbis imperium occupare, aut mihi Romanis[15] militibus, aut me rege Romanis!' Quæ autem[16] eorum,[h] qui superfuerunt, in [§. 19. reparando exercitu festinatio? cum[17] Pyrrhus,[18] 'Video me,'[19] inquit, 'plane Herculis sidere[20] [i] procreatum, cui, quasi ab angue Lernæo,[1] [j] tot cæsa hostium capita de sanguine suo[2] renascuntur.' Qui autem[3] ille senatus [§. 20. fuit? cum, perorante Appio Cæco,[4] [k] pulsi cum muneribus suis ab Urbe legati, interroganti regi[5] suo, quid de hostium sede sentirent: 'Urbem templum sibi visam,[6] senatum regum consessum esse'[7] confiterentur.[8] Qui[9] porro [§. 21.



—11 *Inmortui* Ed. Ven.—12 *Ita* Ed. Lips. 1. 3. Ven.—13 *Vivebant* Ed. Ven. —14 *O* abest ab Ed. Fab. Blanc. Beg.—15 *Mihi cum Romanis* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—16 *Que aūt* Ed. Lips. 1.—17 *Tum* Ed. Pont.—18 *Pirrhus* Ed. Lips. 1. 3. ubique. *Pyrrhus idem* Ed. Beg.—19 *Idem omne* Ms. Naz. *idem o me* Ed. Blanc.—20 *Sydere* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Lugd. ubique. —1 *Ague lerneo* Ed. Lips. 1. 3. In Med. est *lærneo*: et in Ven. *Larneo*.—2 *Suo* aberat a Ms. Reg. Q, Berol. Malliab. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. —3 Sic Ms. Naz. Pall. et Mss. Duk. omnes, præter Voss. 1. in quo erat *quis autem*, ut in Ed. pr. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Lugd. Zeu. Beg. Ed. Ven. *qui āt*.—4 *Ceco* Ed. Ven.—5 *Interrogati a rege* Ms. Fran. Malliab. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *interrogati regi* Ms. Reg. Q.—6 Sic et Ed. Ven. Sed *visum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Beg.—7 Sic Mss. Jureti, Flor. Scias. Sed *regnum deum esse* Ms. Naz. *regnum esse confessum* Ms. Pal. 1. 2. *regum esse* Ms. Ryck. Reg. Q, Berol. Duisb. Ed. Ald. Gryph. Grut. Lugd. Vetst. *regnum esse* Ms. Reg. F, Voss. Gud. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. *regnum*, omisso *τῷ esse*, Ms. Fran. *regum esse consessum* Ed. Stad. Pont. Zeu.—8 *Confitetur* Ms. Gud. *confiteretur* Ed. Ven.—9 *Quales porro* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.

NOTÆ

apud Sallust. reperias in fine Catilin.

[h] *Quæ autem eorum*] 'Populus Romanus seu vicit, ferociter instat, seu victus est, cum victoribus certamen instaurat.' Annibal apud Livium.

[i] *Herculis sidere*] Nugantur hic aliqui cum suis Genethliacorum præceptis. 'Herculis sidere' nil aliud est quam Herculis fato; eodem fato, quo Hercules natus est.

[j] *Ab angue Lernæo*] Hydra quæ circa Lernam Laconicæ regionis paludem versabatur, ruina sua fœcundior: nam cum centum haberet capita, uno amputato duo renascebantur. Eleganter illam alicubi Sophocles *στρατὸν θηρῶν* dixit *ferarum exercitum*.

[k] *Appio Cæco*] Post primum prælium cum Romani exercitum repararent, Cineam misit Pyrrhus ut de pace ageret; in quam cum Senatus inclinaret, Appius, ut ignominiosam, dissuasit.

Digitized by Google

ipsi duces,[g] vel in castris? cum[10] medicum venale regis Pyrrhi[11] caput offerentem[12] Curius remisit:[l] Fabricius oblatam sibi a rege imperii partem repudiavit. Vel in [§. 22.
pace? cum Curius fictilia[m] sua Samnitico præferret auro: Fabricius decem pondo[13] argenti[14] circa Rufinum[15] [n] consularem[o] virum quasi luxuriam censoria gravitate damnaret. Quis ergo miretur his moribus,[p] virtute militum,[16] [§. 23.
victorem populum Romanum fuisse? unoque bello Tarentino intra quadriennium[q] maximam partem Italiæ, fortissimas gentes, opulentissimas urbes, uberrimasque regiones in ditionem[17] redegisse? Aut[18] quid adeo fidem supe- [§. 24.
ret, quam[19] si principia belli cum exitu conferantur? Victor primo prælio Pyrrhus, tota tremente Italia, Campaniam,[20]

[g] *Quales deinde ipsi duces fuere?*

Ven. Gryph. Stad. Pont.—10 *Quod medicum* Mss. Pall. Regg. Voss. 1. 3. Berol. Ed. pr. Blanc.—11 *pirrhi* Ed. Lips. 3.—12 Ita Ms. Pal. 2. Flor. Regg. Ed. Ald. Sed *adferentem* Ed. Lips. 1. 2. 3. *afferentem* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Amstel.—13 *Pundo* Ed. Lips. 1. 3.—14 *Argenti facti* Ed. Stad. Pont.—15 *Ruffinum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—16 Sic Ms. Pal. 2. Ryck. Berol. Duisb. Voss. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Sed *virtute, militia* Ms. Pal. 1. Ed. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Fab. Vetst. *militia*, omisso τῷ *virtute*, Ms. Fran. *hac virtute militum* Ed. Beg.—17 Sic Ms. Naz. Sed *deditionem* Ms. Pal. 1. 2. Ryck. Malliab. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Pont.—18 *At* Ed. Beg. e conj. Freinsh.—19 *Supperet? quoniã* Ed. Lips. 1. 3. *superet? q̃m* Ed. Par. Ven. *superet quoniã* Ed. Med. Gryph. —20 Sic Ms. Ryck. Sed *tota tramente Campania* Ms. Naz. Berol. Gud. 3. Ed. Fab. *totam trementem Italiam, Campaniam* Ms. Gud. 1. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *totam trementem Campaniam* Mss. Pall.

NOTÆ

[l] *Curius remisit*] Non Curius sed Fabricius remisit, et quartam imperii partem repudiavit. Pyrrhus admirans eum, dixisse fertur, Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam sol a cursu suo, averti potest.

[m] *Fictilia*] Legatis Samnitum aurum offerentibus, cum ipse in foco rapa torreret, Malo, inquit, hæc in fictilibus meis esse, et aurum habentibus imperare.

[n] *Circa Rufinum*] Fabricius Censor P. Cornelium Rufinum Consularem Senatu movit, quod is decem argenti pondo facti haberet.

[o] *Consularem*] Consulares dicuntur qui consulatum gesserunt, nec jam amplius gerunt.

[p] *His moribus*] Supple, præditum, ex Terent. Andr. II. 3. 'Uxorem his moribus dabit nemo.'

[q] *Intra quadriennium*] Immo octo annis duravit: sex cum Pyrrho, et duobus antequam Pyrrhus se Tarentinis jungeret.

Digitized by Google

Lirim,[1] [r] Fregellasque populatus, prope captam Urbem a
Prænestina[2] arce prospexit: et a vicesimo[3] lapide oculos
trepidæ civitatis fumo ac pulvere implevit. Eodem [§. 25.
postea bis[4] exuto castris,[s] bis saucio,[5] [t] et in Græciam
suam trans mare[6] ac terras fugato, pax et quies et[7] tanta[u]
de[8] opulentissimis tot gentibus spolia, ut[h] victoriam suam
Roma non caperet. Nec enim[9] temere[10] ullus[11] pul- [§. 26.
chrior in Urbem,[12] aut speciosior triumphus intravit.[13]
Ante hunc diem nihil nisi[14] pecora Volscorum,[15] [§. 27.
greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum[16]
arma vidisses:[17] tum[18] si captivos aspiceres,[19] Molossi,[v]
Thessali, Macedones, Bruttius,[20] Apulus,[1] atque Lucanus:
si pompas,[2] aurum, purpura, signa, tabulæ, Tarentinæque
deliciæ.[3] Sed nihil libentius populus Romanus as- [§. 28.

[h] *Sed spolia* reportata *de tot gentibus opulentissimis adeo tanta fuere, ut, &c.*

Regg. Flor. Malliab. Duisb. Voss. Ed. pr. Grut. Lugd. Zen. Vetst.—1 *Lyrim* Ed. Med. Par. Gryph.—2 *Prenest.* Ed. Ven.—3 *Vigesimo* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. ubique.—4 *His ex* Ed. Ven.—5 *Bis saucio* aberant a Ms. Reg. Q.—6 *Transmare* Ed. Lips. 1.—7 *Sed tanta* Ms. Naz. Regg. Ed. Freinsh. Fab.—8 Sic Ms. Naz. Ryck. Berol. Pall. Ed. pr. Sed *tanta adeo de* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst. Etiam in Freinsh. est *adeo.*—9 *ēm* Ed. Lips. 1. Par. 2. *n.* Ed. Par. 1.—10 *Temere* aberat a Ms. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—11 Sic et Ms. Berol. Sed *alius* Mss. Pall. Jord. Freculph. Ed. pr. Blanc. Beg.—12 *In urbe* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—13 *Intravit cum ante* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. Gryph. Stad. Pont.—14 *Præter pecora* Jord. *nisi quasi pecora* Ms. Naz. —15 *Vulscorum* Ms. Naz. Duisb. Fran. Ed. pr.—16 *Samnitium* Ed. Zen. Beg. —17 *Vidisset* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—18 *Tunc* Ed. Beg.—19 *Aspiceret* Ed. Med. Par.—20 *Brutius* Ed. Med. Par. Ven. Gryph.—1 *Appulus* Ed. Lips. 1. 3.—2 Sic Mss. Pall. et Duk. omnes. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Grut. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2. Sed *pompam* Jord. Freculph. Ed. Fab.—3 *Diuicie* Ms. Fran. sed ascrip-

NOTÆ

[r] ***Lirim***] Campaniæ fluvium.

[s] ***Bis exuto castris***] Falsum, semel tantum exutus, et semel saucius: nam primo et secundo prælio victor, tertio tantum victus fuit.

[t] ***Bis saucio***] 'Saucius' apud bonos auctores sæpissime pro victo, clade affecto, sumitur, ut 'vulnus,' pro clade.

[u] ***Et tanta*** [*Sed tanta*] ***adeo***] Lege, *et tanta adeo*, alioqui vitium fuerit: ita etiam scriptum video in Ed. Stadii.

[v] ***Molossi***] Inter Epiri populos numerantur.

Digitized by Google

pexit, quam illas, quas[4] timuerat, cum turribus suis belluas: quæ non sine sensu captivitatis, submissis[5] cervicibus, victores equos sequebantur.[6]

CAP. XIX.

BELLUM PICENS.[1]

OMNIS mox Italia pacem habuit. Qui[2] enim post [§. 1. Tarentum auderent?[3] [a] nisi quod ultro persequi socios hostium placuit. Domiti ergo[4] Picentes, et[5] caput gen- [§. 2. tis[6] Asculum, Sempronio[7] duce: qui, tremente inter prælium campo,[b] Tellurem Deam, promissa æde, placavit.

CAP. XX.

BELLUM SALLENTINUM.[1]

SALLENTINI[2] Picentibus additi,[a] caputque regio- [§. 1.

[a] *Salentini secuti sunt Picentes.*

tum erat *al. delicie.* Ed. Lips. 2. *delitie.*—4 *Quas ita timuerat* Ms. Naz. Ed. Beg.—5 *Sūmissis* Ed. Lips. 1. *summissis* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Vetst.—6 *Sequebatur* Ed. Ven.

1 Sic Ms. Naz. Sed *Picenum* Ms. Ryck. Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinshem. Zeu. Fab. *Picente* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven.—2 *Quit enim* Ms. Naz. *quid enim* Ms. Ryck. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. 1. *quod ēm* Ed. Med. Par. 2. Ven. *quis enim* Ms. Flor.—3 *Auderet* Ms. Flor. Reg. Q, Ed. Gryph.—4 *Hinc* Ed. Med. Par. 1. Gryph. Stad. Pont. *hic* Ed. Par. 2.—5 *Sed caput* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—6 *Gentis caput* Ed. Ven.—7 *P. Sempronio* Ms. Reg. F, Ed. Stad. Pont.

1 *salentinum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven. Gryph. *Saleninum* Ed. Med.—2 *Salentini* Ms. Duisb. Fran. Ryck. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par.

NOTÆ

CAP. XIX. *Bellum Picens* [*Picenum*] Octavo anno post pulsum Pyrrhum. Ann. Mundi 3682. ante Ch. Nat. 266. ab Ur. Cond. 485. Coss. P. Sempronio Sopho, Appio Claudio Crassino.

[a] *Auderent*] Optime: sic Virgil. dixit 'audere in prælia,' Æneid. lib. II. 'Quos ubi confertos audere in prælia vidi.'

[b] *Tremente inter prælium campo*] Cum directa intra jactum teli utraque acies constitisset, repente ita horrendo fragore tremuit terra, ut uterque exercitus obstupesceret, et attonitus hæsitaret: Consul ædem Telluri tum vovit, et hostes prælio vicit, sed valde cruento.

CAP. XX. *Bellum Sallentinum*] Anno

Digitized by Google

nis[3] Brundusium[4] inclyto[5] [a] portu, Marco Attilio[6] duce. Et in hoc certamine,[7] victoriæ pretium[8] templum sibi [§. 2. pastoria Pales[b] ultro poposcit.[b]

CAP. XXI.

BELLUM VOLSINENSE.[1]

Postremi[a] Italicorum in fide mansere[3] Volsini,[4] [a] [§. 1. opulentissimi Etruscorum, implorantes opem adversus servos quondam suos: qui libertatem a dominis datam, [§. 2.

[b] *Et in hoc certamine Pales pastoria ipsa sibi poposcit templum in pretium victoriæ.*

Ven. Gryph. ubique: quæ scriptura auctoritate fideque nummorum veterum confirmatur, a Begero post Golzium prolatorum, in quibus est ΣΑΛΑΝΤΙΝΩΝ.—3 *Regionibus* Ms. Naz. Pal. 1. Duisb. Ed. pr. *his regionibus* Jord.—4 *Brundisium* Jord. Ms. Naz. Voss. 1. Ed. pr. Fab.—5 *Incluto* Ms. Naz. Pal. 1. Voss. 1. 2. Flor. Berol. Ed. Ber. Sab. Junt. *inclito* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Stad. *inclyto* Ed. Par. Ven. Gryph. Pont. Blanc. Beg. *cum inclyto* Ed. pr. Ald. Lugd. Zeu. Amstel. Duk. 1. 2.—6 *Masilio* Ms. Naz. *M. Vatilio* Mss. Jord. *Matilio* Ms. Duisb. *Macilio* Ed. pr. *Attilio* Ms. Reg. F. In ceteris Mss. et Edd. Duk. erat vel *Marco Attilio*, vel *Marco Atilio*. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Ven. *M. Attilio*. Ed. Par. 1. *M. Attilo*. Ed. Beg. Duk. 1. 2. *Marco Atilio*. In Ms. Fran. erat *Matilio*, et supra scriptum *Mallio*. Ed. Stad. Lugd. Pont. Zeu. Blanc. *M. Atilio*.—7 *Certamine* abest ab Ed. Zeu.—8 *precium* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. ubique.

1 *Volsiniense* Ms. Naz. Ed. Blanc. Beg. *Vulsinense* Mss. Pall. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *Vulsiniense* Ed. Stad.—2 *Postremo* Ed. Vetst.—3 Sic Mss. Duk. omnes. Ed. pr. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Sed *in fide munere* Mss. Jord. *in fidei munere* Edd. Jord. *in fidem pervenerunt* Freculph. *in fidem mãsere* Ed. Lips. 1. *in fidem venere* Ed. Blanc. Amstel. Beg. Duk. 1. 2.—4 *Vulsinii* Ms. Fran. Ed. Stad. Pont. *Vulsini* Ms. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. ubique. *Volsinii* Ed. Fab. Blanc. Beg.

NOTÆ

post bellum Picenum, ann. Mundi 3683. ante Ch. Nat. 265. ab Urbe Condita 486. Coss. M. Attilio Regulo, L. Julio Libone.

[a] *Inclyto*] Inclytum vocat, quia inde in Græciam vela dimittebantur, et e Græcia in illum.

[b] *Pastoria Pales*] Pales pastorum Dea, cujus Festa die vicesima Aprilis celebrabantur. Vide Ovid. Fast. lib. IV. 721.

Cap. XXI. *Bellum Volsinense*] Inceptum ann. Mundi 3685. ante Ch. Nat. 263. ab Urb. Cond. 488. Coss. Q. Fabio Maximo Gurgite III. L. Mamilio Vitulo. Et sequenti anno debellatum Appio Claudio Caudice, M. Fulvio Crasso, Coss.

[a] *Volsini*] Etruriæ populi, qui a libertis suis patria pulsi, Romanis auxilium petiere.

Digitized by Google

in ipsos erexerant,[a] [5] [h] translataque in se republica dominabantur. Sed hi quoque, duce Fabio Gurgite, pœnas dederunt. [§. 3.

CAP. XXII.

DE SEDITIONIBUS.[1]

Hæc est[a] secunda ætas populi Romani,[2] et quasi Adolescentia:[b] qua maxime[3] viruit, et quodam flore virtutis exarsit ac ferbuit.[4] Ita quæ[5] inerat[6] quædam adhuc ex pastoribus feritas, quiddam[7] spirabat indomitum. Inde est, quod exercitus Posthumium[8] [c] Imperatorem, inficiantem, quas promiserat, prædas,[b] facta in castris seditione, lapidavit: quod sub Appio Claudio[d] noluit vincere hostem, cum posset: quod, duce Volerone,[9] [e] detrectanti- [§. 1. [§. 2.

[a] *Qui extulerant libertatem a dominis datam, contra ipsos* dominos.
[b] *Negantem prædas quas promiserat.*

ubique.—5 *Libertate a dominis data contra ipsos se erexerant* Freculph. *libertatem a dom. datam, in ipsos exercebant* Ed. Beg.

1 *Deseditionibus* Ed. Lips. 1.—2 *P. R.* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. fere ubique.—3 *Maxie* Ed. Lips. 1.—4 *Et ac ferbuit* Ms. Naz. Pal. 1. (in quo eadem manus correxerat *adferbuit*.) Sed *ac viruit* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. *et fremuit* Ms. Fran. Ed. Ber. Sab. Junt. Ald. *ac fremuit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *ac fervit* Ms. Voss. 2. *ac fervuit* Ed. Vin. Lugd. *ac servivit* Ed. Grut. Zen.—5 *Itaque* Mss. Dukeri omnes, in his Berol. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Vetst. —6 *Inerat* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph.—7 *Quæ quiddam* Ms. Fran.—8 *Postumium* Ed. Lugd. Amstel. Beg. Duk. 1. 2. ubique.—9 Sic Ed. Ald. Sed *Valerio Nerone* Mss. Vin. Pall. Duk. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. *Valerone* Ed. Gryph.

NOTÆ

[h] *In ipsos erexerant*] Quidam legi volunt *exercuerunt*, male: erigere libertatem suam in aliquem, est, oppressa illius libertate, suam erigere.

[a] *Hæc est*] De qua jam locutus est.

[b] *Et quasi Adolescentia*] Hoc fuit tempus viris armisque incitatissimum, ideoque quia adolescentiam dixerit.

[c] *Posthumium*] A. Posthumium Album Regillensem, qui urbem Volas oppugnans prædam militibus promiserat; deinde vero oppido capto fidem mutavit, ideoque lapidibus coopertus. Ann. Mundi 3538. ante Ch. Nat. 410. ab Ur. Cond. 341.

[d] *Appio Claudio*] Appius Claudius Ap. F. Sabinus, qui Consul fuit cum T. Quintio Capitolino Barbato, ann. Mundi 3480. ante Ch. Nat. 468. ab Ur. Cond. 283. Is cum exercitum in Volscos invitum duxisset, ille Duci infestus omnia perverse egit, ita ut Appius ab hostibus vinceretur.

[e] *Duce Volerone*] Cum Consules de-

Digitized by Google

bus[10] plerisque[11] militiam, fracti Consulis fasces:[e] inde, quod clarissimos principes, cum adversarentur[12] vo- [§. 3. luntati suæ, exulatione[13] mulctavit:[14] ut Coriolanum colere agros[15] jubentem:[f] nec minus ille ferociter injuriam armis vindicasset, nisi quod jam inferentem signa filium mater Veturia[16] lacrymis[17] suis exarmavit:[g] ut ipsum Ca- [§. 4. millum,[h] quod inique inter plebem et exercitum divisisse Veientem prædam videretur. Sed hic melior,[i] in capta Urbe consenuit:[18 j] et mox[k] supplices de hoste Gallo[l] vin-

[e] Inde *quod, duce Volerone, multis recusantibus militiam, fasces Consulis fracti* fuere.

Lugd.—10 *Detractantibus* Ms. Ryck. Voss. 3. Ed. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. *de tractātibus* Ed. Lips. 1.—11 *Plærisque* Ed. Med. et in Lips. 3. mox est *miliciam*.—12 *Quod adversarentur* Ms. Ryck. Fran. Voss. Ed. pr. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Stad. Pont. *qui adversarentur* Ms. Reg. 2.—13 *Exultatione* Ed. Med. Par. Lugd.—14 *Multavit* Mss. Duk. plerumque. Sed in Ms. Duisb. Fran. modo *multavit*, modo *mulitavit*, modo *mulctavit*. In Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *mulctavit*, ubique.—15 *Ortos* Ms. Pal. 2.—16 *Vetruria* Ed. Med. Par.—17 *Lachrimis* Ed. Lips. 1. 3. Med. *Lachrymis* Ed. Lips. 2. Lugd. *lacrymis* Ed. Gryph. Stad. Pont. ubique: alii *lacrimis*.—18 Sic Ms. Naz. Ryck. (in quo tamen vitiose erat scriptum *consenuit*) Gud. 2. Scias. Toll. Duisb. Voss. Ed. pr. Sed *hic melior in capta urbe*

NOTÆ

lectum haberent, citatus Volero, qui cum ordines duxisset, jam gregarius miles esse nolebat, ob id spoliari jussus, lictores repellit, et plebem concitat, quæ violatis lictoribus, fractisque fascibus, Consules in Curiam fugat, et fiunt ingentes turbæ. Dio lib. IX. Liv. lib. II. sect. 55. Hoc contigit anno Mundi 3478. ante Ch. Nat. 470. ab Ur. Cond. 281. Coss. L. Æmilio Mamercino III. Vopisco Julio Julo.

[f] *Ut Coriolanum colere agros jubentem*] Per secessionem plebis agri inculti manserunt, inde annonæ caritas; cujus levandæ gratia cum magna vis frumenti ex Sicilia adveheretur, Coriolanus plebi infensus, ut illam premeret, sic in Senatu locutus est: 'Audeo dicere hoc malo domitos ipsos potius cultores agrorum fore, quam ut armati per secessionem coli prohibeant.' Quapropter irata plebs illi diem dixit, et principali causa omissa, eum propter prædam superiori anno ex hostibus captam, nec in publicum relatam, sed inter suos divisam, in exilium ejecit, ann. Mundi 3460. ante Ch. Nat. 488. ab Ur. Cond. 263.

[g] *Exarmavit*] Cum Romam exercitum duxisset, mater ejus Veturia ab illo impetravit, ut inducias annuas faceret.

[h] *Ut ipsum Camillum*] In exilium Ardeam abiit ann. Mundi 3562. ante Ch. Nat. 386. ab Ur. Cond. 365.

[i] *Sed hic melior* [*melior obsessis*] Romanis, scilicet, qui eum in exilium egerant.

[j] *Consenuit*] Non de exacta ibi ætate intelligendum, nam non tamdiu

dicavit. Cum Senatu quoque[m] vehementius æquo[19] [§. 5. bonoque[20] certatum est; adeo, ut, relictis sedibus, solitudinem et interitum patriæ suæ minaretur.[21]

CAP. XXIII.[1]

Prima discordia ob impotentiam[2] fœneratorum:[*] [3] [a] [§. 1. quibus in terga quoque serviliter sævientibus, in Sacrum montem[b] plebs[4] armata secessit: ægreque, nec, nisi Tribunos[5] impetrasset,[6] Menenii[7] Agrippæ facundi et sapientis viri auctoritate, revocata est. Extat orationis antiquæ[8] satis efficax ad concordiam fabula, qua dissedisse[9] [§. 2. inter se quondam humanos dixit[10] artus, quod, omnibus[11]

[*] *Ob tyrannidem fœneratorum.*

consuluit Ms. Reg. F. *melior obsessis in captam urbem consenuit* Ms. Reg. Q. *melior in capta urbe consuevit* Ms. Fran. *melior obsessis in capta urbe consuluit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *melior obsessis in capta urbe consenuit* Ed. Freinshem. Beg.—19 Sic Mss. Pall. Duk. omnes, in his Berol. Ed. pr. Sed *de equo*, omisso τῷ *vehementius*, Ed. Lips. 1. 3. *de æquo*, omisso eodem adverbio, Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Stad. Pont. *vehementio de æquo* Ed. Ven. *æquo*, omisso adverbio, Ed. Gryph.—20 *Bono* Ms. Ryck. *donoque* Ed. Lips. 3.—21 *minarentur* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. Stad. Pont.

1 In Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont. legitur hic index: PRIMA URBIS DISCORDIA.—2 *Ab impotentiâ* Ms. Ryck. *ob potentiam* Ms. Reg. Q. *ob intemperantiam* Ms. Voss. 3. Ceterum in Edd. vett., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. capp. 23-26. omissis numeris, continuata superioribus leguntur.—3 *Feneratorum* Ed. Lips. 1. 3.—4 *Plebe* Ms. Ryck.—5 *Tribunos plebis* Ed. Stad. Pont. —6 *Imperasset* Ed. Freinshem.—7 *Mænenii* Ms. Naz. *Meneni* Ed. Freinsh.— 8 *Oronis antiq.* Ed. Lips. 1.—9 *Discessisse* Ed. Lips. 2.: in quo ipso mox est *humanis.* Ed. Gryph. Stad. Pont. *dissensisse.* Et in his tribus libris deinde est *humanos artus dicitur.*—10 *dixit* abest ab Ed. Med. Par. Ven.—11 *Omini-*

NOTÆ

ibi mansit Camillus; sed ad mœstitiam, tædium, languorem referendum, quæ illum senio afficiebant. In aliis pessime legitur *consuluit*, ut optime monuit Salmasius.

[k] *Mox*] Anno post.

[l] *Hoste Gallo*] Pro hostibus Gallis, Poëtarum more, qui singulari potius quam plurali numero utuntur. Horat. 'Quam multo repetet Græcia milite.' Id est, multis militibus.

[m] *Cum Senatu quoque*] Post incensam Urbem a Gallis, Senatus, Tribunis id intentius agentibus, Veios migrare decreverat, quod prohibuit Camillus. Vide Livium in fine lib. v.

[a] *Ob impotentiam fœneratorum*] Aliam causam tradit Livius lib. II. quod invita iterum in hostes duceretur.

[b] *In Sacrum montem*] Ann. Mundi 3457. ante Ch. Nat. 491. ab Ur. Cond. 260.

Digitized by Google

opere fungentibus,[12] solus venter immunis ageret:[b] deinde moribundos a sejunctione[13] rediisse[14] in gratiam,[15] quando[16] sensissent, quod ejus opera redactis in sanguinem cibis irrigarentur.[c]

CAP. XXIV.[1]

SECUNDAM[2 a] in Urbe media[3] decemviratus[4] libido[b] [§. 1. conflavit.[a] Allatas a Græcia leges[c] decem principes lecti,[5 d] jubente populo, conscripserant:[e] ordinataque[6] erat in duodecim tabulis[7] tota justitia:[8 f] cum tamen[9] traditos fasces regio quodam furore retinebant.[10 g] Ante[11] ceteros [§. 2.

[b] *Solus venter esset immunis.*
[a] *Cupiditas decemviratus excitavit secundam* seditionem *in media urbe.*

bus Ed. Med.—12 *Opera fungentibus* Ms. Ryck. *opera fugientibus* Ms. Pal. 2. *operæ fugientibus* Ed. Med.—13 *Seuinctione* Ms. Naz. *seuinttione* Ms. Ryck.—14 *Redisse* Ms. Ryck. Berol. Malliab. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Pont.—15 *Graciam* Ed. Lips. 1. 2. 3. —16 *Qn* Ed. Med.

1 In Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont. legitur hic titulus: SECUNDA URBIS DISCORDIA.—2 *Secundū* Ed. Par.—3 *Media* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—4 *Decemvirorum* Ms. Fran. *decemviratus* Ed. Med. Ven. —5 *lci* Ed. Lips. 1. 3. *electi* Ed. Lips. 2.—6 *ordiāque* Ed. Lips. 1.—7 *Tabulas* Ms. Pal. 1. i XII. *tabulis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven.—8 *Tō justicia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven.—9 *Tn* Ed. Lips. 1. 3. ubique.—10 *Retinebat* Ed.

NOTÆ

[c] *Quando sensissent, quod...irrigarentur*] Minus puræ, certe minus elegantis, Latinitatis videri possit isthuc *quod;* tamen et ita locutus est infra lib. II. 4. 'Deprehensum est quod habent.' Sed et ita Phædrus, ante et Phædrum Cicero, ante Ciceronem denique et ipse Plautus locis plurimis. Est autem Græcismus.

[a] *Secundam*] Ann. Mundi 3501. ante Ch. Nat. 447. ab Ur. Cond. 304.

[b] *Decemviratus libido*] Decemviratus cupiditas, nam multi primores etiam hunc honorem ambibant.

[c] *Allatas a Græcia leges*] Leges duodecim tabularum.

[d] *Decem principes lecti*] Decemviri.

[e] *Conscripserant*] Æreis tabulis incisas promulgaverant.

[f] *Ordinataque erat in duodecim tabulis tota justitia*] Male, et, ut opinor, barbare: nec enim dicitur, *ordinare justitiam in libro, in tabula;* sed, *Ordinare jus, componere jus;* et sic mox pure Latineque loquitur, 'Juris, quod ipse condiderat.' Legendum itaque prorsus est, *Tota juris scientia.* Pater meus.

[g] *Traditos fasces regio quodam furore retinebant*] Decemviri de retinendo sibi in perpetuum triumviratu consilium cepere, conjurati ne alter ab altero dissentiret, et pari essent po-

Digitized by Google

Appius[12] eo insolentiæ elatus est, ut ingenuam virginem stupro destinaret, oblitus et Lucretiæ, et regum,[h] et juris, quod ipse composuerat. Itaque cum oppressam ju- [§. 3. dicio[13] filiam[i] trahi in servitutem videret Virginius[14] pater,[15] nihil cunctatus, in medio foro manu sua interfecit: admotisque signis commilitonum,[16] totam eam dominationem,[j] obsessam armis, in carcerem et catenas[17] ab Aventino[18] monte detraxit.[19]

CAP. XXV.[1]

TERTIAM seditionem[a] excitavit[2] matrimoniorum dignitas;[3] ut plebeii[4] cum patriciis jungerentur:[5] qui[6] tumultus in monte Janiculo, duce Canuleio[7][b] Tribuno plebis,[8] exarsit.



Ven.—11 *An* Ed. Lips. 1.—12 *Appius Claudius* Ed. Gryph. Stad. Pont.—13 *Juditio* Ed. Lips. 1. 2. 3. ubique.—14 *Virginis* Ms. Pal. 2. Voss.—15 *Pr* Ed. Lips. 1. Med.—16 *Commilitonum signis* Ms. Ryck. Regg. Toll. Duisb. Fran. Berol. Ed. pr. Beg.—17 *Cathēas* Ed. Lips. 1. *cathenas* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. ubique.—18 *Ad ventino* Ed. Lips. 3.—19 *Pertraxit* Ed. Med. Par.

1 In Ed. Lips. 2. additus legitur hic index: TERTIA SEDITIO. Sed Ed. Junt. Gryph. Stad. Pont. TERTIA URBIS DISCORDIA.—2 Sic et Ms. Berol. Sed *incitavit* Ms. Voss. 2. 3. Ed. Vin. Grut. Lugd. Zeu. Vetst.—3 Sic Mss. Vin. Ed. pr. Sed *indignitas* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Lugd.—4 *Plebes* Ms. Naz. Gud. Regg. Berol. Malliab. Voss. 1. 2. Ed. Ber. Sab. Med. Beg. *Plebs* Mss. Pall. Duisb. Voss. 3. Ed. Par. *plebei* Mss. Duk. ceteri. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Junt. Ald. Ven. Gryph. *de plebe* Ms. Scias. forte pro *et plebes*.—5 *Jungeretur* Ms. Voss. 3. Ed. Lips. 1. Med. Par. *jungeret* Ms. Pal. 1.—6 *Que* Ed. Lips. 3.—7 *Canuleio* Ed. Par.—8 *Pleb*[9] Ed. Lips. 1.

NOTÆ

testate, singulique duodenos lictores haberent cum fascibus et securibus: unde Florus eos sibi traditos fasces regio quodam furore retinere dixit.

[h] *Oblitus et Lucretiæ, et regum*] Oblitus stuprum a Sexto Tarquinio Lucretiæ illatum causam stetisse, cur Romani reges pellerent.

[i] *Cum oppressam judicio filiam*] Eam Appius amore amens a cliente suo accusari curaverat, et pro mancipio abducendam pronuntiaverat.

[j] *Dominationem*] Decemvirorum scilicet; sed unus tantum Appius in carcerem abreptus, reliqui exilio pœnas vitavere. Sed nota dominationem pro dominis positam, ut dimicatio pro dimicantibus, matrimonia pro uxoribus, et sexcenta alia.

[a] *Tertiam seditionem*] Ann. Mundi 3506. ante Ch. Nat. 442. ab Ur. Cond. 309.

[b] *Duce Canuleio*] Qui lege sanciri volebat, ut patrum et plebis connubia essent promiscua.

Digitized by Google

CAP. XXVI.[1]

QUARTAM[2] honorum[3] cupido,[a] ut plebeii[4] quoque[5] magistratus crearentur. [§. 1.] Fabius Ambustus duarum pater alteram Sulpicio[b] patricii[6] sanguinis dederat,[7] alteram plebeio Stoloni.[8 c] [§. 2.] Hæc[9] quodam tempore, quod lictoriæ[10] virgæ sonum[d] ignotum[11] penatibus suis expaverat, a[12] sorore satis insolenter[11] irrisa,[13] injuriam non tulit.[a] [§. 3.] Itaque nactus[e] tribunatum, honorum et[14] magistratuum consortium,[f] quamvis invito[15] senatui[16] extorsit. [§. 4.] Verum in his ipsis seditionibus principem populum non immerito suspexeris.[b] [§. 5.] Siquidem nunc libertatem, nunc pu-

[a] *Hæc quodam tempore irrisa sorore sua satis insolenter, quod timuerat sonum lictoriæ virgæ, qui ignotus erat domo suæ, non potuit ferre injuriam.*
[b] *Verum in his ipsis seditionibus non immerito miratus fueris principem populum.*

1 Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont. addit hunc indicem: QUARTA URBIS DISCORDIA.—2 *Quarta* Ed. Ven.—3 *Bonorum* Ed. Med. Par.—4 *Plebes* Ms. Naz. Pal. 1. 2. Regg. Voss. 2. Malliab. *plebis* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. *plebei* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. (a quo etiam abest τὸ *ut*) Ven. Gryph. *plebi* Ms. Voss. 3. *de plebe* Ms. Fran.—5 *Quoque* abest ab Ed. Med.—6 *Sulpitio patritii* Ed. Lips. 1. Ven. Etiam in Lips. 2. 3. Par. est *Sulpitio*.—7 *Declarat* Ms. Ryck.—8 Ita Ms. Flor. Berol. Voss. 3. Sed *Stolo* Ms. Naz. et Duk. ceteri. Ed. pr. A Ms. Reg. F aberat. In Ed. Med. Par. legitur: *plebeio Stolo quod.*—9 *Hæc* aberat a Ms. Ryck. Regg. Flor. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Sed *qui* Ms. Cam. Ed. Beg. In Ed. Stad. Pont. Zen. est: *Qui quod uxor ejus ad lictoriæ, &c.* omissis verbis *quodam tempore.*—10 *Quod uxor ejus lict.* Ms. Cam. Ed. Beg.—11 *Ignotum insolenter* absunt ab Ed. Par. 1.—12 *Et a sor.* Ed. Stad. Pont.—13 *Irrisa esset* Ed. Stad. Pont.—14 *Honorum et dignitatis et magistratuum* Ms. Flor. *honorum et dignitatum et magistratuum* Ms. Fran.—15 *Invicto* Ed. Lips. 1. 3. Ven.—16 *Senatu* Ed. Lips.

NOTÆ

[a] *Quartam honorum cupido*] Hoc accidit ann. Mundi 3576. ante Ch. Nat. 372. ab Ur. Cond. 379.

[b] *Alteram Sulpicio*] Ser. Sulpicio major nupserat.

[c] *Plebeio Stoloni*] Minor C. Licinio Stoloni, illustri cuidam viro, tamen Plebeio.

[d] *Quod lictoriæ virgæ sonum*] Hunc locum facilem dabit alter Livii, l. VI. 'Forte ita incidit, ut in Ser. Sulpicii tribuni militum domo sorores Fabiæ, cum inter se (ut fit) sermonibus tempus tererent, lictor Sulpicii, cum is de foro se domum reciperet, forem (ut mos est) virga percuteret: cum ad id moris ejus insueta expavisset minor Fabia, risui sorori fuit miranti ignorare id sororem.'

[e] *Itaque nactus*] Stolo scilicet.

[f] *Honorum et magistratuum consortium*] Nam invito Senatu obtinuit, ut alter consulum e plebe crearetur.

Digitized by Google

dicitiam, tum[17] natalium dignitatem, honorum decora, et[18] insignia vindicavit;[c] interque hæc omnia[19] nullius [§. 6. acrior custos, quam libertatis, fuit, nullaque in pretium ejus potuit largitione corrumpi; cum ut[20] in magno, et in dies majore populo, interim perniciosi[1] cives existerent.[d] Spurium Cassium Agraria lege;[g] Mælium[h] largitione[i] [§. 7. suspectum regiæ dominationis,[2] præsenti morte mulctavit.[3] Ac de Spurio[4] quidem[5] supplicium pater ipsius[j] sumsit: hunc[k] Quintii[6] [l] dictatoris imperio in[7] medio foro Magister equitum Servilius Ahala[8] confodit.[m] Manlium vero [§. 8.

[c] *Defendit.*

[d] *Cum interim perniciosi cives existerent, ut fit in magno populo, et in dies majore.*

2.—17 *Nunc natalium* Ms. Ryck. Berol. Duisb. Ed. pr. Beg. *tn natalium* Ms. Fran.—18 *Tum*, omissis his verbis, *honorum decora et*, Ms. Reg. Q.—19 *Inter oīa hæc* Ed. Lips. 1. *inter omnia hac* Ed. Par. Ven. Gryph. *inter oīa hec* Ed. Lips. 2. 3. Med. *interque omnia hæc* Ed. Stad. Pont.—20 *Jam* Ed. Stad. marg. —1 *Pernitiosi* Ed. Lips. 2.—2 Sic Ed. Ald. Sed *largitione Cassium, agraria lege suspectum regiæ dominationis* Ms. Pal. 2. Naz. Ryck. Regg. Fran. Voss. 2. 3. Flor. *Cassium largitione, agr. lege s. r.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. (in quo tamen pro *regiæ* perperam legitur *rege*) *Sp. Cassium agrar. lege s. r. d.* Ms. Pal. 1. Berol. Duisb. Ed. pr. *largitione Spurium Cassium agraria lege susp. r. d.* Ms. Malliab. Voss. 1. *Cassium Melium largitione, agraria lege* Ed. Ven. In Mss. Vin. scriptum erat vel *Melius* (sic Ed. Gryph.) vel *Malius.* Ed. Beg. *Cassium agr. lege, Mælium larg. s. r. dom.*—3 Sic Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. ubique: alii *multavit.*—4 *De Mellio* Ed. pr. Et in marg. Ms. Berol. verbis *ac de Spurio* ascriptum erat, neque adeo recenti manu, ut Begerus auctor est, *Mellio.* Sed *de Cassio* Ed. Ald. Beg.—5 *Quidem* aberat a Ms. Pal. 1. Berol. Duisb. Ed. pr.—6 *Hunc Spurium Melium Quintii* Ms. Ryck. *hunc Quintii* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—7 *Et in medio* Ms. Flor.—8 *Ala* Ms. Ryck. *Hala* Ms. Voss. 3. Ed. Lips. 2. Gryph. *hala* Ed.

NOTÆ

[g] *Spurium Cassium Agraria lege*] Hic consul de divisione agrorum publicorum, tam civibus quam sociis Hernicis et Latinis, fert legem Agrariam, quæ cum non procederet, de tyrannide invadenda cogitavit; quapropter affectati regni accusatus, a rupe Tarpeia dejicitur, ann. Mundi 3466. ante Ch. Nat. 482. ab Ur. Cond. 269. Porro cave quicquam mutes in textu, quod fecit Salm. nam constant omnia.

[h] *Mælium*] Spurium Mælium equestri ordine natum.

[i] *Largitione*] Is enim, cum Romæ annona laboraretur, frumentum ab Hetruria per suos clientes accitum plebi diviserat.

[j] *Pater ipsius*] Alii tamen, ut supra diximus, de illo Quæstores supplicium sumsisse tradunt.

[k] *Hunc*] Spurium, scilicet, Mælium.

[l] *Quintii*] Quintii Cincinnati Dictatoris.

[m] *Servilius Ahala confodit*] Ann. Mundi 3513. ante Ch. Nat. 435. ab Ur. Cond. 316.

Digitized by Google

Capitoli vindicem,[n] quia plerosque debitorum liberaverat, altius se et incivilius[9] efferentem, ab illa, quam defenderat, arce dejecit.[o] Talis[10] domi ac foris; talis pace bel- [§. 9. loque[11] Populus Romanus, fretum illud[c 12] Adolescentiæ,[p] id est,[13] secundam imperii ætatem habuit; in qua totam inter Alpes fretumque Italiam armis subegit.

[c] *Talis pace belloque populus Romanus habuit æstum adolescentiæ.*

Lips. 1. 3. Med. Par. Ven.—9 *In civilius* Ed. Lips. 1.—10 *Tali domi* Ms. Ryck.—11 *Tali bello paceque* Ms. Ryck.—12 *Statum illum* Ed. Lips. 1. 2. 3.—13 *I.* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Ceterum in Lips. 2. post τὸ *subegit* leguntur ista: *Finis primi libri.*

NOTÆ

[n] *Manlium vero Capitolii vindicem*] Vide cap. 13.

[o] *Arce dejecit*] A saxo Tarpeio. Ann. Mundi 3569. ante Ch. Nat. 379. ab Ur. Cond. 372.

[p] *Fretum illud Adolescentiæ*] Imitatio Lucretii, ubi de adolescentia, ut puto.

Digitized by Google

L. ANNÆI FLORI

EPITOME

RERUM ROMANARUM.

LIBER II.[1]

CAP. I.

Domita subactaque Italia, Populus Romanus prope [§. 1.
quingentesimum[a] annum agens, cum bona[2] fide adolevisset;[*] si quod[3] est robur, si qua[4] juventas;[5] tum ille vere robustus, et juvenis, et par orbi terrarum esse cœpit. Ita[6] (mirum, et incredibile dictu) qui[7] prope quingen- [§. 2.

* *Cum bona fide crevisset.*

1 *L. Flori Epithomatis liber secundus* Ed. Lips. 1. 3. Med. *Lucii Flori Epithoma secundum* Ed. Par. *L. Flori Epitomatis liber secundus* Ed. Lips. 2. Ven. *Lucii Flori Historiarum liber* II. Ed. Stad. Pont. *L. Flori gestorum Romanorum Epitomes lib.* II. Ed. Gryph.—2 *Quum jam bona* Ms. Reg. Q.—3 *Si quid* Mss. Regg.—4 *Si quid* Ms. Fran.—5 Sic Ms. Naz. Reg. F, Flor. Malliab. Voss. 1. Ed. Lips. 1. Ber. Med. Par. 2. Stad. Lugd. Sed *juventus* Ms. Reg. Q, Fran. Ed. Lips. 2. 3. Par. 1. Ven. Gryph. Pont. *juventa* Ed. Beg.—6 Sic Ms. Naz. Ryck. Toll. Duisb. Regg. Fran. Voss. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Sed *itaque* Ed. Par., a quo non minus quam ab Lips. 1. unci absunt. Etiam in Ven. Gryph. Stad. Grut. Pont. Vetst. est *itaque*.—7 *Quippe qui prope* Ms. Flor.

NOTÆ

[a] *Prope quingentesimum*] In Proœmio libri primi quingentos integros ponit. Vide quæ nos ibi diximus.

Digitized by Google

tis annis domi luctatus est[b] (adeo difficile fuerat dare Italiæ caput) his ducentis annis,[8] [c] qui[9] sequuntur, Africam,[10] Europam, Asiam, totum denique orbem terrarum bellis victoriisque peragravit.

CAP. II.

PRIMUM BELLUM PUNICUM.

IGITUR victor Italiæ Populus,[1] cum a terra fretum [§. 1. usque venisset, more ignis, qui obvias populatus[2] incendio[3] sylvas, interveniente flumine abrumpitur, paulisper substitit. Mox cum videret opulentissimam in proximo[a] [§. 2. prædam, quodammodo[4] Italiæ suæ abscissam,[5] et quasi revulsam;[6] adeo cupiditate[7] ejus exarsit, ut quatenus[8] nec mole[9] [b] jungi, nec pontibus posset,[*] armis belloque jungenda,[10] et ad continentem suum[11] revocanda[10] bello videre-

[*] *Ut quippe nec mole jungi posset, nec pontibus.*

quippe Ms. Fran. Ryck.—8 *Domi luct....annis* aberant a Ms. Naz.—9 *Ducentis qui* Ms. Flor. cc. *annis qui* Ed. Par.—10 *Affricam* Ed. Lips. 3.

1 *Populus Romanus* Ms. Naz. Pall. Ryck. Toll. Fran. Voss. 2.—2 *pplatus* Ms. Fran.—3 *In cendio* Ed. Lips. 1.—4 *Quodam modo* Ed. Par.—5 *Abscisam* Ms. Naz. Pall. Berol. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Par. 2. Grut. Freinsh. Vetst.—6 *Revolsam* Ed. Lips. 1. 3.—7 *Cupiditas* Ed. Lips. 1. 2. 3.—8 *Quatinus* Ms. Ryck. Fran.—9 Sic Vin. et Grut. e conjectura Sim. Bosii: quæ confirmatur scriptura libri Nazarii. Nam *nec mare et nec mole* Ms. Naz. *nec mare* Mss. Vin. Pal. 1. 2. Voss. 1. 2. (in quo tamen correctum erat *mari*) Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Stad. *nec mari* Mss. Duk. reliqui, in his Berol. Ed. pr. Junt. Ven. Gryph. Pont. *nec mari injecta mole jungi, nec pontibus posset* Ed. Beg.—10 *Jungendam...revocandam* Ms. Pal. 2. Voss. 2. Ryck. *jungendum...revocandum* Ms. Naz.—11 Sic Mss. Vin. Naz. Pal. 1. 2. et Duk. omnes. Ed. pr. Lips.

NOTÆ

[b] *Domi luctatus est*] Tamen ducentis quinquaginta prioribus domi luctatum eum dicit in Procem. lib. I. reliquis ducentis quinquaginta Italiam subegisse.

[c] *His ducentis annis*] Ab Appio Claudio et Quinto Fulvio Consulibus, usque ad Cæsarem Augustum. Vid. Procem. lib. I.

CAP. II. *Primum bellum Punicum*] Incepit anno Mundi 3686. ante Ch. Nat. 262. ab Urbe Cond. 489. Coss. Appio Claudio Caudice, M. Fulvio Flacco. Duravit ann. 24.

[a] *Opulentissimam in proximo*] Siciliam scilicet.

[b] *Mole*] Moles sunt constructiones lapideæ, quas in mare jaciebant, ut iis continens extenderetur; et sic intelligendus locus Virgilii Æneid. IX. 'Qualis in Euboico Baiarum littore quondam Saxea pyla cadit; magnis

Digitized by Google

tur. Sed ecce, ultro[12][c] ipsis viam[13] pandentibus fatis, [§. 3.
nec occasio defuit; cum de Pœnorum impotentia[14][d] fœderata Siciliæ civitas Messana[e] quereretur.[15] Affectabat autem[16] ut Romanus, ita Pœnus Siciliam, et eodem tempore, paribus uterque votis ac viribus imperium orbis agitabat.
Igitur specie quidem socios juvandi, re autem solici- [§. 4.
tante præda; quanquam[17] territaret novitas rei[y] (tanta tamen[18] in virtute fiducia[19] est[20]) ille rudis, ille pastorius populus, vereque terrestor,[1][f] ostendit[2] nihil interesse virtutis, equis an navibus, terra an mari dimicaretur.[3] Appio Claudio [§. 5.
Consule, primum fretum[4] ingressus est fabulosis[g] infame[5] monstris,[h] æstuque violentum: sed adeo[i] non est exterritus,

1. 2. 3. Ber. Sab. Par. Junt. Ven. Sed *suam* Ms. Pal. 2. (in quo tamen superscriptum erat *suum.*) Ed. Ald. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zen. Fab. Amstel. Blanc. Beg. in quo libro nec τὸ *bello* habetur.—12 Sic Ms. Ryck. Flor. Fran. Voss. 2. Ed. Lips. 1. Junt. Ald. Ven. Sed *sed ecce se ultro* Ms. Pal. 1. 2. Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. *et ecce se ultro* Ms. Naz. *sed ecce, ceu ultro* Ed. Beg.—13 *Viam* abest ab Ed. Par.—14 *Potentia* Ms. Voss. 3. Ryck. *impotencia* Ed. Med.—15 *Quærereter* Ed. Gryph.—16 *Enim* Ed. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Vetst.—17 *Quamquam* Ed. Med.—18 *Tamen* abest ab Ed. Beg.—19 *Fidutia* Ed. Lips. 2.—20 *Est: ut ille rudis* Ed. Lips. 1. 2. 3.—1 Sic et Mss. Vin. Sed *terresteris* Ed. Lips. 2. Num voluit librarius duplicem loci exhibere scripturam? *terrestris* Ed. Gryph. Stad. Pont. Zen.—2 *Ondit* Ed. Lips. 1.—3 *Dimicarēt* Ed. Lips. 2.—4 *Fretum tum ingr.* Ms. Naz. et Mss. Dnk. omnes, præter Flor. et Fran. in quibus erat *fretum tunc ingr.* In Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. etiam est *fretum tum ingr.* Ceterum librarius Ms. Reg. Q verba *Appio Claudio* a superioribus separarat, et post *dimicaretur* ascripserat hæc, *Primum caput de*

NOTÆ

quam molibus ante Constructam jacinnt ponto.'

[c] *Sed ecce, ultro*] Nescio cur Salmasius ille legat *et* pro *sed*. *Sed* est transitio; at in voce *ipsis* error est: legendum *ipsi*.

[d] *Impotentia*] Apud optimos auctores *impotentia* semper tyrannidem, vexationem, significat. Supra dixit 'impotentiam fœneratorum.' Notandum est tamen Terentium *impotentiam* dixisse pro eo, quod nos vulgo dicimus, *impuissance*.

[e] *Civitas Messana*] Messana urbs et emporium Siciliæ. Civitas Messana eodem mode intelligendum quo 'civitas Allobrogum,' apud Tacit. Nos dicimus *communauté*.

[y] *Quanquam territaret novitas rei*] Quippe qui nunquam mare conscenderant.

[f] *Terrester*] Qui semper terra pugnaverat.

[g] *Fabulosis*] De quo tam multæ fiunt fabulæ, inclytis, nobilibus, *de qui on parle tant*. Sic 'fabulosus Hydaspes,' apud Horat. Vide Notata ad cap. 6.

[h] *Infame monstris*] Sic Horat. alicubi 'infames scopulos' dixit.

[i] *Sed adeo*] Quasi diceret, Tantum abfuit, quin territus.

Digitized by Google

ut[6] illam ipsam[7] ruentis[8] æstus violentiam pro munere amplecteretur:[9] [j] statimque ac sine mora Hieronem[10] [§. 6. Syracusanum regem tanta celeritate vicit, ut ille ipse[11] se prius victum, quam hostem videret,[12] fateretur. Duilio[13] [§. 7. Cornelioque Consulibus[k] etiam mari congredi ausus est, cum[14] quidem ipsa velocitas classis comparatæ[15] auspicium[16] fuit. Intra enim sexagesimum[17] diem, quam cæsa sylva fuerat, centum sexaginta navium classis in anchoris stetit; ut non arte factæ, sed quodam munere Deorum conversæ in naves,[18] [l] atque mutatæ arbores viderentur. Prælii vero forma[19] mirabilis; cum illas celeres volu- [§. 8. cresque hostium naves hæ graves tardæque comprehenderent.[20] Longe illis[m] nauticæ artes,[1] detergere remos,[2] [n] et

[b] *Sed tantum abfuit quin esset exterritus, ut acciperet pro munere illam ipsam violentiam præcipitis freti.*

bello Punico.—5 *Famæ* Mss. Jord.—6 *Quin* Ed. Stad.—7 *Ipāmillā* Ed. Lips. 1. *ipsam illam* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd.—8 *Ferventis* Ed. Beg. e conjectura Nic. Heinsii: quam quidem, juvare nobis videbatur Lips. 2. in quo libro est *reventis.*—9 *Quod velocitas navium mari juvaretur* Jord. —10 *Hyeronem* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—11 *Ipe ille* Ed. Lips. 1. *ipse ille* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—12 *Visum* Ms. Reg. Q. *videre* Ed. Lips. 2.—13 *Duellio* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Dulio* Ed. Par. *Duilio* Ed. Med. Stad. Beg.—14 *Cui quidem* Ms. Fran. *tum quidem* Ed. Ald. Gryph. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—15 *Comperatæ* Ed. Ven. *comparatæ victoriæ* Jord. Mss. Regg. Ed. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Blanc. Vetst. Amstel. Beg.—16 *Auspitium* Ed. Lips. 2.—17 CLX. Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven.—18 *Conversæ naves* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—19 *Fama* Mss. Pall. et Duk. omnes, præter Mallinb. Regg. Voss. 3. in quibus erat, ut in Mss. Jord. *forma.* In Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. est *fama.*—20 *Compræh.* Ed. Par.—1 Sic Mss. Vin. Pall. Lipsii et Mss. Duk. omnes. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *illis plus nauticæ artis* Ed. Vin. Stad. Lugd. Pont. e Jord.—2 *Remos detorqueri* Mss. Jord. *de-*

NOTÆ

[j] *Pro munere amplecteretur*] Quia æstu illo velocitas navium juvabatur.

[k] *Duillio Cornelioque Consulibus*] C. Duillio Nepote et Cn. Cornelio Scipione Asina, quinto anno incepti belli; et hic trium annorum res gestas præterit Florus.

[l] *Conversæ in naves*] Ut naves apud Virgilium in Nymphas convertuntur: 'Nymphæ, quas alma Cybele Numen habere maris, Nymphasque e navibus esse Jusserat.'

[m] *Longe illis*] Sic apud Virg. Æn. XII. 'Longe illi Dea mater erit.' Illis, nostris scilicet navibus, quæ graves erant et tardæ.

[n] *Detergere* [*detorquere*] *remos*] Remos deflectere, ut navis alio currat quam cœperat.

Digitized by Google

ludificari fuga rostra.[o] Injectæ enim ferreæ manus, [§. 9. machinæque aliæ,[3] ante certamen multum ab hoste derisæ: coactique hostes quasi in solido decernere. Victor ergo apud[4] Liparas,[p] mersa et[5] fugata hostium classe, primum illum[6] maritimum[7] egit triumphum. Cujus quod [§. 10. gaudium fuit? cum Duilius[8] Imperator, non contentus unius diei[9] triumpho, per vitam omnem,[10] ubi a cœna[11] rediret, prælucere funalia, præcinere[12] sibi tibias jussit,[q] quasi quotidie[13] triumpharet.[14] Præ[15] tanta victoria[16] [§. 11. leve hujus[17] prælii damnum fuit. Alter[18] consulum interceptus Asina Cornelius:[19] qui simulato colloquio evocatus, atque ita oppressus[20] fuit; perfidiæ Punicæ documentum.[1] Calatino[r] dictatore, fere omnia præsidia Pœnorum [§. 12.

torquere remos Mss. Pall. et Duk. omnes. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—3 *Validæ* Mss. Jord.—4 *Ad* Ed. Stad. Pont.—5 *Aut fugata* Mss. Jord. Ed. Ald. Beg. *ac fugata* Ms. Flor.—6 *Primum illud* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—7 *Maritinum* Ed. Lips. 3.—8 *Duellius* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Dulius* Ed. Par. *Duilius* Ed. Med. Stad.—9 *Die* Ms. Naz.—10 *Per omnem vitam* Ms. Ryck. Malliab. Reg. Q. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr.—11 *Cena* Ed. Med. Par. Gryph.—12 *Et præcinere* Ed. Stad. Pont.—13 *Quottidie* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 1.—14 *Triumpharit* Ed. Pont.—15 *Pro tanta* Ms. Ryck. Flor. Berol. Duisb. Voss. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—16 *Hujus victoria* Mss. Pall. Ryck. Duisb. Fran. Voss. 2. 3. Scias. Gud. Ed. pr. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. *hac victoria* Ms. Reg. Q.—17 *Hujus* aberat a Ms. Gud. Scias. Ed. Blanc.—18 *Damnum, alter* Ed. Blanc. Beg. e conjectura Nic. Heinsii.—19 Sic Mss. Pall. Naz. Ryck. Toll. Voss. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Sed *Cornelius Asina* Mss. Regg. Ed. Ald. Grut. Zeu. Vetst. Amstel. *a sententia Cornelius* Ms. Fran. *Sagina Cornelius* Mss. Jord. *Gn. Corne Asina* Ed. Gryph. *Cnæus Cornelius Asina* Ed. Stad. Lugd. Pont.—20 *Atque obps* Ed. Lips. 1. *atque oppressus* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. *atque oppræssus* Ed. Ven.—1 *Documento* Mss. Vin. quidam.—2 *Drepane* Ms. Reg. Q. *Drepano* Ed.

NOTÆ

[o] *Ludificari fuga rostra*] Rostra navium hostilium ludificari fugiendo, ut ea in Romanas irruentes vacuo offenderent.

[p] *Liparas*] Insulas supra Siciliam, quæ et Æoliæ dictæ sunt.

[q] *Duilius—jussit*] Minus verum puto, immo et plane falsum est. Neque enim jussit Duilius. Nimis superbum illis temporibus exemplum. Hic illi honos ob præclarum in Remp. meritum concessus fuit; quod facile auctoritatibus veterum ostendi potest, si libeat plura scribere. *Pater meus.*

[r] *Calatino*] A. Atilio Calatino, qui Consul fuit cum Q. Sulpitio Paterculo.

Digitized by Google

Agrigento,[s] Drepanis,[2][t] Panormo,[u] Eryce,[3][v] Lilybæo[4][w] detraxit. Trepidatum est[c] semel circa Camerinen- [§. 13. sium[5] saltum:[x] sed eximia virtute Calpurnii[6] Flammæ tribuni militum evasimus, qui lecta trecentorum[7] manu, infestum et[8] insessum[9] ab hostibus[10] tumulum occupavit,[d] adeoque moratus hostem,[11] dum exercitus omnis evaderet: ac sic[12] pulcherrimo exitu Thermopylarum[13] et Leo- [§. 14. nidæ[y] famam adæquavit:[14] hoc illustrior noster,[15] quod expeditioni tantæ superfuit et[16] supervixit,[z] licet nihil[17] scripserit[18] sanguine.[a] Lucio[19] Cornelio Scipione,[b] cum [§. 15.

[c] *Trepidavimus.* [d] *Occupavit tumulum iniquum et circumsessum hostibus.*

Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—3 Sic Ms. Reg. F. Voss. 1. 3. Berol. Sed *Eryci* Ms. Reg. Q, Flor. Malliab. Duisb. Fran. Ed. pr. *Eryco* Ms. Naz. Ed. Beg. *Eryca* Ms. Pal. 2. *erice* Ed. Lips. 1. 2. 3.—4 *Lilybeo* Ed. Med. Par. Ven. *lilibæo* Ed. Gryph. *Panher. mericeli Lybeo* Ms. Voss. 2.—5 *Circa Merinensium* Mss. Pall. Ryck. Regg. Duisb. Fran. Voss. 2. Ed. pr. *circa Metinensium* Ms. Voss. 3. *circa Camarinensium* Ed. Stad. Pont. Zeu. Fab.—6 *Calfurny* Ed. Lips. 1. *Calfurnii* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—7 ccc. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. in quibus libris fere ubique numeri sunt pro vocabulis.—8 *Infestum et* absunt a libris Jord.—9 *Et insessum* aberant a Ms. Voss. 3.—10 *Insessum hostibus* Ms. Flor.—11 *Moratus hostes* Mss. Regg. Ryck. Flor. Berol. Duisb. Voss. 2. 3. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—12 *Si pulcherr.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. Ab Ed. Beg. absunt verba *ac sic.*—13 *Termopyl.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—14 *Ådequavit* Ed. Par.—15 *Hoo illo illustrior noster* Ms. Reg. Q. *hoo illustrior videtur* Ms. Ryck.—16 *Superfuit et* absunt ab Ed. Beg.—17 *Nihil licet* Ms. Pal. 2. 3. *nihil* Ed. Lips. 1.—18 *Inscripserit* Mss. Jord. *sumpserit* Ms. Pal. 1. in marg. *serpserit* Ed. Lips. 3. *sepserit* Ed. Lips. 1.—19 *Lutio*

NOTÆ

[s] *Agrigento*] Agrigentum, urbs in inferiori parte Siciliæ, versus Meridiem, ad fluvium Agragam sita, unde nomen.

[t] *Drepanis*] Drepanum promontorium Siciliæ versus occidentem.

[u] *Panormo*] Panormus, urbs Siciliæ ab Occidente Boream versus.

[v] *Eryce*] Eryx, Siciliæ urbs e regione Panormi.

[w] *Lilybæo*] Siciliæ Promontorio Occidentali versus Meridiem.

[x] *Circa Camerinensium saltum*] Res sic se habet: cum Camarina ab hostibus obsideretur, Calatinus Consul inexplorato itinere eo pergit, et in angustiis a Carthaginensibus clauditur: ibi Marcus Calpurnius Flamma sumtis trecentis militibus, eruptione facta, superiorem quendam locum occupat, hostesque in se convertit, a quibus cum omnibus suis trucidatur.

[y] *Thermopylarum et Leonidæ*] Qui Leonidas cum trecentis tantum Laconibus contra ingentem Persarum exercitum ad Thermopylas triduo dimicavit.

[z] *Supervixit*] Cum Consul mortuos sepeliri curabat, Culpurnium vidit adhuc paululum respirantem, et eum magna cum cura in lucem revocat.

[a] *Licet nihil scripserit sanguine*] Hic

Digitized by Google

jam Sicilia suburbana esset populi Romani provincia;[20] serpente latius bello, Sardiniam[1] annexamque[2] ei Corsicam[3] transit.[4] Olbiæ hic, ibi Aleriæ[5 c] urbis excidio[6] [§. 16. incolas terruit, adeoque omnes terra marique Pœnos expugnavit,[7 d] ut jam victoriæ nihil nisi Africa ipsa restaret. Marco[8] Attilio[9] Regulo[e] duce jam in Africam[10] navi- [§. 17. gabat bellum. Nec deerant, qui ipso Punici[11] maris nomine[f] ac terrore deficerent, augente insuper Tribuno Man-

Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—20 *Provintia* Ed. Lips. 2.—1 Sic Mss. et Edd. fere omnes, in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Sed *in Sardiniam* Ed. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Amstel.—2 Ita Ms. Pal. 1. Voss. 2. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Sed *adnatamque ei* Ms. Ryck. *eique annexam* Jord. *annexamque* Ms. Vin. Ed. Freinsh. Zeu. Amstel. Beg. Duk. 1. 2.—3 *Cossuram* Mss. Pall. Malliab. Berol. Duisb. Voss. 1. (in quo supra scriptum erat *vel Corsicam*) 2. Ed. pr. *Chossuram* Ms. Vin.—4 *Transiit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven.—5 Sic conj. Salmasius, eratque, ut videtur, in Ms. Flor. Sed *Olbiæ hic Baleriæ urbis* Ms. Naz. *ubi et hic Valeria* Ms. Ryck. *ubi et sic Balariæ*, et *Bealeariæ* Mss. Vin. *ubi et hæc* Ms. Berol. *ubi et hic* Ms. Malliab. *ubi et hic halerie* Ms. Duisb. *ubi et hic Haleriæ* Ms. Voss. 1. *ubi et hic Baleriæ* Ms. Pal. 2. *ubi et hic Halen et* Ms. Pal. 1. *Olbiæ hic Baleriæ* Ms. Voss. 2. *hic Valeriæ* Ms. Voss. 3. *ubi et hic Calare* Ms. Fran. *ubi et hic Carale* Mss. Regg. Ed. Lips. 2. Med. Par. Ven. Gryph. *Ubi et hic carale* Ed. Lips. 1. 3. *Olbia hic baleria* Ms. Is. Vossii. *ubi et hic halene* Ed. pr. *ubi et sic Caralæ* Ed. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. *ib Oilbiæ, hic Aleriæ* Ed. Beg.—6 *Incendio* Ms. Voss. 3.—7 Sic Ms. Reg. Q. Sed *omni terra et mari Pynos purgavit* Mss. Jord. *omnis terras marique expugnavit* Ms. Ryck. *omnes terra, mari Pœnos expugnavit* Mss. Duk. reliqui omnes. Ed. Duk. 1. 2. *omnis terra, mari P. exp.* Ms. Flor. Berol. Duisb. Ed. pr. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Junt. Ald. *ōis terra mari P. exp.* Ed. Lips. 1. Ven. *omnes t. mari P. repugnavit* Ms. Naz. *omneis terra, mari, P. exp.* Ed. Grut. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Beg. *omni terra marique P. exp.* Ed. Lugd.—7 *M.* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven.—8 *Atilio* Ms. Naz. Duisb. Ed. pr. Ber. Lips. 1. Duk. 1. 2. Sed *Attilio* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Amstel. Qua de scriptura jam supra vidimus.—9 *Aphricam* Ed. Ven.—10 *In ipso* Jord. Ms. Fran.—11 *Punico* Ms. Pal. 1. Duisb. Voss. Ed. pr. Grut. Vetst. *bello Punico* Ms.

NOTÆ

hallucinatur Florus, qui Leonidæ tribuit quod fecit Othriades.

[b] *Lucio Cornelio Scipione*] Quod nunc narrat Florus, anno prius est quam quod supra narravit de Calatino et Calpurnio.

[c] *Aleriæ* [*Caralæ*] Carala, urbs Sardiniæ ad Caralitanum sinum ad Orientem.

[d] *Terra, marique, Pœnos expugnavit*] Bene quidem Salmasius, *expurgavit:* sed non vidit, ingens, post ipsius emendationem, vitium in sermone remansisse : lego, *omnes terras, ac maria, Pœnis expurgavit.* Pater meus.

[e] *Marco Attilio Regulo*] Qui tunc Consul erat II.

[f] *Punici maris nomine*] Quod periculosum propter Syrtes.

Digitized by Google

nio[12] metum: in quem, nisi paruisset, securi districta[13] Imperator metu mortis navigandi[14] fecit[e] audaciam.[15] Mox ventis remisque[16] properatum est: tantusque [§. 18.] terror hostici adventus Pœnis fuit, ut apertis pæne portis Carthago caperetur. Prima belli[17] præmium fuit [§. 19.] civitas[18] Clypea:[19][g] prima enim a Punico littore quasi arx et specula procurrit. Et hæc, et trecenta[20] amplius castella vastata sunt. Nec cum hominibus,[1] sed cum mon- [§. 20.] stris quoque, dimicatum est: cum quasi in vindictam[2] Africæ nata miræ magnitudinis serpens[h] posita apud Bagradam[3][i] castra vexaret. Sed omnium victor[j] Regulus, [§. 21.] cum terrorem nominis[4] sui late circumtulisset; cumque magnam vim juventutis, ducesque ipsos[5] aut cecidisset,[6] aut haberet in vinculis, classemque ingenti præda onus-

[e] *In quem districta securi, nisi paruisset, Imperator dedit audaciam navigandi metu mortis.*

Fran.—12 Ita Ms. Reg. Q. Sed *Nautrio* Ms. Naz: Voss. Edd. nostri omnes. *Naurio* Mss. Pall. Reg. F, Toll. Fran. Duisb. Berol. *Nannio*, et *Naurio* Mss. Vin. *Natio* Mss. Jord. *Nautio* Ms. Ryck. Ed. Beg. *Maurio* Ed. pr.—13 *Destricta* Ms. Voss. 1. 2.—14 *Navigandi* aberat a Ms. Flor.—15 *Audatiam* Ed. Lips. 2.—16 *De ventis remisque* Ms. Pal. 1. 2. Ryck. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Num pro *et ventis?* Sed *dein deventis r.* Ms. Naz.: in quo supra scriptum erat *denique*. Jord. *deinde ventis r.*—17 *Belli prima* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—18 *Civitas* aberat a Ms. Flor.—19 *Clupeia* Ms. Ryck.—20 *CCC.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—1 *Hominibus modo* Jord. Ms. Reg. Q, Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—2 *ĩuindictā affrice* Ed. Lips. 1.—3 Ita Mss. Vin. Toll. Duisb. Regg. Ed. pr. Stad. Pont. Beg. Duk. 1. 2. Sed *Bargadam* Ms. Ryck. *Bragradam* Ms. Fran. *Bragadam* Mss. Voss. Pall. Naz. Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Blanc. Vetst. *bragada* Ed. Lips. 1. *Buggadam* Ed. Amstel.—4 *In omnes* Ms. Naz.—5 *Ducesque ipsos* aberant a Ms. Flor.—6 Sic conj. Camers. Sed *cepisset* Jord. Mss. Pall. Ryck. et Duk. omnes, præter Voss. 3. in quo vulgata erat, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Junt. Gryph. Blanc. Beg. Duk. 1. 2. *cœpisset* Ed. Ven.—7 *Onustam*

NOTÆ

[g] *Clypea*] Hodie *Zafaran.*

[h] *Miræ magnitudinis serpens*] Ejus exuviæ centum et viginti pedum longæ.

[i] *Bagradam*] Bagradas Africæ fluvius.

[j] *Sed omnium victor*] Pater meus legebat, *sed enim victor.*

[k] *Triumpho gravem*] Poëticum; quasi nullus esset in illa classe, qui triumphum non mereretur.

[l] *In Urbem præmisisset*] Alter Consul Manlius eam reduxit cum viginti septem millibus captivorum, et navalem triumphum egit.

Digitized by Google

tam,[7] et triumpho gravem,[k] in Urbem præmisisset;[l] etiam ipsam belli[m] caput[8] Carthaginem urgebat[9] obsidio,[10] ipsisque portis inhærebat. Hic paululum[11] circumacta [§. 22. fortuna est,[f] tantum[12] ut plura essent[13] Romanæ virtutis[14] insignia: cujus fere magnitudo calamitatibus approbatur. Nam conversis ad externa[15] auxilia hostibus; cum [§. 23. Xanthippum[16] [n] illis[17] ducem Lacedæmon misisset, a viro militiæ peritissimo vincimur. Tum fœda clade,[18] Romanisque usu incognita,[o] vivus[19] in manus hostium venit fortissimus Imperator.[p] Sed ille quidem par tantæ calamitati[20] fuit. Nam nec Punico carcere infractus[1] est,[g] [q] nec legatione suscepta.[r] Quippe diversa, quam hostes man- [§. 25.

[f] *Hic paululum fortuna fuit inconstans.*
[g] *Nam nec fractus fuit Punico carcere.*

aberat a Ms. Flor. Sed *honustâ* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med.—8 *et ipsam caput belli* Ed. Ven. *etiam jam ipsam caput belli* Ms. Ryck. *et ipsam b. c.* Ms. Voss. 3. *jam ipsam b. c.* Mss. Duk. ceteri. Jord. Ed. pr. Grut. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Beg. Duk. 1. 2. *et jam ipsam caput belli* Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *Caput belli* Mss. Regg. Flor. Fran. Malliab. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven.—9 *Urguebat* Ms. Naz. Pal. 2.—10 *Obsidione* Mss. Pall. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—11 *Paulum* Ms. Ryck. Toll. Voss. Duisb. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—12 *Est tm:* Ed. Lips. 1.—13 *Deessent* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. *adessent* Ed. Ven.—14 *Urbis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—15 *Extrema* Ed. Gryph.—16 *Xantippum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont.—17 *Illic* Ed. Ven.—18 Sic Mss. Regg. Sed *tum f. clades* Ms. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Lugd. Zeu. Beg. Duk. 1. 2.: et, ut videtur, Mss. Vin. Pall. *fœdaque clades, Romanisque usu incognita. Nam vivus* Jord. *vincimur cum fœda clade* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont.—19 *Incognita. Vivus* Ms. Ryck. Duisb. Ed. pr.—20 Sic Ms. Pal. 2. et Duk. nonnulli. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Stad. Lugd. Pont. Blanc. Amstel. Beg. Duk. 1. 2. Sed *calamitatis* Mss. Jord. Naz. Vin. Pal. 1. Ryck. Toll. Voss. 1. 2. 3. Duisb. Ed. pr. Grut. Freinshem. Vetst.—1 Sic et Mss. Vin. Sed *fractus* Ms. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald.

NOTÆ

[m] *Etiam [jam] ipsam belli caput*] Melius si legas, *sed ipsum belli caput;* et ita legebat Pater meus.

[n] *Xanthippum*] Qui, cum eum copiis suis Carthaginenses præfecerint, triginta millia Romanorum occidit.

[o] *Romanisque usu incognita*] Nullus enim antehac Romanorum dux in potestatem hostium venerat.

[p] *Fortissimus Imperator*] Regulus.

[q] *Infractus est*] Hic 'infractus' nil aliud significat quam fractus, ut apud Virgil. 'Torpent infractæ ad prælia vires.' Et alibi quod notandum.

[r] *Legatione suscepta*] Illum Romam miserant Carthaginenses, ut captivorum mutationem suaderet: labantem Senatum firmavit ne faceret, et rur-

Digitized by Google

daverant, censuit;[h] ne pax fieret, nec commutatione[2] captivorum reciperetur. Sed nec illo[3] voluntario ad [§. 25. hostes suos reditu, nec ultimo[4] sive carceris,[5] sive[6] crucis supplicio[s] deformata[7] majestas; immo his omnibus admirabilior,[8] quid aliud quam victus de victoribus, atque etiam,[9] quia Carthago non cesserat, de fortuna triumphavit? Populus autem Romanus multo acrior infestiorque [§. 26. pro ultione Reguli, quam pro victoria, fuit. Metello [§. 27. igitur Consule[t] spirantibus altius Pœnis, et reverso in Siciliam bello, apud Panormum[10] [u] sic hostes cecidit, ut ne amplius eam insulam cogitarent.[11] Argumentum [§. 28. ingentis victoriæ, centum circiter elephantorum[v] captivitas; sic quoque magna præda, si[12] gregem illum[w] non bello, sed

[h] *Quippe suasit alia quam quæ hostes mandaverant.*

Ven. Gryph. Stad. Pont. Zeu.—2 Sic Ms. Naz. Fran. Ed. Vin. Lugd. Sed *ne commutatio* Ms. Flor. Voss. 1. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Zeu. Amstel. Beg. *nec commutatio* Ed. Stad. Pont. Fab. Blanc. *ne commutatione* Mss. Duk. reliqui. Ed. pr. Freinsh. Duk. 1. 2. —3 *Ullo* Ed. Lips. 2.—4 *Nec in ultimo* Mss. Pall. Ryck. Malliab. Duisb. Fran. Berol. Ed. pr. Beg. *nec ultio* Ed. Med. Par. vitiose pro *ultĭo*.—5 *Carcere* Ms. Naz. Pall. Berol. Malliab. Duisb. Fran. Voss. 3. Ed. pr. Beg.—6 *Seu crucis* Ms. Fran. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—7 *Deformā* Ed. Lips. 1.—8 *Ad mirabilior* Ed. Lips. 1.—9 *Atque etiam* absunt ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—10 *Panhormum* Ms. Naz. Voss. 1. 2.—11 Sic conj. Lipsius. Sed *ut ne amplius e. i. concitarent* Ms. Flor. Naz. (in quo tamen super *con* scriptum erat *co*) Ed. Sab. Freinsh. *ut nec amplius e. i. concitarent* Mss. Pall. Ryck. Lipsii, Duk. plerique. Ed. pr. Vin. Grut. Lugd. Fab. Vetst. *ut nec amplius ea in insula concitaretur* Ms. Reg. Q. *ut ne amplius ea in ins. concitaretur* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. *ut nec ampl. e. i. cogitarent* Ed. Zeu.—12 *Ac si gregem* Ms. Naz. Pal. 1. (a manu secunda) 2. Ryck. Ed. pr. Ven. Vulgata erat in Ms. Malliab. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Med. Par. Jordanes legit sic : *sic quoque magnas prædas agit, ut si gregem.*

NOTÆ

sus ad Carthaginenses 'Egregius properavit exul.' Vide mirabilem Horatii Od. III. 5.

[s] *Supplicio*] Horat. 'Atqui sciebat quæ sibi barbarus Tortor pararet.' Et Cicer. alicubi, 'Neque tamen ignorabat se ad crudelissimum hostem, et ad exquisita supplicia proficisci; sed jusjurandum conservandum putabat.'

[t] *Metello igitur Consule*] Anno decimo quinto hujus belli Punici; et hic L. Cæcilius Metellus non vere Consul erat tunc, sed Proconsul.

[u] *Panormum*] In Sicilia. Vide supra.

[v] *Centum circiter elephantorum*] Ex historiæ fide centum et viginti capti sunt.

[w] *Sic quoque magna præda, si gre-*

venatione cepisset.[13] Appio[14] Claudio Consule,[x] [§. 29. non ab hostibus, sed a[15] Diis ipsis superatus est, quorum auspicia contemserat;[y] ibi statim classe demersa, ubi ille præcipitari pullos jusserat, quod pugnare ab his[16] vetaretur. Marco[17] Fabio Buteone[z] Consule, classem hostium [§. 30. in Africo[18] mari apud Ægimurum,[19 a] jam in Italiam ultro navigantem, cecidit. Quantus o tunc[20] triumphus [§. 31. tempestate intercidit, cum opulenta præda classis, adversis[1] acta ventis, naufragio suo Africam[2] et Syrtes, omnium imperia[3] gentium,[b] insularum littora, implevit! Magna [§. 32. clades, sed non sine aliqua principis populi dignitate; interceptam tempestate victoriam,[4] et triumphum periisse[5]

—13 *Capisset* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—14 Sic Jord. Mss. Vin. Grut. et Duk. fere omnes, in his Berol. Sed *Publio* Ms. Voss. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetat. *Claudius Pulcher Consul* Ed. Ald.—15 *Ab Diis i.* Ms. Voss. 1. *ab ipsis Diis* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—16 *Ab iis* Ed. Beg.—17 *M.* Ed. Lips. 1. Par.—18 *Affrico* Ed. Lips. 1. 2. 3. ubique.—19 *Egynurum* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Egimurum* Ed. Med. Par. Ven. Gryph.—20 Sic et Ed. Ven. Sed *quantus o tum* Ed. Stad. Pont. *quantus tum* Ms. Reg. F. *quantus ho tunc* Ms. Voss. 1. *Quamvis Octavio* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Gryph. *quamvis Octavo* Ed. Par. 1.—1 *Aversis* Ed. Freinsh.—2 *Affricam* Ed. Lips. 1. 2. 3. fere ubique.—3 *Imperiorum* Ed. Beg.—4 *Intercepta tempestate victoria* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Beg.—5 *Perisse* Ms. Flor. Berol. Ryck. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 3. In Ed. Beg. est *et triumphus periit naufragio.*—

NOTÆ

gem illum] Multa hic congessit eruditissimus Salmasius, qui legit, *Sic quoque magna præda ac si gregem illum.* Sed ille locum non intellexit, qui tamen per se planissimus est. Isti centum elephanti magna etiam præda erant, inquit Noster, si illos populus Romanus non bello, sed venatione, cepisset. At cum bello cepit, non magna præda sunt, cum damna ibi accepta vix ulla captura, nedum centum elephantorum captivitate, queant reparari.

[x] *Appio Claudio Consule*] Sequenti anno post Metelli victoriam.

[y] *Quorum auspicia contemserat*] Hoc declarat Cicer. de Nat. Deorum lib. II. 'Nihil nos P. Claudii, bello Punico primo, temeritas movebit; qui etiam per jocum Deos irridens, cum cavea liberati pulli non pascerentur, mergi eos in aquam jussit, ut biberent quoniam esse nollent. Qui risus, classe devicta, multas ipsi lacrymas, magnam Pop. Rom. cladem attulit.'

[z] *Marco Fabio Buteone*] Anno istius belli vigesimo primo. Unde patet multa Florum præterire.

[a] *Apud Ægimurum*] Insulam inter Siciliam et Africam.

[b] *Omnium imperia gentium*] Quid hoc sit, nemo homo unquam intelliget: lege, ut restituit Pater meus, *omnium maria gentium;* hoc probant sequentia, 'Insularum littora.'

Digitized by Google

naufragio. Et tamen, cum Punicæ prædæ omnibus[6] promontoriis[7] insulisque frustarentur[8] [c] et[i] fluitarent,[9] populus Romanus et sic[10] triumphavit.[d] Lutatio[11] Catulo [§. 33. Consule[e] tandem bello finis impositus apud insulas, quibus nomen Ægates.[12] [f] Nec major alias[13] in mari pugna; [§. 34. quippe commeatibus, exercitu, propugnaculis, armis gravis hostium classis, et in ea quasi[14] tota Carthago: quod ipsum exitio fuit. Romana classis promta, levis, expedita, [§. 35. et quodam genere[k] castrensis;[g] ad similitudinem pugnæ equestris, sic remis, quasi habenis agebatur; et in hos, vel in illos[15] mobilia rostra speciem viventium[h] præferebant. Itaque momento temporis laceratæ hostium rates, to- [§. 36. tum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio suo operuerunt. Tanta denique fuit illa victoria, ut de exscin- [§. 37. dendis[16] hostium mœnibus non quæreretur. Supervacuum

[i] *Et tamen cum Punicæ prædæ repellerentur ab omnibus promontoriis insulisque, et fluitarent.*
[k] *Et quodam modo.*

6 *Amnibus* Ed. Gryph.—7 Sic et Ed. Ven. At abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Gryph. Sed *promunctoriis* Ms. Fran. *promuntoriis* Ms. Duisb. Ed. pr.—8 *Frustrerentur* Ms. Naz. *frustrarentur* Ms. Pal. 1. 2. Ed. pr. Ab Jord. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Junt. Ald. Par. Ven. Gryph. Lugd. Zeu. absunt verba *frustarentur et*. Ed. Stad. Pont. *insulisque allisæ fluitarent.*—9 *Fluitarent* Mss. Regg. Ed. Par. *flucitarent* Ed. Lips. 1. *et fluit.* aberant a Ms. Voss. 2.—10 Ita Ms. Gud. Berol. Duisb. Regg. Voss. 1. 2. Ed. pr. Sed *at sic* Jord. Ms. Naz. Absunt ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst.—11 Sic Mss. Toll. Duisb. Regg. Voss. Jord. Ed. pr. Sed *Lucacio* Ms. Fran. *Luctatio* Ms. Ryck. Ed. Lips. 2. 3. Ven. Gryph. *luctatō* Ed. Lips. 1. Abest ab Ed. Med. Par.—12 *Egates* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—13 *Alia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—14 *In eis q̄i* Ed. Lips. 1. *in eis quasi* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—15 *Vel illos* Ed. Duk. 1. 2. *vel in illos ictus* Ed. Gryph. Stad. Pont.—16 Sic Mss.

NOTÆ

[c] *Insulisque frustarentur* [*frustrarentur*] Salmasius legit *frustarentur* pessime: elegantissime navis frustrari portu dicitur, cum illi subire non potest.

[d] *Triumphavit*] Eo triumphavit, quod præda Punica omnibus promontoriis insulisque frustrata fluitaret.

[e] *Lutatio Catulo Consule*] Anno hujus belli vigesimo quarto.

[f] *Ægates*] Inter Africam et Siciliam, tres numero, aræ ut volunt a Virgilio dictæ, quod ibi fœdus cum Carthaginensibus ictum sit.

[g] *Et quodam genere castrensis*] Expedita ut castrensis exercitus.

[h] *Speciem viventium*] An equorum? cum supra dixerit 'quasi habenis agebatur.' An rostrorum? Certe equorum.

Digitized by Google

visum est in arcem murosque[17] sævire, cum jam in mari esset deleta Carthago.[i]

CAP. III.

BELLUM LIGUSTICUM.[1]

PERACTO Punico bello, secuta est brevis sane,[a] et [§. 1. quasi ad recipiendum[2] spiritum,[3] requies, argumentumque[4] pacis, et bona fide[5] cessantium armorum, tunc primum post Numam clausa porta Jani fuit:[a 6 b] sed statim ac sine mora patuit. Quippe jam Ligures,[c] jam Insubres Galli,[d] [§. 2. nec non[7] et Illyrii[8 e] lacessebant; sic desub[f] Alpibus, id est, desub ipsis Italiæ faucibus,[b 9] gentes[10] Deo quodam assidue

[a] *Porta Jani tunc primum post Numam clausa fuit, quod est indicium pacis, et armorum bona fide cessantium.*
[b] *Sic desuper Alpibus; id est, desuper ipsis faucibus Italiæ.*

Regg. Sed *excidendis* Ms. Ryck. Naz. Toll. Berol. Duisb. Voss. Fran. Jord. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Ven. Vin. Gryph. Stad. Lugd. Beg. Duk. 1. 2. *excindendis* Ed. Grut. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—17 *In muros arcemque* Ms. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr.

1 *Bellum Ligurium* Ms. Naz. *Bellum Liguricum* Ms. Gud. Reg. F, Ed. Lips. 1. 2. 3. *b. Ligoricum* Ms. Voss. 1. *de bello Ligurico* Mss. Pall. *bellum Ligusticum* Ed. Stad. Pont.—2 *Recuperandum* Ms. Reg. F.—3 *spm* Ed. Lips. 1.—4 *Argmque* Ed. Par.—5 *Fide bona* Ms. Berol. Ed. Beg.—6 Sic Ms. Naz. Ed. Fab. Duk. 2. Sed *Jani porta fuit* Ms. Ryck. Duisb. Fran. Ed. pr. *fuit porta Jani* Mss. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Beg. Duk. 1.—7 *Necnon* Ed. Lips. 1.—8 *Non Illyrii* Mss. Vin Voss. 3. In Ed. Lips. 1. 2. 3. scriptum est ubique *Illirii:* et in Med. Par. 2. Ven. *illirici*. Etiam in Par. 1. Gryph. Stad. Pont. est *illyrici*.—9 *Desub Alpibus Italiæ faucibus* Ms. Fran. In Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. est *de subalpibus ...de subipsis*. Ed. Ven. *de subalpibus i. desub ipsis*. Ab Ed. pr. abest τὸ *ipsis*.—

NOTÆ

[i] *Cum jam in mari esset deleta Carthago*] Quia in navibus quas ceciderat Catulus, quasi tota Carthago, ut supra dixit Noster, continebatur.

CAP. III. *Bellum Ligusticum*] Ann. Mundi 3713. ante Ch. Nat. 235. ab Ur. Cond. 516. Coss. L. Cornelio Lentulo Caudino et Q. Fulvio Flacco.

[a] *Brevis sane*] Vix quadriennii requies data fuit.

[b] *Clausa porta Jani fuit*] Vide cap. 2. lib. I.

[c] *Ligures*] Populi, qui Alpes maritimas incolunt.

[d] *Insubres Galli*] Galliæ Cisalpinæ populi, quorum caput Mediolanum.

[e] *Illyrii*] Populi juxta mare Adriaticum ad Occidentem.

[f] *Desub*] Nota præpositionem junctam præpositioni. Sic 'de procul'

Digitized by Google

incitante,[11] ne rubiginem scilicet ac situm arma[12] sentirent. Denique utrique[g] quotidiani,[13] et quasi domestici [§. 3. hostes tirocinia[14] militum imbuebant,[h] nec aliter utraque gente, quam quasi[15] cote quadam, populus Romanus[16] ferrum suæ acuebat virtutis.[17] Ligures[18] imis[19] Alpium [§. 4. jugis adhærentes[c] inter Varum[20] et Macram[1] flumen, implicitosque[2] dumis sylvestribus, major aliquanto[3] labor erat invenire, quam vincere. Tuti[4] locis et fuga,[5] [i] durum atque velox genus, ex occasione magis latrocinia,[6] quam bella faciebat.[7] Itaque cum diu multumque eluderent [§. 5.

[c] *Ligures adhærentes profundis Alpium jugis.*

10 *Gens* Ed. pr.—11 *Incitatæ* Ms. Pal. 2.—12 *Ac situm scilicet arma* Ed. Lugd. Freinsh. Zeu. Blanc. Amstel. Beg. Duk. 1. 2. *Ac sitũ s. arma* Ed. Lips. 1. 2. 3. *ac situm arma*, omisso τῷ *scilicet*, Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—13 *Denique utrique cotidiani* Mss. Pall. et Duk. fere omnes, Ed. pr. Junt. Ven. Sed *denique quotidiani* Ms. Reg. F. *denique itaque quotidiani* Ed. Lips. 1. 3. Ber. Med. Par. *denique ita quotidiani* Ed. Sab. Ald. Gryph. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Amstel.—14 *Tyrocia* Ed. Lips. 1. pro *tyrocĩa*. Sed *tyrocinia* Ed. Lips. 2. 3. Med. Ven. *tyrocia* Ed. Par. 2. Gryph. *tirocina* Ed. Par. 1.—15 Sic Ms. Voss. 3. Ed. Vin. Stad. Grut. Lugd. Sed *quam si* Mss. Pall. Ryck. Toll. Duisb. Regg. Fran. Ed. pr. Blanc. Beg. *quasi*, omisso τῷ *quam*, Ms. Naz. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. *quam*, omisso τῷ *quasi*, Ms. Voss. 1. *jam si* Ms. Voss. 2. et correctum *sicut*.—16 *P. R.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. fere ubique.—17 *Suæ virtutis acuebat* Ms. Naz. Ryck. Flor. Malliab. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—18 *Lygures* Ms. Berol.—19 *In viis* Ms. Ryck. *inviis* Ed. Lips. 2. Blanc.—20 *varrum* Ed. Lips. 1. 3. *arum* Ed. Med. Par.—1 *Macrum* Mss. Vin. quidam, Ed. Gryph.—2 *Implicitos* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—3 *Aliquando* Ed. Beg.—4 Ita Mss. Pall. Regg. Berol. Toll. Duisb. Ed. pr. Sed *totum locis* Ms. Ryck. *tutus locis* Ms. Fran. *tuti siquidem locis* Jord. *tutum locis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Vetst.—5 *Fugaque* Ms. Fran.—6 *Latrocinia magis* Ms. Naz. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr.—7 *Faciebant* Ms. Berol. (in quo tamen scriptum erat *faciebãt*) Flor. Jord. Ed. Beg. Duk. 1. 2.—

NOTÆ

apud Plautum alicubi ; ita apud Plautum reperias 'esub' et 'desub.' Ceterum, quod vir magnus affirmat, cave id verum putes ; nam sub, et desub, non sunt idem ; desub enim est desuper. *Pater.*

[g] *Utrique*] Nota ut insolitum *utrique* de tribus dici, nisi Ligures et Insubres intelligat ; Illyricos vero prætermittat, utpote remotiores.

[h] *Tirocinia militum imbuebant*] Nemo unquam ante Florum hoc dixit, Imbuebant tirocinia militum : nihil aliud est quam imbibebant tir. mil. Gallice, *Essuyoient l'apprentissage de nos Soldats. C'étoit sur eux que nos Soldats faisoient leur apprentissage.*

[i] *Et fuga*] Hic fuga nil aliud est quam pedum velocitas, quod notandum.

Digitized by Google

Salyi,[j] Deceates,[k] Oxybii,[l] Euburiates,[m] Ingauni,[8] tandem Fulvius[n] latebras eorum ignibus[9] sepsit: Bæbius[10 o] in plana deduxit: Posthumius[11 p] ita exarmavit, ut vix reliquerit[12] ferrum, quo terra coleretur.

8 *Eluderent Saluvii, Decilates, Oxunii, Buriates, Ingauni* Mss. Jord. *eluderet saltus detrate. buriates sexule. incognitas* Ms. Duisb. Ed. pr. *eluderet saltus, deciate sexubile buriatas incognitas* Ms. Pal. 1. *eluderet saltus, Exubiles, Buriates, Sexulæ incognitas* Ms. Ryck. *eluderet saltus, Deceates, Oxybii, Euburiates, Ingauni, incognitas* Mss. Regg. *eluderet saltus, Deceate, Buriales, Sexule incognitas* Ms. Berol. *eluderent Salyi, Deceates, Oxybii, Buriates, Sexule incognitas* Ms. Malliab. Flor. *eluderet saltus debureate foccubilees incognitæ* Ms. Fran. *eluderetur saltu Ocxubules Buriates Sexule incognitas* Ms. Voss. 3. *eluderent Salyi, Deceates, Sexobuli Buriates, i.* Ms. Voss. 1. *eluderet saltus deciates oxubile buriatas incognitas* Ms. Naz. quocum fere consentit Ms. Pal. 2. In Ms. Voss. 2. erat *Deciates:* cetera ut in Edd. *eluderet saltus deceates* (*deciates* Lips. 2. 3. Med. Par. Ven.) *moxubii incognitas tandem* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *eluderent Salii,* (sic et Zeu.) *Deceates, Oxybii, Euburiates, incognitas* Ed. Gryph. *eluderent saltu, viis, latebris, Deceates, Oxybii, Euburiates, Ingauni* Ed. Stad. Pont. e Jord. *eluderet Salyus, Deciates,* (Beg. *Deceates*) *Oxybius, Euburiates, Ingaunus* Ed. Blanc. Beg.—9 *Igni* Jord.—10 *Bebius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Nam his in libris pro diphthongis *æ* et *œ* fere ubique est littera *e:* id quod supra jam monuimus.—11 *Postumius* Ms. Ryck. Duisb. Fran. Ed. pr. Blanc. Duk. 1. 2.—12 *Relinqueret* Mss. Pall. Ryck. Toll. Duisb. Berol. Fran. Ed. pr.

NOTÆ

j *Salyi*] Qui et Salyes in tabulis nominantur, Galliæ Narbonensis populi circa Aquas Sextias ad Occidentem Ligurum.

k *Deceates*] In Gallia Narbonensi populi ad Vari ostia, ubi Ligures, qui Deceates Ligures etiam dicebantur, ut et Oxybii qui Deceatibus Orientales erant ad oram Gallici maris.

l *Oxybii*] Vide *Deceates*, nota superiori.

m *Euburiates*] In Liguria, ut et Ingauni, qui et Albingauni dicti sunt.

n *Tandem Fulvius*] Quint. Fulvius Flaccus, vel Marcus Fulvius Nobilior, nam utrique de Liguribus triumpharunt. Sed de M. Fulvio Nobiliori malim intelligi, qui finem bello imposuit, quod duravit annis LXXX. Alii de Quinto Fulvio malunt intelligi, qui anno DLXXIV. de Liguribus triumphavit; et favere videtur Livius XLIV.

o *Bæbius*] Fuere duo Bæbii Tamphili sive Pamphili, fratres, Cn. scilicet, et M. De Marco hic Noster loquitur; nam de Liguribus triumphavit, collega Cornelio Cethego anno ab Ur. Cond. 573. Eosque in agrum Taurasinorum, quem de Samnitibus Romani ceperant, traduxit; unde illi postea Ligures Bæbiani et Corneliani dicti sunt, et in hoc Samnitium tractu a Plinio recensentur.

p *Posthumius*] A. Posthumius Albinus, qui Consul fuit cum C. Calpurnio Pisone, Liv. XL. 41. 3.

Digitized by Google

CAP. IV.

BELLUM GALLICUM.

Gallis Insubribus,[a] et[1] his accolis Alpium, animi [§. 1. ferarum, corpora plus quam humana erant: sed experimento deprehensum[2] est, quippe[3 b] sicut[a] primus impetus eis major quam virorum est, ita sequens minor quam fœminarum: Alpina corpora[4] humenti[5] cœlo[b] educata, [§. 2. habent[6] quiddam simile[7] nivibus[8] suis: quæ mox ut caluere pugna,[9 c] statim[10] in sudorem[11] eunt;[12] et levi motu, quasi sole, laxantur.[c] Hi sæpe[13] et alias, sed Britomaro[14] [§. 3. duce,[d] ' non prius soluturos se baltea, quam Capitolium

[a] *Sed istud experimento deprehensum est, nempe quod ut, &c.*
[b] *Humido cælo.*
[c] *Quæ corpora mox ut caluere pugna, statim eunt in sudorem, et levi motu, quasi sole, dissolvuntur.*



1 *Ex his* Ed. Ven.—2 *Depræensum* Ed. Ven.—3 *Quod* Auctor hist. misc. 3. 3. Urspergensis in Chron. Bergomensi ad A. M. 4967. et Nauclerus Generat. LVIIII. Ed. Stad. Pont. Zeu. Abest ab Ed. Blanc. verbis *exper. depr. est* inclusis uncis. Ed. Beg. *sed, quod experimento deprehensum, sicut pr. imp. &c.*—4 *Alpina enim corpora* Auctor hist. misc. *causa autem hæc est, quod Alpina corpora* Ursperg. *Alpina quippe corpora* Ed. Beg.—5 *Humecto* Auct. hist. misc.—6 *hnt* Ed. Lips. 1.—7 *Simile* aberat a Ms. Voss. 1.—8 Ita Ms. Jord. Naz. Pal. 1. Gud. Regg. Voss. 3. Auct. hist. misc. Ursperg. Bergom. Sed *cum nivibus* Mss. Vin. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Voss. 2. Ed. pr. Ven. Stad. Grut. Lugd. Pont. Vetst.—9 *Cum mox caluere pugna* Jord. *cum calore primæ pugnæ* Ursp. *cum mox calore pugnæ* Bergom. *cum mox calore exarserint pugnæ* Hist. misc. *mox ut cal. p.*, omisso τῷ *quæ*, Ed. Beg.—10 *Statim* abest ab Ed. Lips. 2.—11 *Insudorem* Ed. Lips. 1. *in sudore* Ms. Berol.—12 *Exeunt* Mss. Vin. quidam.—13 *Hoc sæpe* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Hic sæpe* Ed. Par.—14 *Et Britomaro* Jord. *sed Britomatro* Ms. Ryck. *sed Birtomarco* Ms. Duisb. et in marg. *Britamaro:*

NOTÆ

Cap. iv. *Bellum Gallicum*] Ann. Mundi 3725. ante Ch. Nat. 228. ab Ur. Cond. 528. Coss. L. Æmilio Papo, C. Attilio Regulo.

[a] *Gallis Insubribus*] Vide cap. sup.

[b] *Quippe*] Mirum quantopere vox ista viros doctos turbaverit, ut etiam novas lectiones introducerent: sed ne longum faciam, sic lege et intellige: *Sed experimento deprehensum est, quippe*, id est, scilicet, ut apud Virgil. ' Quippe ferant rapidi secum.'

[c] *Quæ mox ut caluere pugna*] An nives, an corpora? lego, *nam mox, &c.* probat enim τὸ *simile* a se positum. Docti, quid velim, facile senserint. *Pater.*

[d] *Britomaro duce*] De Boiis intelligendum est.

ascendissent,' juraverant. Factum est. Victos enim Æmilius in Capitolio discinxit. Mox, Ariovisto[15] duce, [§. 4. vovere 'de nostrorum militum præda Marti suo[e] torquem.' Intercepit Jupiter[16] votum.[17] Nam de torquibus eorum aureum tropæum[18] Jovi Flaminius[19f] erexit. Viridomaro[20] rege 'Romana arma Vulcano' promiserant: [§. 5. aliorsum[21] vota ceciderunt.[g] Occiso enim rege, Marcellus[22h] tertia[23] post Romulum[i] patrem Feretrio Jovi arma[24] suspendit.

CAP. V.

BELLUM ILLYRICUM.

ILLYRII,[1] seu[2] Liburni,[a] sub extremis Alpium radi- [§. 1.

quod erat in Mss. Vin. nonnullis. *sed Brutomaro* Ms. Reg. Q.—15 *Ariouito* Ms. Naz. Voss. 1. 2. Reg. F. *Arioiusto* Ms. Pal. 2. Duisb. Ed. pr. *Arnouito* Ms. Pal. 1. *Areouisto* Ms. Reg. Q. *Arionico* Ms. Fran. *Ariouico* Mss. Vin. *Ariobisto* Jord. *Aristonico* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *Astrionico* Ed. Gryph. Stad. Grut. Pont. Zeu. Vetst.—16 *Juppiter* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. Lugd.—17 *Votum aureum* Ed. Lugd.—18 *Trophæum* Ed. Lips. 1. 2. 3. *trophæum* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Grut. Pont. Freinsh. Zeu. Blanc. Vetst.—19 *Flāminius* Ed. Med. Par. *Flamineus* Ed. Lips. 3. *Flamminius* Ed. Ven.—20 *Britomatro* Ms. Ryck. *Virodomaro* Ms. Reg. Q, Voss. 1. Fran. *Virdumaro* Ed. Stad. Pont. *Virdomaro* Mss. Vin.—21 Sic et Ed. Ven. Sed *alioqn* Ed. Lips. 1. *alioquin* Ed. Lips. 3. Med. Par.—22 *Marcello* Ed. Beg.—23 *Tertius* Ms. Reg. Q. *tercia* Ed. Lips. 1. ubique.—24 *Arma Jovi* Ed. Vetst. Amstel. *Jovi opima* Ed. Stad. Pont. e Jord.

1 *Illyrici* Ms. Ryck. Regg. Toll. Fran. Duisb. Jord. Ed. pr. Stad. 2.—2 *Se*

NOTÆ

[e] *Marti suo*] Marti quem colunt Galli, ut docet Cæsar de bello Gallico VI. 17.

[f] *Flaminius*] C. Flaminius Nepos, qui cum P. Furio Calvo Consul fuit.

[g] *Aliorsum vota ceciderunt*] Aliorsum, alioversum. In alienas manus vota illa devenere; nam pro Romanis armis, quæ Vulcano Galli promiserant, Romani Gallica Jovi suspendere.

[h] *Marcellus*] M. Claudius Marcellus, qui finem bello imposuit, quod duravit annis quatuor.

[i] *Tertia post Romulum*] Virgil. de Marcello, 'Tertiaque arma Patri suspendet capta Quirino.'

CAP. V. *Bellum Illyricum*] Hoc bellum quatuor annis ante Gallicum, de quo cap. superiori actum est. Ann. Mundi 3721. ante Ch. Nat. 227. ab Ur. Cond. 524. Coss. L. Posthumio Albino II. et Q. Fulvio Centumalo.

[a] *Illyrii seu Liburni*] Nam Liburnia Illyridis regio est.

Digitized by Google

cibus[3] agunt inter Arsiam,[4] Titiumque[5 b] flumen, longissime per totum Adriani[6 c] maris littus effusi. Hi, regnante [§. 2. Teutana[7] muliere, populationibus non contenti, licentiæ scelus addiderunt. Legatos quippe nostros,[d] ob ea [§. 3. quæ deliquerant,[8 e] jure agentes, nec gladio[9] quidem, sed ut victimas, securi percutiunt:[a 10 f] præfectos navium, igni[11] comburunt: idque quod[12] indignius foret, mulier imperabat. Itaque, Cnæo[13] Fulvio[14] Centimalo[15 g] duce, late do- [§. 4. mantur. Strictæ in principum[16] colla secures, legato- [§. 5. rum manibus litavere.[b h]

[a] *Nam legatos nostros jure agentes, ob ea quæ illi deliquerant, percutiunt, non quidem gladio, sed securi, quasi victimas.*
[b] *Justa persolvere manibus legatorum.*

Ed. Par.—3 *Jugis* Ms. Flor.—4 *Arsium* Ed. Lips. 2.—5 *Ticinumque* Mss. Vin. Pal. 2. Fran. Voss. 3. *Ticiniumque* Ms. Flor. *titinumque* Ed. Lips. 1. 3. *tytiüque* Ed. Par. 1. *tyriumque* Ed. Par. 2. *titunüque* Ed. Lips. 2. *Tytiumque* Ed. Gryph.—6 Sic Mss. Vin. et Duk. plerique: Ed. pr. Ber. Sab. Par. Stad. marg. etiam Beg. Sed *Adriatici* Ms. Reg. Q, Flor. Ed. Ven. Gryph. Stad. Pont. Sed in Ms. Flor. emendatum erat *Adriani*. Ed. Lips. 1. 2. 3. *Adriaci*.—7 Sic Mss. Pall. Bongars. et Duk. plerique, in his Berol. Jord. Ed. pr. Sed *Tantana* Ms. Reg. Q. *Teucana*. Mss. Vin. Fran. *Theutona* Ms. Voss. 3. *teusa* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *Teuta* Ed. Ven. Stad. Grut. Lugd. Pons. Zeu. Fab. Vetst. *Teuca* Ed. Gryph.—8 *Delinquerant* Ed. Lips. 3.—9 Ita Ms. Pal. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Grut. Lugd. Stad. Pont. Freinsh. Zeu. Vetst. Amstel. Sed *ne gladio quidem* Ms. Ryck. Reg. F, Flor. Fran. Malliab. Naz. Pal. 1. Jord. Ed. Fab. Blanc. Beg. Duk. 1. 2.—10 *percuciunt* Ed. Lips. 1. 3.—11 *Igne* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Beg.—12 Sic Ms. Ryck. Fran. Voss. Sed *quo ind.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Blanc. Amstel. Beg. Duk. 1. 2.—13 *Cnæo* aberat a Mss. Regg. Sed *C.* Ms. Fran. *Cneo* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven.—14 *Fulvio* aberat a Ms. Berol. Malliab. Duisb. Ed. pr. Beg.—15 *Centimano* Ms. Fran. *Centumalo* Ed. Stad. Pont.—16 *Principium* Ms. Ryck. Ed. Gryph. *principem* Ed. Ven.

NOTÆ

[b] *Arsiam, Titiumque*] Arsia fluvius ad Occidentem, Italiæ terminus; Titius, ad Orientem. Alii Illyricos fines latius extendunt.

[c] *Adriani*] Ita Horatius: ita et Cicero. Aliud est, proprie loquentibus, Adriaticum, et, Adrianum. *Pater.*

[d] *Legatos quippe nostros*] Hi fuere C. et L. Coruncani.

[e] *Ob ea quæ deliquerant*] Italicos mercatores spoliaverant.

[f] *Securi percutiunt*] Alter tantum occisus est.

[g] *Cnæo Fulvio Centimalo*] Vide in Tit. alii Quintum vocant, Eutrop. Cnæum cum Floro.

[h] *Legatorum manibus litavere*] Litare, hoc est, sacrificare. Sic lib. III. 18. 'Strabo Pompeius non prius finem cædium fecit, quam Asculi eversione manibus tot exercituum Consularium direptarumque urbium Diis litaretur.'

Digitized by Google

CAP. VI.

BELLUM PUNICUM SECUNDUM.

POST primum Punicum bellum, vix quadriennii[1] [§. 1. requies,[a] ecce alterum bellum :[2] minus quidem spatio[3] (nec enim amplius quam decem et octo[4] annos[b] habet[5]) sed adeo cladium[6] atrocitate terribilius, ut, si quis[7] conferat damna utriusque populi, similior victo sit populus,[8] qui vicit.[c] Urebat[*][9][d] nobilem populum[e] ablatum mare,[f] captæ [§. 2. insulæ,[10][g] dare tributa, quæ jubere[11] consueverat.[12][h] Hinc

[*] *Stimulabat.*

1 *Quadrieni* Ed. Med. Par. *quadriennis* Ed. Gryph. Stad. Pont.—2 *Bellum* abest ab Ed. Beg —3 *Spacio* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Mox ab eisdem libris absunt unci.—4 *X. et VIII.* Ms. Ryck. *XVIII.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Med. Par. Junt. Ven. Gryph. *octo et decem* Ed, Stad. Pont.—5 *Habet* aberat a Ms. Ryck.—6 *Gladii* Mss. Regg. Fran. Voss. 1.—7 *Siquis* Ed. Lips. 1.—8 *Sit victor populus* Ms. Pal. 2. Berol. Duisb. Ed. pr.—9 Sic Ms. Naz. a manu emendatrice, Vin. Regg. Pigh. Jord. Freculph. Sed *urgebat* Frisingens. II. 36. *pudebat* Ms. Ryck. Toll. Duisb. Pall. Fran. Voss. Ed. pr. Ber. Sab. Junt. Ald. Stad. Grut. Pont. Zeu. Vetst. Beg. *aut pudebat* Ed. Med. Par. *at pudebat* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. Gryph. *at urebat* Ed. Vin. Lugd.—10 *Ablato mari, raptis insulis* Ed. Stad. Pont. Beg. .... *captæ insulæ.* Sic Mss. Pall. Voss. Ed. Grut. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Amstel. Sed *raptæ insulæ* Ms. Ryck. Scias. Gud. 2. Toll. Regg. Duisb. Fran. Berol. Ed. pr. Lips. 1. (in quo tamen scriptum est *rapte)* 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Vin. Lugd. Duk. 1. 2. Jord. Freculph. *raptas insulas* Ms. Pigh.—11 *Habere*

NOTÆ

CAP. VI. *Bellum Punicum secundum*] Ann. Mundi 3781. ante Ch. Nat. 217. ab Ur. Cond. 534. Coss. M. Livio Salinatore et L. Æmilio Paulo.

[a] *Vix quadriennii requies*] Cave existimes primum bellum Punicum inter et secundum, quatuor tantum annos intercessisse: nam hoc falsissimum, cum unius et viginti spatium intersit. Sed hoc sic accipiendum, quasi dicat Florus, post primum bellum Punicum usque bellis impediti fuere Romani fere usque ad secundum bellum; ita ut vix quadriennii requiem ceperint. Quod verum est.

[b] *Decem et octo annos*] Alii unum demunt, addunt alii, sed ex tabulis decem et octo, nec plus vel minus durasse satis constat.

[c] *Similior victo sit populus, qui vicit*] Silius lib. I. 'propiusque fuere periclo Queis superare datum.'

[d] *Urebat*] Male in al. *pudebat*. Sic Terent. 'uro hominem.'

[e] *Nobilem populum*] Pœnos.

[f] *Ablatum mare*] Quod primo bello Punico Romani in ditionem suam redegerant.

[g] *Captæ insulæ*] Sardinia, Corsica.

[h] *Quæ jubere consueverat*] Jubere tributa, est tributa indicere, imperare : Gallice, *exiger des tributs.*

Digitized by Google

ultionem[13 i] puer Annibal[14] ad aram patri[15 j] juraverat: nec morabatur.[16 k] Igitur in causam[17] belli Saguntus[18 l] [§. 3. delecta[19 m] est, vetus[20] Hispaniæ civitas, et opulenta,[21] fideique erga[22] Romanos magnum quidem, sed triste monumentum;[23] quam in libertatem[24] communi fœdere[n] [§. 4. exceptam Annibal, causas[25] novorum motuum quærens, et suis et ipsorum[26 o] manibus[27] evertit, ut Italiam sibi rupto fœdere aperiret. Summa fœderum Romanis religio [§. 5. est:[28] itaque ad auditum sociæ civitatis obsidium, memores icti cum Pœnis quoque fœderis, non statim ad arma

Ed. Lips. 2. Ven.—12 *Consuerat* Ms. Pal. 1. *Consueverant* Ms. Flor.—13 Sic Ms. Pal. 1. Flor. Malliab. Regg. Fran. Voss. 1. 2. Ed. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2. Jord. Freculph. Sed *hinc in ultionem* Ms. Naz. Pal. 2. Ryck. Berol. Duisb. Voss. 3. Pigh. Ed. pr. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. *Hic in ultionem* Ed. Lips. 1. *in ultionem* Ed. Blanc. Amstel. *quin ultionem* Ed. Beg. quæ est conjectura Nic. Heinsii.—14 *Hānibal* Ed. Lips. 1. *Hannibal* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. ubique.—15 *Patris* Mss. Jord.—16 Sic Ms. Naz. Regg. Flor. Malliab. Fran. Voss. 1. 2. Pigh. Jord. Sed *remorabatur* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Zeu.—17 Sic Ms. Flor. Reg. Q, Pigh. Jord. Freculph. Sed *in caussa* Ms. Naz. Ryck. (in quo scriptum erat *cā*) Voss. 3. Pall. Ed. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Freinsh. Vetst. *in cā* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—18 *Saguntos* Ms. Naz. *Saguntum* Ms. Pal. 2.—19 Ita Ms. Naz. Ryck. Malliab. Voss. 1. 2. Sed *electa* Freculph. *deleta* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. Stad. Grut. Lugd. Vetst. Beg. *delata* Ed. Par. Ven.—20 *Velut* Jord. *vs* Ms. Naz. A Ms. Pighii aberat. Abest etiam ab Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph. Sed in Lips. 2. Ven. est *Hispaniæ vetus*.—21 *Opulenta*, omissa copula, Ms. Pigh. Ed. Gryph.—22 *Ergo* Ed. Lips. 2.—23 *Monimentum* Ms. Duisb. Ed. pr.—24 *In libertate* Ms. Naz. Ryck. Voss. Reg. F, Flor. Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. *in libertate positam* Ms. Pigh.—25 *Cās* Ed. Lips. 1.—26 *Suorum* Jord.—27 *Machinis* Ms. Pigh.—28 *Est* abest ab

NOTÆ

[i] *Hinc ultionem*] Qui vocem *hinc* mutant, ii sane eam non intelligunt: ‘urebat populum nobilem ablatum mare,’ &c. ‘Hinc,’ Gall. *d'un autre côté*, ‘ultionem puer Annibal,’ &c.

[j] *Ad aram patri*] Amilcar ad Hispaniam exercitum traducturus sacrificat, et sacrificio filium Annibalem admovet novem annos natum, et jurare jubet se quamprimum possit populo Romano hostem futurum.

[k] *Nec morabatur*] In mora non erat ille; Gall. *il n'attendoit que l'occasion*.

[l] *In causam belli Saguntus*] Quia scilicet non dubitabat ille, quin Saguntinis oppugnandis arma moverent Romani, utpote sociis. Saguntus est urbs Hispaniæ ad littus eoum.

[m] *Delecta*] Male in al. *deleta*.

[n] *Communi fædere*] Ultimo fœdere inter Carthaginenses et Romanos sancito cautum fuerat, ut Saguntus, quia Romanorum socia, exciperetur, et inter utriusque populi imperia libera maneret.

[o] *Ipsorum*] Saguntinorum.

Digitized by Google

procurrunt,[29] dum prius more legitimo[30][p] queri[31] malunt. Interim[32] jam novem mensibus fessi fame, machinis, [§. 6. ferro,[33] versa denique in rabiem fide, immanem[34] in foro excitant rogum:[q] tum desuper se suosque, cum omnibus opibus suis, ferro et igni[35] corrumpunt. Hujus tantæ [§. 7. cladis auctor Annibal[36] poscitur.[r] Tergiversantibus Pœnis, dux legationis, 'Quæ,'[37] inquit, 'mora est?' Fabius.[38] 'In hoc ego sinu[s] bellum pacemque porto;[39] utrum eligitis?'[40] Succlamantibus, 'Bellum:'[41] 'Bellum igitur,'[42] inquit, 'accipite:' et excusso in media curia[43] togæ gremio, non sine horrore, quasi plane sinu ferret,[44] bellum effudit.[45] Similis exitus belli initio fuit: nam, quasi has infe- [§. 8.

Ed. Zeu.—29 *Concurrunt* Ms. Flor. Fran. Malliab. Reg. Q. Aberat a Ms. Gud.—30 *Legittimo* Ed. Lips. 3.—31 *Quæri* Ed. Gryph.—32 *Saguntini interim* Ed. Beg. ut legendum videbatur Nic. Heinsio.—33 Sic Mss. Pall. Ryck. Regg. Toll. Duisb. Fran. Ber. Voss. 1. 2. Jord. Ed. pr. Sed *ferro et igne* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. *machinis, ferro Saguntini* Ms. Pigh.—34 *immanē* Ed. Lips. 1.—35 *Igne* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Zeu.—36 *Auctor per legatos Hannibal* Ms. Pigh.—37 *Legationis Fabius, quæ* Ms. Pigh. Reg. Q, Hist. misc. 3. 5. Ed. Blanc. Beg. *Rom. Fabius* Naucler. In Ms. Malliab. τὸ *Fabius* in margine scriptum erat post τὸ *est*. Ed. Gryph. Stad. Pont. *legationis Romanorum, quæ*.—38 *Fabius* abest ab Ed. Blanc. Beg.—39 Ita Ms. Vin. Pall. Berol. Jord. Ed. pr. Sed *bellum affero et pacem* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—40 *Elegitis* Ms. Naz.—41 *Utrum eligitis? cumque succlamatum esset, bellum* Ms. Lipsii, Flor. *pacemque porto ut placet sumite, cumque succlamatum esset utrum vellet dare bellum, bellum igitur* Ms. Fran. *utrum eligitis? utrum placet? sumite. Cumque succlamatum esset, utrum vellet daret: bellum igitur* Ms. Pigh. Ed. Lips. 1. (in quo scriptum est *sūite*, et *ēēt*) 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *succlamantibus bellum* Ms. Voss. 3. Ursperg. Auct. hist. misc.—42 *Igitur* aberat a Ms. Ryck. Malliab.—43 Ita Ms. Flor. Pigh. Voss. 3. Jord. hist. misc. Ursperg. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. Sed *media curia* Ms. Pal. 1. *in mediam curiam* Ms. Pal. 2. et Duk. ceteri. Ed. pr. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—44 *Pleno* Ms. Pigh. et Naucler. *plano* Ed. pr. *plane quasi bellum sinu ferret* Mss. Regg.—45 Sic Ms. Pigh. Sed *bellum ferret, effudit* Ms. Ryck. Toll. Duisb. Voss. Fran. Hist. misc. Ursperg. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Duk. 1. 2. *et....effudit* absunt ab Ed. Beg. de sententia Frein-

NOTÆ

[p] *More legitimo*] Per legatos, scilicet.

[q] *Rogum*] Hic manifesto sumitur pro strue lignorum nondum accensa, contra quam quibusdam visum est.

[r] *Annibal poscitur*] Accusatur: Gallice, *on demande justice d'Annibal.*

[s] *In hoc ego sinu*] Quem ex toga fecerat.

Digitized by Google

rias[t] sibi Saguntinorum ultimæ diræ[u] in illo publico parricidio incendioque mandassent, ita Manibus eorum, vastatione Italiæ, captivitate Africæ, ducum et regum,[46] qui id[47] gessere bellum, exitio parentatum est.[v] Igitur ubi [§. 9. semel se[48] in Hispania movit illa gravis et luctuosa Punici belli[49] vis atque tempestas; destinatumque Romanis[50] jam diu fulmen Saguntino igne conflavit:[b] [w] statim quodam impetu rapta medias perfregit Alpes; et in[51] Italiam ab illis fabulosæ altitudinis[x] nivibus, velut cœlo[52] missa, descendit. Ac primi quidem impetus turbo inter Padum et [§. 10. Ticinum[y] valido statim fragore detonuit.[c] Tunc Scipione duce fusus exercitus: saucius etiam[53] ipse venisset in ma-

[b] *Saguntino igne conflatum est.*

[c] *Ac procella quidem primi impetus statim erupit circa Padum et Ticinum cum valido fragore.*



shemii.—46 *Ducum, regum* Ms. Malliab.—47 *Id* abest ab Ed. Zeu.—48 *Semel in* Ms. Ryck. Voss.—49 *Belli* aberat a Ms. Ryck.—50 *Romanis* aberat a Mss. Vin. Pal. 1. Ryck. Regg. Malliab.—51 *Et Italiam* Ms. Fran.—52 *Vel de cælo* Ed. Lips. 1. 3. *velut de cælo* Ed. Lips. 2. *velut cæso* Ed. Par.—53 *Et ipse* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.

NOTÆ

[t] *Inferias*] Sic proprie dicebantur sacrificia, libationes, quæ mortuis inferebant.

[u] *Diræ*] Imprecationes, quibus Romanos egerant, quod ab illis misere destituti, et in Carthaginenses, quod injuste ab illis bello petiti fuissent.

[v] *Parentatum est*] Parentare proprie est parentibus justa facere; sed per Synecdochen de quibusve mortuis dicitur.

[w] *Conflavit*] Passive, pro conflatum est.

[x] *Fabulosæ altitudinis*] Fabulosum, hic certe, non idem est quod falsum, quod commentitium; sed id quod, etsi verum est, fabulas tamen in se se admistas habet, aut de quo multæ fabulæ narrantur. Sic et apud Horatium; Hydaspes fabulosus, vel 'quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes.' Non quod Indiæ fluvius non sit Hydaspes, (nam e veteri Geographia constat, ejus regionis fluvium esse Hydaspem,) sed quod de illo multa fabulati essent, vel Poëtæ, vel illi nugatores Græculi, qui aut Alexandri, aut Bacchi, aut Persei, (sic illuc quoque Perseus,) expeditiones scriptis suis prodiderant. Neque vero aliter Horatius, cum alicubi scripsit, 'Me fabulosæ columbæ texerunt;' neque, iterum dico, aliter, cum cecinit: 'Jam te premet nox fabulæque Manes:' id est, Manes, de quibus boni viri tam multa sibi in animo finxere, ut et aliis terriculamenta objicerent. Ridiculus enim esset Horatius, si quem ab eo premi diceret, quod esset nihil, id est, si esset fabula.

[y] *Ticinum*] Ticinus Galliæ Cisalpinæ fluvius, *Tesino* nunc.

Digitized by Google

nus hostium[54] Imperator, nisi protectum patrem prætextatus admodum[55 z] filius ab ipsa morte[56] rapuisset. Hic [§. 11. erat[57] Scipio, qui in exitium Africæ crescit,[58] nomen[59] ex malis ejus habiturus.[a] Ticino Trebia[b] succedit. Hic [§. 12. secunda[60] belli Punici procella desævit,[61 c] Sempronio Consule. Tunc callidissimi hostes, frigidum et nivalem nacti[62] diem, cum se ignibus prius oleoque[d] fovissent (horribile dictu)[63] homines a meridie et sole venientes nostra nos hyeme[64 e] vicerunt.[y] Trasimenus[65] lacus[f] tertium [§. 13. fulmen Annibalis, Imperatore Flaminio.[66] Ibi quoque ars nova[67] Punicæ fraudis: quippe nebula lacus palustribusque virgultis tectus[68] eques,[69 g] terga subito pugnantium invasit. Nec de Diis[70] possumus queri: imminentem quippe[71] [§. 14. temerario duci cladem prædixerant insidentia signis exa-

Beg.—54 *In manus hostium venisset* Ms. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr. Duk. 1. 2. *venit in hostium manus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. *venisset in hostium manus* Ed. Ven. Gryph. Stad. Pont.—55 *Admodum* abest ab Ed. Beg. cum tamen sit in Mss. et Edd. omnibus, etiam in Jord. Freculph. Hist. misc. Ursperg.—56 *Monte* Ed. Lips. 3.—57 Sic Ms. Ryck. Voss. 2. 3. Sed *erit* Mss. Regg. Berol. Malliab. Duisb. Voss. 1. Fran. Jord. Ed. pr. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Vin. Grut. Lugd. Freinsh. Beg. Duk. 1. 2. Etiam in Ms. Flor. correctum erat *erit*. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. Gryph. Stad. Pont. *et hic erit*.—58 *Crescet* Ed. Med. Par.—59 *Cognomen* Ed. Stad.—60 *S̄cda* Éd. Lips. 1.—61 *Desæviit* Ed. Beg.—62 *Nancti* Ms. Naz.—63 Unci absunt ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven. et hic et ubique.—64 *Hyeme* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven. ubique.—65 *Trasimenius* Ms. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. *Transimenius* Ed. Beg. haud dubie operarum peccato pro *Trasimenius*, nam in notis quidem se retinuisse Begerus ait scripturam Ms. Berol. *Thrasymenus* Ed. Fab.—66 *Flamminio* Ed. Lips. 1. *Flāminio* Ed. Lips. 3.—67 *Nove* Ed. Lips. 1. 3. Par. 2. *novæ* Ed. Med. Par. 1. Ven.—68 *Rectus* Ed. Ven.—69 *Eqtū* Ed. Lips. 1. *equitum* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Gryph. *eqs* Ed. Ven.—70 *Dis* Ms. Naz.—71 *Quippe* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.

NOTÆ

[z] *Prætextatus admodum*] Prætexta indutus. Erat autem prætexta toga, quæ purpuram oræ prætextam habebat, et a pueris ferebatur usque ad annum decimum septimum.

[a] *Nomen ex malis ejus habiturus*] Africani scilicet.

[b] *Trebia*] Galliæ Cisalpinæ fluvius.

[c] *Desævit*] Valde sævit.

[d] *Oleoque*] Quo frigori impenetrabiles redderentur.

[e] *Nostra nos hyeme*] Hæc dicit comparate ad Pœnos, qui a meridie et sole veniebant, quibus ideo hyems durior esse debebat quam Romanis, qui ad Septentrionem, præ Pœnis, versi sunt.

[f] *Trasimenus lacus*] In Tuscia.

[g] *Tectus eques*] Tecti equites, more Poëtarum. Jam supra monuimus.

Digitized by Google

mina,[72] et aquilæ prodire nolentes,[h] et commissam aciem secutus ingens terræ tremor: nisi illum horrorem[73] soli, equitum virorumque discursus,[i] et mota[74] vehementius arma fecerunt.[d75] Quartum, id est,[76] pæne[77] ultimum vulnus imperii Cannæ,[j] ignobilis Apuliæ vicus: sed magnitudine cladis emersit,[k] et quadraginta[78] millium cæde parta[79] nobilitas. Ibi in exitium infelicis[80] exercitus, dux, terra, cœlum, dies, tota denique[81] rerum natura consensit. Siquidem non contentus simulatis transfugis[l] Annibal, qui mox terga pugnantium ceciderunt,[82 m] insuper callidissimus Imperator, patentibus in[83] campis, observato [§. 15.] [§. 16.]

[d] *Nisi discursus equitum virorumque et arma mota vehementius fecerunt illum tremorem terræ.*



Stad. Pont.—72 *Agmina* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—73 *Terrorem* Ms. Ryck. *errorem* Ms. Voss. 2. *horrore* Ed. Med. Par. Ven. vitiose pro *horrorē*.—74 *Motu* Ed. Ven.—75 *Fecerint* Ed. Gryph.—76 *Quartum et* Ms. Gud. *quartū i.* Ed. Lips. 1. 2. 3.—77 *Pene* Ed. Lips. 1. 3. Ven. ubique. *pæne* Ed. Med. Par. ubique.—78 *Sexaginta* Jord. *XL. milium* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—79 *Facta* Ms. Naz.—80 *Infælicis* Ed. Par. *infelix* Ed. Freinsh. —81 *Denique* aberat a Ms. Naz. Pall. Ryck. Regg. Duisb. Voss. 2. 3. Jord. Ed. pr. A Ms. Voss. 1. aberant verba *tota denique rerum natura*.—82 *Ceciderant* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont. *cæciderant* Ed. Gryph.—83 *In*

NOTÆ

[h] *Insidentia signis examina, et aquilæ prodire nolentes*] Ex acuminibus hastilium veteres militaria auspicia solebant sumere, hoc est, superis atque inferis spiculis: ex superis, si volucres, flammulæ, et aliæ id genus insiderent, ut hic examina apum: ex inferis vero, si hastilia humi defixa quæ signa militaria, uti aquilas, sustinerent, vel facillime vel difficillime convellerentur; si facillime, auspicata; si contra, inauspicata putabantur, ut hic. Vides nunc quid intelligat Florus, per 'aquilæ prodire nolentes.' Id est, cum hastilia illa, quibus aquilæ signa militaria insidebant, nullo modo possent convelli.

[i] *Equitum virorumque discursus*] Phantasia poëtica, cujusmodi plures apud Homerum invenies. Quasi vero virorum et equorum discursus, et mota vehementius arma soli horrorem faciant. Miror vero magnum virum emotæ mentis Florum insimulasse qui hæc scripserit.

[j] *Cannæ*] In Apulia juxta Aufidum amnem.

[k] *Emersit*] Ex ignobilitate sua, scilicet.

[l] *Non contentus simulatis transfugis*] Non contentus misisse quosdam ex suis, qui cum se transfugas esse simularent, pugna commissa, Romanorum terga cæderent.

[m] *Ceciderunt*] Pater meus legebat *cæderent*, quod consilium notat, et finem consilii; nam transfugas miserat ut cæderent.

Digitized by Google

loci ingenio,[n] quod et sol ibi acerrimus,[84] et plurimus pulvis, et Eurus ab Oriente semper quasi ad constitutum,[85] [o] ita instruxit aciem,[p] ut, Romanis adversus[86] hæc omnia adversis,[87] quasi[88] secundum[89] cœlum tenens,[q] vento, pulvere, sole pugnaret.[r] Itaque duo maximi exercitus[s] [§. 17. cæsi ad hostium satietatem,[90] donec Annibal diceret militi suo, 'Parce ferro.'[t] Ducum effugit[91] alter,[u] alter occisus est:[v] dubium uter majore animo. Paulum puduit,[w] Varro non desperavit.[x] Documenta cladis cruentus ali- [§. 18.

patentibus Mss. Regg. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Jord. Ed. pr.—84 *Acernimus* Ed. Lips. 1.—85 *Ad constitutum flaret* Ed. Stad. Pont. Zeu.—86 *Adversus* aberat a Ms. Voss. 3.—87 Sic Ms. Ryck. Scias. Gud. 2. Naz. Toll. Duisb. Berol. (nam in Begeri quidem notis perperam operæ dederunt *adversus*) Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Junt. Ald. Ven. Gryph. Sed *obversis* Jord. Mss. Regg. Ed. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Ab Ed. Med. Par. absunt verba *quasi ad const.* .... *omnia adversis*.—88 *Quasi* abest ab Jord. Ed. Stad. Pont.—89 Sic Mss. Vin. et Duk. omnes, etiam Jord. Sed *secum* Ed. Gryph. Vin. Lugd. *s3m*. Ed. Lips. 2. 3.—90 *Sa-*

NOTÆ

[n] *Loci ingenio*] Gallice, *La nature du lieu*.

[o] *Et Eurus ab Oriente semper quasi ad constitutum*] En tibi, quæ nuper ad hunc locum Pater meus scripserat: 'Multa hic a viro doctissimo scripta fuere.' Illa omnia, ingenue dico, nil ad Florum. Neque ille, neque alii, puto, id viderunt, quod perquam ridiculum est. Nam haud scio an tale quid scribat puer, ut ventus, qui Æquinoctialis Oriens est *semper*, esset Orientalis. Rem bellam, ingeniosam, doctam, et argutam! Quid igitur? Delendum *semper*, quod ineptus quidam inscripserat, supra illa verba, *ad constitutum*, quasi Florum reprehendi vellet, qui ab Oriente illum flare dixisset, quasi *ad constitutum*, cum *semper* illinc, non aliunde, flare Eurum norimus.

[p] *Instruxit aciem*] Ergo ipse ad Occidentem, Romani vero ad Orientem conversi pugnavere.

[q] *Quasi secundum cœlum tenens*] Metaphora a navibus sumta, quæ secundo amne vel cœlo navigant, cum cursum amnis sequuntur: sic Annibal secundum cœlum tenebat, cum secundo sole, vento, et pulvere pugnaret.

[r] *Vento, pulvere, sole pugnaret*] Id est, vento, pulvere, sole, quasi armis ad pugnandum uteretur.

[s] *Duo maximi exercitus*] Quippe ambo Consules aderant, C. Terentius Varro et L. Æmilius Paulus, et quisque suum habebat exercitum. In hac pugna occubuit Æmilius cum quadraginta Romanorum millibus, octoginta Senatoribus, viris Consularibus, Prætoribus, et Ædilitiis, et duobus millibus et septingentis equitum.

[t] *Parce ferro*] Nil tale usquam de Annibale legitur.

[u] *Effugit alter*] Terentius Varro.

[v] *Alter occisus est*] Æmilius Paulus.

[w] *Paulum puduit*] Militibus suis superesse noluit.

[x] *Varro non desperavit*] Gratiæ etiam illi hoc nomine a civitate actæ fuere, quod de Republica non desperasset.

Digitized by Google

quandiu Aufidus,[92] pons de cadaveribus,[93] jussu ducis, factus in torrente Vergelli;[94] [y] modii duo annulorum[z] Carthaginem missi, dignitasque equestris taxata mensura.[e] [a] Dubium deinde non erit,[95] quin ultimum illum diem [§. 19. habitura fuerit Roma, quintumque intra diem epulari Annibal in Capitolio potuerit, si (quod[96] Pœnum[97] illum[98] dixisse Adarbalem[99] Bomilcaris[f] [1] ferunt[2]) 'Annibal[3] quemadmodum sciret vincere, sic uti victoria scisset.'[4] Tum quidem illum, ut dici vulgo solet,[b] aut Fatum urbis [§. 20. imperaturæ, aut ipsius mens mala,[c] et aversi[5] a Carthagine Dii in diversum[6] [d] abstulerunt. Cum victoria posset [§. 21.

[e] *Equitesque per mensuram annulorum numerati.*
[f] *Adherbalem Bomilcaris filium.*

cietatem Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. *societatem* Ed. Par.—91 *Fugit* Ed. Med. Par.—92 *aufidius* Ed. Lips. 1. 3.—93 *Decadaveribus* Ed. Lips. 1. ut mox *detorrente.*—94 *Vergello* Jord. et Sarisb. III. 10. *Uergelii* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. *Vergilii* Ed. Par. *Vergilli* Mss. Vin. *Gello* Ed. Stad. Pont. *in terrorem Vergelii* Ed. Gryph.—95 Sic Ms. Naz. Flor. Malliab. Voss. 1. 2. Fran. Duisb. Jord. Sed *erat* Mss. Duk. reliqui. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Amstel. Duk. 1. 2.—96 *Si quidem* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—97 *Penum* Ms. Berol.—98 *Illi* Ed. Beg.—99 Ita Mss. Vin. Naz. Malliab. Voss. 2. Fran. (in quo adscriptum alia manu erat *Macharbalem*). Sed *ad Harbalem* Ms. Berol. *Adherbalem* Mss. Regg. Voss. 1. Ed. pr. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Stad. marg. Zeu. Freinshem. Duk. 1. 2. *Atherbalem* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Maharbalem* Ms. Flor. Jord. Ed. Ald. Stad. Lugd. Pont. *Maharballem* Ms. Voss. 3. *Adharbalem* Ms. Duisb. *Maarabalem* Ms. Ryck. *Maarbalem* Ed. Beg.—1 *Bomilcari* Jord. *Bolmicaris* Ms. Ryck. *Bomicaris* Ed. Par. *Hamilcaris* Ms. Voss. 3. *Bomilcaris filium* Ms. Fran.—2 *Fuerunt* Ed. Lips. 3.—3 *Annibal* abest ab Ed. Beg. de sententia Salmasii.—4 *Si, quemadmodum* Ms. Naz. Ryck. Berol. Duisb. Ed. pr. Sarisberiensis III. 10. legit locum sic: *si Annibal, quemadmodum vincere, sic et victoria uti, sciret.*—5 *Adversi* Ed. Lips. 3.—6 *Indiversum* Ed. Lips. 1.—7 *Ipse exercitus*

NOTÆ

[y] *In torrente Vergelli*] In Apulia videtur esse Vergellus: aliis Gelus dicitur.

[z] *Modii duo annulorum*] Alii tres, unum alii tantum ponunt.

[a] *Dignitas equestris taxata mensura*] Nemo, quod sciam, hunc locum intellexit. Hic 'dignitas equestris' dicitur, pro Equites, ut apud Poëtas, 'vis Herculea,' pro Hercules. Equites autem taxati fuere mensura, hoc est, per mensuram annulorum notum fuit quot Equites occubuerint, cum ii tantum annulos ferrent.

[b] *Ut dici vulgo solet*] Additamentum est ab homine misere religioso, qui metueret ne qua vis major fato tribueretur. Nugator: quasi aliter veteres loquantur.

[c] *Mens mala*] 'Mens læva' apud Virgilium.

[d] *In diversum*] In diversam partem.

Digitized by Google

uti, frui maluit;[e] relictaque Roma, Campaniam Tarentumque peragrare: ubi mox et ipse, et[7] exercitus ardor, elanguit:[8] adeo ut verum[9] dictum sit, 'Capuam Annibali Cannas[10] fuisse.'[f] Siquidem invictum Alpibus, indomi- [§. 22. tum armis, Campaniæ (quis crederet?[11]) soles,[12] et tepentes[13] fontibus Baiæ subegerunt. Interim respirare[g] [§. 23. Romanus, et quasi ab inferis emergere. Arma non erant; detracta sunt templis:[h] deerat juventus; in sacramentum militiæ liberata servitia:[i] egebat ærarium;[14] opes[15] [§. 24. suas libens senatus in medium protulit: nec præter quod in bullis singulisque annulis[16] erat, quicquam sibi auri reliquere.[17] Eques secutus exemplum,[18] imitatæque [§. 25. equitem tribus.[j] Denique vix suffecere[19] tabulæ, vix scribarum[k] manus, Lævino[20] Marcelloque[l] Consulibus, cum privatæ opes in publicum deferrentur.[21] Quid[22] [§. 26.

Ms. Ryck. Regg. Fran. Malliab. Ed. Zen. *ipse et ipsius exercitus* Jord.—8 *Ardor languit* Mss. Regg. *ardore languit* Ms. Berol. Ryck. Malliab. Duisb. Fran. Voss. 3. Ed. pr. Beg. *ardore elanguit* Ed. Par.—9 *Vere* Mss. Jord. Reg. Q, Ed. Fab. Beg.—10 *Cannam* Ms. Naz.—11 *Credet* Ms. Berol. Ed. pr.—12 *Solæ* Ed. Gryph. Stad. Pont.—13 *Repentes* Ed. Ven. in quo libro non minus vitiose est *haiæ*.—14 *Egebant ærario* Ed. Gryph. Stad. Pont.—15 *Spes* Ms. Berol.—16 Ita Mss. Pall. et Duk. omnes, in his Berol. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Beg. Sed *cingulis atque annulis* Ed. Stad. Pont. Fab. *cingulisque et anulis* Ed. Lugd.—17 Sic Ms. Voss. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *reliquerunt* Mss. Duk. plerique. Ed. Duk. 1. 2. *reliquerit* Ms. Voss. 3. —18 *Senatus* Ed. Lips. 1. 3. *senatus exemplum secutus* Ed. Lips. 2.—19 *Sufficere* Ed. Beg.—20 *Levino* Ed. Med. Par. Ven. Gryph.—21 *Transferrentur* Ms. Ryck. Reg. F, Flor. Malliab. *deferentur* Ed. Ven.—22 *Quod* Ed.

NOTÆ

[e] *Cum victoria posset uti, frui maluit*] Frui de iis dicitur, qui res ad tempus possident; uti vero de iis, qui omnino eas sibi habent. Sic Annibal frui victoria maluit, cum dimidiam tantum partem haberet, quam ea uti integra, si recta ad Capitolium perrexisset.

[f] *Capuam Annibali Cannas fuisse*] Capuam idem fuisse Annibali, quod Cannæ fuere Romanis.

[g] *Interim respirare*] Sub. cœpit. Sæpissime infinitivi modos sic absolute positos eleganter invenies.

[h] *Detracta sunt templis*] Quæ, scilicet, post reportatas a Romanis victorias Deorum templis suspensa fuerant.

[i] *Servitia*] Servi: ut scelus pro scelesto homine.

[j] *Tribus*] Pro plebe, quæ in tribus dividebatur.

[k] *Scribarum*] *Greffiers.*

[l] *Lævino Marcelloque*] Anno decimo post incœptum bellum.

Digitized by Google

autem in deligendis[23] magistratibus,[24] quæ centuriarum[m]
sapientia, cum juniores[25] a senioribus consilium de creandis
Consulibus petivere![26] Quippe adversus hostem totiens[27]
victorem, tam callidum, non virtute tantum,[28] sed suis
etiam pugnare consiliis[29] oportebat. Prima redeun- [§. 27.
tis, et, ut sic[30] dixerim, reviviscentis[31] imperii spes Fabius[n]
fuit: qui novam de Annibale victoriam commentus est,[ε]
non pugnare.[32] Hinc illi cognomen novum,[33] et Reipub-
licæ salutare, Cunctator. Hinc illud ex populo, ut Imperii
scutum vocaretur. Itaque per Samnium[o] totum, per [§. 28.
Falernos,[p] Gauranosque[34] saltus[q] sic maceravit Annibalem,
ut, qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur.[35]
Inde[36] Claudio Marcello duce etiam congredi ausus [§. 29.
est. Cominus venit, et pepulit[37] Campania sua,[38] et ab[39]

ε *Invenit.*

Par. 1.—23 Sic et Ed. Freinshem. Fab. Sed *eligendis* Mss. Duk. omnes, in his Berol. etiam Edd., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Lugd. Stad. Pont. Zeu. Duk. 1. 2. *elegendis* Ed. Ven. *in deligendis autem magistratibus quæ centuriarum sapientia* Ed. Blanc. sine causa et contra ingenium linguæ. Ed. Beg. *Quid autem in elig. magistratibus? quæ*, &c.—24 *Mgrātib⁹* Ed. Lips. 1.—25 *Junioribus* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—26 Sic Ms. Voss. 1. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. et ceteri. Sed *petiverunt* Mss. Duk. reliqui, in his Berol. Ed. pr. Beg. Duk. 1. 2.—27 *Toties* Ed. Ven. Gryph. Stad. Pont. Zeu. Duk. 1. 2.—28 *Tm̄* Ed. Lips. 1.—29 *Consiliis pugnare* Mss. Duk. omnes. Ed. pr. Beg. Duk. 1. 2.—30 *Sed ut sic* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Ven. *sed ut*, omisso τῷ *sic*, Ed. Par. 1.—31 *Reviviscentibus* Ed. Ven.—32 Sic Mss. Duk. omnes. Jord. Ed. pr. Ber. Sab. Junt. Ven. Vin. Stad. marg. Grut. Lugd. Beg. Duk. 1. 2. Sed *nō pugnare* Ed. Lips. 1. 3. *non repugnare* Ms. Ryck. *non velle pugnare* Ed. Ald. Gryph. Stad. Pont. *nolle pugnare* Ed. Lips. 2. Med. Par. Freinsh. Amstel.—33 *Verum* Ms. Ryck.—34 *Garganosque* Ms. Ryck. Flor.—35 *Comminerctur* Ed. Par.—36 *In̄* Ed. Lips. 1.—37 *Perpulit* Mss. Jord.—38 *In Campania* Mss. Jord. Naz. Ed. Freinshem. Fab. *a Campania* Ms. Pal. 1. 2. Ryck. Regg. Toll. Duisb. Fran. Voss. 1. 3. Berol. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Junt. Ven. Beg. Duk. 1. 2. *e Campania* Ms. Voss. 2. Ed. Jord. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Amstel. *ex Campania* Ed. Ald. *et Campania* Ed. Ber. Sab. Med. Par. Gryph. *in Campaniam suam* Ed. Blanc. *sua* aberat a Ms. Berol.—39 *Ab* abest ab Ed. Beg.—40 *Grucho* Ms.

NOTÆ

m *Centuriarum*] Centuria est certus quidam civium Romanorum numerus, qui in sex classes dividebantur, classes vero in centum nonaginta tres centurias.

n *Fabius*] Q. Fabius Maximus.

o *Samnium*] Italiæ regio media inter Picenum, Campaniam, et Apuliam.

p *Falernos*] Montem in Samnio.

q *Gauranosque saltus*] In Campania.

obsidione Nolæ urbis[r] excussit. Ausus et Sempronio Graccho[40 c] duce per Lucaniam sequi, et premere[41] terga cedentis: quamvis tunc (o pudor!) manu servili[s] pugnaret.[h] Nam hucusque tot mala compulerant, sed libertate[42] donati,[43] fecerant[44] de servitute Romanos.[45 t] [§. 30.] O horribilem in tot adversis fiduciam![46] o singularem animum ac spiritum[u] populi Romani! tam arctis[47] afflictisque rebus, cum de Italia sua dubitaret, ausus est tamen[48] in diversa[v] respicere:[i] cumque[49] hostes[50] in jugulo per[51] Campaniam Apuliamque volitarent, mediamque de[52] Italia Africam facerent,[w] eodem tempore et hunc sustinebat, et in Siciliam, Sardiniam, Hispaniam divisa[53] per ter- [§. 31.] [§. 32.]

[h] *Exercitu servili pugnaret.*

[i] *In diversas partes respicere.*

Ryck. Ed. Lips. 1. 3. *Gracco* Ms. Duisb. Fran. Ed. pr. Sab. Ald.—41 *Præmere* Ed. Med. Par. Ven.—42 *Libertati* Ed. Gryph.—43 *Data* Mss. Regg. *donatos* Jord. *donata* Ed. Beg. *donati. Fecerant* Ed. Vetst. *donati. Fecerat* Ed. Blanc.—44 *Fuerant* Ms. Ryck. *de servitute Romanos fecerunt* Jord. *fecit de servis Romanos* Ed. Beg. e conjectura propria.—45 *Nam huc usque....Romanos* aberant a Ms. Pal. 2.—46 *Fiduciam* Ed. Lips. 1. 3.—47 *Artis* Ms. Duisb. Fran. Ed. pr. Duk. 1. 2.—48 *Tunc est* Ed. Ven.—49 *Dumque* Ed. Gryph.—50 *Hostis* Mss. Jord. Ed. Beg.—51 *Jugulo reip. per* Ed. Beg. e conjectura Nicol. Heinsii.—52 Sic Ms. Naz. Berol. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *mediamque jam de* Mss. Pall. Voss. 3. Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Beg.—53 Sic Mss. Pall. Berol. Duk. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Grut. Fab. Vetst. Sed *diversa* Ed. Gryph. Lugd.

NOTÆ

[r] *Nolæ urbis*] In Campania.

[c] *Sempronio Graccho*] Hoc de Sempronio nusquam legitur, sed de Marcello; quanquam alicubi scriptum sit Sempronium istum Lucanorum fraude in insidias præcipitatum occubuisse.

[s] *Manu servili*] Nam in sacramentum militiæ servitia liberata fuerant.

[t] *Sed libertate donati, fecerant de servitute Romanos*] Hæc corrupta et deperdita conjicit Salmasius. *Sed libertate donati fecerunt se de servis virtute Romanos:* sententia plana: servis enim, qui libertate donati fuerant, pronuntiatum fuit, eos omnino liberos esse futuros, qui caput hostis referrent: qui cum strenue pugnassent, virtute libertatem integram consecuti sunt. Hæc Salmasius, sed malim legi, ut Freinsh., *Sed libertate donata fecerant de servitute Romanos.* Nil certius nec facilius.

[u] *Spiritum*] Spiritus audaciam fere sonat.

[v] *In diversa*] In diversas partes, Siciliam, Sardiniam, et Hispaniam, in quas arma misit.

[w] *Mediamque de Italia Africam facerent*] Eadem fiducia in media Italia versabantur, qua in media Africa: hoc dicit Florus, ut ostendat Pœnos totam fere Italiam domuisse.

Digitized by Google

rarum orbem arma mittebat. Sicilia mandata Marcello, nec diu restitit.[54] Tota[55] enim[56] insula in una urbe[x] superata est. Grande illud, et ante id tempus invictum caput Syracusæ, quamvis Archimedis[y] ingenio defenderentur,[57] aliquando[58] cesserunt.[59] Longe[60] illi[z] triplex murus,[a] totidemque arces, portus ille marmoreus, et fons celebratus Arethusæ:[61 b] nisi quod hactenus profuere,[62] ut[k] pulchritudini victæ urbis parceretur. Sardiniam Gracchus arripuit:[c] nihil illi gentium[63] feritas, Insanorumque[d] (nam sic vocantur) immanitas montium profuere. Sævitum[64] in urbes, urbemque urbium Caralim,[65 e] ut gens contumax, vilisque morti,[66 f] saltem desiderio patrii soli domaretur. In Hispaniam missi Cnæus[67] et Publius [§. 33.] [§. 34.] [§. 35.] [§. 36.]

[k] *Nisi quod ad hoc profuere ut, &c.*

Pont.—54 *Restit* Ed. Ven.—55 *Tō* Ed. Lips. 1.—56 *Tm̄* Ed. Lips. 2.—57 *Defenderetur* Ed. Med. Par.—58 *Tamen aliquando* Ms. Ryck. Flor. Ed. Ven. *tn̄ aliquando* Ms. Fran. ab alia manu. *aliqn̄* Ed. Lips. 1. 3. *aliquantū* Ed. Lips. 2.—59 *Gesserunt* Ed. Lips. 1. 3.—60 *Longæ* Ed. Par.—61 *Aretuse* Ed. Lips. 1. *Aretusæ* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven.—62 Sic Mss. Pall. Ed. pr. et Edd. nostri omnes. Sed *nisi quid* Mss. Regg. *quid nisi* Ed. Lugd. *quid hactenus prof. nisi ut* Ed. Stad. Pont.—63 *Illic* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *illa gentis feritas* Ed. Beg.—64 *Sævitium* Ed. Par.—65 *Calarim* Ms. Pal. 1. Fran. *Talarim* Ms. Ryck.—66 Ita Mss. Pall. et Duk. omnes, in his Berol. Ed. pr. Sed *mortis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst.—67 *Cneus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.

NOTÆ

[x] *In una urbe*] Falsum; nam post captas Syracusas fuit adhuc, quod Lævinus in Sicilia ageret: nam Agrigentum valido Carthaginensium præsidio tenebatur, quod ille expulit, et ita Siciliam debellavit.

[y] *Archimedis*] Insignis Mathematici; qui, captis Syracusis, a milite cæsus periit.

[z] *Longe illi*] Id est, parum profuit. De ista voce 'longe,' jam alibi dixi, adduxique Virg. locum, quem vide.

[a] *Triplex murus*] Tres erant arces Syracusis, singulæ muro cinctæ, et sic triplex superandus murus fuit Marcello, ut Carthaginis potiretur.

[b] *Et fons celebratus Arethusæ*] Quem Poëtæ fabulantur ex Peloponneso occultis meatibus subter mare lapsum rursus prope Syracusas emanare. Lege Ovidium Metam. lib. v.

[c] *Sardiniam Gracchus arripuit*] Falsum est in Sardinia quicquam egisse Gracchum, sed T. Manlium missum tabulæ fidem faciunt, quatuor annis ante domitas Syracusas.

[d] *Insanorum*] Insani, montes in Sardinia; Græce μαινόμενοι· hodie *Canelle* dicuntur.

[e] *Caralim*] Caralis urbs littoralis.

[f] *Vilisque morti* [*mortis*] Gens vilis mortis a Floro dicitur, quæ mortem vilem putat, et facilis est ad eam excipiendam.

Digitized by Google

Scipiones, pæne totam[68] Pœnis eripuerant;[69] sed insidiis Punicæ fraudis oppressi rursus amiserunt,[70] magnis quidem illi[71] præliis cum Punicas opes cecidissent; sed Punicæ insidiæ alterum ferro[g] castra metantem,[72] alterum, cum evasisset in turrim,[73] cinctum facibus oppresserunt.[f] Igitur in ultionem patris, ac patrui, missus cum exercitu [§. 37. Scipio, cui tam grande de Africa[74] nomen[75] fata decreverant, bellatricem illam, viris armisque[76] nobilem [§. 38. Hispaniam, illam seminarium[77] hostilis exercitus, illam Annibalis eruditricem[h] (incredibile dictu!) totam a Pyrenæis montibus[i] in Herculis columnas et Oceanum[78] recuperavit, nescias citius, an felicius.[79] Quam velociter, [§. 39. quatuor anni fatentur: quam facile,[80] vel una civitas probat: eodem quippe, quo obsessa est die,[81] capta est; omenque Africanæ[5] victoriæ fuit,[j] quod tam facile victa[82]

[f] *Sed Punicæ insidiæ oppresserunt alterum ferro, dum castra metaretur; et alterum cinctum facibus cum evasisset in turrim.*

Ven. ubique. *Gn.* Ed. Gryph.—68 *Pene totam* Ed. Ven. *spem totam* Ms. Berol. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Ber. Sab. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. *spē totam* Ed. Lips. 1. 3. *spē totā* Ed. Lips. 2.—69 *Eripuerunt* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. Jordanes locum ita legit: *pæne totam Romanis eripuerant provinciam. Sed insidentes Punicæ fraudis insidiæ alterum ferro, &c.*—70 Sic Mss. Pall. Voss. Ed. Vin. Lugd. Sed *amiserant* Ms. Naz. et Duk. plerique, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—71 *Illi* abest ab Ed. Zeu.—72 *Castrametantē* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. 2. Ven.—73 *In turrem* Ms. Naz. Ryck. Duisb. Fran. Voss. 2. Ed. pr. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. *inturrem* Ed. Lips. 1.—74 *Aphrica* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven.—75 *Cognomen* Ed. Stad.—76 *Illam, illam viris armisque* Ed. Beg.—77 *Seminariā* Ed. Par. Gryph. Stad. Pont.—78 *Occeanum* Ed. Lips. 1.—79 Sic Mss. Pall. Naz. Berol. Duisb. Malliab. Voss. Jord. Ed. pr. Junt. Sed *facilius* Mss. Duk. reliqui, Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Amstel. *ficilius* Ed. Ven.—80 Sic Mss. Duk. plerique et Naz. Sed *feliciter* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. Beg. Duk. 2.—81 *Obsessa die* Ed. Beg. et mox *victoriæ fuit, tam facile victa Hisp. Carth.*—5 *Aphricane* Ed. Lips. 1. 2. 3.—

NOTÆ

[g] *Alterum ferro*] Refer verbum 'ferro' ad verbum 'oppresserunt.'

[h] *Annibalis eruditricem*] Quia ab Hispania bellum gerendi initium duxerat, a Sagunto scilicet, ut initio cap. vidimus.

[i] *A Pyrenæis montibus*] Nam inter hos terminos continetur Hispania. Justin. 'Hispania, inter Africam et Galliam posita, Oceani freto, et Pyrenæis montibus clauditur.'

[j] *Omenque Africanæ victoriæ fuit*] Vere omen; nam Carthago diceba-tur.

Digitized by Google

est Hispana[83] Carthago. Certum est tamen ad [§. 40. profligandam[84] provinciam[85] maxime profecisse singularem ducis sanctitatem: quippe qui captivos pueros puellasque[86] præcipuæ[87] pulchritudinis barbaris restituerit, ne in conspectum[88] quidem suum passus adduci; ne quid de virginitatis integritate delibasse saltem oculis[89] videretur.[m] Hæc inter diversa terrarum populus Romanus:[n] nec [§. 41. ideo tamen Italiæ visceribus inhærentem summovere poterat Annibalem.[90] Pleraque[91] ad hostem defecerant; et dux acerrimus contra Romanos Italicis quoque viribus utebatur. Jam tamen eum plerisque oppidis[92] et regioni- [§. 42. bus excusseramus. Tarentus[93] ad nos redierat:[k] jam[94] et Capua,[95] sedes et domus, et patria altera[l] Annibalis, tenebatur: cujus amissio tantum Pœno duci dolorem dedit, ut inde[96] totis viribus Romam[97] converteretur. O popu- [§. 43. lum dignum orbis[98] imperio! dignum omnium favore,[99] et admiratione[1] hominum ac Deorum![m] Compulsus ad ultimos

[m] *Ne quid videretur attigisse de virginitatis integritate, saltem oculis.*
[n] *Hæc agebat populus Romanus per diversas terras.*

82 *Capta* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont. Zeu.—83 *Hispaniu* Ms. Ryck. Fran. Ed. Sab. Pont. *Hispanica* Ed. Ald. Gryph. Stad.—84 *Profugandam* Ed. Ven.—85 *Provintiam* Ed. Lips. 2.—86 *Puelleasque* Ed. Ven.—87 *Præcipue* Ed. Beg.—88 Sic Ms. Ryck. Voss. 1. 2. Jord. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *nec in consp.* Mss. Regg. Toll. Duisb. Fran. Voss. 3. Ed. pr.—89 Sic Mss. Regg. Ed. Vin. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2. Sed *saltem vel oculis* Mss. Pall. Toll. Ryck. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. *vel oculis* Ed. Blanc. Beg.—90 *Hännibalc carthaginensem* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—91 *Plerique* Ed. Stad. Pont. male. *pluruque* Ms. Berol.—92 *Opidis* Ed. Lips. 1. 3. Med.—93 *Idem Tarentinus* Ms. Naz. Ryck. Voss. *id est Tarentus* Mss. Regg. *Tarentinus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Gryph. *jam Tarentus* Ed. Lugd.—94 *Ita* Ed. Lips. 2.—95 *Jam Cap.* Ed. Stad. Pont.—96 Sic Ms. Flor. Voss. 3. Jord. Ed. Ald. Sed *ut ille* Ms. Berol. Ryck. et Mss. Duk. plerique. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Beg.—97 *In Romam* Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—98 *Urbis* Ed. Lips. 1. 3. Ab Ed. pr. absunt verba *dignum orbis imperio.*—99 Sic Mss. Pall. Lipsii et Duk. omnes, Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *omni favore* Ed. pr. *favore*, omisso τῷ *omnium*, Ed. Beg. de sententia Salmasii.—1 Sic et Ms. Lipsii.

NOTÆ

[k] *Tarentus ad nos redierat*] Illam proditione ceperat Fabius.

[l] *Et patria altera*] Nam ibi deliciis deditus Annibal morabatur.

[m] *Dignum omnium favore, et admiratione hominum ac Deorum*] Pro, om-

metus[2] ab incepto non destitit: et de sua Urbe solicitus Capuam tamen[3] non omisit; sed parte exercitus sub Appio Consule relicta, parte Flaccum in urbem[4] secuta, absens simul[5] [n] præsensque pugnabat. Quid ergo miramur[o] [§. 44. moventi castra a tertio lapide[p] Annibali iterum[q] ipsos Deos, Deos inquam, (nec fateri pudebit[r]) restitisse? Tanta [§. 45. enim ad singulos illius motus[s] vis imbrium effusa,[6] tanta ventorum violentia coorta est,[7] ut divinitus hostem summoveri, neque cœlo,[8] sed ab Urbis[9] ipsius mœnibus, et Capitolio[10] ferri[11] [t] videretur. Itaque fugit, et cessit, et [§. 46. in ultimum se Italiæ recepit sinum,[u] cum Urbem tantum

Ed. pr. Lips. 2. Ven. Sed *administratione* Ed. Lips. 1. *administratōe* Ed. Lips. 3. *administratione* Ed. Med. Par. Gryph. Stad. Pont.—2 *Ultimas metas* Ms. Naz. a manu correctrice. *ultimas metus* Ed. Blanc. vitiose pro *metas*, ut Salmasius censebat legendum.—3 *Tamen* aberat a Ms. Flor. Melliab. Reg. F.—4 *In urbe* Ed. Lips. 1.—5 *Sil'* Ed. Lips. 1.—6 *Effusa est* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—7 *Coorta*, omisso *est*, Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *cohorta est* Ed. Ven.—8 Sic Mss. Pall. Sed *nec cælo* Mss. Duk. plerique, in his Berol. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Vetst. Amstel. Beg. Duk. 1. 2. *nec a cælo* Mss. Voss.—9 *Ab urbe* Ms. Ryck.—10 *Et Capitolii* Ms. Ryck. *in Capitolio* Ed. pr.—11 *Ferri* aberat a Mss. Voss. 2. 3. Ed. Ald. Gryph.

NOTÆ

nium, legendum est, *numinum*, et amovendum istud, *Deorum;* quod additum fuerat ad explicationem illius vocis, *numinum;* quæ solennis librorum corruptela est. Favor numina respicit, admiratio homines. Sic mox leges: *Tanto favore Deorum;* neque aliter loquatur, qui sapiat. *Pater.*

[n] *Absens simul*] Per Appium Consulem scilicet, qui ante Capuam restiterat.

[o] *Quid ergo miramur*] Hæc ista facile intelligas. Cum populus Romanus tantus sit, ut numinum favorem mereatur, quid miramur Deos iterum restitisse Annibali, cum a tertio lapide versus Romam castra moveret?

[p] *A tertio lapide*] A tertio milliario; nam per primum, secundum, tertium, lapidem, et prima, secunda, tertia, milliaria distinguebant.

[q] *Iterum*] Nam jam semel Annibali restiterant, illum impedientes ne Romam peteret. 'Illum enim,' ut supra dixit Noster, 'aut fatum urbis imperaturæ, aut ipsius mens mala, et aversi a Carthagine Dii in diversum abstulerunt.'

[r] *Nec fateri pudebit*] Hæc ideo dicit quod probrosum videri possit viros fortes Deorum potius favore quam sua virtute victoriam consequi.

[s] *Ad singulos illius motus*] Gallice, *A chaque marche de son armée.*

[t] *Ferri*] Vis imbrium.

[u] *Sinum*] Ad extremam oram. Gall. *au bout.* Sic Virgil. Georg. II. 'Aut quos Oceano propior gerit India lucos, Extremi sinus orbis?'

Digitized by Google

non[12] adoratam[13] [v] reliquisset.[o] Parva res dictu, [§. 47. sed ad magnanimitatem populi Romani probandam satis efficax: quod illis ipsis, quibus obsidebatur,[14] diebus ager, quem Annibal castris insederat,[15] venalis Romæ fuit,[p] hastæque subjectus[w] invenit emtorem. Voluit Annibal [§. 48. contra[x] fiduciam imitari; subjecitque argentarias Urbis tabernas:[y] nec sector[16] [z] inventus est; ut sciàs, etiam præsagia[17] satis[18] fuisse.[a] Nihil actum erat tanta virtute, [§. 49. tanto[19] favore etiam Deorum:[20] siquidem Asdrubal[21] frater

[o] *Cum reliquisset urbem tantum non salutatam.*
[p] *Ager, quem Annibal occupaverat castris, Romæ venalis fuit.*

Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Vetst.—12 *Non* aberat a Ms. Ryck. Et in Ms. Fran. erat *tamen non*.—13 Sic Mss. Vin. Pal. 1. Naz. Jord. et Mss. Duk. pæne omnes, in his Berol. Ed. pr. Lips. 1. 3. Sed *adortam* Ms. Pal. 2. Ryck. Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zen. *adortā* Ed. Lips. 2. Med. Par. 2. Ven. *adhortā* Ed. Par. 1.—14 *Obsidebantur* Ms. Naz. Reg. Q, Voss. 1. 2. Ed. Ber. Sab. Med. Par.—15 *Insideat* Ms. Naz. *insiderat* Mss. Vin. Ryck. Regg. Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven.—16 *Nec emptor* Ed. Lips. 2. Gryph. quod quin glossema sit, quis dubitet?—17 *Et præsagia* Mss. Pall. *eciam pr.* Ed. Lips. 1.—18 Sic Mss. Pall. et Mss. Duk. plerique, in his Berol. Ed. pr. Gryph. Freinshem. Beg. Sed *sat'* Ms. Ryck. *fatis* Ms. Naz. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Junt. Ald. Ven. Stad. Lugd. Pont. Blanc. Duk. 1. 2.—19 *Sine tanto* Ed. Lips. 1. 2. 3.—20 *Deorum*, omisso τῷ *etiam*, Ms. Reg. Q, Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. Beg.—21 *Siquidem ab Hispania Asdrubal* Ms. Ryck. Flor. Malliab. Fran. Voss. 1. Ed. Ber. Sab. Junt. Ald. Stad. Lugd. Pont. *siquidem ab hispania Hasdrubal* Ed. Lips. 1. 2. 3.

NOTÆ

[v] *Tantum non adoratam*] Adorare urbem est, urbem salutare: cum autem id fieri nequeat, nisi propius ad urbem accesserit, inde factum est, ut adorare urbem sumatur, pro urbem ingredi. Hic igitur sensus est: Annibal urbem reliquit cum tantum non eam ingressus esset; hoc est, cum fere ita prope accesserit, ut eam ingredi potuisset.

[w] *Hastæque subjectus*] Ea quæ publice venibant, hastæ subjiciebantur, hastaque posita præcone prædicante, ei qui licitatione vicisset, addicebantur.

[x] *Contra*] Gallice, *A son tour.*

[y] *Subjecitque argentarias Urbis tabernas*] Subjecit, hôc est, hastæ subjecit; *mit à l'ancan:* argentarias tabernas, *les boutiques des banquiers.*

[z] *Sector*] Sectores dicuntur, qui emta sua persequuntur; vel potius sectores simpliciter emtores dicti sunt.

[a] *Præsagia satis* [*fatis*] *fuisse*] Eleganter *fatis*, pro *fatorum*; hæc sic intellige: quod populus Romanus hominem invenit, qui agrum, quem Annibal castris occupabat, emeret; hoc præsagium fuit illos recuperaturos: quod vero Annibal sectorem non invenit, cum argentarias Urbis tabernas subjecisset, præsagium fuit illum Roma nunquam potiturum.

Digitized by Google

Annibalis cum exercitu novo,[22] novis viribus, nova belli mole veniebat. Actum erat procul dubio,[23] si vir [§. 50.
ille se cum fratre junxisset: sed hunc quoque castra metantem Claudius Nero cum Livio Salinatore debellat. Nero in ultimo Italiæ angulo[24][b] summovebat[25] Annibalem. [§. 51.
Livius in diversissimam partem, id est,[26] in ipsas nascentis[27] Italiæ fauces[c] signa converterat. Tanto, id est, [§. 52.
omni, qua[28] longissima Italia, solo interjacente,[29] quo consilio, qua celeritate,[d] Consules castra conjunxerint,[30] inopinanterque[31] hostem collatis signis compresserint,[9] neque id fieri Annibal senserit, difficile dictu est.[32] Certe [§. 53.
Annibal, re cognita, cum projectum fratris caput ad sua castra vidisset, 'Agnosco,' inquit, 'infelicitatem Carthaginis.' Hæc fuit illius viri, non sine præsagio quodam fati imminentis, prima confessio. Jam certum erat [§. 54.

[9] *Difficile dictu est quo consilio, qua celeritate, Consules conjunxerint castra; tanto, id est, omni solo interjacente, qua longissima Italia est; et inopinanter collatis signis hostem compresserint.*

Med. Par. Ven. Gryph.—22 *Cum novo exercitu* Ed. Lips. 2.—23 *Proculdubio* Ed. Lips. 1. Par. Ven.—24 Ita Mss. Pall. Naz. Ryck. et Duk. plerique, etiam Berol. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *in ultimos Italiæ angulos* Ms. Voss. 2. 3. Ed. Vin. Grut. Lugd. Zeu. Fab. Vetst. Blanc.—25 Sic Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Sed *summoverat* Ed. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. Amstel.—26 Sic Mss. Vin. Pall. et Duk. omnes, etiam Berol. præter Voss. 3. Ed. pr. Sed *et* Ms. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Zeu.—27 *Nasceretis* Ed. Lips. 3.—28 *Tāto omī q̄* Ed. Lips. 1. 2. 3. *tanto omniq; long*. Ed. Par. *tanto omni q̄* Ed. Med. Ven. *tanto qua omnis* Ed. Gryph.—29 *Interjacet* Ed. Gryph.—30 *Conjunxerant* Mss. Pall.—31 Sic Mss. Vin. Toll. Ryck. Fran. Duisb. Berol. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Beg. Sed *inopinantemque* Mss. Regg. Voss. Ed. Grut. Lugd. Zeu. Vetst.—32 *Dictu*, omisso *est*, Ms. Ryck. *dcū est*

NOTÆ

[b] *In ultimo Italiæ angulo*] In Brutium agrum se recepit Annibal.

[c] *In ipsas nascentis Italiæ fauces*] Alpes intelligit, quas jam superaverat Annibal: in illas signa converterat Livius, ut Asdrubalem debellaret.

[d] *Celeritate*] Cum Claudius Annibalem summovisset, illo nec opinante, cum flore exercitus castris digressus ad Livium Salinatorem, qui ad Alpes castra converterat, proficiscitur; ibique Asdrubalem, qui Alpes cum exercitu transierat, et auxilia Annibali adducebat, collega Livio, cum toto exercitu trucidat, quinquaginta sex millibus hostium occisis; reditque die sexto in sua castra.

Digitized by Google

Annibalem etiam[33] ipsius confessione posse vinci: sed tot rerum prosperarum fiducia plenus populus Romanus magni æstimabat[34] asperrimum hostem in sua Africa debellare. Duce igitur Scipione in ipsam Africam[35] tota mole[e] [§. 55. conversus imitari cœpit Annibalem, et Italiæ suæ clades in Africa[36] vindicare.[r] Quas ille (Dii boni!) [§. 56. Asdrubalis[37] copias, quos Syphacis exercitus fudit? quæ quantaque utriusque castra facibus illatis una nocte delevit? denique jam non a tertio[38] lapide,[f] sed ipsas Carthaginis[39] portas obsidione[40] quatiebat. Sic factum est, [§. 57. ut inhærentem atque incubantem[41] Italiæ extorqueret[42] Annibalem.[s] Non fuit major sub imperio Romano [§. 58. dies, quam ille, cum duo omnium et antea[43] et postea[g] ducum maximi,[44] ille Italiæ, hic Hispaniæ[45] victor, collatis cominus signis direxere aciem. Sed et[46] colloquium fuit inter ipsos de legibus pacis. Steterunt diu mutua [§. 59. admiratione defixi: ubi de pace non convenit, signa cecinere.[47] Constat utriusque confessione, 'nec melius [§. 60. instrui aciem, nec acrius potuisse pugnari.' Hoc Scipio

[r] *Et vindicare clades Italiæ suæ contra Africam.*
[s] *Ut extraheret Annibalem inhærentem atque incubantem Italiæ.*

Ed. Lips. 1.—33 *Eciam* Ed. Lips. 1. ubique.—34 *Extimabat* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. *estimabat* Ed. Par. Ven. *existimabat* Ed. Gryph.—35 *Africam* aberat a Ms. Voss. 3. Sed *affricam* Ed. Lips. 1. ut s. 61. et alibi.—36 *In Africam* Mss. Duk. omnes, Ed. pr. Junt. Lugd. Freinsh. Blanc. Beg. Duk. 1. 2.—37 *Hasdrubalis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. ubique.—38 *Tercio* Ed. Lips. 1. 3. ubique.—39 *Cartaginis Carthagīs* Ed. Lips. 1. *Cartaginis* Ed. Med.—40 *Obsidio* Ed. Beg.—41 *Incombentem* Ms. Ryck. *incumbentem* Ms. Berol. Ed. pr.—42 *Extorqrut* Ed. Lips. 1. *extorquerūt* Ed. Lips. 3. *extorserūt* Ed. Lips. 2.—43 *Ante* Ms. Naz. Toll. Duisb. Voss. 1. 2. Ed. pr.—44 *Ducum maximi duces* Ms. Naz. Ryck. Reg. Q, Voss. Jord. *ducum clarissimi duces* Mss. Pall. Reg. F, Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. *ducum clarissimi* Ms. Flor. Mallab.—45 *Ille Italiæ, ille Hispaniæ* Ms. Berol.—46 *Sed colloquium* Ed. Lips.

NOTÆ

[e] *Tota mole*] Totis viribus.

[f] *Jam non a tertio lapide*] Quasi diceret, Annibal Romam propius quam a tertio lapide non accessit: Scipio vero Carthaginem non a tertio lapide, sed ipsas portas obsidione quatiebat.

[g] *Cum duo omnium et antea et postea*] Græca locutio, omnium antea et postea, τῶν πρόσω καὶ ὀπίσω· id est, qui ante fuerunt, et post futuri sunt.

Digitized by Google

de Annibalis, Annibal de Scipionis, exercitu prædicaverunt. Sed tamen Annibal cessit, 'præmiumque[48] [§. 61.
victoriæ' Africa fuit, et secutus Africam statim[49] terrarum orbis.

CAP. VII.

BELLUM MACEDONICUM PRIMUM.[1]

Post Carthaginem vinci neminem puduit. Secutæ [§. 1.
sunt statim Africam gentes, Macedonia,[a] Græcia,[b] Syria,[2] [c] ceteraque omnia, quodam[3] quasi æstu et torrente fortunæ: sed[4] primi[5] omnium[d] Macedones, affectator quondam[6] [§. 2.
imperii populus.[e] Itaque quamvis tunc Philippus[f] regno præsideret, Romani tamen dimicare sibi cum rege Alexandro[g] videbantur. Macedonicum bellum nomine amplius, [§. 3.
quam spectatione[7] gentis[h] fuit.* Causa[8] cœpit a fœdere [§. 4.

* *Macedonicum bellum amplius fuit ob nomen, quam ob respectum istius gentis.*

1. 3.—47 *Ceciner* Ed. Lips. 1.—48 *Præmium* Ed. pr.—49 *Statim* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.

1 *Sive Philippicum* add. Ed. Stad. Pont.—2 *Asia* Ed. Lugd.—3 *Quondam* Ed. Med.—4 Sic Ms. Naz. Voss. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Blanc.—5 *Primi* abest ab Ed. Lugd.—6 *Quondam* aberat a Ms. Reg. F, Berol. Duisb. Ed. pr. Grut. Zeu.—7 Sic Mss. Pall.

NOTÆ

Cap. vii. *Bellum Macedonicum primum*] Anno Mundi 3786. ante Ch. Nat. 212. ab Ur. Cond. 539. Coss. Q. Fabio Maximo Cunctatore iv. et Claudio Marcello iii. quinto anno post inceptum secundum bellum Punicum.

[a] *Macedonia*] Supra Thessaliam, antiquitus *Pæonia* dicebatur, et apud Homerum *Pæones* sunt *Macedones*.

[b] *Græcia*] Achaiam intelligit cui veterem statum reddidit Flaminius, ut legibus viveret suis, et avita libertate frueretur. Vid. infra in fine hujusce capitis.

[c] *Syria*] Bellum Syriacum, vide cap. seq.

[d] *Sed* [*Sic*] *primi omnium*] Multo melius in aliis Editionibus legitur *sed* pro *sic*.

[e] *Affectator quondam imperii populus*] Ad Philippi Alexandri Magni parentis tempora respicit.

[f] *Philippus*] Demetrii Macedoniæ regis filius.

[g] *Cum Rege Alexandro*] Cave Alexandrum Magnum intelligas, cum Romanis enim nunquam pugnavit: sed Alexandrum Epiri Regem, qui Alexandri Magni fuit avunculus.

[h] *Quam spectatione gentis*] Illud bellum fuit amplius ob nomen Macedonum, qui olim fortes et generosi audiebant, quam consideratione et

Digitized by Google

Philippi, quo rex jam pridem[i] dominantem in Italia Annibalem sibi sociaverat: postea crevit, implorantibus Athenis auxilium contra regis[j] injurias, cum ille ultra jus victoriæ in templa, aras, et sepulcra ipsa, sæviret. Placuit Senatui opem tantis ferre supplicibus. Quippe jam gentium [§. 5. reges, duces, populi, nationes, præsidia sibi ab hac urbe petebant. Primo igitur, Lævino[9] Consule, populus [§. 6. Romanus Ionium[k] mare ingressus, tota[10] Græciæ littora veluti triumphanti classe peragravit.[11] Spolia quippe [§. 7. Siciliæ, Sardiniæ, Hispaniæ,[12] Africæ[l] præferebat: et manifestam victoriam nata in prætoria[13] puppe[14m] laurus pollicebatur. Aderat sponte in auxilium Attalus rex [§. 8. Pergamenorum:[15n] aderant Rhodii,[16o] nauticus populus;[17] qui navibus a mari, Consul[18] a terris omnia equis virisque quatiebat.[p] Bis victus rex, bis fugatus, bis exutus[19] [§. 9.



Ryck. Scias. Toll. Duisb. Berol. Regg. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Lugd. Freinsh. et ceteri. Sed *exspectatione* Ed. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—8 *Causa belli cepit* Ms. Berol. *ceā* Ed. Lips. 1. et mox *sepulchra*.—9 *Livino* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—10 *Tō* Ed. Lips. 1.—11 *Paragravit* Ed. Ven.—12 *hispanie: sardinie* Ed. Lips. 1. 2. 3. *hispaniæ: Sardiniæ* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—13 *Prætoriæ* Ed. Beg. de sententia Freinshemii.—14 *Quippe* Ed. Par.—15 *Pergamorum* Ed. Med. Par. Gryph. Stad. Pont.—16 *Rodii* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven.—17 In Ms. Pighii addita erant hæc, quæ etiam apud Jordanem habentur: *nam Rhodos opinatissima insula, et totius Asiæ* (Jord. *Achaiæ*) *insularum metropolis, cum pæne omnibus Cycladibus arma pertimescens Romano* (Jord. *Romana*) *jam dudum se fæderatam populo illi conjunxerat, et navali bello solatia condonabat*. Quæ verba in contextum recepit Begerus, ita tamen ut pro *Rhodos*

NOTÆ

respectu ipsius gentis, quæ illo tempore multum a pristina virtute excidisse putabatur.

[i] *Jam pridem*] Tamen anno superiori.

[j] *Regis*] Philippi.

[k] *Ionium*] Quod est Epirum inter et Brutium, ad extremum Italiæ sinum.

[l] *Africæ*] Sed nondum spoliata Africa, et Annibal adhuc in Italia versabatur.

[m] *Prætoria puppe*] Prætoria navis dicitur qua dux vehitur, sive Consul sive Prætor ille sit.

[n] *Rex Pergamenorum*] Pergami in Asia.

[o] *Rhodii*] A Rhodo, insula in Carpathio mari.

[p] *Qui navibus a mari, Consul a terris omnia equis virisque quatiebat*] Claud. Salmasius existimabat hunc locum esse corruptum, qui non est tamen; modo verbum, *quatiebat*, utrisque serviat, Rhodiis, inquam, et Consuli; sic: *qui navibus a mari omnia quatiebant*, ut *Consul a terris omnia equis et viris quatiebat*. Ita se res bene ha-

Digitized by Google

castris: cum tamen nihil terribilius Macedonibus[q] fuit ipso vulnerum aspectu: quæ non spiculis, non[20] sagittis, nec ullo Græculo[21 r] ferro, sed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladiis,[22] ultra mortem[23] patebant.[24 s] Enimvero [§. 10. Flaminio[25] duce[t] invios antea[26] Chaonum[27] montes,[u] Aoumque[28] amnem[29 v] per abrupta vadentem,[30] id est,[31] ipsa Macedoniæ claustra, penetravimus.[32] Introisse[33] [§. 11. victoria[34] fuit. Nam nunquam postea[35] ausus[36] congredi

scripserit *Rhodus*, et *se illi conjunxerat* pro *illi conjunxerat*.—18 Sic Freinsh. ex ingenio et Fab. Sed *quibus a mari* Mss. et Edd. omnes, in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. Blanc. Beg. Duk. 1. 2. *qui a mari navibus Consul, a ter*. Ed. Amstel.—19 Ita Mss. Voss. Ed. Ven. Sed *bis exutus, bis fugatus castris* Mss. et Edd. vett. reliqui, in his Ms. Berol. et Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—20 *Nec sagittis* Mss. Regg. Ryck. Malliab. Fran. Voss. 1. 2. *neque sagittis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—21 *Gracili* Ms. Jord.—22 *Gladii* Ed. Par.—23 Sic Mss. Pall. et Duk. omnes, Ed. pr. Lips. 1. 3. (in quo tamen est *petebant*) Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *ultra morem* Ed. Ven. Lugd. e Jord. *ultro mortem* Ed. Lips. 2.—24 *Petebant* Ms. Ryck. Fran. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. Sab.—25 Ita Mss. et Edd. vett. multi, etiam Lugd. Freinsh. Amstel. Beg. Sed *Flāminio* Ed. Lips. 1. Ven. *Flamminio* Ed. Lips. 2. *Flāmineo* Ed. Lips. 3. *Flaminino* Ed. Stad. Pont. Fab. Duk. 1. 2.—26 *Ante* Ms. Flor.—27 *Achaonum*, vel *Atchaonum*, vel *Athaonum* Mss. Duk. *Acarnanum* Ms. Ryck. *Achaonum* Ed. pr.—28 Sic Ed. Vin. Lugd. Sed *Aumque* Ms. Naz. *dumque* Ms. Pal. 2. Voss. 2. *Aum* Ms. Voss. 1. *Indum* Ms. Voss. 3. In reliquis Mss. Dukeri scriptum erat *Indium*, *Pindum*, *Nidum*, (quæ erat scriptura Ms. Berol.) *Inoum*. Ed. Ven. *Inoumque*. Ed. Lips. 1. 3. Gryph. Stad. Pont. Zeu. *Pindūque*. Ed. Lips. 2. Med. Par. *Indumque*.—29 *Omnem* Ms. Voss. 1. 2. *onnem* Ed. Med. Ven.—30 *Vagantem* Ms. Ryck. Scias. Flor. Ed. Lips. 2. Ven.—31 Sic Freinsh. e conjectura: quam, præter Græviuni, receperunt Fab. Beg. Vetst. Sed *et* Mss. et Edd. vett. omnes, etiam Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. Duk. 1. 2.—32 *Penitravimus* Ed. Lips. 1. 3.—33 *Introiisse* Ed. Beg.—34 Sic et Ed. Ven. Sed *victoriæ* Ms. Ryck. Ed. Ber. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. *victorie* Ed. Lips. 1. 2. 3.—35 *Postea nunquā* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—36 *Ausus* abest ab Ed. pr.—

NOTÆ

bet. In Edit. J. Stadii legitur, *quibus a mari, &c.* tunc subaudiendum esset *quatientibus*, quod durissimum, et, puto, sine omni exemplo.

[q] *Macedonibus*] Tertii casus.

[r] *Græculo*] Græci enim levioribus et brevioribus telis utebantur, Macedones vero pilis et gladiis ingentibus.

[s] *Ultra mortem patebant*] Quasi dicat, Ita erant patentia, ut vel dimidiata mortem etiam dare nimis potuissent.

[t] *Flaminio duce*] Tit. Quintio Flaminio.

[u] *Chaonum montes*] In Epiro juxta mare Ionium.

[v] *Aoumque amnem*] In Macedonia per Taulantiorum regionem in mare Ionium exeuntem.

Digitized by Google

rex. Ad tumulos, quos Cynoscephalas[37] [w] vocant, uno, ac ne hoc quidem justo, prælio[b] opprimitur. Et illi [§. 12. quidem Consul pacem dedit, regnumque concessit: mox, ne quid[38] esset hostile, Thebas,[x] et Eubœam,[y] et grassantem sub Nabide[z] suo[39] Lacedæmona[40] [a] compescuit. Græciæ vero veterem statum reddidit, ut[41] legibus [§. 13. viveret suis, et avita libertate frueretur. Quæ gaudia, [§. 14. quæ vociferationes fuerunt, cum hoc forte Nemeæ[b] in theatro quinquennalibus ludis[c] a præcone[42] caneretur? quo certavere plausu?[43] quid florum in Consulem profuderunt?[44] Et iterum iterumque præconem repetere illam vocem [§. 15. jubebant,[45] qua libertas Achaiæ pronunciabatur: nec aliter

[b] *Integro prælio.*

37 *Cynocephalas* Mss. Duk. et Edd. omnes vett., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. *Cenocephalas* Ms. Voss. 3.—38 *Nequid* Ed. Lips. 1. Med. *nequit* Ed. Par.—39 *Sub Onabile suo* Ms. Ryck. *summa vi de suo* Ms. Naz. Berol. (in cujus tamen margine ascripta erant hæc: *Nabis Lacedæmoniorum tyrannus*) Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. *summa vi servo* Ms. Reg. Q.—40 Ita Ms. Pal. 1. Naz. Ryck. Regg. Flor. Malliab. Voss. 1. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Sed *Lacedæmonia* Ms. Pal. 2. Voss. 2. *Lacedæmoniam* Mss. Duk. reliqui, Ed. pr. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. Beg.—41 *Ne legibus* Ed. Amstel. operarum peccato.—42 *Ad preconem* Ed. Lips. 1. 3.—43 *Quo certavere plausu?* aberant a Ms. Ryck.—44 *Profunderūt* Ed. Lips. 1. 3.—45 *Jubebat* Ed. Lips. 1. 2. 3.—46 *s̄nia* Ed. Lips. 1.—

NOTÆ

[w] *Cynoscephalas*] In Thessalia sunt Cynoscephalæ.

[x] *Thebas*] Macedoniæ urbem in regione Phthiotidis ad Pelasgicum sinum sitam.

[y] *Eubœam*] Ægei maris insulam, tenuissimo Euripi freto a Bœotia divisam.

[z] *Nabide*] Lacedæmoniorum Tyranno.

[a] *Lacedæmona*] In Peloponneso, ad Eurotam fluvium.

[b] *Nemeæ*] Nemea urbs in Peloponneso prope Argos sita, ubi tertio quoque anno certamina fiebant, quæ e loco Nemea dicebantur.

[c] *Quinquennalibus ludis*] Male Noster quinquennales facit, qui tantum triennales fuere; nam revera tertio quoque anno Nemea celebrabantur, unde ἀγὼν τριετὴς seu τριετηρικὸς dictus est. Eundem errorem erravit Plin. ubi de Isthmiis, 'Isthmus pars altera cum delubro Neptuni quinquennalibus inclyto ludis.' Nam constat Isthmia triennalia fuisse. Pind. Nem. Od. VI. Πόντου τε γέφυρ' ἀκάμαν-Τος ἐν Ἀμφικτυόνων Ταυροφόνῳ τριετηρίδι Τίμασε Ποσειδά-Νιον ἀν' τέμενος· hoc est, *Maris pons indefessi* (Periphrasis Isthmi Corinthiaci) *in Amphictyonum trieteride mactatrice taurorum honoravit eum circa Neptunium delubrum.* Ubi per trieterida, Isthmia intelligit.

Digitized by Google

illa consulari sententia,[46] quam[47] modulatissimo aliquo tibiarum,[d] aut fidium[e] cantu fruebantur.[48]

CAP. VIII.

BELLUM SYRIACUM[1] REGIS ANTIOCHI.

MACEDONIAM statim[2] et regem Philippum Antiochus excepit,[a][a] quodam casu,[3] quasi industria, sic adgubernante[4] fortuna, ut quemadmodum ab Africa in Europam, sic[b] ab Europa in Asiam, ultro se suggerentibus causis, imperium procederet; et cum terrarum[5] orbis situ[6] ipse ordo victoriarum navigaret.[b] Non aliud formidolosius[c] fama bellum fuit; quippe cum Persas[c] et[7] orientem, Xerxem[d] atque[8] Darium[e] cogitarent; quando perfossi in- [§. 1.] [§. 2.]

[a] *Antiochus statim secutus est Macedoniam et regem Philippum.*
[b] *Ipse ordo victoriarum pergeret.* [c] *Terribilius.*

47 *Qui* Ed. Par. 1. *q* Ed. Par. 2.—48 *Fruebatur* Ed. Fab.
1 *Syriatum* Ed. Lips. 3. An *Syriaticum?*—2 *Statim Syria, et* Ed. Beg. quæ est conjectura Freinshemii.—3 *Quadam quasi industria* Ed. Blanc.—4 Sic Ed. Lips. 1. 3. Gryph. *a gubernante* Ed. Lips. 2. Med. Par.—5 *Terrearum* Ed. Lips. 3.—6 *Sit* Ed. Med.—7 *Persas orientem* Mss. Pall.—8 *Xerxemque Da-*

NOTÆ

[d] *Tibiarum*] Tibiæ primo sic dictæ quod ex tibia animalium fierent, et postea ex arundinibus factæ nomen retinuere.

[e] *Fidium*] Fides, plurali numero, proprie sunt chordæ citharæ. Et sic pro cithara sumuntur.

CAP. VIII. *Bellum Syriacum Regis Antiochi*] Anno Mundi 3758. ante Ch. Nat. 190. Ab Urbe Cond. 561. Coss. M. Acilio Glabrione et P. Cornelio Scipione Nasica.

[a] *Excepit*] Verbum e re Gladiatoria tralatum, ubi victum novus excipit. Gallice, *Un Gladiateur tout frais prend la place de celui qui est vaincu.*

[b] *Ut quemadmodum ab Africa in Europam, sic, &c.*] Sunt hæc perturbata, atque adeo falsa, ut jam olim animadverteram. Scribo fidenter ex serie rerum, et historiæ fide: *ut quemadmodum ab Europa in Africam, sic ab Africa in Asiam imperium procederet.* Lege modo. Pater.

[c] *Persas*] Gravem populum. Horat. 'Quo graves Persæ melius perirent.'

[d] *Xerxem*] Persarum Regem, qui Athon perfodit, et Hellespontum navibus operuit.

[e] *Darium*] Persarum Regem, qui cum Alexandro bellum gessit. Sed non video quomodo Darius Romanos terrere poterat, quem parva manu toties fudit Alexander.

Digitized by Google

vii montes,[f] quando[9] velis opertum mare[g] nuntiaretur.[10] Ad hoc[11] cœlestes minæ territabant, cum humore [§. 3. continuo Cumanus Apollo[h] sudaret.[i] Sed hic faventis Asiæ suæ[j] numinis timor[12] erat. Nec sane[13] viris, opibus, [§. 4. armis[14] quicquam copiosius Syria:[k] sed in manus[15] tam ignavi regis inciderat,[16] ut nihil fuerit in Antiocho speciosius, quam quod a Romanis victus est.[17] Impulere [§. 5. regem in id bellum, illinc[18] Thoas Ætoliæ[19][l] princeps, inhonoratam apud Romanos querens[20] adversus Macedonas[21] militiæ[22] suæ societatem;[d] hinc Annibal, qui in Africa victus, profugus, et pacis impatiens,[23] hostem populo Romano toto orbe quærebat. Et quod[24] illud fuisset pericu- [§. 6. lum, si se consiliis ejus rex[m] tradidisset, id est,[25] si[26] Asiæ viribus usus fuisset miser[27] Annibal? Sed rex suis opibus,

[d] *Conquerens societatem militiæ suæ adversus Macedones inhonoratam fuisse apud Romanos.*

rium Ms. Ryck. *Xersem atque D.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—9 *q̄n* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven.—10 *n̄ucciaret* Ed. Lips. 1. *nuncciaret* Ed. Lips. 3.—11 Sic quoque Ed. Ven. Sed *ut hoc* Ms. Naz. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. *ad hæc* Ms. Berol. Duisb. Pal. 1. Ed. pr. *ad hec* Ed. Lips. 2. *ut hos* Ed. Gryph. *ad hos* Ed. Stad. Pont.—12 *Terror* Ms. Flor.—13 *Sed nec sane* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. *sed nec* Ed. Ven.—14 *Armisque* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont.—15 *In manibus* Ms. Naz. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Sab. Med. Par. Ven. Gryph. *in manu* Ms. Ryck.—16 *Inciderant* Ed. Pont.—17 *Sit* Mss. Pall.—18 *Bellum Thoas* Mss. Pall. Regg. Duisb. Malliab. Ed. pr. *bellum hinc Thoas* Ms. Flor.—19 *Etholie* Ed. Lips. 1. *etholie* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven.—20 *Quærens* Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont.—21 Sic cum Dukero scripsimus e Ms. Ryck. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. In Græv. enim est *Macedones:* ut in Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Blanc. Beg.—22 *Milicie* Ed. Lips. 1. 3.—23 *Inpatiens* Ed. Lips. 1. *impaciens* Ed. Med.—24 *Et quietus i. f.* Ed. Lips. 2.—25 *Id est* absunt ab Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—26 *Si se et Asiæ* Ms. Vin.—27 *Missus*

NOTÆ

[f] *Invii montes*] Athos qui est Isthmo maris Macedonici, inter Strymonium et Singiticum sinum.

[g] *Mare*] Hellespontus.

[h] *Cumanus Apollo*] Qui Cumis in Campania colebatur.

[i] *Sudaret*] Sudavit etiam ante victam Capuam. Cicero, de Divin. lib. I. 'Quid cum Cumis Apollo sudavit? Capuæ victoria.'

[j] *Asiæ suæ*] Quippe in Asia natus Apollo.

[k] *Syria*] Ad littus meridionale Maris Mediterranei.

[l] *Ætoliæ*] Ætolia Achaiæ regio supra Corinthiacum sinum versus Occidentem.

[m] *Rex*] Antiochus.

Digitized by Google

et nomine regio[28] fretus, satis habuit bellum movere. Europa[29] jam, dubio procul, jure[30] ad Romanos pertinebat: [§. 7. hic Lysimachiam[n] urbem,[31] in littore Thracio[32] positam a majoribus suis, Antiochus ut hæreditario jure reposcebat:[33] hoc velut[34] sidere Asiatici[35] belli mota tempestas. [§. 8. Et[36] maximus regum contentus[37] fortiter indixisse bellum, cum ingenti strepitu ac tumultu movisset, ex Asia, occupatis statim insulis, Græciæque[38] littoribus, otia et luxus tanquam victor agitabat. Eubœam insulam [§. 9. continenti adhærentem tenui freto reciprocantibus aquis[o] Euripus abscidit. Hic ille positis aureis sericisque tentoriis, sub ipso freti murmure,[*] cum inter fluenta tibiis fidibusque concineret,[39] collatis undique, quamvis per hyemem, rosis, ne non[40] aliquo ducem genere agere[41] videretur,[p] vir-

[*] *Non longe ab aquarum murmure.*

Ed. Lips. 2. Ven.—28 *Regio* abest ab Ed. Zeu.—29 *Et Europa* Ed. Ven. —30 *Jure* aberat a Ms. Malliab. In Voss. 1. erat: *Europæ jam dubio procul jura ad Romanos pertineant.*—31 *Urbem* aberat a Ms. Flor.—32 *tracio* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—33 *Repetebat* Ms. Naz. Voss. Reg. Q, Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont.—34 *Velud* Ed. Lips. 3.—35 *Sydere asyatici* Ed. Par.—36 *Sed max.* Ed. Beg. quod placebat Freinshemio.—37 Sic etiam Ed. Ven. Sed *conventus* Ms. Naz. Pall. Ryck. Fran. Regg. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *conventus. Fortiter indicto bello quum* Ed. Junt. Ald. Vin. Stad. *b:* Lugd. Pont. *contentus fortiter indicto b.* Ed. Gryph.—38 *grecisque* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. —39 *Concinert* Ed. Lips. 1. *contineret* Ed. Lips. 2. *concinerūt* Ed. Lips. 3.—40 *Cum al.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Gryph.—41 *Ducum genere ag.* Ms. Naz. Ryck. Voss. 2. Ed. Lips. 1. 3. Med. Ven. Gryph. *dux*

NOTÆ

[n] *Lysimachiam*] In littore Thracio ad fauces Isthmi, quem Hellespontus ab Asia dividit.

[o] *Reciprocantibus aquis*] Euripum septies intra diem naturalem reciproco æstu agitari. Quod falsum esse vel unicus Livii locus satis probaverit. Ex lib. XXVIII. 6. 'Fretum ipsum Euripi non septies die, ut fama fert, temporibus statis reciprocat, sed temere in modum venti, nunc huc nunc illuc verso mari, velut monte præcipiti devolutus torrens, rapitur; ita nec nocte nec die quies navibus datur.'

[p] *Ne non aliquo ducem genere agere videretur*] Hæc mihi inconcinna et inelegantia videntur, eaque, si reviisceret Florus, pro suis non agnosceret. Lego, *ne non aliqua ducem agere videretur:* pro 'aliqua,' quod adverbium est elegantissimum, apud Virgilium, Terentium, Plautum, id est, aliqua ratione, intruserunt explicationem magistellarem, aliquo genere, quod putidum est.

Digitized by Google

ginum puerorumque delectus[42][q] habebat. Talem [§. 10. ergo regem jam sua luxuria[43] debellatum populus Romanus, Acilio[44] Glabrione Consule, in[45] insula[r] aggressus, ipso statim adventus sui nuncio[46] coëgit ab insula[47] fugere.[48] Tum præcipitem[49] apud Thermopylas[s] assecutus, [§. 11. locum trecentorum Laconum[50][t] speciosa cæde memorandum, ne ibi quidem fiducia loci[u] resistentem, mari ac terra cedere[51] coëgit. Statim et e[52] vestigio itur in Syriam.[53] [§. 12. Classis regia Polyxenidæ[54][v] Annibalique commissa: nam rex prælium nec spectare[55] poterat. Igitur, duce Æmilio Regillo, adremigantibus[56] Rhodiis, tota[57] laceratur. Ne sibi placeant Athenæ![w] in Antiocho[58] vicimus [§. 13.

genere, omisso τῷ *agere*, Ed. Beg. e conjectura Lipsii.—42 *Dilectus* Ms. Naz. Voss. 2.—43 *Luxiria* Ed. Lips. 1.—44 *Attilio* Ms. Ryck. Ed. Gryph. *M. Acilio* Ed. Stad. Pont.—45 *Insula*, omissa *in*, Ed. Ven.—46 *ĩitio* Ed. Lips. 1. 3. *initio* Ed. Lips. 2. Med. Par. Ven. Gryph.—47 *Ab insula* aberant a Ms. Malliab.—48 *Recedere* Ms. Flor.—49 Sic Mss. Pall. et Duk. Ed. pr. Sed *Tam prec.* Ed. Lips. 1. *Tam præc.* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Grut. Pont. Vetst. *Tā p̄cipitē* Ed. Ven.—50 *Laconū CCC.* Ed. Lips. 1. 3. *Lacunum CCC.* Ed. Lips. 2.—51 *Cedere'* Ed. Lips. 1. *cædere* Ed. Med. Et paulo ante Lips. 2. *fidutia.*—52 *Statim e v.* Ms. Berol. Malliab. Naz. Reg. F, Duisb. Fran. Voss. 1. 2. *Statim et ex v.* Mss. Viii. quidam. Ed. pr.—53 *Asiam* Ed. Stad. Pont. Beg. e conjectura Lipsii.—54 *Polyxenidi* Ms. Ryck. Naz. Berol. Duisb. Ed. pr. Ber. Sab. Junt. Ald. *polixeidi* Ed. Lips. 1. 3. *Polixenidi* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. *Polyxeni* Mss. Regg. Ed. Stad. Pont. Ab Ms. Fran. aberant verba: *classis...commissa.*—55 *Nō aspectare* Ed. Lips. 2.—56 Sic Ms. Naz. Toll. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Reg. Q, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Sed *ad remigantibus* Ms. Pal. 2. *arremigantibus* Ms. Reg. F. *a remigantibus* Ed. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Vetst.—57 *Rodiis tō* Ed. Lips. 1. 2. 3.—58 *Anthiocho* Ed. Lips. 1.—59 *Regillo...Æmilio* aberant a Ms. Ryck. In

NOTÆ

q *Delectus*] Proprie de militibus dicitur, delectus habere: eo tantum ducem imitabatur Philippus, quod delectus habebat, sed virginum et puerorum, non vero militum.

r *In insula*] Eubœa.

s *Thermopylas*] Locum in Thessalia ad flumen Asopum, e regione sinus Maliaci.

t *Trecentorum Laconum*] Qui duce Leonida contra Persarum ingentem exercitum triduo dimicaverunt; nec victi fuissent, nisi proditor quidam, Epialtes nomine, Persis tramitem ostendisset, qua Lacones circumventi victique sunt.

u *Fiducia loci*] Thermopylæ enim ingenio loci tutæ.

v *Polyxenidæ*] Qui exul erat Rhodius.

w *Ne sibi placeant Athenæ*] Quasi scilicet solæ sint, quæ victorias reportare noverint.

Digitized by Google

Xerxem;[x] in Æmilio[59] Themistoclem[60] æquavimus;[y] Ephesiis[61] Salamina pensavimus.[z] Tum[62] Consule [§. 14. Scipione,[a] cui fratér, ille modo[63] victor Carthaginis, Africanus, voluntaria legatione[b] aderat, debellari regem placet:[c] et jam toto cesserat mari: sed nos imus ulterius. Mæandrum[64][d] ad amnem montemque Sipylum[65][e] [§. 15. castra ponuntur. Hic rex, incredibile[66] dictu,[67] quibus auxiliis, quibus copiis consederat.[68] Trecenta[69] [§. 16. millia[70] peditum: equitum, falcatorumque[71] curruum non minor numerus. Elephantis ad hoc immensæ magnitudinis, auro, purpura, argento,[72] et suo ebore[73][f] fulgentibus aciem utrimque vallaverat.[74][g] Sed hæc[75] omnia [§. 17.

Ed. Par. Ven. est *Emilio*.—60 Sic Ms. Voss. 1. 2. Sed *Alcibiadem* Mss. Pall. et Duk. reliqui, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph.—61 *In Epheso* Ms. Voss. 2. *Epheso* Ed. Blanc. Beg. e conjectura Grævii.—62 *Tum* abest ab Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph. Sed *Tũc* Ed. Lips. 2. Ven.—63 *Mõ* Ed. Lips. 1.—64 *Meandrum* Ed. Par. Ven. Gryph.—65 *Sipylum et Spilum* Ms. Naz. *Sypilum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. Gryph.—66 *ĩ credibile* Ed. Lips. 1.—67 *Dcũ* Ed. Lips. 1.—68 *Considerat* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 3.—69 *Tercenta* Ed. Lips. 2.—70 *Milia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. ubique, etiam Gryph.—71 *Falcatorum* Ed. Vetst.—72 *Argento* aberat a Mss. Regg.—73 *Ebure* Ms. Naz.—74 *Utrinque vallaverant* Ed. Lips. 2. Ven. *utriusque vallaverãt* Ed. Lips. 1. *utriusque vallaverat* Ed. Lips. 3.

NOTÆ

[x] *In Antiocho vicimus Xerxem*] Athenienses, Themistocle duce, Xerxem apud Salamina vicere; nos vero, inquit Florus, Antiochum vicimus, qui nobis Xerxes erat.

[y] *In Æmilio Themistoclem æquavimus*] Themistocles Atheniensium dux, qui Lacedæmonios * ingenti clade apud Platæas domuit.

[z] *Ephesiis Salamina pensavimus*] Athenienses Salamina cepere, * nos Ephesios vicimus. Et sic Atheniensium victoriam, nostra de Ephesiis victoria pensavimus, Gall. *Nous avons contrebalancé la victoire des Atheniens sur * Salamine, par celle que nous avons remportée sur les Ephesiens.*

[a] *Consule Scipione*] Is est L. Cornelius Scipio Asiaticus.

[b] *Voluntaria legatione*] Cum enim ipse exercitus ductor fuisset, legatus esse cogi non poterat, sed fratris amore voluntariam legationem suscepit: *il voulut etre son Lieutenant.* Ex animo forsan ut et re et consilio fratrem minus militiæ exercitatum adjuvaret, ut inde familiæ suæ major gloria.

[c] *Placet*] Pro, placuit.

[d] *Mæandrum*] In Caria, ad littus maris Ægei, e regione Sami insulæ.

[e] *Sipylum*] Juxta Mæandrum, in Caria Asiæ minoris regione.

[f] *Suo ebore*] Nam ex elephantorum dentibus fit ebur.

[g] *Vallaverat*] Quasi vallo cinxerat. De vallo alibi diximus.

Digitized by Google

præpedita magnitudine sua; ad[76] hoc imbre,[77] qui subito superfusus,[78] mira felicitate[79] Persicos[80] arcus corruperat; primum trepidatio, mox fuga, dehinc[81] triumphus fuerunt. Victo et supplici pacem atque partem regni dari [§. 18. placuit, eo libentius, quod tam facile cessisset.[h]

CAP. IX.

BELLUM ÆTOLICUM.[1]

SYRIATICO[2] bello successit,[3] ut debebat,[4] Ætolicum.[a] [§. 1. Victo quippe Antiocho, Romanus[5] faces[6 b] Asiatici belli persequebatur. Ergo Fulvio Nobiliori[7] [§. 2. mandata ultio est. Hic protinus caput gentis[8] Ambraciam,[9 c] regiam Pyrrhi[10] machinis quatit. Secuta deditio est.[11] [§. 3. Aderant Ætolorum precibus Attici, Rhodii:[12] et memineramus auxilii:[d] sic placuit ignoscere. Serpsit tamen[13] [§. 4.

Med. Par. Gryph.—75 *Hoc* Ed. Ven.—76 *Ab* Ed. Med. Par.—77 *Imber* Ed. Blanc. Beg. e conjectura Grævii.—78 *Perfusus* Ed. Vin. Lugd. *superfusis* Ed. Gryph.—79 Sic Ms. Naz. Pall. Berol. et Mss. Duk. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. Vin. Sed *facilitate* Ed. pr. Ber. Grut. Zen. Vetst. *fælicitate* Ed. Med. Par.—80 *Parthicos* Ms. Reg. Q.—81 *De hic* Ed. Lips. 1. Med.

1 *Etholicum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. ubique.—2 Sic Ms. Ryck. et Duk. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Sed *Syriaco* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Fab. Vetst.—3 *Succedit* Ms. Reg. F.—4 *Et debebat* Ms. Ryck. Naz. Pal. 1. Fran. Voss. Reg. F, Flor. Malliab. *ut dēbat* Ed. Lips. 1.—5 *Romanus Antiocho* Ms. Naz. Pall. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Sab. Med. Par. Junt. Ven.—6 *Fasces* Ed. Pont.—7 *Nobiliori* abest ab Ed. Pont.—8 *Belli* Ms. Ryck.—9 *Ambratiā* Ed. Lips. 2.—10 *Pyrri* Ed. Lips. 1.—11 *Est d.* Ed. Ven. *deditio*, omisso *est*, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont.—12 *Rodii* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. ubique.—13 *Serpit tn* Ed.

NOTÆ

[h] *Eo libentius, quod tam facile cessisset*] Sic et apud Justin. 'Quanto bellum minoris periculi, tanto et mitior victoria fuit.'

CAP. IX. *Bellum Ætolicum*] Anno Mundi 3761. ante Ch. Nat. 187. ab Ur. Cond. 564. Coss. M. Fulvio Nobiliori et Cn. Manlio Vulsone.

[a] *Ætolicum*] Ætolia, Achaiæ regio, inter Epirum et Corinthiacum sinum.

[b] *Faces*] Id est, auctores. Thoas enim Ætoliæ Princeps Antiochum ad bellum Romanis inferendum impulerat. Vide cap. sup.

[c] *Ambraciam*] Urbem inter Epirum et Acarnaniam, supra Ambracium sinum.

[d] *Memineramus auxilii*] Quod contra Philippum et Antiochum præstiterant.

Digitized by Google

latius in proximos bellum, omnemque late Cephaleniam,[15e] Zacynthon,[16f] et quicquid[17] insularum in eo mari inter Ceraunios montes[g] jugumque Maleum,[h] Ætolici belli accessio fuerunt.

CAP. X.

BELLUM HISTRICUM.

HISTRI[1a] sequuntur Ætolos: quippe bellantes eos [§. 1. nuper adjuverant. Et[2] initia pugnæ prospera hosti [§. 2. fuerunt, eademque exitii causa. Nam cum Cnæi[3] Manlii[b] castra cepissent, opimæque[4] prædæ incubarent,[*] epulantes, ac ludibundos plerosque, ac[5] ubi essent præ poculis nescientes, Appius[6] Pulcher invadit.[c] Sic cum sanguine [§. 3.

[*] *Incubarent diviti præda.*

Lips. 1. 2. 3. *serpit tamen* Ed. Par. Ven. Gryph. In Med. est *særpit.*—15 *Cephaloniam* Ms. Fran. Ryck. Ed. Med. Par. Ven. *Cephalleniam* Ed. Stad.—16 *Zacyntō* Ed. Lips. 1. 3. Med. Ven. *Zacyton* Ed. Par. Pont. *Jacynton* Ed. Lips. 2. *omnisque late Cephalenia, Zacynthos* Ed. Blanc. Beg. e conjectura Freinshemii.—17 *Quiddq* Ed. Lips. 1. *quotquot* Ed. Lips. 2.

1 *HVstri* Ms. Ryck. *Histri*, vel *Istri*, vel *Hystri*, Mss. Duk. *Istri* Ed. Stad. Pont. Zeu. Fab. ubique.—2 Sic Ms. Naz. Ryck. Reg. Q, Voss. 1. 2. Sed *igitur initia* Ms. Fran. *initia* Ms. Berol. Ed. Grut. Zeu. Vetst. Beg. Duk. 1. 2.—3 *Cnæi* aberat a Ms. Ryck. Voss. 2. Sed *Cnei* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. et mox *cæpissent* Ed. Stad. Pont. A.—4 *Optimæque* Ms. Naz. Reg. F, Berol. Duisb. Voss. Ed. pr. Eadem permutatio Adverbiorum *opime* et *optime* est apud Auctor. ad Heren. 4. 4. ubi pro *optime vestitus* Christius ὁ μακαρίτης rescribendum censebat *opime vestitus.*—5 *Aut ubi* Ms. Flor. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *aut ac ubi* Ms. Ryck. Librarii enim diligentes solebant varias sæpe lectiones simul exhibere.—6 *C. Claudius Pulcher*

NOTÆ

[e] *Cephaleniam*] Insulam in mari Ionio, e regione Peloponnesi, ad Orientem.

[f] *Zacynthon*] Insulam infra Cephaleniam.

[g] *Ceraunios montes*] In Epiro.

[h] *Jugumque Maleum*] Peloponnesi promontorium, ad sinum Laconicum. Malea in tabulis vocatur. Vide Not. h lib. III. 8.

CAP. X. *Bellum Histricum*] Anno Mundi 3772. ante Ch. Nat. 176. ab Ur. Cond. 575. Coss. M. Junio Bruto, A. Manlio Volsone.

[a] *Histri*] Italiæ populi, ad summum Adriaticum sinum supra Venetiam.

[b] *Cnæi Manlii*] Volsonis: alii tamen illum Aulum vocant, ut in titulo legitur.

[c] *Appius Pulcher invadit*] Tamen ex tabulis certum est ante Appii Pulchri adventum, Romanos eodem duce, quo castra amiserant, ea recuperasse, nempe Manlio Volsone. Ergo quod

Digitized by Google

et spiritu male partam revomuere[7] victoriam. Ipse rex Apulo[8] [d] equo impositus, cum subinde crapula, et capitis errore[e] lapsaret,[b] [9] captum sese vix et ægre, postquam experrectus est, didicit.

CAP. XI.

BELLUM GALLOGRÆCUM.[1]

GALLOGRÆCIAM[2] [a] quoque Syriatici[3] belli ruina [§. 1. convolvit.[a] [4] Fuerint[5] inter auxilia regis Antiochi,[6] [§. 2. an fuisse, ac[7] cupidus triumphi Manlius eos visos[8] simulaverit,[9] dubium est.[†] Certe negatus est[b] victori triumphus:

[b] *Cum interdum casaret crapula, et errore capitis.*
[a] *Clades Syriaci belli complexa est etiam Gallogræciam.*

Ed. Stad. Pont.—7 *Revomere* Ed. Par. Ven.—8 Ita etiam Ms. Pal. 1. Naz. Sed *Appulo* Ms. Pal. 2. Reg. Q, Berol. Duisb. Ed. pr. *Æpulo* Ed. Stad. Pont. *Epulo* Ed. Zeu.—9 *Et capitis jactaret errore lapsaret* Ms. Naz. *et capitis et jactaret, errore lapsaret* Ms. Pal. 1. in quo supra scriptum erat, *et capitis jactatus errore lapsaret.* Ms. Voss. 3. *et cap. err. laxaret.* Ed. Blanc. Beg. e conjectura Nic. Heinsii: *et capitis jactati fervore lapsaret.*

1 *gallogrecum* Ed. Lips. 1.—2 *Gallogretiam* Ed. Lips. 2.—3 *Syriaci* Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinshem. Zeu. Fab. Vetst.—4 *Involvit* Ms. Reg. Q, Ed. Blanc.—5 *Fuerant* Ed. Lips. 1. 2. 3.—6 *Anthiochi* Ed. Lips. 1. —7 *Fuisse ac.* Ed. Lips. 1. 2. 3. *fuisset.*—8 *An eos invisos* Ed. Lips. 1. 2. 3.—9 *Fuerint....simulaverit.* Sic et Ed. Beg. Amstel. e conjectura N. Heinsii. Sed *fuerant inter auxilia regis Ant. an fuisset cupidus triumphi Manlius, an eos visos simulaverit* Ms. Pal. 1. *fuerant inter a. r. Ant. an fuisset cupidior triumphi Manlius, an eos visos simulaverit* Ms. Pal. 2. *fuerant i. a. r. Ant. an fuisset cupidus triumphi Manlius, an eos visos simularit* Ms. Naz. Ryck. Flor. (sed in hoc erat *cupidus fuisset*) Voss. 2. Ed. Ber. Sab. Med. Par. Ven. (in quibus est, ut in Stad. Pont., *simulaverit*) Junt. Ald. Stad. Pont. Eandem lectionem servarant Ms. Malliab. Voss. 1. 3. Fran. nisi quod in illo erat *an fuisse cupidus:* in his *an fuissent cupidus.* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. Lugd. Freinsh. Zeu. Duk. 1. 2. *fuerant inter a. r. Ant. An fuissent, an cupidus triumphi Manlius eos visos simulaverit.* Ed. Gryph. *fuerant inter a. r. A. an fuisset cupidus tr. M. an eos invisos simulaverit.*—† *Dubium,* omisso τῷ *est,* Ed. Lips. 1. 2. 3.

NOTÆ

illi debetur, perperam Noster Appio Pulchro tribuit, qui sequenti tantum anno in Istriam profectus, eam, trucidato rege, in provinciam redegit.

[d] *Apulo*] Proprium Istrorum regis.

[e] *Capitis errore*] Non video, quid hic doctissimum Salmasium offenderit, qui tanto opere lectionem novam conetur intrudere. Nil mutandum; *errore capitis* eleganter dicitur pro, capite huc et illuc præ poculis errabundo, ut mos est.

CAP. XI. *Bellum Gallogræcum*] Eodem anno, quo Bellum Ætolicum; quod vide cap. 9.

[a] *Gallogræciam*] Asiæ minoris regionem, quæ et Galatia dicitur: sed legendum videtur *Gallogræcos.* Pro-

Digitized by Google

quia causam belli non approbavit[c] senatus.[10] Ceterum [§. 3. gens Gallogræcorum, sicut ipsum nomen indicio[11] est, mixtæ et adulteratæ[12] reliquiæ Gallorum, qui, Brenno[13] [d] duce, vastaverant[14] Græciam; mox Orientem[15] secuti, in media Asiæ parte sederunt.[16] Itaque, ut frugum [§. 4. semina mutato solo degenerant, sic illa[17] genuina[18] feritas eorum, Asiatica[19] amœnitate mollita est. Duobus [§. 5. itaque præliis fusi fugatique sunt: quamvis sub adventu hostis[20] relictis sedibus, in altissimos se montes[e] recepissent, quos[21] Tolostobogi[f] Tectosagique[g] jam[2] insederant.

Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Zeu.—10 Sic Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Beg. Sed *approbavit*, omisso τῷ *senatus*, Mss. Pall. Naz. et Duk. omnes, in his Berol. Ed. pr. Grut. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2.—11 *Inditio* Ed. Lips. 1. 2. 3. *judicio* Ed. Par.—12 Sic Ms. Malliab. Sed *mixta et adulterata est*, *reliquiæ* Ms. Naz. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Vin. Stad. Lugd. Pont. *mista et adulterata: reliquiæ* Ms. Ryck. *mixta et adulteratæ reliquiæ* Ms. Pal. 1. 2. Reg. F, Berol. Flor. Voss. 1. 2. Fran. Duisb. Ed. pr. Grut. Freinshem. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2. *mixta est et adulteratæ reliquiæ* Ms. Reg. Q.—13 Sic Ms. Pal. 2. Ed. pr. Sed *quibus Brenno* Ms. Pal. 1. Fran. *qui sub Brenno* Mss. Regg. Ms. Naz. hic deficit, annectitque alia ex cap. 18. *reliquiæ Gallorum. Non temere, si fateri, &c.* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph. *quibus etiam Brēno*. Ed. Lips. 2. *qui etiam Brēno*. Ed. Stad. Lugd. Pont. *quibus Brenno*. Sed *Breno*, simpliciter, omisso *qui*, Ed. Ven.—14 *Vastaverūt* Ed. Par.—15 *In orientem* Ms. Pal. 2. Ryck. Berol. Duisb. Fran. *morientem* Ms. Voss. 1. 2.—16 *Sederant* Ms. Voss. 3. *consederant* Ms. Reg. Q. *sedere* Ed. Lips. 2. Par. Ven. *etiā sed'e* Ed. Lips. 1. *etiam sedere* Ed. Lips. 3. Gryph. Stad. Pont.—17 *sicilia* Ed. Ven.—18 *Genumina* Ed. Lips. 3. *gemina* Ms. Pal. 2. Reg. F. *genita* Ms. Pal. 1. *ingenita* Ms. Ryck. quod mihi glossema videbatur redolere. Mox in Lips. 3. est *veritas*, et *molita*. —19 *In Asiatica* Ms. Ryck.—20 *Hostes* Ed. Par.—21 *Quos* aberat a Ms. Berol. Pall. Ryck. Duisb. Fran. Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Sed *quo* Ed. Lugd.—2 *Tolostobogiorum Tectosagi* Ms. Naz. Pall. *Colosobegit Olympum tectosagi magabæ* Mss. Jord. *Solostobogiorum Tectosagatiani insederant*

NOTÆ

bant sequentia, 'fuerant inter auxilia regis,' &c.

[b] *Negatus est*] Immo tandem concessus, sed non sine controversia.

[c] *Non approbavit*] Non fecit ut eam probarent Romani, et in ea acquiescerent.

[d] *Ceterum gens Gallogræcorum, sicut ipsum nomen indicio est, mixta et* [*mixta, et*] *adulteratæ reliquiæ Gallorum, qui, Brenno, &c.*] Sic legi voluit Salmasius; in aliis hanc scripturam reperio: *Ceterum Gens Gallogræcorum, sicut ipsum nomen indicio est, mixta et adulterata est; reliquiæ Gallorum, quibus, &c.* Sed hæc nihil sunt; legendum enim, *adulterata est reliquiis Gallorum, &c.* Pater.

[e] *Altissimos montes*] Olympum et Magabam, ut patet ex Livio.

[f] *Tolostobogi*] Galatiæ populi in Asia minori; aliis Tolistobii, aliis Tolistobogii dicuntur.

[g] *Tectosagi*] Iidem qui Tolostobogi

Utrique fundis sagittisque acti,[22] in perpetuam[23] se pacem dediderunt. Sed alligati miraculo quodam fuere, [§. 6. cum catenas morsibus et ore tentassent:[24] cum offocandas[25] invicem fauces præbuissent.[g] Nam[26] Orgiagontis[27] [§. 7. regis[h] uxor[i] a Centurione stuprum passa, memorabili exemplo custodiam evasit,[j] revulsumque militis caput ad maritum[28] [k] suum retulit.[29]

CAP. XII.

BELLUM MACEDONICUM[1] SECUNDUM.

Dum[2] aliæ aliæque gentes Syriatici[3] belli sequuntur ruinam, Macedonia se rursus erexit. [§. 1. Fortissi- [§. 2.

[g] *Sed astricti fuere quodam miraculo, cum adorti essent catenas dentibus et ore, et invicem dedissent collum strangulandum.*

Ms. Berol. *solo stologiorum tectosagatiani* Ed. pr. Neque multo aliter Mss. et Edd. Duk. reliqui. *Solostologiorum tectosagiam* Ed. Lips. 1. *Solostologiorum tectosogiam* Ed. Med. Par. 2. *Solostologiorum tecto sagiam* Ed. Par. 1. *Solostogiorum plano Tectosagiā* Ed. Lips. 2. *solostologiorū tectusagiam* Ed. Lips. 3. *Tolistobogii Tectosagæque* Ed. Stad. Pont. *solostrologiorum tectosagium insederant* Ed. Ven. Vulgata Dukero videbatur esse ab Aldo: *recepissent*. *Tolostobogi Olympum, Tectosagi Magabam insederant* Ed. Beg.—22 *Utique....adacti* Ed. Beg. e conjectura Heinsii. In Edd. Jord. est *detracti*, pro *acti*. At *acti* erat in Mss. et Edd. Duk. omnibus. In Ed. Lips. 1. 3. est *utrimque*. In Par. 1. Ven. Gryph. Stad. Pont. *utrinque*. Par. 2. *utrinsque*. Lips. 2. Med. *utrīque*.—23 *Imperpet*. Ed. Lips. 1. 3. Med. *in perpetua* Ed. Ven.—24 *Temptassent* Ed. Lips. 1. 3.—25 *Obfocandas* Ms. Ryck. *effocandas* Ms. Pal. 1. Voss. 3. Ed. Par. 2. Fab. *effocandasque* Ed. Par. 1. *suffocandas* Ed. Lips. 2. Pont.—26 *Jam* Ed. Stad.—27 *Ortiagontis* Ed. Ald. Beg.—28 *Admaritū* Ed. Lips. 1.—29 *Rettulit* Ed. Par.

1 *Sive Persicum* add. Ed. Stad.—2 *Quum* Ed. Gryph. Stad. Pont. *cum* Ed. Lips. 1. 3.—3 Ita Mss. Duk. plerique, Ed. pr. Sed *Syriaci* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab.

NOTÆ

sed hic diversos Florus videtur facere.

[h] *Orgiagontis regis*] Livius hunc regem Ortiagontem vocat, et hic etiam *Ortiagontis* legendum.

[i] *Uxor*] Chiomara nomine, ex Galatiæ finibus oriunda. Plutarch.

[j] *Custodiam evasit*] Cum Centurione, qui eam ad duos ejus necessarios, qui ad flumen expectabant, ducebat, ut ab iis aurum acciperet; sed ii, dum aurum pensaret, occidere. Vid. Histor. apud Liv. lib. XXXVIII. 24.

[k] *Maritum*] Ortiagontem.

Cap. XII. *Bellum Macedonicum secundum*] Ann. Mundi 3781. ante Ch. Nat. 167. ab Ur. Cond. 584. Coss. Q. Martio Philippo II. et Cn. Servilio Cæpione.

Digitized by Google

mum populum memoria et recordatio suæ nobilitatis[a] agitabat: ac[4] successerat Philippo filius[5] Perses;[6] qui semel[7] in perpetuum[b] victam esse Macedoniam, non putabat ex gentis dignitate. Multo vehementius sub hoc Mace- [§. 3. dones, quam sub patre, consurgunt: quippe Thracas[8] in vires suas traxerant;[9] atque ita industriam Macedonum[c] viribus Thracum,[d] ferociam Thracum disciplina Macedonum, temperaverunt.[10] Accessit his consilium ducis, [§. 4. qui situm regionum suarum summo[11] speculatus[12] Hæmo,[13][e] positis[14] per abrupta castris, ita Macedoniam suam[15]

Vetst.—4 *Et successerat* Mss. Pall. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Voss. Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Blanc. Beg. *successerat*, omissa copula, Ed. Ald. Amstel.—5 *Filius Philippo* Ed. Lips. 2. —6 *Perseus* Ms. Voss. 1. Ed. Lips. 1. 2. 3.—7 *Sel'* Ed. Lips. 1.—8 *Thraces* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Beg.—9 *Traxerat* Ed. Lips. 2.—10 Ita Ms. Pal. 1. et Mss. Duk. plerique, etiam Ms. Lipsii (in quo tamen erat *temperavere*). Ed. pr. Vin. Lugd. Beg. Sed *industria Macedonum, viribus Thracum, ferociam Thracum, disciplinam Macedonicam temperaverunt* Ms. Naz. *industria Macedonum tentaverunt* Ms. Ryck. *industria Macedonum, viribus Thracum, disciplinam Macedonum temperavere* Ms. Fran. Pal. 2. Ed. Sab. Junt. Ald. *idustria Maced. vir. Thr. disciplina Macedonica tēptavere* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Ven. *industria Mac. vir. Thr. disciplinam Macedonicam tentavere* Ed. Par. 1. Gryph. In Ms. Voss. 2. 3. erat etiam *industria:* et in Voss. 2. *disciplinam.* In Voss. 3. *tentaverunt*, ut in Ryckiano, et *Macedoniam.* Ed. Ber. *temptaverunt.* Ed. Stad. Pont. *industria Macedonum, viribus Thracum, disciplinam Macedonicam temperavere.*—11 *De summo* Ed. Stad.—12 *Speculatur* Ed. Ven.—13 *Hemo* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *Æmo* Ed. Stad. Pont.—14 *Poïtis* Ed. Lips. 1.—15 *Suis* Ed. Med. Par.—16 *Fallaverat* Ed.

NOTÆ

[a] *Recordatio suæ nobilitatis*] De vetustate et nobilitate Macedoniæ Justin. lib. VII. statim initio: 'Hujus sicuti incrementa modica, ita termini perangusti fuere. Populus, Pelasgi; regio, Pæonia dicebatur. Sed postea virtute regum, et gentis industria, subactis primo finitimis, mox populis nationibusque, imperium usque extremos Orientis terminos prolatum.'

[b] *Semel in perpetuum*] Non existimabat Macedoniam in perpetuum victam, cum semel tantum victa fuerit; neque enim id gentis dignitas patiebatur.

[c] *Industriam Macedonum*] Sic Justin. loco supra laudato, 'Virtute regum, et gentis industria.' Ceterum hic industria, non est quod vulgo dicimus, *industrie;* sed *laboriositas*, si fas ita loqui.

[d] *Viribus Thracum*] De Thracibus hæc Justinian. in Pr. Novellæ 26. 'Illud in confesso est, quod si quis Thracum regionem nominet, statim una cum dicto virilitas quædam animum, et militarium copiarum, bellorum, ac pugnæ cogitatio subeat. Sunt enim ista ingenita, et quasi patrio quodam jure huic regioni attributa.'

[e] *Hæmo*] Hæmus mons, qui Thraciam a Mysia dividit.

Digitized by Google

armis ferroque vallaverat,[e] [16] ut non reliquisse aditum, nisi a cœlo[17] venturis hostibus, videretur. Nam Marcio[18] [§. 5. Philippo[19] Consule eam provinciam ingressus[20] populus Romanus, exploratis diligenter accessibus, per Astrudem[21] paludem,[f] per acerbos dubiosque tumulos,[22] illa, quæ volucribus quoque videbantur[23] invia,[24] accessit: regemque securum,[g] et nihil tale metuentem, subita belli irruptione[25] terruit.[26] Cujus tanta trepidatio fuit, ut pecuniam [§. 6. omnem in mare jusserit mergi, ne periret:[h] classem cremari, ne incenderetur. Paulo[27] [i] Consule cum majora [§. 7. et crebra essent imposita præsidia, per alias vias Macedo-

[e] *His addita fuit industria ducis, qui contemplatus positionem regionum suarum ab alto Hæmo, locatis castris per loca inaccessa [vel intercisa] sic fecerat vallum Macedoniæ suæ ex armis et ferro.*

Lips. 1. 3.—17 *Cælo*, omissa *a*, Ed. Beg. de sententia Ruperti.—18 *Martio* Ed. Lips. 2. ut mox *provintiam*. Etiam Ven. Gryph. *Martio*. Ed. Stad. Pont. Q. *Marcio*.—19 *Philippo* aberat a Ms. Fran.—20 *Aggressus* Ms. Flor.—21 Sic Ms. Malliab. Sed *Astundam* Ms. Naz. Berol. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. *Astundem* Mss. Vin. *Astimidiam* Ms. Pal. 1. *Astimidam* Ms. Pal. 2. *Abstundeam* Ms. Ryck. *Astudeam* Ms. Voss. 3. *Astmudam* Ms. Flor. *Astriedem* Ms. Reg. Q. *Astimidem* Ms. Reg. F. *Ascuridem* Ed. Stad. marg. *Bistonidem* Ed. Blanc. *Ascurida* Ed. Beg.—22 *Tumulos et illa* Ms. Fran. Ed. Stad. Pont. —23 *Videbatur* Ms. Pal. 2. Ryck. Regg. Ed. Lips. 1. 3. Ber. Junt. Ven. Grut.—24 *Invia via* Mss. Regg. Pal. 2. Flor. Malliab. In Ed. Beg. locus totus ita legitur, uti eum Grævius in notis constituit: *Tamen Marc. Phil. Cons. e. pr. ingr. p. R. e. d. e. propter Ascurida pal. per aversos devíosque tumulos, illa quæ v. q. videbantur inaccessa, regem sec. et n. t. m. s. b. ir. terruit.*—25 *Eruptione* Ms. Naz. Pal. 1. Duisb. Reg. Q, Voss. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph.—26 *Temuit vl tüit* Ms. Ryck.—27 *Paulo* Ed. Lips. 1. 3. Ven. ubique.—28 Ita Ms. Flor. Berol. Voss. Duisb.

NOTÆ

[f] *Astrudem paludem*] Hanc Livius Ascuridem vocat, lib. XLIV. Hanc Ortelius putat esse Lychnitum Lacum. Hodie, *Lago di Lochrida*. Juxta Urbem Lychnidum.

[g] *Securum*] Securus dicitur is, qui aliquid non curat; quasi id ad se nullo modo pertineat. Horat. 'Quid Mithridatem terreat unice Securus.'

[h] *Ne periret*] Sententia ita acute exposita ut omnino fatua videatur, Græci vocant ὀξύμωρον, quasi dicas *acute stultum*: sic illud Themistoclis 'perieramus nisi periissemus.' Et apud Plaut. in Trucul. 'Si non peream, plane inteream.' Simile est illud Virgil. de Trojanis. 'Num capti potuere capi? num incensa cremavit Troja viros?' Quod ex Ennio videtur effictum lib. XIV. Annal. ubi de Pergamis: 'Quæ neque Dardaniis campis potuere perire, Nec, quom capta, capi, ne quom combusta, cremari.'

[i] *Paulo*] L. Æmilio Paulo, qui tunc secundum Consul.

Digitized by Google

nia deprensa[28] est, summa quidem arte, et industria ducis, cum alia minatus,[29] [j] alia irrepsisset.[30] Cujus adven- [§. 8.
tus ipse adeo[31] terribilis regi[32] fuit, ut interesse non auderet, sed gerenda ducibus bella mandaverit.[33] Absens ergo [§. 9.
victus fugit in maria, insulamque Samothracen,[34] [k] fretus celebri[35] religione,[36] [l] quasi templa et aræ possent defendere, quem nec montes sui, nec arma potuissent. Nemo regum diutius amissæ[37] fortunæ conscientiam[38] reti- [§. 10.
nuit.[b] Supplex cum scriberet ad Imperatorem ab[39] illo, quo confugerat, templo, nomenque epistolæ[40] notaret[41]

[b] *Nullus unquam rex diutius servavit memoriam amissi regni.*

Ed. pr. Sed *depressa* Ms. Pal. 2. et Mss. Duk. reliqui, Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *depssa* Ed. Lips. 1. Ven.—29 Sic Ed. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Sed *alias eminatus alia* Ms. Naz. Pall. Flor. Berol. *alia ei minatus* Ms. Ryck. *alias minatus alias* Mss. Regg. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. *alias eminatus alias* Ms. Malliab. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. *alia se minatus alias* Ms. Voss. 2. *alias hemisaltus* Ms. Voss. 3.—30 *Irrepisset* Ms. Lipsii, Voss. 1. Duisb. Ed. Ber. Blanc. *irripisset* Ms. Ryck. *inrepisset* Ms. Naz. *irrupisset* Ms. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. *increpuisset* Ms. Voss. 2.—31 *Eo* Ms. Naz. Ryck. Regg. Fran. Voss. et Edd. vett. Duk. plerique, in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—32 *Rei* Ed. Lips. 3.—33 *Mandaret* Mss. Regg.—34 *Samothracē* Ed. Lips. 2. Med. Par. 1. Ven. *Samothracem* Ed. Par. 2. Gryph. Blanc.—35 *Celebri* aberat a Ms. Pal. 1.—36 *Regione* Ed. Lips. 1. Med. Par. *regiōe* Ed. Lips. 2. 3. Quæ scriptura demonstrat fontem et originem lectionis alterius pravæ.—37 *Amissas* Ed. Lips. 3. Par.—38 *Consciam* Ed. Lips. 2.—39 *Ae illo* Ms. Naz.—40 *Epistolæ* abest ab Ed. Beg. de sententia Annæ Fabri. Ed. Lips. 2. *epl'e.*—41 *Notaret* aberat a Ms. Ryck. Sed *notarat* Ed. Gryph.—42 *Alio*

NOTÆ

[j] *Alia minatus*] Alia via. Cave fidem adhibeas eruditissimo Salmasio, qui legendum contendit, *alias eminatus, alias irrepsisset: alia* vera lectio est.

[k] *Samothracen*] Insulam in summo mari Ægeo, Thraciæ oppositam.

[l] *Celebri religione*] Nam in Insula Samothrace Dii *κάβειροι*, hoc est, Divi potentes, *δυνατοὶ, μεγάλοι*, colebantur. Erant autem ii, Ceres, Proserpina, et Pluto: addunt aliqui Mercurium. Audi Macrob. Apollonii Interpretem. Μυοῦνται δὲ ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνάσεάς φησι καὶ τὰ ὀνόματα. Τέσσαρες δέ εἰσι τὸν ἀριθμόν, Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ, Ἀξιόκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη, Ἀξιόκερσος δὲ Ἅδης· ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κάσμιλος Ἑρμῆς ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος· hoc est: *Initiantur in Insula Samothrace Kabeiris, quorum Mnaseas etiam nomina retulit. Quatuor autem numero sunt;* Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος *quidem est Ceres,* Ἀξιόκερσα, *Proserpina,* Ἀξιόκερσος, *Pluto. Additus autem quartus Casmilus Mercurius est, ut scribit Dionysodorus.* Sed Mercurium plerique in inferiori ponunt or-

suum,[m] 'Regem' addidit.[n] Sed nec reverentior [§. 11. captæ majestatis alius Paulo[42] fuit. Cum in conspectum[43] venisset hostis,[44] in templum[45] recepit,[46] [o] et conviviis[47] adhibuit, liberosque admonuit suos,[p] ut fortunam, cui tantum liceret,[q] revererentur.[48] Inter pulcherrimos hunc [§. 12. quoque populus Romanus de Macedonia duxit atque vidit triumphum: quippe cujus spectaculo[49] [r] triduum impleverit. Primus[50] dies[51] signa tabulasque: sequens arma [§. 13. pecuniasque[52] transvexit: tertius captivos, ipsumque regem attonitum adhuc, tanquam[53] subito malo[s] stupentem. Sed multo prius gaudium victoriæ populus Roma- [§. 14. nus, quam epistolis victoris perceperat:[54] quippe eodem

paulo Ed. Ven.—43 *Conspectu* Ms. Ryck. Reg. F, Voss. 3. Edd. vett. Duk. plerique, in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. *conspectū* Ed. Ven.—44 *Hostes* Ed. Par.—45 *Tentorium* Ed. Beg. de sententia Nic. Heinsii. Quasi vero abhorreat *tentorium* vocari *templum*.—46 *Receperat* Ms. Lipsii.—47 *Et ī conviviis* Ed. Lips. 1. 2. 3. *et in conviviis* Ed. Med. Par. 2. Ven. Gryph. Stad. Pont. *et in convivis* Ed. Par. 1.—48 *Reverrentur* Ed. Lips. 3.—49 *Spectaculum* Ms. Flor. Voss. 3.—50 *Prima* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—51 *Die* Ed. Med. Par. Ven.—52 *Pecunias* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. fortassis vere. *pecuniaque* Ed. Lugd.—53 *Ac tanquam* Ed. Beg.—54 Sic Mss. Pall.

NOTÆ

dine, et pro ministro duntaxat habent.

[m] *Nomenque epistolæ notaret suum*] Dele istud, *epistolæ*, nisi malis esse ponderosum solœcismum in oratione Flori.

[n] '*Regem' addidit*] His verbis, ut videre est apud Liv. lib. XLV. 'Rex Perseus Consuli Paulo salutem.'

[o] *In templum recepit*] Quid alii conjecerint nescio (unde enim mihi libri præter unum et alterum?). Vir Doctiss. mihi hoc loco non satisfacit, cum legit *tentum* pro tentorio, seu, ut recentiores Latini et Græco-Barbari solent dicere, pro tenta, seu tenda. Uno verbo legendum est *insellam*; quod ex prisca historia verissimum esse scio. Rogabis, Sed unde istud, *templum?* Dicam: Ex linea secunda superiori, per socordiam transcriptorum, ut mos erat. *Pater.*

[p] *Liberosque admonuit suos*] 'Suos' pro, ejus, hic et alibi sæpe invenias. Quid autem Persei filiis dixerit Paulus docet Livius lib. XLV. 'Exemplum insigne cernitis, inquit, mutationis rerum humanarum. Vobis hæc præcipue dico, juvenes. Ideo in secundis rebus nihil in quenquam superbe ac violenter consulere decet, nec præsenti credere fortunæ; cum, quid vesper ferat, incertum sit. Is demum vir erit, cujus animum nec prospera flatu suo efferet, nec adversa infringet.'

[q] *Liceret*] Hoc verbo eodem sensu usus est Virgil. 'Cui tantum de te licuit.'

[r] *Cujus spectaculo*] Omnino scripsit Florus, *spectaculum*; in casu recto.

[s] *Tanquam subito malo*] Scribendum,

Digitized by Google

die, quo victus[55] Perses[56] in Macedonia, Romæ cognitum est. Duo juvenes candidis equis apud Juturnæ la- [§. 15. cum[t] pulverem et cruorem abluebant: hi[57] nunciavere.[58] Castorem et Pollucem fuisse creditum vulgo, quod [§. 16. gemini fuissent; interfuisse bello, quod sanguine maderent; a Macedonia venire, quod adhuc anhelarent.

CAP. XIII.

BELLUM ILLYRICUM.

MACEDONICI[1] belli contagio traxit Illyrios.[2] Ipsi [§. 1. quidem, ut Romanum a tergo distringerent,[a] a Perse rege conducti pecunia militavere.[3] Sine mora ab Anicio[4] Prætore[5] subiguntur.[6] Scordam[7] [a] caput gentis delesse[8] [§. 2. suffecit: statim secuta deditio est. Denique hoc bellum ante[9] finitum est,[b] quam geri Romæ nunciaretur.

[a] *Ut Romanos a tergo lacesserent.*

Sed *præceperat* Ms. Naz. Fran. Berol. Ed. Vin. Lugd.—55 Ita Ed. Vin. Grut. Lugd. Fab. Vetst. Sed *victus est* Ms. Naz. Ryck. Toll. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. Beg. Duk. 1. 2.—56 *Perseus* Ed. Lips. 1. 3.—57 *Hii* Ed. Med.—58 *Nunciaver* Ed. Lips. 1.

1 *Macedoni* Ms. Naz.—2 *Illyros* Ms. Voss. 1. 2. Naz. *Illyricos* Ms. Ryck. Malliab. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 2. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Beg. *illiricos* Ed. Lips. 1. 3. et in Indice Capitis *illiricum*.—3 *Militaverant* Ms. Reg. Q. *militaverunt* Ms. Ryck. Reg. F. Flor. Malliab. Duisb. Fran. Ed. pr. —4 *Antio* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—5 *Proprætore* Ed. Stad. Pont. male. Vid. interpretes Nep. ad Hannib. IV. 3.—6 *Subjuguntur* Ed. Ven.—7 Sic Mss. Vin. Flor. Voss. 1. 2. Malliab. Sed *Lescordam* Ms. Pal. 1. Berol. Duisb. Ed. pr. *Loscordiam* Ms. Ryck. Voss. 3. *Scordiam* Ms. Fran. *Loscordam* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *Scodram* Ed. Stad. Pont. Zeu. Blanc. Beg.—8 *Dedisse* Ms. Ryck.—9 *An* Ed. Lips. 1.

NOTÆ

et tam subito. Sic est.

[t] *Juturnæ lacum*] Juturnæ fons, non longe ab Urbe.

CAP. XIII. *Bellum Illyricum*] Anno Mundi 3782. ante Ch. Nat. 166. ab Urbe Cond. 585. Coss. L. Æmilio Paulo II. et C. Licinio Crasso.

[a] *Scordam*] Legendum *Scodram*: est autem Scodra Illyrici oppidum littorale, prope Epidaurum.

[b] *Ante finitum est*] 'Bellum hoc intra triginta dies perpetratum, priusquam cœptum Romæ auditum fuisset.' Liv.

Digitized by Google

CAP. XIV.

BELLUM MACEDONICUM TERTIUM.[1]

QUODAM[2] fato, quasi ita convenisset inter Pœnos [§. 1. et Macedonas, ut tertio quoque vincerentur, eodem tempore utrique arma moverunt:[3] sed prior[a] jugum excutit [§. 2. Macedo, aliquanto, quam ante, gravior, dum contemnitur. Causa belli prope erubescenda: quippe regnum pari- [§. 3. ter et bellum vir ultimæ sortis Andriscus invaserat; dubium liber[4] an servus, mercenarius certe: sed quia vulgo ex similitudine Philippi Pseudophilippus[5] [b] vocabatur, regiam formam, regium nomen, animo quoque regio implevit. Igitur dum hæc ipsa contemnit populus Romanus, Ju- [§. 4. ventio[6] Prætore[c] contentus, virum non Macedonicis modo, sed Thraciæ quoque auxiliis ingentibus validum temere tentavit:[7] invictusque[8] a veris regibus[9] [d] ab illo imaginario

1 *Cum Andrisco* add. Ed. Stad. Pont.—2 *Quoniam* Ed. Lugd.—3 *Movere* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—4 *Liber* abest ab Ed. Reg.—5 Sic Ms. Reg. F, Flor. Malliab. Fran. Voss. 1. 2. Ed. Vin. Grut. Lugd. Sed *quia vulgo Philippus ex similitudine Philippi Pseudophilippus vocabatur* Ms. Naz. Ryck. Voss. 3. *sed quia ex vulgo Philippus similitudine Phil. Pseud. vocab.* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. *sed quia vulgo ex similitudine oris Philippus Pseudophilippus vocabatur* Ms. Reg. Q. *sed quia vulgo Philippus ex similitudine oris Pseudophilippus vocabatur* Ed. Stad. Pont. *sed quia vulgo Philippus ex* (Ed. Sab. Med. Par. Ald. Gryph. *et*) *similitudine Pseudophilippus* (Ed. Lips. 1. *pseudo philippus*) *vocabatur* Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ald. Gryph. *sed quia v. sim. Phil. Pseud. voc.* Ed. Ven.—6 *Inventio* Ed. Lips. 3.—7 *Temtavit* Ed. Lips. 3.—8 *Invictus quoque* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph. *Juvectus quoque* Ed. Lips. 2.—9 Sic Mss. Duk. omnes, excepto Malliab. in quo erat *non a veris regibus, sed ab illo:* ut conjecerat Freinshemius. At jam in Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. est *nō a veris reg. sed ab illo.* Sic et Ed.

NOTÆ

CAP. XIV. *Bellum Macedonicum tertium*] Anno Mundi 3798. ante Ch. Nat. 150. ab Ur. Cond. 601. Coss. M. Claudio Marcello III. et Lucio Valerio Flacco. Alii illud quatuor annis posterius faciunt.

[a] *Prior*] Tribus annis ante initum tertium bellum Punicum.

[b] *Pseudophilippus*] Falsus Philippus.

[c] *Juventio prætore*] Quem Andriscus occidit, et exercitum delevit.

[d] *Invictusque a veris regibus*] Hunc locum sic legunt alii, *invictusque, non a veris regibus, sed ab illo imaginario et scenico Rege superatur.* Sed male; nam τὸ *sed* a linea sequenti ortum est, et postea *non* a sciolo quodam intrusum.

Digitized by Google

et scenico rege superatur.[10] Sed Consule[11] Metello[e] [§. 5. amissum cum legione Prætorem[f] plenissime ultus est. Nam et Macedoniam[12] servitute mulctavit, et ducem belli deditum ab eo, ad quem confugerat, Thraciæ regulo[13] in Urbem in catenis reduxit; hoc quoque illi[14] in malis indulgente[15] fortuna, ut de eo populus Romanus, quasi de vero rege,[16] triumpharet.[17]

CAP. XV.

BELLUM PUNICUM TERTIUM.

TERTIUM cum Africa bellum, et tempore exiguum[1] [§. 1. (nam quadriennio patratum[2] est), et in comparatione priorum, minimum labore: non enim tam cum viris, quam cum ipsa urbe, pugnatum est: sed plane maximum[3] eventu: quippe eo[4] tandem Carthago finita est. Atque si[5] quis [§. 2. trium temporum momenta consideret,[6] primo[7] commissum[8] [a]

Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetat.—10 *Superatus* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph.—11 *Prætore* Ed. Stad. Pont.—12 *Macedōiam* Ed. Lips. 1.—13 *Thraciæ regē regulo* Ed. Lips. 2.—14 *Et illi* Ms. Ryck. Aberat *τὸ illi* a Ms. Reg. Q.—15 Sic Ed. pr. Sed *malis suis ind.* Ms. Ryck. Pal. 2. Flor. Malliab. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *malis ejus ind.* Ms. Reg. Q.—16 *Rege vero* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—17 *Triumphavit* Ed. Lips. 1. 2. 3.

1 *Exiguum fuit* Ms. Ryck. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—2 Sic Mss. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Vin. Grut. Lugd. Sed *peractum* Ms. Pal. 1. Malliab. Berol. Duisb. Ed. pr. Beg. puto, e glossemate, ut 1. 11. 15. etc. *Paratum* Ms. Pal. 2. *protractum* Ms. Flor. *paractum* Ms. Ryck. *Patum* Ms. Fran.—3 Sic Mss. Pall. et Duk. plerique, Ed. pr. Sed *maxime* Ms. Naz. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—4 *Eo* aberat a Ms. Naz. Pall. et Mss. Duk. omnibus, in his Berol. Abest etiam ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—5 *At si quis* Ms. Ryck. Pal. 1. Ed. Ald.—6 *Considerat* Ed. Lips. 1. 2. 3.—7 *p̃o* Ed. Lips. 1.—8 *Commissum est*

NOTÆ

[e] *Consule Metello*] Is est Q. Cæcilius Metellus, quem tunc Prætorem potius quam Consulem fuisse crediderim. Nam quo tempore debellatus Andriscus, Roma Sp. Posthumium Albinum et L. Calpurnium Pisonem Consules habebat. Vide Notata ad cap. 15. et 16.

[f] *Prætorem*] Juventium. Eutrop. vero non Juventium, sed P. Panætium prætorem nominat.

CAP. 15. *Bellum Punicum tertium*] Anno Mundi 3801. ante Ch. Nat. 147. ab Ur. Cond. 604. Coss. L. Martio Censorino et M. Manilio.

[a] *Primo commissum*] Tamen victo-

Digitized by Google

bellum, profligatum[b] secundo, tertio vero confectum est.[a] Sed hujus causa belli,[c] quod contra fœderis legem [§. 3. adversus Numidas[9] [d] quidem semel parasset[10] classem[11] et exercitum, frequens autem Masinissæ[12] [e] fines territabat.[13] Sed huic[f] bono[g] socioque regi favebatur.[14] [§. 4. Cum bellum[15] sederet,[16] [h] de belli fine tractatum est. Cato inexpiabili[b] odio delendam esse Carthaginem,[i] et cum de alio consuleretur, pronuntiabat. Scipio Nasica[17] [§. 5. servandam, ne, metu ablato æmulæ urbis,[18] [j] luxuriari[k] feli-

[a] *Primo inceptum bellum, secundo afflictum, tertio omnino debellatum.*
[b] *Implacabili.*



bellum Ms. Ryck. Malliab. Fran. Voss. 2. 3. Ed. Lips. 2. 3. Ber. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *comissū c̄ bellum* Ed. Lips. 1.—9 *Adversus Numidas* aberant a Ms. Ryck.—10 *Se parasset* Ms. Naz. An scriptum fuit *sel' ? separasset* Ms. Voss. 2.—11 *Clacem* Ed. Gryph.—12 *Massinisæ* Ed. Pont.—13 *Territaret* Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Fab. Vetst. Beg.—14 *Favebāt* Ed. Lips. 1. 2. 3.—15 *Bello* Ms. Naz. Voss. 2. 3.—16 *Sedaret* Ed. Par. 1.—17 *Nassica* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—18 *Æmulæ*,

NOTÆ

ria tunc reportata tanta fuit, ut de exscindendis hostium mœnibus non quæreretur. Supervacuum visum est in arcem murosque sævire, cum jam in mari esset deleta Carthago. Vide Nostrum, cap. 2. hujus lib.

[b] *Profligatum*] Cum Annibale manum conseruit Scipio; cessit Annibal, præmiumque victoriæ Africa fuit.

[c] *Sed hujus causa belli*] Tolle, *Sed:* huc translatum est ex membro sequenti.

[d] *Numidas*] Littorales Africæ populos a Tusca amne usque ad Ampsagam fluvium pertinentes, qui Nomades a Græcis appellati a permutandis pabulis, Mapalia sua plaustris circumferentes, ut nunc solent Barbari.

[e] *Masinissæ*] Numidarum regis.

[f] *Sed huic*] Τὸ *sed* hic significat, autem, et est transitio.

[g] *Bono*] Bonum vocat ob ætatem: Masinissa enim tunc temporis nonaginta fere annis natus erat. Sic Virgil. Acestem 'bonum' vocat alicubi.

[h] *Sederet*] Eleganter pro placeret, decretum esset. Virgil. lib. v. 'Idque pio sedet Æneæ, probat auctor Acestes.' Et lib. vii. 'Ubi certa sedet patribus sententia pugnæ.'

[i] *Delendam esse Carthaginem*] Hæc sunt ejus verba, 'Censeo delendam Carthaginem:' quam sententiam semper repetebat, etsi de alio omnino capite consuleretur, quod ad Carthaginem minime pertineret.

[j] *Æmulæ urbis*] Nam sæpissime, si desint quibus æmulemur, virtus torpet: sic Epaminondæ morte, 'Atheniensium virtus intercidit, siquidem amisso, cui æmulari consueverant, in segnitiam torporemque resoluti.' Justin.

[k] *Luxuriari*] Eleganter pro, contra pudorem, et supra modum, sese diffundere.

Digitized by Google

citas[19] inciperet. Medium senatus elegit, ut urbs tantum loco moveretur.[l] Nihil enim speciosius videbatur, [§. 6. quam esse Carthaginem, quæ non timeretur. Igitur [§. 7. Manilio Censorinoque[m] Consulibus, populus Romanus aggressus Carthaginem, spe pacis injecta,[20] traditam a volentibus[n] classem sub ipso ore urbis incendit. Tum evo- [§. 8. catis principibus, si salvi esse vellent,[21] ut migrarent[o] finibus, imperatum. Quod pro rei atrocitate adeo movit[22] iras, ut extrema mallent.[*] [23] Comploratum[24] [p] igitur publice statim, et pari voce clamatum est,[q] ad arma; sedit- [§. 9. que sententia,[25] [r] quoquo modo rebellandum:[26] non quia spes ulla jam[27] superesset, sed quia patriam suam mallent hostium, quam suis, manibus everti. Qui[28] rebel- [§. 10. lantium[29] fuerit furor, vel hinc intelligi potest, quod in usum novæ classis[30] tecta domusque resciderunt: in[31] armorum officinis[32] aurum et argentum pro ære ferroque conflatum est:[s] in tormentorum[t] vincula matronæ crines suos contule-

[*] *Quod secundum sævitiam rei sic excitavit iras, ut mallent* pati *ultima.*

lux. Ed. Beg.—19 Ita Ms. Ryck. Sed *felicitas urbis incip.* Mss. Duk. omnes, etiam Edd., in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. (in quo tamen et hic et ubique est *fœlicitas*) Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zen. Vetst. Beg. Duk. 1. 2.—20 *Ingesta* Ms. Ryck. Ed. Beg.—21 *Volent* Ed. Lips. 1. 2. 3. —22 *Monit* Ed. Lips. 1.—23 *Malent* Ed. Par. ut §. 9.—24 *Comploratū* Ed. Lips. 1.—25 *Sententiæ* Ed. Ven.—26 *mō rb̄ellandū* Ed. Lips. 1.—27 *Jam spes ulla* Ms. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr. *spes ulla*, omisso τῷ *jam*, Mss. Voss.—28 *Quis* Ed. Lips. 2.—29 *Rebellantum* Ed. Stad.—30 *Navalem classis* Ms. Voss. 2.—31 *Et ī armorum* Ed. Lips. 1. Med. Par. *et in armorum* Ed. Lips. 3. Ven. Gryph. Stad. Pont.—32 *Officinas* Ms. Ryck. Pall. Naz. Regg. Flor. Berol.

NOTÆ

[l] *Ut urbs tantum loco moveretur*] Nam Carthaginensibus petebant Romani, ut si salvi esse vellent, procul a mari, Carthagine exusta, aliam urbem conderent.

[m] *Manilio Censorinoque*] Vide ad tit. cap.

[n] *Traditam a volentibus*] Carthaginenses cum se Romanis tradere vellent, trecentos obsides et naves dedere, obsides Romam missi, naves vero crematæ.

[o] *Ut migrarent*] Vide notam superiorem, ut urbs tantum loco moveretur.

[p] *Comploratum*] Communi omnium lamentatione ploratum est, ut in funeribus, cum rogus arderet.

[q] *Pari voce clamatum est*] Pari omnium voce ad arma conclamatum.

[r] *Seditque sententia*] Vide notam ab hac undecimam.

[s] *Conflatum est*] Ad arma fabricanda.

Digitized by Google

runt. Mancino[33] deinde Consule,[34 u] terra marique [§. 11. fervebat[v] obsidio. Operis[w] portus nudatus;[35] et primus, et sequens, jam et tertius[36] murus;[37] cum tamen[38] Byrsa,[x] quod nomen arci fuit, quasi altera civitas resistebat. Quamvis[39] profligato urbis excidio,[d] tamen fatale[y] [§. 12. Africæ nomen[40] Scipionum[z] videbatur. Igitur in alium Scipionem conversa Respublica, finem belli reposcebat. Hunc Paulo Macedonico[a] procreatum Africani illius magni filius in decus gentis assumserat, hoc scilicet fato, ut, quam urbem concusserat avus,[41 b] nepos[c] ejus[42] everteret.

[d] *Quamvis urbis eversio* pæne jam *afflicta esset.*

Duisb. Fran. Voss. Ed. pr.—33 *Lucio Manlio* Ed. pr. *Manilio* Ed. Beg.—34 *Legato* Ed. Stad. marg.—35 *Op. portus nudatur: et primus* Ed. Beg. *portus nudatus, nudatus et primus* Ms. Voss. 1.—36 *Et tertius* absunt ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. In Ven. est *et tertius jam.*—37 *Marus* Ms. Voss. 1. *maurus* Ms. Voss. 2.—38 *Tātū* Ed. Lips. 1. 3. *tm̄* Ed. Lips. 2. *tantum* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—39 *Quanvis* Ed. Lugd. ubique.—40 *aphrice nō* Ed. Lips. 1. *aphrice nomen* Ed. Par. 2. *Affrice nomen* Ed. Par. 1.—41 *Avos* Ed. Lips. 3.—42 *Ejus* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med.

NOTÆ

[t] *Tormentorum*] Id est, machinarum, quæ jaciendis quarumcumque rerum molibus fabricabantur.

[u] *Mancino deinde Consule*] L. Hostilium Mancinum tunc temporis Consulem fuisse contra Annalium fidem est, sed proximo anno post devictam Carthaginem. Legatus vero pro collega Sp. Posthumio Albino datus fuit Calpurnio Pisoni Cos. et classis præfectus fuit quousque eum Romam remisit. Hic igitur Florus per Consulem, legatum intelligit, qui erat loco Consulis: vel scribendum *legato* loco τοῦ *Consule.*

[v] *Fervebat*] Sic Virgil. 'Fervet opus.'

[w] *Operis*] Per operas, milites intelligit, qui pro portu stabant.

[x] *Byrsa*] Βύρσα Græce *corium* significat: arx autem Carthaginis sic vocata fuit, quod eum locum, ubi ædificata fuit, tauri tergo circumdatum, emere. Virgil. Æneid. lib. I. 'Mercatique solum, facti de nomine Byrsam, Taurino quantum possent circumdare tergo.'

[y] *Tamen fatale*] Quamvis, inquit, pæne Carthago devicta esset, tamen ita fatis comparatum erat, ut omnino debellari non posset, nisi ab uno ex Scipionibus, quorum nomen fatale Africæ.

[z] *Nomen Scipionum*] Nam jam Scipio, avus ejus de quo nunc sermo, Africam devicerat, ideoque Africanus vocitatus.

[a] *Paulo Macedonico*] Hic est L. Æmilius Paulus, qui Perseum Macedoniæ regem vicit, inde Macedonici nomen traxit.

[b] *Avus*] Scipio Africanus.

[c] *Nepos*] Per adoptionem.

Digitized by Google

Sed ut quam maxime[43] mortiferi esse morsus solent[44] [§. 13.
morientium bestiarum; sic plus negotii[45] fuit cum semi-
ruta[46 d] Carthagine,[47] quam integra. Compulsis in [§. 14.
unam arcem hostibus, portum quoque maris[48] Romanus ob-
sederat.[49] Illi alterum ibi[50 e] portum ab alia urbis parte
foderunt: nec ut fugerent, sed quia nemo[f] illos hac[51] eva-
dere posse credebat. Inde quasi enata subito classis eru-
pit: cum[52] interim jam diebus, jam noctibus, nova [§. 15.
aliqua moles,[g] nova machina, nova perditorum hominum
manus, quasi ex obruto incendio subita de[53] cineribus flam-
ma, prodibat.[54] Deploratis[h] novissime rebus, qua- [§. 16.
draginta se millia[55] virorum dediderunt, quod[56] minus cre-
das, duce Asdrubale.[57 i] Quanto fortius[58] fœmina,[59] [§. 17.
et uxor ducis?[60 j] quæ, comprehensis duobus liberis, a cul-
mine se domus in medium misit incendium, imitata[61] regi-

Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Nec dubitandum videtur quin vere.—43 Sic Ed. Freinshem. Duk. 1. 2. Sed *sed quomodo maxime* Ed. Beg. de sententia magni illius Lipsii. *sed quia maxime* Ms. Malliab. *sed quam m.* Mss. et Edd. omnes ante Freinshem. ut Lips. 1. (in quo scriptum est *maxie*) 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. Blanc.—44 *Soleant* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—45 *Negocii* Ed. Lips. 1. Par.—46 *Semirupta* Ed. Lips. 1. 3. Par. 2. Sed in Par. 1. est *semiruta*.—47 *Carthagine* abest ab Ed. Lips. 1. 3. Sed *civitate Carthagine* Ed. Lips. 2. Med. Par. Gryph. *civitate Carthaginæ* Ed. Ven.—48 *Mare* Ms. Naz. Pall. Voss. *mari* Ed. Beg.—49 *Obsiderat* Ms. Ryck.—50 *Sibi* Ed. Blanc. Beg.—51 Sic Ms. Malliab. Ed. Vin. Grut. Lugd. Fab. Vetst. Sed *qua...nec ev.* Ms. Ryck. Naz. Voss. Ed. Stad. Pont. Amstel. *quia . . . nec ev.* Mss. Duk. reliqui, in his Berol. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Beg. Duk. 1. 2. *quia...nemo illos evad.* Ms. Pal. 2. Flor. *quia...hec ev.* Ms. Fran.—52 Ita Ms. Malliab. Duisb. Fran. Voss. 2. Sed *tum interim* Ms. Ryck. Naz. Pall. et Duk. plerique, Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—53 *In* Ms. Ryck.—54 *Prodibāt* Ed. Lips. 2.—55 *XL. se milia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—56 *Quodque* Ed. Beg.—57 *Hasdrubale* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. ubique.—58 *Fortior* Ms. Pal. 2. Berol. Duisb. Ed. pr.—59 *Fœmina* Ed. Par. ubique.

NOTÆ

[d] *Semiruta*] Nescio quid sibi velint illi, queis de hac voce dubitare visum.

[e] *Illi alterum ibi*] Delendum *ibi*. Certum est.

[f] *Nec ut fugerent, sed quia nemo*] Cave quicquam mutes, ut vult Salmasius; nam sententia plana est.

[g] *Nova aliqua moles*] Navium scilicet.

[h] *Deploratis*] Deplorata dicuntur ea, quorum omnem spem amisimus.

[i] *Duce Asdrubale*] Annibal duos fratres habebat, qui ambo Asdrubal vocabantur. Horum alter in Hispania occisus a Livio Salinatore.

[j] *Et uxor ducis*] Hæc verba quibusdam irreptitia visa sunt; sed contra est: immo et facinoris dignitas eo major aliquanto, quod cum fuerit uxor ducis, ipsa eum imitari, dum se

Digitized by Google

nam,[k] quæ Carthaginem condidit. Quanta urbs deleta sit, ut de ceteris taceam, vel ignium mora probari potest:[62] quippe per continuos decem[63] et septem[64] dies vix potuit incendium extingui, quod domibus ac templis suis sponte hostes immiserant: ut, quatenus[l] urbs[65] eripi Romanis non poterat, triumphus[66] arderet. [§. 18.

CAP. XVI.

BELLUM ACHAICUM.

QUASI sæculum illud eversionibus[1] [a] urbium[2] curreret, ita Carthaginis ruinam statim Corinthus[3] excepit,[a] Achaiæ[b] caput, Græciæ decus, inter duo maria,[c] Ionium et Ægæum,[4] quasi spectaculo exposita. Hæc (facinus[5] indignum!) ante oppressa est,[6] quam in numerum[7] certorum hostium[d] referretur. Critolaus[8] causa belli:[e] qui [§. 1. [§. 2.

[a] *Corinthus sic secuta est excidium Carthaginis, veluti illud sæculum esset eversionum urbium.*

—60 *Uxor ducis* absunt ab Ed. Blanc.—61 *Limitata* Ed. Ven.—62 *Pōt* Ed. Lips. 1.—63 *X.* Ms. Ryck.—64 *XVII.* Ms. Berol.—65 *Urbis* Ed. Lips. 2.—66 *Triumphis* Ed. Ber. Ald. Gryph. Stad. Pont.

1 Ita Ms. Naz. Ryck. Malliab. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. Sed *eversionum* Ms. Reg. Q. *eversionis* Ed. pr. Stad. marg. Grut. Lugd. Zeu. Vetst.—2 *Urbium* abest ab Ed. Freinsh.—3 *Corinthos* Ms. Ryck. Reg. F, Flor. Berol. Duisb. Ed. Gryph. *Corynthos* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. *Corynthus* Ed. Ven.—4 *Ægeum* Ed. Par. Gryph. *Egeū* Ed. Ven.—5 *O facinus* Ms. Ryck. et Duk. omnes, in his Berol., exceptis Naz. Voss. 1. 2. Ed. pr. Beg.—6 *Pressa est* Ed. Grut. a. 1597. nam in Hanou. a. 1611. est *oppressa est*, ut in nostris reliquis. *oppressa*, omisso verbo Substantivo, Ed. Zeu.—7 *Numero* Ed. Lips. 1. 2. 3. Gryph.—8 *Critho-*

NOTÆ

dederet, recusarit, seque medios in ignes miserit.

[k] *Imitata reginam*] Didonem, quæ se cremavit. Res notissima, vel ex ipso Virgilio.

[l] *Quatenus*] Quippe, quoniam, ut jam supra vidimus.

CAP. XVI. *Bellum Achaicum*] Anno Mundi 3804. ante Ch. Nat. 144. ab Ur. Cond. 607. Coss. Cn. Cornelio Lentulo et L. Mummio Achaico.

[a] *Eversionibus*] Male in aliis legitur *eversionis*.

[b] *Achaiæ*] Hæc est Achaia propria dicta in Peloponneso.

[c] *Inter duo maria*] Bimarem vocavit Horat. ‘Bimarisve Corinthi Mœnia.’

[d] *Quam in numerum certorum hostium*] Tamen post violatos legatos bellum contra eos decretum, et pro certis hostibus Romæ habebantur.

[e] *Critolaus causa belli*] Cicer. de

Digitized by Google

libertate a Romanis data adversus ipsos usus est, Legatosque[9] Romanos, dubium an et[10] manu, certe oratione[f] violavit. Igitur Metello[g] ordinanti[11] tum[12] maxime [§. 3. Macedoniam[13] mandata est ultio: et hinc[14] Achaicum bellum. Ac primam[15] Critolai manum[h] Metellus Consul[i] per patentes[16] Elidis[17 j] campos toto cecidit Alpheo.[b 18 k] Et uno prælio peractum erat bellum:[19] jam et urbem [§. 4. ipsam[20] terrebat obsidio: sed (fata[21] rerum!)[l] cum[22] Metellus dimicasset, ad victoriam Mummius[23 m] venit. Hic [§. 5. alterius ducis Diæi[n] late[24] exercitum sub ipsis Isthmi[o] fau-

[b] *Ac Metellus Consul sauciavit primum exercitum Critolai per apertos campos Elidis et totum Alpheum.*

laus Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—9 *Legatos* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—10 *An manu* Ms. Ryck. Ed. Blanc.—11 *Ordinato* Ms. Naz.—12 Ita Ms. Pal. 2. et Mss. Duk. plerique. Sed *cu maxime* Ms. Naz. *tum* Ms. Reg. Q. *cum maxime* Ms. Voss. 2. Ed. Blanc. Beg. *cui tum maxime* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Vin. Lugd.—13 Ita Ms. Pal. 1. Toll. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Sed *Macedoniæ* Ms. Naz. Ed. Par. Ven. Gryph. *macedonie* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. *Macedonio* Ms. Voss. 3.—14 *Huic* Ed. Med.—15 *Ad primam* Ed. Lips. 1. Par. Gryph. *ac primum* Ed. Beg.—16 *Patentis* Ed. Gryph.—17 Sic Ms. Naz. Flor. Voss. Sed *Elide* Ms. Pal. 1. Berol. Duisb. Ed. pr. Ber. Sab. *Elidos* Ms. Pal. 2. Regg. Malliab. Fran. *Elideos* Ms. Ryck. *patentis melide* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. *Helis* Ed. Lips. 2. *Helidis* Ed. Ven.—18 *Alpeo* Ed. Pont.—19 *Bellum* aberat a Ms. Reg. Q.—20 *Ipse* Ed. Ven.—21 Sic Ms. Voss. 1. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sed *facta* Ms. Voss. 2. *fato* Ms. Voss. 3. Ed. Med. Par. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *o fata* Mss. Pall. Ryck. Regg. Toll. Fran. Duisb. Ed. pr. Junt. Ven. Beg. Duk. 1. 2.—22 *Dum* Ed. Lips. 1. 2. 3.—23 *Mumius* Ed. Lips.

NOTÆ

Nat. Deor. lib. III. 'Critolaus evertit Corinthum, Carthaginem Asdrubal; hi duos illos oculos oræ maritimæ effoderunt.'

[f] *Certe oratione*] Immo et manu et oratione. Bis legati a Senatu ad Achæos missi sunt; priores ludibrio habiti, posteriores pulsati fuere.

[g] *Metello*] Qui Macedoniam devicit, ideoque Macedonicus appellatus. Vide supra cap. 14.

[h] *Manum*] Exercitum.

[i] *Metellus Consul*] Falsum: nam Consul non erat, sed prætor. Sed vid. quæ supra diximus in cap. 14. Not. e, et cap. 15. Not. u.

[j] *Elidis*] In Peloponneso ad littus septemtrionale.

[k] *Alpheo*] Alpheus, Elidis in Peloponneso fluvius.

[l] *Sed (fata rerum!)*] Male in aliis *fato rerum*.

[m] *Mummius*] L. Mummius, qui et Achaicus dictus est.

[n] *Diæi*] Post Critolaum, qui sibi mortem consciverat, Achæi Diæum prætorem elegerant.

[o] *Isthmi*] Corinthiacum inter et Saronicum sinum.

Digitized by Google

cibus fudit, geminosque portus[p] sanguine infecit. Tandem[25] ab incolis deserta civitas, direpta primum, deinde, tuba præcinente,[q] deleta est. Quid signorum, quid ves- [§. 6. tium,[r] quidve[26] tabularum raptum, incensum, atque projectum[27] est! Quantas opes et abstulerit, et cremaverit,[s] hinc scias; quod, quicquid Corinthii[28] æris[t] toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus.[u] Nam et[29] æris [§. 7. notam pretiosiorem[30] ipsa opulentissimæ urbis fecit injuria:[v] quia incendio permistis[31] plurimis statuis atque simulacris, æris, auri, argentique venæ[32] in commune[33] fluxere.

CAP. XVII.

RES IN HISPANIA GESTÆ.

Ut Carthaginem Corinthus,[1] ita Corinthum[2] Nu- [§. 1.

1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—24 Sic conj. Pighius ad A. U. C. DCVII. Nam *dignitate* Mss. et Edd. ante Freinshem. omnes, ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—25 Sic Ms. Malliab. Sed *tamen* Ed. Ber. *tum* Ms. Naz. Berol. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Med. Par. Junt. Ven. Beg. *tn* Ed. Lips. 1. 3. *cū* Ed. Lips. 2.—26 *Quid tabularum* Ms. Ryck.—27 *Porrectum* Ms. Pal. 1. Toll. Duisb. Ed. pr.—28 *Corinthi* Ed. Med. Par. *Corynthii* Ed. Lips. 2. Ven. ubique.—29 *Nam æris* Ed. Stad. Pont.—30 *pciosiorem* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. *præciosiorem* Ed. Par. 1.—31 Sic Mss. Duk. plerique. Sed *permixtis* Mss. Pall. Regg. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Beg. *perustis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—32 *Venæ* abest ab Ed. Vin. Lugd. operarum haud dubie peccato.—33 *Coë* Ed. Lips. 1.

1 *Corinthos* Ms. Ryck. Reg. Q, Toll. Duisb. Ed. Ber. Par. 1. Gryph. *Corinthios* Ed. Par. 2. *Corynthos* Ed. Lips. 1. 3. Med. *Corynthus* Ed. Lips. 2. Ven.—2 *Corynthū* Ed. Lips. 1. 3. *corynthum* Ed. Par. 1. *Corinthium* Ed.

NOTÆ

p *Geminosque portus*] Utriusque sinus scilicet, et Corinthiaci et Saronici.

q *Tuba præcinente*] Nota tubam ad urbium direptionem.

r *Vestium*] Hic per vestes cave aliud intelligas quam quod nos vulgo dicimus, *Des étofes*. Ut et apud Virgil. Æn. lib. III. 'Fert picturatas auri subtemine vestes.'

s *Abstulerit et cremaverit*] Miles Romanus, scilicet.

t *Corinthii æris*] Toto orbe celeberrimi. Corinthia vasa laudant ubique veteres.

u *Comperimus*] Comperire, est ab alio discere: at comperiri, est per se aliquid invenire.

v *Injuria*] Passive sumitur, pro ruina, infelicitate, &c.

Cap. XVII. *Res in Hispania gestæ*] Hoc caput vere Anocephaleosin voces: nam a tempore quo Scipiones in Hispaniam profecti sunt, hoc est a

Digitized by Google

mantia,[a] secuta est. Nec deinde[3] toto orbe quicquam[4] intactum armis[5] fuit.[6] Post illa duo clarissima[7] [b] [§. 2. urbium incendia, late atque passim, nec per vices, sed simul pariter quasi unum undique bellum fuit; prorsus[8] ut illæ[9] urbes,[10] quasi agitantibus ventis, diffudisse quædam belli incendia toto orbe[11] viderentur.[12] Hispaniæ [§. 3. nunquam animus fuit adversus nos universæ[13] consurgere: nunquam conferre vires suas libuit, neque aut imperium experiri,[14] [c] aut libertatem tueri suam publice. Alioquin[d] ita undique mari Pyrenæoque[15] vallata est, ut ingenio situs ne[16] adiri quidem[e] potuerit. Sed ante[17] a Romanis [§. 4. obsessa est, quam se ipsa[18] cognosceret: et sola[19] omnium provinciarum[20] [f] vires suas, postquam victa est, intellexit. In hac[21] prope ducentos[g] per annos dimicatum est, a [§. 5.

Par. 2.—3 *Denique* Ms. Ryck. Ed. Blanc. Beg.—4 *Quidquam* Ed. Lips. 1. *quicquid* Ms. Ryck. In Ed. Beg. locus ita distinctus est: *armis fuit' post illa duo cl. u. incendia. Late.*—5 *Tantum in aris* Ed. Lips. 1. 2. *tantum in armis* Ed. Med. Par. Ven. Gryph.—6 *Fuit* abest ab Ed. Beg.—7 *Clarissimarum* Ed. Beg.—8 *Prorsus* aberat a Ms. Voss. 2. 3.—9 *Utile* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *ut inde* Ed. Gryph.—10 *Urbes* aberat a Mss. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—11 *Late...toto orbe* aberant a Ms. Fran.—12 *Videretur* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—13 *Universæ* Ed. Par. Ven.—14 *Imperare* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—15 *pyreneoque* Ed. Par. Ven. ubique.—16 *Nec* Ms. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Voss. Naz. Pall. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Lugd. Zeu. Fab. Beg.—17 *Antea a* Ms. Ryck. Fran. Voss. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph.—18 *Seipsam* Ed. Lips. 1. 2. 3.—19 Sic Ms. Naz. Pall. Ryck. Flor. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Sed *sola* Ms. Berol. Ed. pr. Ald. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. Beg.—20 *Provintiarum* Ed. Lips. 2. ubique.—21 *In hac quoque prope*

NOTÆ

primo anno secundi belli Punici; de quo supra cap. 6. usque ad secundum annum belli Numantini, de quo cap. sequenti extenditur.

[a] *Numantia*] Hispaniæ Tarraconensis urbs, ad Durium flumen sita.

[b] *Clarissima*] Alii legi volunt *clarissimarum*, male. Nam per clarissima incendia, ea Noster voluit intelligi, quorum fulgor ad extremos terrarum orbis sinus penetrarit.

[c] *Neque aut imperium experiri*] Nec se Romanorum imperio credere, nec libertatem suam aperte defendere voluit, sed media quadam via et sibi vivere, nec Romanis servire.

[d] *Alioquin*] Idem est, quod ceterum; et est transitio, nec ad superiora habet anaphoram.

[e] *Ne* [*Nec*] *adiri quidem*] Nedum expugnari. Et hoc petit *τὸ quidem*.

[f] *Sola omnium provinciarum*] Nam sola fuit quæ non collatis in unum viribus pugnaverit.

[g] *Ducentos*] A tempore quo Cneius et Publius Scipiones in Hispaniam

Digitized by Google

primis Scipionibus[h] in Cæsarem[22] Augustum, non continue,[23] nec cohærenter,[24] sed prout causæ[25] lacessierant:[26] nec cum Hispanis initio, sed cum Pœnis[i] in Hispania: inde contagio[27] et series causæque[28] bellorum. Prima[j] [§. 6. per Pyrenæum jugum signa Romana Publius et Cnæus[29] Scipiones intulerunt: præliisque ingentibus Annonem[30] et Asdrubalem fratrem Annibalis ceciderunt: raptaque erat impetu Hispania, nisi fortissimi viri in ipsa sua victoria oppressi Punica fraude[k] cecidissent, terra marique victores. Igitur quasi novam integramque provinciam ultor [§. 7. patris et patrui[l] Scipio ille, mox Africanus,[m] invasit: isque, statim capta Carthagine, et aliis urbibus, non contentus Pœnos expulisse, stipendiariam nobis provinciam[31] fecit:[n]

Ed. Beg.—22 *In primum Cæsarem* Mss. Voss. Ed. Lips. 2. 3. Ber. Med. Par. Ven. Gryph. *inprimū Cæsarē* Ed. Lips. 1.—23 *Continuo* Ed. Zeu. male.—24 *Coherenter* Ed. Par.—25 *Causæ* abest ab Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph.—26 *Lacessiverant* Ed. Lips. 2. Ven.—27 *Contagia* Ed. Lips. 1. 2. 3.—28 Sic Ms. Ryck. Ed. Amstel. Beg. Sed *cāque* Ed. Lips. 1. 3. *causaque* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinshem. Zeu. Duk. 1. 2.—29 *Cne.* Ed. Lips. 1. *Cn.* Ed. Par.—30 *Hānonem* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. Gryph. *Hanonē* Ed. Lips. 2. ubique: ut mox in Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. *Hasdrubalem, Hannibalis.* Ab Ed. Fab. absunt verba *Annonem et.*—31 *Urbem fecit*

NOTÆ

missi sunt, usque ad illud, quo Augustus imperium suscepit, anni sunt circiter centum septuaginta quatuor.

[h] *A primis Scipionibus*] Cn. et Publium Scipiones intelligit, de quibus supra cap. 6.

[i] *Sed cum Pœnis*] Cum Annibale scilicet, qui Saguntum obsederat.

[j] *Prima*] Vid. cap. 6.

[k] *Oppressi Punica fraude*] 'Punicæ insidiæ alterum ferro castrametantem, alterum, cum evasisset in turrim, cinctum facibus oppresserunt.' Sup. cap. 6.

[l] *Ultor patris et patrui*] 'Igitur in ultionem patris et patrui missus cum exercitu Scipio.' Sup. cap. 6.

[m] *Mox Africanus*] Sic sup. cap. 6. 'cui tam grande de Africa nomen fata decreverant.' Hic adhuc de priori bello, cum Pœnis in Hispania gesto, Florus loquitur.

[n] *Stipendiariam nobis provinciam fecit*] Hic, ut et cap. 6. provinciæ nomine abusus Florus; nam si provincia erat Hispania ante Scipionem, erat et stipendiaria; si vero eam stipendiariam fecit ille, fecit et provinciam; nam provinciam facere nil aliud est, quam leges domesticas eripere, et prætorem dare, qui eam a datis legibus administret, et quæstorem instituere, qui curam gerat vectigalium. Debebat igitur Florus hoc tantum dicere, *provinciam fecit.* Sed hic ille provinciam alio sensu posuit: nempe pro regione illa quæ debellanda Scipioni mandata fuerat.

Digitized by Google

omnem[32] citra ultraque Iberum[33] [o] subjecit imperio: primusque[34] Romanorum ducum victor[35] ad Gades et Oceani ora[36] [p] pervenit. 'Plus est[37] provinciam retinere,[q] [§. 8. quam facere.'[38] Itaque per partes[r] jam huc[39] jam illuc missi duces, qui ferocissimas, et ad id[40] temporis liberas[41] gentes, ideo[42] impatientes jugi, multo labore, nec incruentis certaminibus servire docuerunt. Cato ille Censorius[43] [s] [§. 9. Celtiberos,[t] id est,[44] robur Hispaniæ, aliquot præliis fregit. Gracchus,[45] [u] pater ille Gracchorum, eosdem[46] centum et quinquaginta[47] urbium eversione mulctavit. Metel- [§. 10. lus[v] ille, cui[48] ex Macedonia cognomen, meruerat[49] et[50] Cel-

Ms. Pal. 2. Berol. Duisb. Ed. pr.—32 *Omnia* Ms. Ryck. Ed. Amstel. Beg. *omn* $^{ia}_{em}$ Ms. Fran.—33 *Ultra citraque Hiberum* Ed. Lips. 2. *hiberum* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—34 *Primus* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Med. Par. Ven. Ald. Gryph. Amstel.—35 *Victo* Ed. Lips. 3.—36 Ita Mss. Vin, et Duk. omnes, in his Berol. etiam Ed. pr. Sed *Oceani oram* Ed. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. *Oceani orā* Ed. Lips. 1. 3.—37 *Plus etiam* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *Plus est etiam* Ed. Lips. 2.—38 *Studuit* add. Ed. Gryph.—39 *Huic* Ed. Ven.—40 *Id* abest ab Ed. Gryph.—41 *Hiberas* Ed. Gryph.—42 *Ideoque* Ms. Ryck. Aberat a Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. Beg. *tō* Ed. Lips. 1. *adeo* Ed. Gryph.—43 *Censorinus* Ed. Par. Gryph.—44 *I.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Mox pro *aliquot* est *aliquod* in Ed. Lips. 1. 3.—45 *Graccus* Ms. Fran. Duisb. Ed. pr. Sab. Sic in iisdem libris est *Graccorum.* Ed. Lips. 1. *Grachus.*—46 *Eosdem* aberat a Ms. Ryck.—47 *C et L* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven.—48 *q̄* Ed. Lips. 1. *qui* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—49 *Meruerit* Ms. Berol. Voss.—50 *Nec* Mss. Voss. Abest ab Ed. Stad. Pont.—51 Sic Ms. Fran. Sed *Celti-*

NOTÆ

[o] *Iberum*] Hispaniæ fluvium, qui nunc *Ebro* dicitur.

[p] *Ad Gades et Oceani ora*] Totam a Pyrenæis montibus in Herculis columnas et Oceanum recuperavit. Sup. cap. 6.

[q] *Plus est provinciam retinere*] Facilius est quædam vincere quam tueri. Curt. lib. II. et Ovid. de Arte lib. II. 'Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri: Casus inest illis; hic erit artis opus.'

[r] *Per partes*] Hoc est quod ipse subjungit, 'jam huc,' 'jam illuc,' nunc ad Carthaginem, nunc ad Celtiberos, &c.

[s] *Cato ille Censorius*] Is est M. Porcius Cato, qui Hispaniam petiit decimo tertio anno post oppressos ibi Cn. et Pub. Scipiones. Vide cap. 6.

[t] *Celtiberos*] Hispaniæ Tarraconensis populos.

[u] *Gracchus*] Tib. Sempronius Gracchus anno decimo sexto, quam Cato in Hispaniam missus fuerat: sed nec toto illo spatio intercurrente Romanus a bello cum Hispania cessavit; nam et intereā, et per L. Æmilium Paulum et per Fulvium Flaccum cum ea manum conseruit.

[v] *Metellus*] Quintus Metellus, qui Macedoniam subegit, et inde Mace-

Digitized by Google

tiberius[51] fieri,[52] cum Contrebiam[53] [w] memorabili cepisset[54] exemplo,[x] et Nertobriges,[55] [y] majori[56] gloria pepercit.[57] [z] Lucullus[58] [a] Turdulos[b] atque Vaccæos:[59] [c] de quibus Scipio[d] ille posterior, singulari certamine, cum[60] rex[61] [e] fuisset

berinus Ms. Malliab. *Celtibericus* Mss. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Duk. 1. 2.—52 *Filius* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—53 Sic Ms. Flor. Berol. Sed *cum et Trebeam* Ms. Reg. Q. *cum et Trebiâ* Ed. Lips. 2. Stad. marg. *cum et Contrebiam* Ms. Voss. 1. Malliab. Ed. Blanc. *cum et Contrebiâ* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. *cum Trebiam* Ms. Voss. 2. (in marg. *Celtiberiam.*) Ed. Ven. *cum Cetrebiam* Ms. Duisb. Ed. pr.—54 *Cœpisset* Ed. Par.—55 Sic Ms. Malliab. Sed *Nerosorigis* Ms. Naz. *Versobrigis* Ed. Lips. 2. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Gryph. *Vertobrigis* Mss. Regg. Ed. Stad. Pont. *Nersobrigis* Ms. Flor. Voss. 3. *nersobrigis* Ed. Lips. 1. 3. *Nersobriges* Ms. Berol. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. *Nesobrigis* Ms. Voss. 2. *Nertobrigis* Ed. Stad. marg. *Vertobrigem* Ed. Zen. *Nersobrigis, Versobriges, Vertobrigis* Mss. Vin.—56 *Majore* Ms. Ryck. Pall. Toll. Voss. Fran. *tis majori* Ed. Blanc.—57 *Met. ille qui ex Macedonia nomen meruerat, et Celtibericus fieri, cum et Trebiam mem. c. e. et Nersobriis* Ms. Pal. 1. *M. i. qui ex Maced. cogn. mer. et Celtiberius filius : cum et Contreb. mem. cep. ex. et Hersobrigis* Ms. Pal. 2. *Met. i. qui ex Mac. cogn. mer. et Celtibericus fieri, cum Trebiam cepisset, ex Versobrigis* Ms. Ryck. *Met. i. qui ex M. cogn. meruit, quum et Trebiam* Ms. Burdigal. Ed. Grut. Freinsh. Zen. Fab. Vetst. *Met. i. cui ex Maced. cognomen, meruit et Celtibericus fieri, quum et C. m. c. e. et Segobrigæ majori gloria pepercisset* Ed. Beg. e conjectura Ruperti. *Met. ille, qui ex Mac. cogn. meruerat, quum et Contrebiam* Ed. Lugd.—58 *Luculus* Ed. Lips. 3.—59 *turdullos atque vaceos* Ed. Med. Par. *Vaceos* etiam Lips. 2. Ven. Gryph.—60 *Cum* aberat a Ms. Reg. Q.—61 Sic Mss. Pall. Ryck. Naz. et Duk. plerique, Ed. pr. Sed *a rege fu-*

NOTÆ

donicus appellatus. Hispaniam petit sexto anno post inceptum tertium bellum Punicum.

[w] *Contrebiam*] Celtiberorum urbem in Hispania, aliis Centobrica dicitur.

[x] *Memorabili exemplo*] Nam ejus milites in certissimam mortem se mitti putantes, testamenta obsignaverant; sed ea virtute pugnavere, ut dum se morituros putabant, hostes vincerent.

[y] *Nertobriges*] Nertobriga, urbs Celtiberorum in Hispania.

[z] *Majori gloria pepercit*] Hoc anaphoram habet cum superioribus, 'qui ex Macedonia cognomen meruit.' Sensus est: Metellus, qui ex victa Macedonia Macedonici nomen meruit, ex devictis etiam Celtiberis Celtiberii nomen meruerat: sed major aliquanto gloria victis urbibus pepercisse, et sic Celtiberii abstinuisse cognomine. Alii aliter legunt, sed sic etiam sententia plana est.

[a] *Lucullus*] Is est L. Licinius Lucullus, qui Consul fuit anno Mundi 3799. ante Ch. Nat. 149. ab Ur. Cond. 602. Gesta in Hispania describit Livius, Epitom. XLVIII.

[b] *Turdulos*] Turduli Lusitaniæ populi in Hispania supra Bætim fluvium.

[c] *Vaccæos*] Vaccei, vel Baccei, Hispaniæ populi.

[d] *Scipio*] P. Cornelius Scipio Æmilianus. Hoc accidit biennio ante initum tertium bellum Punicum.

[e] *Rex*] Quis fuerit iste Rex, non patet, nam de illo nil alii. Sed licet suspicari Florum suo more

Digitized by Google

provocatus, opima[61 f] retulerat. Decimus[63] Brutus[g] [§. 12. aliquanto[64] latius Celticos[65 h] Lusitanosque,[66 i] et[67] omnis[68] Gallæciæ[69 j] populos, formidatumque militibus flumen Oblivionis:[k] peragratoque victor[70] Oceani[71] littore, non prius signa convertit, quam cadentem in maria solem,[l] obrutumque aquis ignem,[m] non sine quodam sacrilegii[n] metu et horrore[o] deprehendit. Sed tota certaminum [§. 13. moles cum Lusitanis fuit, et Numantinis:[* 72 p] nec imme-

* *Sed tota vis præliorum fuit cum Lusitanis et Numantinis.*

---

isset provocatus Ms. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst. *R. exercitus f. pr.* Ed. Beg. e conjectura Freinsh.—62 *Opima spolia* Ed. Lips. 1. 2. 3. e glossemate.—63 *Decius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—64 *Aliqn* Ed. Lips. 1. *aliquando* Ed. Lips. 3. Gryph.—65 *Celtiberos* Ms. Pal. 1. *Galleeos* Ed. Gryph. *Gallæcos* Ed. Stad. Pont.—66 *Lusitanosque* abest ab Ed. Stad. Pont.—67 *Et* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Sed *atque* Ed. Stad.—68 Sic etiam Ms. Malliab. Sed *omnes* Mss. Regg. Flor. Berol. Duisb. Ed. pr. Stad. Lugd. Pont. Duk. 1. 2. *omneis* Ed. Grut. Fab. Vetst. Amstel. Beg.—69 *Gallicia* Ms. Pal. 1. Duisb. Ed. pr. *Gallatia* Ms. Pal. 2. Ryck. *gallatie* Ed. Lips. 1. 2. 3. *galatia* Ed. Med. Par. Gryph. *galetia* Ed. Ven. *Gallacia* Ms. Fran. *Galacia* Ms. Voss. 1. 3. *Callaica* Ms. Voss. 2. *Callæcia* Ed. Lugd.—70 *Victor* aberat a Ms. Fran.—71 *Occeani* Ed. Med.—72 *nümantinis* Ed. Ven.—73 *i merito*

NOTÆ

Regulum quendam, vel ducem aliquot militum, regem appellasse.

[f] *Opima*] Spolia, scilicet.

[g] *Decimus Brutus*] Dec. Junius Brutus, anno Mundi 3814. ante Ch. Nat. 134. ab Ur. Cond. 617.

[h] *Celticos*] In Hispania Citeriori.

[i] *Lusitanosque*] Lusitani Hispaniæ populi supra Tagum fluvium.

[j] *Gallæciæ*] Gallæcia Hispaniæ regio, quæ hodie *Gallicia* dicitur.

[k] *Flumen Oblivionis*] In Lusitania: Limia vocatur Melæ, Λήθη Straboni.

[l] *Cadentem in maria solem*] Hoc ideo dicit Florus, quia credebant veteres Hispaniam ultimam esse metam soli, et ibi illum in maria cadere.

[m] *Obrutumque aquis ignem*] Nemo non videt esse isthæc plane poëtica; sed nemo vidit pro *aquis ignem* legendum esse *ætheris ignem*. Quis autem, si admonitus fuerit, amet *ignem*, pro sole? quis *aquis* post maria? Hæc satis, iis dico qui sapient; aliis, non item. *Pater*.

[n] *Sacrilegii*] Sacrilegus dicitur is, qui res Deo sacras legit; hoc est capit, sibi sumit, ut etiam qui ea videt, quæ solos Deos videre fas est. Et hoc sensu sacrilegium dicit Noster, permagnum illud et fabulosum mysterium coram deprehendisse; scilicet solem cadentem in maria, et obrutum ætheris ignem.

[o] *Horrore*] Horror proprie est religiosus quidam metus; quomodo apud Suet. sumitur in Aug. 'Concepta opinione veteri, quasi temere adeuntibus horror quidam et metus objiciatur.'

[p] *Numantinis*] De quibus cap. seq.

Digitized by Google

rito;[73] quippe solis gentium Hispaniæ[74] duces[q] contigerunt.[75] Fuisset et cum omnibus[76] Celtiberis,[r] nisi dux illius motus initio belli oppressus esset, summus[77] vir astu et audacia,[78] si res cessisset,[79] Salondicus,[80][s] qui hastam [§. 14. argenteam quatiens,[81] velut cœlo missam,[t] vaticinanti similis,[u] omnium in se mentes converterat. Sed cum pari temeritate[v] sub nocte castra Consulis[w] adiisset,[82] juxta tentorium[83] ipsum pilo vigilis exceptus est. Ceterum [§. 15. Lusitanos Viriathus[84] erexit, vir calliditatis[85] acerrimæ:[86] qui ex venatore latro,[x] ex latrone[87] subito dux atque imperator, et, si fortuna cessisset,[88] Hispaniæ Romulus,[y] non contentus libertatem suorum defendere, per quatuordecim[89]

Ed. Lips. 1.—74 *Hispaniæ* abest ab Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Stad. Gryph. Pont.—75 *Contigeret* Ed. Lips. 3.—76 *Ominibus* Ed. Med.—77 *Sed summus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—78 *Astutus et audatie* Ed. Lips. 1. 3. *astutus et audaciæ* Ed. Med. Par. *astutia et audacia* Ed. Stad. Pont. *summæ vir astutiæ et audaciæ* Ed. Gryph.—79 Sic Ms. Reg. Q, Ed. Ald. Sed *recessisset* Ms. Reg. F, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Junt. Gryph. Stad. 1. *si recensisset* Ms. Voss. 2. *nisi decessisset* Ms. Voss. 3. *re cessisset* Ed. Grut. Lugd. Vetst. *successisset* Ed. Stad. 2. Pont.—80 *Solondicus* Mss. Vin. Naz. Berol. Fran. Duisb. Ed. pr. Stad. *Solundicus* Ms. Voss. 2. Ed. Pont. Zeu.—81 *Quatiiees* Ed. Lips. 1.—82 *Adisset* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—83 *Territorium* Ed. Med. Par.—84 Sic et Ed. Stad. Sed *Viriatus* Edd. vett. omnes ubique.—85 *Caliditatis* Ed. Lips. 1. 3. Ven.—86 *Accerrimæ* Ed. Med. Ven.—87 *Exlatrone* Ed. Lips. 1.—88 *Cepisset* Ms. Ryck. *gessisset* Ms. Fran. Reg. Q. *cecidisset* Ed. Beg.—89 *XIIII.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med.

NOTÆ

[q] *Hispaniæ duces*] Lusitanis Viriathus, Numantinis Megara dux contigit.

[r] *Celtiberis*] Vide supra.

[s] *Salondicus*] In tabulis invenio illum oppressum fuisse anno Mundi 3780. ante Ch. Nat. 168. ab Ur. Cond. 583.

[t] *Velut cœlo missam*] Militibus suis persuasum esse volebat hastam illam sibi e cœlo decidisse.

[u] *Vaticinanti similis*] Ut hac superstitione imperitæ plebis animum teneret. Sic lib. III. 19. 'Syrus quidam, nomine Eunus, fanatico furore simulato, dum Syriæ Deæ comas jactat, ad libertatem et arma servos quasi numinum imperio concitavit.'

[v] *Sed cum pari temeritate*] Supra dixit summus vir 'astu et audacia:' ad τὸ *astu* pertinent, 'velut cœlo missam, et vaticinanti similis:' nunc autem 'pari temeritate' τῷ *summus audacia* respondet.

[w] *Consulis*] A. Hostilii Mancini, ut puto.

[x] *Latro*] Milites antiqui Latrones dicebant.

[y] *Hispaniæ Romulus*] Hoc est, fundator et conditor Hispani imperii, ut Romani Romulus, qui etiam ex venatore latro, ex latrone imperator evaserat.

Digitized by Google

annos omnia citra ultraque Iberum[z] et Tagum[90] [a] igni ferroque populatus; castra etiam Prætorum[b] et Præsidum[91] aggressus, Claudium Unimanum[92] [c] pæne[93] ad internecionem[94] exercitus cecidit,[b] [95] et insignia[96] trabeis et fascibus nostris, quæ ceperat,[97] in montibus suis tropæa[98] fixit:[99] tandem etiam[1] Fabius[d] Maximus Consul oppresserat: sed a successore Pompilio[2] [e] violata[3] victoria [§. 16.] [§. 17.]

[b] *Fregit Claudium Unimanum usque ad ultimam cædem exercitus.*

Par. Ven.—90 *Ultraque Iberum amnem igni* Ms. Flor. *ultraque Iberum et Tagrum* Ms. Naz. *u. Ib. et agrum* Mss. Regg. Voss. 1. 2. Ed. pr. *u. Ib. et Agrium* Ms. Duisb. *u. Ib. et agrium* Ms. Fran. In Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. est *hyberum.* Gryph. *Hiberum.*—91 *Prætorum præsidium* Ms. Pal. 1. *prætoriorum præsidium* Ms. Pal. 2. Naz. Ryck. Duisb. Fran. Ed. pr. *prætoriorum et præsidium* Ms. Flor. Ed. Ber. Med. Par. Junt. Ven. *prætorum et præsidium* Ms. Berol. Malliab. Ed. Lips. 1. (in quo tamen scriptum est *psidium*) 2. Ald. Stad. Marg. Zeu. *prætoriorum præsidum* Ms. Voss. 1. 3. *prætoriarum præsidum* Ms. Voss. 2. *prætorum ac præsidum* Ed. Gryph.—92 *Ummanum* Ed. Lips. 2.—93 *Pæne* Ed. Par. ubique.—94 *Internicionem* Mss. Vin. Pal. 2. Ryck. Regg. Toll. Ed. pr. Ber. Sab. Junt. Ald. Gryph. Grut. Lugd. Freinsh. *internitionem* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *interemptionem* Ms. Pal. 1. hic et cap. 18. 6.—95 Sic Mss. Regg.—96 *Insignia* Mss. Regg. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *et insignita* Ms. Pal. Berol. Duisb. Ed. pr. *et insigna* Ms. Ryck.—97 *Cæperat* Ed. Par. Ven. *ceperat* Ed. Lips. 3.—98 *Trophea* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven. ubique. *Trophæa* Ed. Med. Par. Gryph. Grut. Lugd. Freinshem. Zeu. Blanc. Vetst.—99 *Cecidisset...fixisset* Ms. Ryck. et Duk. plerique Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. *Cladis ex fascibus nostris et trabeis* Ms. Reg. Q. *trabeas, fasces, ceteraque insignia Romana in montibus suis trophæa præfixit* Freculph. 1. 6. 3.—1 *Eum* Mss. Vin. quidam, Ed. Lips. 1. (in quo scriptum est *eũ*) 2. 3. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. Beg.—2 Ita Mss. Vin. quinque, Malliab. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. (in quo est *Pōpilio*) Grut. Zeu. Fab. Vetst. Sed *Popilio* Ms. Naz. Pal. 1. Flor. Berol. Duisb. Voss. Ed. pr. Duk. 1. 2. *populo* Ms. Ryck. *Servilio* Mss. Regg. Ed. Stad. Pont. *Cæpione* Ms. Pal. 2. *Servilio* Ed. Ald. Gryph. Lugd. *Cæpione Servilio* Ed. Beg.—3 *Violata* aberat a Mss. Regg.—

NOTÆ

[z] *Iberum*] Supra dictum est.

[a] *Tagum*] Fluvium Lusitaniæ, qui in mare prorumpit.

[b] *Prætorum*] Quorum nomina nullibi apud veteres leguntur.

[c] *Claudium Unimanum*] M. Vetilium alii nominant.

[d] *Fabius*] Q. Fabius Maximus, qui Consul fuit anno Mundi 3808. ante Ch. Nat. 140. ab Ur. Cond. 611.

[e] *Pompilio*] Quis sit iste Pompilius, nescio, et quod illi tribuitur a Q. Servilio Cæpione gestum constat. Forsan pro *Pompilio* scribendum *Servilio.* Sed omnino legendum *Popilio:* is est M. Popilius Lænas, qui anno post Viriatum interfectum Consul fuit; nam et alibi ei Consuli rem refert Florus, qui tamen post rem confectam Consul fuit, et unius anni lapsus facilis.

Digitized by Google

est: quippe[4] qui conficiendæ rei cupidus, fractum ducem, et extrema deditionis[f] agitantem, per fraudem, et insidias, et domesticos percussores[g] aggressus, hanc hosti gloriam dedit, ut videretur aliter vinci non potuisse.

CAP. XVIII.

BELLUM NUMANTINUM.[1]

NUMANTIA,[a] quantum Carthaginis, Capuæ, Corinthi opibus inferior, ita[2] virtutis nomine et honore[3][b] par omnibus, summumque, si viros[4] æstimes,[5] Hispaniæ decus: [§. 1. quippe quæ sine muro, sine turribus, modice edito in tumulo apud flumen Durium[6] sita,[7] quatuor millibus[8] Celtiberorum quadraginta millium[9] exercitum[10] per annos quatuordecim[c] sola sustinuit:[11] nec sustinuit modo, sed sævius [§. 2.

4 Sic Mss. Duk. plerique, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. Zen. Sed *est, qui* Ms. Flor. Ed. Freinsh. *est, quippe* Ms. Fran. Voss. 1. 3.

1 *Numantium* Ed. Par. 1.—2 *Tantum* Ms. Malliab.—3 *Honori* Ed. Lips. 2. —4 *Vires* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—5 *Extimes* Ed. Lips. 1. 2. 3.—6 *Durium* aberat a Mss. Vin. Ryck. et Duk. omnibus, excepto Reg. F, etiam ab Ed. Beg. In Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. est *apud situata:* omissis verbis *flumen Durium.* At Lips. 2. habet *Duriū,* omisso τῷ *flumen.*—7 Sic Ms. Ryck. Reg. Q, et quidam Vin. Sed *silata* Ms. Naz. Vin. nonnulli, Reg. F, Malliab. Voss. 1. 3. *Sylata* Ms. Pal. 2. *Siladam* Ms. Voss. 2. *situata* Ms. Pal. 1. Flor. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Gryph. *sublata* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. Beg. *silata, vel sita* Ms. Fran. et Vin. alii.—8 *Milibus* Ed. Lips. 1. 3. ubique. *militibus* Ed. Ven.—9 *XL* Ms. Ryck. Aberat τὸ *millium* a Mss. Pall. Duisb. Fran. Ed. pr. Sab. Sic in Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. est *XXXX:* in Par. *XL,* omisso τῷ *millium.* Ed. Ven. *X. milium.*—10 *Exercituum* Mss. Regg. Pal. 2. Ed. Med. Par.—11 *XIV sola vires sustinuit* Ms. Reg. Q. *XIIII.*

NOTÆ

[f] *Extrema deditionis*] Quicquid extremum esse poterat in deditione. Gall. *Songeoit à se rendre, quelques rudes que fussent les conditions qu'on lui proposeroit.*

[g] *Domesticos percussores*] Nam a suis occisus fuit Viriathus.

CAP. XVIII. *Bellum Numantinum*] Anno Mundi 3809. ante Ch. Nat. 139. ab Ur. Cond. 612. Coss. Cn. Servilio Cæpione et Q. Pompeio Rufo.

[a] *Numantia*] Alibi dictum.

[b] *Honore*] Honor hic pro fama. Sic honoratus, dicitur famosus, nobilis, inclytus.

[c] *Per annos quatuordecim*] Tamen per annos actos tantum ibi Pompeio, Mancino, et Scipione bellum gestum comperio.

Digitized by Google

aliquanto perculit,[12] pudendisque[13] fœderibus[14 d] affecit. Novissime cum invictam[15] esse constaret,* opus quoque eo fuit, qui Carthaginem[e] everterat. Non temere, si [§. 3. fateri licet,[f] ullius[16] causa belli injustior. Segidenses,[17 g] socios et consanguineos, Romanorum manibus elapsos[18] exceperant. Habita pro eis deprecatio[h] nihil valuit: [§. 4. cum se ab omni bellorum contagione removerent, in legitimi[19] fœderis pretium jussi 'arma deponere.' Hoc sic a barbaris acceptum, quasi manus abscinderentur.[20] Itaque statim, Megara viro[21] fortissimo duce, ad[22] arma conversi, Pompeium[i] prælio aggressi. Fœdus tamen maluerunt, cum debellare potuissent. Hostilium deinde[23] Mancinum:[24] hunc quoque assiduis cædibus ita subegerunt, ut ne [§. 5. oculos quidem aut vocem[j] Numantini viri quisquam susti-

* *Postremo cum certum esset eam esse invincibilem.*

sola s. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. In Med. est *substinuit*, bis.—12 *Pertulit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—13 *Pudendis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—14 Sic Mss. Duk. omnes, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Sed *vulneribus* Ms. Ryck. Ed. Blanc. Beg. de sententia Grævii. Ed. Ven. *funeribus.*—15 *i victam* Ed. Lips. 1.—16 *Nullius* Ed. Lips. 1. 2. 3.—17 Sic Mss. Regg. Voss. Toll. Fran. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Sed *Segedenses* Ed. Ald. *Sedigentes* Ms. Ryck. *Segulenses* Mss. Pall. Ed. Freinsh. *Sedigenses* Mss. Vin. quidam, Ed. Grut. Lugd. Zen. Vetst.—18 *Clausos* Ed. Par. 1. nam in Par. 2. est *elapsos.* —19 *Legittimi* Ed. Lips. 3.—20 *Absciderentur* Ms. Naz. Fran. Toll. Duisb. Voss. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3.—21 Ita Ms. Flor. Sed *Megara victo* Ms. Ryck. et Duk. reliqui in his Berol. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Junt. Ald. Beg. *Megari victo* Mss. Pall.—22 *Duce, arma* Ed. Lips. 1. 3.—23 *Dein* Ed. Lips. 1. 3.—24 *Aggressi sunt* add. Ed. Stad. Pont.—25 *tu*

NOTÆ

[d] *Pudendis fœderibus*] Pompeii et Mancini fœdera intelligit, de quibus vid. infra.

[e] *Qui Carthaginem*] Scipione scilicet.

[f] *Si fateri licet*] Si Romano vera de Romanis fateri licet. Sic lib. III. 7.

[g] *Segidenses*] Excusi omnes habent *Segulenses*, qui mihi quidem ignoti sunt, neque eorum in tabulis ulla facta est mentio: reposui igitur ex doctorum emendatione, et scriptorum codicum auctoritate, *Segidenses;* et videntur esse incolæ urbis Segidæ, prope Celtiberos, ad dextram Iberi.

[h] *Habita pro eis deprecatio*] 'Pro eis,' pro Segidensibus.

[i] *Pompeium*] Is est Q. Pompeius Rufus: vid. supra.

[j] *Ne oculos quidem aut vocem*] Nec audire, nec contra tueri Numantinum Romani poterant præ metu: male qui aliter intelligunt.

Digitized by Google

neret. Tamen[25] cum hoc quoque fœdus maluere, [§. 6. contenti armorum manubiis, cum ad internecionem[26] sævire[27] potuissent. Sed non minus Numantini, quam [§. 7. Caudini[k] illius fœderis flagrans ignominia ac pudore[28] populus Romanus, dedecus quidem præsentis[29] flagitii deditione Mancini[l] expiavit:[b] ceterum duce Scipione, [§. 8. Carthaginis incendiis ad excidia urbium imbuto, tandem etiam in ultionem excanduit.[c] Sed tunc acrius in [§. 9. castris, quam in campo, nostro cum milite,[30] quam cum Numantino præliandum fuit. Quippe assiduis et [§. 10. injustis[m] et servilibus maxime operibus attriti, ferre plenius vallum,[n] qui arma nescirent; luto inquinari,[o] qui sanguine nollent,[31] jubebantur.[d] Ad hoc[32] scorta, calones,[33] [p] sarcinæ[34] nisi ad usum necessariæ, amputantur.[e] ' Tanti [§. 11.

[b] *Sed pop. Rom. non minori suffusus ignominia et pudore ob Numantinum fœdus, quam Caudinum illud, purgavit quidem fœditatem præsentis dedecoris per deditionem Mancini.*

[c] *Ceterum tandem etiam exarsit in vindictam, duce Scipione, instructo ad eversionem urbium per incendia Carthaginis.*

[d] *Nam afflicti continuis operibus et iniquis et maxime servilibus, imperabantur ferre vallum, cum nescirent gestare arma; et fœdari luto, cum nollent sanguine.*

[e] *Insuper meretrices, servi, et sarcinæ, nisi quæ erant necessariæ usui, rescinduntur.*

Ed. Lips. 1. Par.—26 *Internicionem* Ms. Ryck. Toll. Duisb. Ed. pr. Ber. Sab. Junt. Ald. Lugd. Freinsh. *internitionem* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *interemptionem* Ms. Pal. 1.—27 Sic quoque Ms. Berol. Sed *delere* Ms. Ryck. *delere vel sævire* Ed. Ven. Quæ quidem lectio duplicem loci olim scripturam in libris fuisse arguit.—28 *Ignominia flagrans populus Romanus* Ms. Reg. Q.—29 *pn̄tis* Ed. Lips. 2. *præsentes* Ed. Gryph.—30 *Quam campo in nostro* Ed. Med. Par. Ab Ed. Vetst. absunt verba *quam in c. n. c. milite.*—31 *Nolent* Ed. Par.—32 *Ad hæc* Ms. Ryck. Flor. Berol. Duisb. Fran. Voss. 3. Ed. Beg.—33 *Et calones* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—34 *Sarcinæque* Ed.

NOTÆ

[k] *Quam Caudini*] Fœdus a Veturio Posthumioque Coss. cum Samnitibus post acceptam cladem apud Caudinas furculas factum intelligit. Vid. l. 1. 16. in fin.

[l] *Deditione Mancini*] Vide Notata, lib. 1. 16. ' Voluntaria deditione.'

[m] *Injustis*] Scio qui legi velint, *insuetis*: cave mutes; imitatio poëtica est, ' Injusto sub fasce.'

[n] *Ferre plenius vallum*] Ad septenos vallos eos quotidie ferre cogebat Scipio.

[o] *Luto inquinari*] Dum vallum munirent.

[p] *Calones*] Calones dicebantur servi militares, qui militibus ministrabant, a lignis ferendis sic dicti, quæ Græci κᾶλα vocant. Calones Tribuni, Centuriones, et digniores militum habe-

Digitized by Google

esse exercitum,[q] quanti imperatorem,' vere proditum est. Sic redacto in disciplinam milite, commissa acies: quodque nemo visurum se unquam speraverat, factum est, ut fugientes Numantinos quisquam[35 r] videret. Dedere [§. 12. etiam sese volebant, si toleranda[36] viris imperarentur. Sed cum Scipio veram vellet et sine exceptione victoriam, eo necessitatum[37] compulsi,[f] primum,[38] ut destinata[39] morte[s] in prælium ruerent, cum sese prius epulis, quasi inferiis,[t] implevissent, carnis semicrudæ,[40] et celiæ:[41 u] (sic vocant indigenam[42] ex frumento potionem.)[v] Intellectum [§. 13. ab Imperatore consilium: itaque non est permissa pugna morituris.[w] Cum fossa atque lorica,[x] quatuorque castris circumdatos[43] fames[44] premeret;[45] ab duce orantes præ-

[f] *Redacti ad eam necessitatem.*

Ven. rotundius certe et, mearum quidem aurium judicio, numerosius.—35 *Quisque* Ed. Stad. Pont. Zen.—36 *Tolleranda* Ed. Lips. 1. 2. 3.—37 *Necitatum* Ed. Lips. 1.—38 *Primum* abest ab Ed. Beg.—39 *Destinā* Ed. Lips. 1.—40 *Semicrude* Ed. Par.—41 *Cœliæ* Ms. Naz. Ed. Med. Par. 1. Gryph. Stad. Pont. *cecilia* Ed. Par. 2. In Mss. Vin. scriptum erat *Celiæ*, *Cœliæ*, *Cœlia*.—42 Sic Mss. Pall. Vin. quidam, Fran. Malliab. Berol. Duisb. Voss. 1. Ed. pr. Lips. 2. Stad. marg. Sed *indigena* Mss. Vin. alii. *indegenam* Ms. Naz. *indigene* Ed. Lips. 1. 3. *indigenæ* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Beg.—43 *Circundatos* Ed. Par. 1. Gryph. Lugd. *Circūdatos* Ed. Par. 2.—44 *Fame* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Ven. Stad. Pont. *famæ* Ed. Par. 1.—45 *Præmeret* Ed. Ven.—46 Ita Ms. Flor.

NOTÆ

bant, gregarii non item; quibus amputatis, adjumenta inertiæ rescindebantur.

[q] *Tanti esse exercitum*] Sic Livius alicubi dixit, 'Multitudinem semper ferme regenti esse similem.'

[r] *Quisquam*] Id est, quivis.

[s] *Destinata morte*] Sic Horat. de Cleopatra, 'destinata morte ferocior.'

[t] *Quasi inferiis*] Inferiæ dicuntur sacrificia mortuis fieri solita. Et dicit propter τὸ *destinata morte* supra.

[u] *Celiæ*] Cerevisiæ, ut fere vocatur, genus. Hæc est forsan cujus meminit Tacit.: 'Potui humor ex hordeo et frumento, in quandam similitudinem vini corruptus.'

[v] *Ex frumento potionem*] Ex frumento, id est, cum frumento: sic apud Terent. in Eunuch. act. v. sc. 4. 'Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent.' Ubi 'panem ex jure,' nil aliud est quam panem cum jure: sic apud Varr. 'panis ex aceto;' item 'brassicam ex aceto.'

[w] *Non est permissa pugna morituris*] Cum desperatis pugnare periculosissimum, illis enim quandoque ipsa desperatio lux et salus. Notissimum illud Virgil. 'Una salus victis nullam sperare salutem.'

[x] *Lorica*] Hic pro vallo aut terreo muro sumitur, ut sæpe apud veteres. Vegetius etiam scribit legitimum ip-

Digitized by Google

lium, ut tanquam viros occideret, ubi[46] non impetrabant, placuit eruptio. Sic conserta manu plurimi occisi: [§. 14. et cum urgeret[47] fames, aliquantisper inde vixere.[y] Novissime consilium fugæ sedit:[48] [x] sed hoc quoque, ruptis[49] equorum cingulis, uxores ademere, summo scelere,[a] per amorem. Itaque deplorato exitu,[50] [g] in ultimam [§. 15. rabiem furoremque conversi, postremo mori hoc genere destinarunt. Duces suos, seque, patriamque, ferro et veneno, subjectoque undique igne peremerunt. Macte[51] [§. 16. fortissimam,[b] et, meo judicio,[52] beatissimam in ipsis[53] malis civitatem! asseruit cum fide socios,[54] [c] populum orbis terrarum viribus fultum sua manu, ætate tam longa[d] sustinuit. Novissime maximo duce[e] oppressa civitas, nullum de se gaudium hosti reliquit. Unus enim vir Numantinus [§. 17.

[g] *Desperata fuga.* [h] *Fideliter defendit socios.*

Voss. 1. Sed *sed ubi* Ms. Ryck. Regg. Berol. Duisb. Voss. 3. Ed. pr. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *et hoc ubi* Ms. Pal. 2. Fran. Malliab. *et hinc ubi* Ms. Voss. 2. *sed ubi hoc* Ms. Pal. 1. *ubi hoc* Ms. Naz. *et ubi* Ed. Beg. qui etiam pro *orantes* recepit *orant*. Paulo ante pro *morituris* in Ms. Berol. erat *perituris*.—47 *Urget* Ed. Ven.—48 *Sedit* abest ab Ed. Ven.—49 *Eruptis* Ed. Gryph.—50 Sic Ms. Naz. Berol. Ryck. et Duk. omnes, Ed. pr. Sed *itaque exitu deplorato* Ed. Zeu. *itaque etiam exitu deplorato* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *itaque etiam depl. exitu* Ed. Grut. Vetst.—51 Ita Ms. Malliab. Sed *macteque etiam fortissimam* Ms. Ryck. *macte esse fortissimam* Mss. Duk. reliqui, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Jnnt. Ald. Ven. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Beg. Mox in Gryph. Stad. Lugd. est *civitatem asseruit, quum fide socios, &c.*—52 *Juditio* Ed. Lips. 1. 2. 3.—53 *Etiam in ipsis* Ms. Ryck.—54 *Cathenis* Ed. Lips.

NOTÆ

sum vallum sudibus turribusque instructum, *loricam* dictum; et sic intellige infra lib. III. 10.

[y] *Inde vixere*] Inde, hoc est, ex cadaveribus occisorum. Meminit Valer. Max. 'Capta jam urbe, complures inventos artus et membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes.'

[x] *Consilium fugæ sedit*] Id est, placuit: jam supra dictum est cap. 15. 'cum bellum sederet.' Vide.

[a] *Summo scelere*] Summum vocat scelus, quia adempta fuga maritis suis causa mortis stetere.

[b] *Macte fortissimam*] Μακαρισμὸν quo civitatem benedicit. Macte proprie est, magis aucte; hic autem pro bene, feliciter, &c.

[c] *Socios*] Segidenses, quos Numantini e Romanorum manibus elapsos receperant.

[d] *Ætate tam longa*] Vides hic 'ætatem' de quatuordecim, cum Floro loquor, annis dici.

[e] *Maximo duce*] P. Cornelio Scipione Africano.

Digitized by Google

non fuit, qui in catenis[54] duceretur. Præda, ut de pauperibus, nulla: arma ipsi[55] cremaverant.[56] Triumphus fuit tantum de nomine.[f]

CAP. XIX.[1]

HACTENUS populus Romanus pulcher,[a] egregius, [§. 1. pius, sanctus, atque magnificus: reliqua sæculi,[2] ut grandia æque,[3 b] ita vel magis turbida et fœda, crescentibus cum ipsa magnitudine imperii vitiis:[4 c] adeo ut si [§. 2. quis hanc tertiam ejus[5] ætatem transmarinam, quam ducentorum annorum fecimus,[d] dividat, centum hos priores,[6] quibus Africam,[7] Macedoniam, Siciliam, Hispaniam, domuit, aureos[e] (sicut Poëtæ canunt) jure meritoque fateatur:

1. 2. Par.—55 *Ipsi* abeat ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. —56 *Cremaverunt* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.

1 In Ed. Gryph. Stad. Pont. additus est index Capitis hic: *Anacephalæosis*. —2 Sic Mss. Pall. Ryck. Malliab. Duisb. Berol. Ed. pr. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Sed *secundi* Ms. Fran. *secula* Ed. Lips. 2. Ven. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—3 Sic Ms. Naz. Berol. Duisb. Voss. 1. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *ut grandia atque* Ms. Voss. 2. In ceteris lectio valde variat. *ut sæculi et æqua* Ms. Pal. 1. *ita æque vel* Ms. Pal. 2. Ab Mss. Regg. Fran. aberant verba *ita vel:* a Ryck. τὸ *ita:* a Flor. Malliab. τὸ *vel:* a Voss. 3. τὸ *æque*. In Ms. Flor. Malliab. etiam erat *ita æque*.—4 *Viciis* Ed. Lips. 1. Par. 1.—5 *Ejus* aberat a Ms. Ryck. Berol. Duisb. Ed. pr.—6 *Hæc pr.* Ed. Ven.—7 *Aphricam* Ed. Lips. 3. Ven. fere ubi-

NOTÆ

[f] *Triumphus fuit tantum de nomine*] Nam nec servi erant qui in pompa ducerentur, nec et præda nec arma quæ ostentarentur, ut in triumphis solebat fieri.

[a] *Pulcher*] Cave hic quod vulgo dicitur intelligas. Pulcher est fortis, generosus, invictus. Ut apud Virgil. Æneid. VII. ‘Victoresque ostentat equos satus Hercule pulchro Pulcher Aventinus.’

[b] *Ut grandia æque*] Ut æque grandia sunt ac præcedentia, ita magis turbida sunt magisque fœda.

[c] *Crescentibus cum ipsa magnitudine imperii vitiis*] Nam Asia, ut ait Justin. Romanorum facta, cum opibus suis vitia quoque Romam transmisit.

[d] *Quam ducentorum annorum fecimus*] In Prœmio lib. I. ‘Dehinc’ (ab Appio Claudio et Q. Fulvio Coss. scilicet) ‘ad Cæsarem Augustum ducenti anni, quibus totum orbem pacavit.’ Et ex hoc loco patet quam male quidam ibi legerint *ducenti quinquaginta*. Cum hic aperte ostendat Florus se illam ætatem ducentorum annorum fecisse.

[e] *Aureos*] Ad aurea sæcula alludit, quæ Saturno rege regnata fuere. Virgil. Æn. VIII. ‘Aureaque, ut perhibent, illo sub rege fuere Sæcula;

Digitized by Google

centum[8] sequentes ferreos[f] plane et cruentos, et si [§. 3. quid immanius: quippe qui Jugurthinis,[g] Cimbricis,[9 h] Mithridaticis,[10 i] Parthicis[j] bellis, Gallicis atque Germanicis,[k] quibus cœlum ipsum gloria ascendit, Gracchanas[11 l] Drusianasque cædes,[m] ad hoc[12] servilia bella[n] miscuerunt: et, ne quid turpitudini desit, gladiatoria.[o] Denique [§. 4. in se ipse[13] conversus[14] Marianis atque Syllanis,[15 p] novissime Pompeii[16] et Cæsaris manibus,[17 q] quasi per rabiem, et furorem, et nefas, semet ipse[18] laceravit. Quæ[19] [§. 5. etsi[20] juncta[21] inter se sunt omnia atque confusa, tamen quo melius appareant,[22] simul et ne scelera virtutibus obstrepant,[*] separatim proferentur: priusque,[23] ut cœpi- [§. 6. mus, justa illa et pia cum exteris gentibus bella memora-

[*] *Et simul ne flagitia sint impedimento virtutibus.*

que.—8 *Centum vero sequentes* Ms. Ryck. Regg. Flor. Duisb. Fran. Ed. pr. *centum quoque sequentes* Ms. Malliab.—9 *jugurtinis Cymbricis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—10 *mitrydaticis* Ed. Lips. 1. 2. 3.—11 *Graccanas* Ms. Duisb. Fran. Ed. pr. *Gracanas* Ed. Med. Par. *Grachanas* Ed. Ven.—12 *Ad hec* Ed. Lips. 1. 2. Med. *ad hæc* Ed. Lips. 3. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—13 *Inse* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont., omisso τῷ *ipse*.—14 *Conversis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—15 *Syllanis* Ed. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. *Sillanis* Ed. Lips. 3.—16 *Pompei* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—17 *Manibus* aberat a Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. Beg.—18 *Nephas semetipse* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—19 *q̄* Ed. Lips. 1.—20 Sic Mss. Pall. et Duk. Ed. pr. Sed *si* Ms. Naz. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven.—21 *Involuta* Ms. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—22 *Appareat* Ed. Lugd.—23 *Priusquam* Ed. Par. Gryph.—24 *Externis* Ms.

NOTÆ

sic placida populos in pace regebat.' De Saturno loquitur. Fuere autem tempora in quatuor ætates divisa: prior, aurea; secunda, argentea; tertia, ærea; et quarta, reliquis durior, ferrea. Vid. Ovid. Metam. I.

[f] *Ferreos*] Ferrea ætas qua omne nefas irrupit. Ovid. 'de duro est ultima ferro.'

[g] *Jugurthinis*] Vid. lib. III. 1.

[h] *Cimbricis*] Vid. lib. III. 3.

[i] *Mithridaticis*] Vid. lib. III. 5.

[j] *Parthicis*] Vid. lib. III. 11.

[k] *Gallicis atque Germanicis*] Vid. lib. III. 10.

[l] *Gracchanas*] Seditiones Tiberii et Caii Gracchorum intelligit, de quibus Vid. lib. III. 14. et 15.

[m] *Drusianas cædes*] Drusianam seditionem. Vid. cap. 17.

[n] *Servilia bella*] Vid. lib. III. 19.

[o] *Gladiatoria*] Bellum Spartacium intelligit, de quo Vid. lib. III. 20.

[p] *Marianis atque Syllanis*] Bellum Civile Marianum, et Syllæ cædes. Vid. lib. III. 21.

[q] *Pompeii et Cæsaris manibus*] Vid. lib. IV. 2.

Digitized by Google

bimus,[24] ut magnitudo crescentis in dies[25] imperii appareat:[26] tum ad[27] illa civium scelera, turpesque et impias pugnas revertemur.

CAP. XX.[1]

BELLUM ASIATICUM.[2]

VICTA ad occasum Hispania, populus Romanus [§. 1. ad Orientem pacem agebat; nec pacem modo, sed inusitata et incognita quadam felicitate, relictæ regiis hæreditatibus[a] opes, et tota insimul[3] regna[b] veniebant. Attalus rex [§. 2. Pergamenorum,[4] [c] regis Eumenis filius, socii quondam commilitonisque nostri,[d] testamentum reliquit: 'Populus Romanus[5] [e] bonorum meorum hæres esto:' in bonis regis hæc[6] fuerant.[7] [f] Adita igitur hæreditate,[8] provinciam [§. 3.

Ryck. In Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. legitur hic locus ita: *illa memorabimus: ut et* (hæc copula abest ab Ven.) *pia cum exteris gentibus bella. magnitudo*. Ed. Stad. Pont. *justa illa memorabimus, et pia c. e. g. b. magnit.* Ed. Gryph. *juxta illa memorab. ut et pia c. e. g. b. et magn.*—25 *Indies* Ed. Lips. 1. Par.—26 *Appareāt* Ed. Lips. 1. 3.—27 *An* Ed. Lips. 2.

1 Ab hoc Capite orditur librum tertium Ms. Pal. 2. et Ed. pr. Beg. Etiam in Ms. Duisb. Capiti huic præscriptum erat: *Incipit liber tertius.* In Voss. 3. ad Caput superius scriptum erat: *Incipit novus liber:* et in Ms. Reg. Q: *Argumentum in sequentia hujus tertii libri.* In Ms. Naz. Pal. 1. Caput hoc continuatum erat superiori.—2 *Cum Aristonico* add. Ed. Stad. Pont.—3 *In simul* Ed. Lips. 1. Par. 2. *insemel* Ms. Naz. Voss. 1. Malliab. *in semet* Ms. Fran. *in semu* Ms. Voss. 2. *ita in simul* Ed. Par. 1.—4 *Pergamorum* Ed. Par. 1.—5 *P. R.* Ed. Par. 1. *po. ro.* Ed. Par. 2.—6 *Hæc* abest ab Ed. Fab.—7 *Fue-*

NOTÆ

CAP. XX. *Bellum Asiaticum*] Anno Mundi 3819. ante Ch. Nat. 129. ab Urbe Cond. 622. Coss. P. Licinio Crasso Muciano et L. Valerio Flacco.

[a] *Regiis hæreditatibus*] Regiis hæredibus; quod notandum. Bona Attali intelligit, qui ultimus Pergamenorum rex fuit, nec successorem habuit: et hoc est, cur Noster ejus opes regiis hæreditatibus relictas dicat.

[b] *Tota insimul regna*] Asia.

[c] *Pergamenorum*] Supra dictum est cap. 7.

[d] *Socii quondam commilitonisque nostri*] Contra Philippum. Vid. supra cap. 7. 'Aderat sponte in auxilium Attalus rex Pergamenorum.'

[e] *Populus Romanus*] Hæc est solennis ex jure testamentorum formula.

[f] *In bonis regis hæc fuerant*] In Edit. J. Stadii, *hæc fuerunt*. Sed quis vel hoc vel illud intelligat? non ego; neque enim tale aliquid intelligi potest, nisi ab eo qui nil intelligat. Legendum est, fidenter dico, *in bonis regis Asia erat:* ut si diceret Florus, quale istud et quanti pretii testamentum fuit. In illis bonis, quorum

Digitized by Google

populus Romanus non quidem bello, nec armis; sed, quod est æquius, testamenti jure retinebat. Sed hanc, [§. 4. difficile dictu[8] est, utrum facilius amiserit,[9] an recuperaverit.[10] Aristonicus regii[11] sanguinis[h] ferox juvenis, urbes regibus parere consuetas partim facile solicitat: paucas resistentes, Myndum,[12] [i] Samon,[j] Colophona,[13] [k] vi recepit.[14] Crassi[l] quoque Prætoris[15] cecidit[16] exercitum, ipsumque[17] cepit.[18] Sed ille memor et familiæ, et Romani nomi- [§. 5. nis, custodem sui barbarum virgula excæcat:[19] in exitium[20] sui,[21] quod volebat, ita concitat.* Mox a Per- [§. 6.

* *Sed ille conscius et familiæ suæ, et Romani nominis, virga excœcavit barbarum suum custodem, et ita excitavit illum in cædem suam, quod cupiebat.*

runt Ms. Naz. Pall. Ryck. et Duk. omnes, præter Voss. 1. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Stad. Pont. Amstel. Duk. 1. 2.—8 dc̄u Ed. Lips. 1.—9 *Amiserit pop. Rom.* Ms. Pal. 1. Ryck. Ed. Ber. Sab. Junt. Ald. *ām̄iserit populus Romanus* Ed. Lips. 1. *amiserit P. R.* Ed. Lips. 2. Ven. Stad. Lugd. Pont. *ammiserit populus Romanus* Ed. Lips. 3. Med. Par.—10 *Recuparavit* Ed. Lips. 2.—11 *Regi* Ed. Par. *regni* Ed. Ven.—12 *Resistentes invenit Myndon* Ms. Ryck. *resistentes invenat M.* Ms. Voss. 3. *Myndum* Ed. Grut. Fab. Vetst. Sed *Myndon* Ms. Ryck. Regg. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr. Duk. 1. 2. *Midon* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Mindum* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—13 *Calefona* Ms. Voss. 1. *Colofona* Ms. Voss. 2. Fran. *Colophō* Ed. Lips. 1. *Colophon* Ed. Lips. 3. *Colophonem* Ed. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Blanc. Amstel.—14 *Recipit* Ms. Ryck. *cepit* Ms. Pal. 1. Flor.—15 *Proconsulis* Ed. Stad. Pont. male.—16 *Cæde* Ms. Naz. Pall. Voss. 1. 2. Fran. Regg. Duisb. Ed. pr. *excidit* Ms. Voss. 3. *cædit* Ed. Ber. Sab. Med. Par. Junt. *cedit* Ed. Lips. 1. 2. 3.—17 *ipm̄ quoque* Ed. Lips. 1. 3. *ipsum quoque* Ed. Par. Ven. Gryph.—18 *Capit* Ed. Ven.—19 *Excecat* Ed. Par. 1. *execat* Ed. Par. 2.—20 *Et in exitium* Ms. Reg. Q. *exitium*, omissa Præpositione, Ms. Naz.—21 *Suum* Ms. Ryck. Ed.

NOTÆ

hæres populus Rom. relictus ab Attalo fuerat, scin tu quid esset? Asia erat. Piget me hanc emendationem ratione probasse. Tamen, ne nihil dicam, perge modo, et lege quæ sequuntur. *Pater.*

[g] *Adita igitur hæreditate*] Adire hæreditatem est, se hæreditatis possessorem ferre.

[h] *Aristonicus regii sanguinis*] Erat ex Eumene Aristonicus, non justo matrimonio, sed ex pellice Ephesia citharistæ cujusdam filia genitus, qui post mortem Attali, velut paternum regnum Asiam invasit. Justin. lib. XXXVI.

[i] *Myndum*] Oppidum in Caria.

[j] *Samon*] Insulam in mari Ægeo e regione Cariæ.

[k] *Colophona*] Urbem Lydiæ paulo supra Ephesum.

[l] *Crassi*] Is est P. Licinius Crassus, de quo supra. Sed non video, cur prætorem vocet, cum Consul fuerit.

Digitized by Google

perna[22] [m] domitus, et captus, et per deditionem in vinculis habitus.[23] Aquilius[24] [n] Asiatici[25] belli reliquias con- [§. 7. fecit, mixtis (nefas!)[26] veneno fontibus[27] ad deditionem quarundam urbium. Quæ res, ut maturam, ita infamem fecit victoriam: quippe cum[28] contra fas Deum,[o] moresque majorum,[29] medicaminibus[p] impuris in id tempus sacrosancta[30] Romana arma violasset.

Blanc.—22 Sic Ms. Flor. Sed *Perpena* Ms. Naz. *Perpenna* Mss. Duk. reliqui, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Ven. Fab. *Perpēna* Ed. Par. 1. Gryph. —23 *Haditus* Ed. Lips. 2.—24 *M. Aquilius* Ed. Stad. Pont.—25 *Asyatici* Ed. Lips. 1. 2.—26 *Nephas* Ed. Lips. 1. 3. Par.—27 *Inistis nephas veneno phontibus* Ms. Ryck.—28 *Quippe q̄ cū* Ed. Lips. 1. *quippe qui cum* Ed. Lips. 3.—29 *Laborum* Ed. Par.—30 *Ad id tempus incognitis sacros.* Ms. Reg. Q. *sacrosctā* Ed. Lips. 1. 2. Ceterum in Ed. Lips. 2. addita sunt hæc verba: *Finis secundi libri.*

NOTÆ

[m] *Mox a Perperna* [*Perpenna*] Anno sequenti Coss. M. Perpenna et C. Claudio Pulchro.

[n] *Aquilius*] Man. Aquilius, anno post Aristonicum a Perpenna devictum.

[o] *Fas Deum*] Fas Deos, jus vero homines spectat. Unde apud Terent. 'Si jus, si fas.'

[p] *Medicaminibus*] Medicamina, ut in bonam, sic et in malam partem sumuntur: hic in malam.

L. ANNÆI FLORI

EPITOME

RERUM ROMANARUM.

LIBER III.[1]

CAP. I.

BELLUM JUGURTHINUM.[2]

Hæc ad orientem. Sed non ad meridianam[3] plagam[a] eadem quies. Quis speraret post Carthaginem aliquod in Africa bellum? Atqui[4] non leviter se Numidia[5] concussit: et fuit in Jugurtha,[6] quod post Annibalem timeretur. Quippe rex callidissimus populum Romanum, [§. 1. [§. 2.

1 *L. Flori epithomatis liber tercius incipit* Ed. Lips. 1. 3. *L. Flori Epitomatis lib.* III. Ed. Lips. 2. Ven. *L. Flori gestorum Romanorum Epitomes lib.* III. Ed. Gryph. *Lucii Flori Epithomæ Liber Tertius incipit* Ed. Med. Par. *L. Flori historiarum liber* III. Ed. Stad. Pont.—2 *Bellum Jugurthinum* absunt ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—3 *Meridionalem* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—4 *At qui* Lips. 1. Par. 1.—5 *Numida* Mss. Vin. quidam, Ryck. Duisb. Voss. 2. 3. Ed. pr. Stad. marg.—6 *Fuit Jugurta* Ed.

NOTÆ

CAP. I. *Bellum Jugurthinum*] Anno Mundi 3839. ante Ch. Nat. 109. ab Ur. Cond. 642. Coss. P. Cornelio Scipione Nasica et L. Calpurnio Bestia.

[a] *Plagam*] Jam supra dictum est.

Digitized by Google

armis inclytum et invictum, opibus aggressus est:[b] et citra[7] spem omnium fortuna cessit,[8] ut rex fraude præcipuus, fraude caperetur.[c] Hic, avo Masinissa, et Micipsa[9] [§. 3. patre per adoptionem,[d] cum[10] interficere fratres[e] statuisset, agitatus regni cupiditate, nec illos[11] magis, quam[12] senatum populumque[13] Romanum, quorum in fide et clientela regnum erat, metueret; primum scelus mandat insidiis; potitusque[14] Hiempsalis capite, cum se in Adherba- [§. 4. lem convertisset, isque Romam profugisset, missa per legatos pecunia, traxit in sententiam suam[f] Senatum. Et hæc fuit de nobis ejus prima victoria. Missos deinde, [§. 5. qui regnum inter illum[15] Adherbalemque dividerent, similiter aggressus, cum in Scauro ipsos Romani imperii[16] mores[g] expugnasset, inchoatum nefas[17] perfecit audacius.[18] [a] Sed diu non latent scelera. Corruptæ nefas[19] lega- [§. 6. tionis erupit: placuitque bello persequi parricidam.

[a] *Cum afflixisset ipsos mores imperii Rom. in Scauro, audacius absolvit inceptum scelus.*

Lips. 1. 2. 3. *fuit in Jugurta* Ed. Med. Par. 1. Ven.—7 *Contra* Mss. Vin. nonnulli.—8 *Gessit* Mss. Regg. Berol. Malliab. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr.—9 *Micypsa* Ed. Lips. 1. Med. Par. Ven. Gryph. *Mycipsa* Ed. Lips. 2. *mycypsa* Ed. Lips. 3.—10 *Per adoptionem, mortuis, cum* Ed. Ven.—11 *Ullos* Ed. Ven.—12 *magisq;* Ed. Lips. 1. 2. *magisque* Ed. Par. 1. *magis quoque* Ed. Lips. 3.—13 *Populum* Ed. Lips. 1. 3.—14 *Potiusque* Ed. Lips. 2. et mox *Hyemps.*—15 *Adherbalem conv....inter illum* aberant a Ms. Ryck. Sed *Atherbalem* Ed. Lips. 1. 2. 3. ubique. *convertisse* Ed. Lips. 2.—16 *Impery* Ed. Lips. 1.—17 *Nephas* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—18 *Audatius* Ed. Lips. 3.—19 *Nephas*

NOTÆ

[b] *Opibus aggressus est*] Nam plurimos Romæ argento corrupit.

[c] *Fraude caperetur*] Fraude Bocchi soceri sui Jugurtha in insidias deductus est, et Syllæ in manum traditus.

[d] *Micipsa patre per adoptionem*] Micipsa, Masinissæ filius, Jugurtham fratris filium adoptavit, et moriens illi æquam cum filiis suis, Adherbale et Hiempsale, regni partem reliquit.

[e] *Fratres*] Adherbalem et Hiempsalem.

[f] *Traxit in sententiam suam*] Nam Adherbal jussus fuit regnum cum Jugurtha dividere.

[g] *Cum in Scauro ipsos Romani imperii mores*] Nam cum Scaurus omnium gravissimus et abstinentissimus videretur, eo pecunia corrupto, omnino ruisse imperii mores videbantur.

Digitized by Google

Primus in Numidam[20] Calpurnius[21] Bestia[h] Consul [§. 7. immittitur:[22] sed rex peritus,[23][i] fortius adversus Romanos aurum esse, quam ferrum, pacem emit. Cujus flagitii [§. 8. reus cum interveniente publica fide[j] a senatu arcesseretur,[24] pari audacia[25] et venit, et competitorem imperii Masinissæ[26] Massivam[27][k] immisso percussore confecit.[6] Hæc altera contra regem fuit causa bellandi. Igitur se- [§. 9. quens ultio[28] mandatur Albino.[l] Sed hujus quoque[m] (pro dedecus!)[29] ita corrupit exercitum, ut voluntaria nostrorum fuga vinceret Numida, castrisque potiretur: addito[30] etiam turpi[n] fœdere in pretium salutis, quem prius[31] emerat,[o] di-

[6] *Cujus sceleris reus cum a Senatu evocaretur, interposita fide publica, eadem audacia et venit, et immisso percussore trucidavit Massivam competitorem imperii Masinissæ.*

Ed. Par. Gryph. ubique.—20 Sic Ed. Ber. Sab. Med. Junt. Ald. Sed *in Numidia* Ms. Malliab. Berol. Duisb. Ed. pr. *in Numidiam* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Blanc. Amstel. Duk. 1. 2. —21 *Cafurnius* Ed. Lips. 1. 3. *Calfurnius* Ed. Lips. 2. Med. Par. Ven.—22 Sic Ms. Naz. Pall. et Duk. omnes, excepto Fran. in quo erat *mittitur*. quod receperunt Vin. Grut. Lugd. Zeu. Amstel. Duk. 1. 2.—23 Sic Ms. Vin. Ed. Ven. Stad. marg. Sed *p̄moitus* Ed. Lips. 1. 3. *præmonitus* Ed. Lips. 2. Med. Par. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—24 *Arcersiretur* Ed. Lips. 1. *accersiretur* Ed. Lips. 2. Med. Par. Gryph. Grut. Fab. Vetst. *accerseretur* Ed. Stad. Lugd. Zeu. Blanc. *arcesiretur* Ed. Ven. *arcessiretur* Ed. Lips. 3.—25 *Audatia* Ed. Lips. 2.—26 *Nepotem* add. Ed. Stad. Pont. *Masinisse* Ed. Ven.—27 *Masinissam* Ed. Par. 1. Gryph. *Massinissam* Ed. Par. 2. *Masivam* Ed. Lips. 2. *Massilivam* Ms. Vin.—28 *Ulcio* Ed. Lips. 1.—29 *Proh dedecus* Ed. Lips. 1. 2. Med. Par. Gryph. *proch dedecus* Ed. Lips. 3.—30 *Adito* Ed. Lips. 1. 2. 3.—31 Sic Ms. Pal. 2. Ed. Fab. Sed *quam quod prius* Mss. Regg. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. *quod prius* Mss.

NOTÆ

[h] *Calpurnius Bestia*] Vide supra.

[i] *Peritus*] Notandum hic 'peritus' poni pro expertus, edoctus, &c. Nescio an temere alibi reperias.

[j] *Interveniente publica fide*] Romani fidem suam dedere se amice cum eo acturos.

[k] *Massivam*] Masinissæ nepotem.

[l] *Albino*] Sp. Posthumio Albino.

[m] *Sed hujus quoque*] Non Albini, qui Consul fuit; sed fratris ejus Auli Posthumii, qui fratri legatus fuit.

[n] *Turpi*] Romanis.

[o] *Quem prius emerat*] In al. Cod. legitur *quod prius emerat*, ubi error est: in Editione Stadii legitur, *quem, quod prius emerat dimisit exercitum:* ibi error est quoque, sed cujus ope locus Flori emendetur. Dele modo, *quod*, atque ita res confecta erit; nam, ex Sallustio exercitum P. R. emerat Jugurtha. Illud autem, *quod*, quasi varians lectio additum fuerat. Et miror Salmasium qui, cum hanc lectionem in Cod. Palat. repererit, alteram tamen amplectatur.

Digitized by Google

misit exercitum.[32] Eodem[33] tempore in ultionem [§. 10. non tam imperii Romani, quam pudoris, Metellus[p] assurgit: qui callidissime[34 q] hostem nunc precibus, nunc minis, jam simulata, jam quasi vera[35] fuga[r] eludentem, artibus suis aggressus est. Agrorum atque vicorum popu- [§. 11. latione non contentus,[36] in ipsa Numidiæ capita impetum fecit, et Zamam[s] quidem frustra diu voluit; ceterum Thalam,[t] gravem armis, thesauroque[37] regis, diripuit. Tunc urbibus exutum[38] regem, et jam[39] finium suo- [§. 12. rum regnique fugitivum,[u] per Mauros,[v] atque Getuliam[40 w] sequebatur. Postremo Marius, auctis[41] admodum[42] [§. 13. copiis, cum pro obscuritate generis sui[x] capite censos[y] sacramento adegisset, jam fusum et saucium[z] regem adortus,

Duk. ceteri, Ed. pr. Grut. Lugd. Vetst.—32 *Exerc. dim.* Ed. Fab. Blanc.—33 *Eo* Ed. Lugd.—34 *Callidissimum* Ms. Flor. Malliab.—35 Sic Ms. Naz. Pal. 1. Ed. Vin. Lugd. Sed *nunc s. jamque vera* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. *jam s. jamque vera* Ms. Pal. 2. *jam quasi simulata vera* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. *jam simulata quasi vera* Ed. Stad. Pont. *jam vera quasi fuga* Ed. Blanc.—36 Sic Ms. Ryck. Ed. Ven. Sed *populatione contentus* Mss. Pall. Naz. et Duk. omnes, Ed. pr. Lips. 1. 3. Med. Par. In Pal. 2. scriptum erat *contemptus*.—37 Sic Mss. Reg. Sed *thesaurosque* Mss. Pall. Naz. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Grut. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2.—38 *Erutum* Ed. Lips. 2.—39 *Et finium* Ms. Ryck. Malliab. *etiam fin.* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—40 *Gætuliam* Ed. Lugd.—41 *Auctus* Ed. Gryph.—42 *In modum*

NOTÆ

p *Metellus*] Q. Cæcilius Metellus Numidicus.

q *Callidissime*] Miror fuisse qui *callidissimum* legi vellent. Nam τὸ *callidissime* non ad hostem, sed ad Metellum debet referri, quem *callidissime* egisse dicit Noster, quod Jugurtham artibus suis aggressus est.

r *Jam simulata, jam quasi vera fuga*] Sed, *simulata fuga*, et, *quasi vera* idem est. Lego, *jam vera fuga*, vel *jamque*; ut quibusdam editionibus positum est. Sed τὸ *quasi* delendum.

s *Zamam*] Africæ urbem quinque dierum itinere Carthagine distantem.

t *Thalam*] Africæ urbem. Hanc intra quadragesimum diem Metellus diripuit.

u *Regnique fugitivum*] Nota fugitivum regni et finium, pro regno et finibus.

v *Mauros*] Africæ populos in ultimo tractu ad Occidentem.

w *Getuliam*] Getulia Africæ infra Mauros.

x *Cum pro obscuritate generis sui*] Nam ex infimo loco natus Marius.

y *Capite censos*] Capite censi ii dicebantur, qui cum non haberent bona, quæ in censum referrent, capite tantum censebantur; qui et proletarii dicti sunt.

z *Saucium*] De clade in bello affecto dici jam supra monuimus.

Digitized by Google

non facilius tamen[43] vicit, quam si[44] integrum et recentem. Hic urbem[45] Herculi conditam, Capsam,[a] in media [§. 14. Africa anguibus[46] [b] arenisque[47] vallatam, mira quadam felicitate superavit: et saxeo[48] inditam[49] monti Mulucham[50] [c] urbem, per Ligurem,[d] aditu arduo inaccessoque,[51] penetravit. Mox non ipsum modo,[52] sed Bocchum quoque[53] [§. 15. Mauritaniæ regem, jure sanguinis Numidiam[54] vindicantem, apud oppidum Cirtam[55] [e] graviter cecidit.* Qui ubi [§. 16. diffisus rebus suis alienæ cladis accessio fieri[56] timet, pretium fœderis atque amicitiæ regem facit. Sic frau- [§. 17. dulentissimus regum fraude soceri sui in insidias deductus est, et Syllæ[57] in manum traditus:[58] tandemque opertum catenis Jugurtham[59] in triumpho populus Romanus as-

* *Sed etiam juxta oppidum Cirtam graviter vulneravit Bocchum defendentem Jugurtham jure sanguinis.*



Ms. Pal. 2. Malliab. *ad modum* Ed. Lips. 3.—43 *tn̄* Ed. Lips. 1. *tum* Ed. Gryph.—44 Ita Ms. Naz. Ryck. Reg. F, Malliab. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *quam*, omisso τῷ *si*, Ed. pr. Grut. Zeu. Vetst.—45 Sic Ed. Freinshem. Sed *qui et urbem* Mss. Regg. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr. *hic et urbem* Ms. Naz. Pall. Ryck. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. 2. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2. *hin et urbem* Ed. Par. 1.—46 *Africa sitam, angu.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Blanc. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2.—47 *Harenisque* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. Lugd.—48 *Saxio* Ed. Lips. 3.—49 *Editam* Ms. Pal. 1. Berol. Duisb. Ed. pr. —50 *Mulucam* Ed. Med. Par. Ven. *munitam* Ed. Lips. 1. 2. 3.—51 *In accessuque* Ed. Lips. 3.—52 *Mō* Ed. Lips. 1.—53 *Quoque* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. Stad. Pont.—54 *Numidam* Ms. Ryck. Flor. Pall. Berol. Duisb. Voss. 1. 2. Ed. pr. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Fab. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2.—55 *Opidum Cirtham* Ed. Lips. 1. Med. Etiam in Lips. 2. 3. Ven. Par. Gryph. est *Cirtham*.—56 Sic Mss. Pall. et Duk. plerique, Ed. pr. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Sed *accessionem fieri* Ms. Reg. Q, Ed. Lips. 2. Ald. Gryph. *accessionem*, omisso τῷ *fieri*, Ed. Vin. Lugd. *accessio ne fieret* Ed. Stad. Pont.—57 Ita, non *Sullæ*, Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. Amst.—58 *Traditur* Ms. Naz. Pall. Reg. Q, Toll. Fran. Duisb. Voss. 2. Ed. pr.—59 *Cathenis Jugurtā* Ed. Lips. 1. 3. Par.—60 *Ut vidit* Ms.

NOTÆ

[a] *Capsam*] Urbem Africæ propriæ ab Hercule Phœnice conditam. Alia est in interiori Libya. De priori intellige, inter Tritonem et Bagradam fluvios sita.

[b] *Anguibus*] Vide Sallust.

[c] *Mulucham*] In Mauritania ad Mulucham fluvium sitam. Castellum nominat Sallust.

[d] *Per Ligurem*] De industria hujusce Liguris, vide Sallust.

[e] *Cirtam*] Numidiæ urbem, Masinissæ quondam regiam, ad Pagydam fluvium.

Digitized by Google

pexit: sed ille quoque, quamvis victus et vinctus, vidit[60] Urbem, quam venalem,[f] et quandoque[61] perituram, si habuisset emtorem, frustra cecinerat. Jam[62] [g] ut venalis fuisset,[h] habuit emtorem: et cum ille non evaserit, certum erit,[63] eam non[64] esse perituram. [§. 18.

CAP. II.

BELLUM ALLOBROGICUM.[1]

Sic ad meridiem populus Romanus. Multo atrocius,[2] et multipliciter,[3] et magis[4] a[5] Septemtrione sævitum.[6] Nihil hac plaga infestius: atrox cœlum, perinde ingenia.[a] [7] [a] Omni igitur[8] tractu[b] violentus hostis, a dextris, [§. 1.] [§. 2.

[a] *Sic populus Rom. agebat versus meridiem; sed multo crudelius et magis multipliciter Septemtrio sævit. Nihil iniquius hac regione; infestus aër, sic et ingenia.*

Naz.—61 *Qnq*; Ed. Lips. 1. 2. 3.—62 Sic Mss. Viu. Naz. Pal. 2. Regg. Malliab. Voss. 1. 2. Fran. Ed. Stad. marg. Sed *nam* Ms. Pal. 1. Berol. Duisb. Ed. pr. *tamen* Ms. Ryck. Flor. Voss. 3. Ed. Lips. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Vetst. *tn* Ed. Lips. 1. 2.—63 *Erat* Ms. Voss. 3. Ed. Fab.—64 *Non* abest ab Ed. Vetst.

1 *Allobrogium* Ms. Naz. Ed. Lips. 2. *Allobrogum* Ms. Pal. 1. Reg. Q.—2 *Attrocius* Ed. Lips. 3. Med. Par.—3 *Et mult.* absunt ab Ed. Ven.—4 Sic Mss. Pall. Ryck. Reg. F, Toll. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Sed *magis*, omisso τῷ *et*, Ms. Reg. Q. *magis et* Ed. Junt. Stad. Grut. Pont. Freinshem. Zeu. Fab. Vetst.—5 *In* Ms. Voss. 3.—6 *Venientem* Mss. Pall. Regg. Voss. Ryck. Ed. Ber. Sab. *sevietē* Ed. Lips. 1. *sevientem* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. *Veniente* Ms. Duisb. Fran. Ed. pr. *sævientem hostem hūit* Ed. Ven.—7 *Perinde ingenio* Mss. Pall. et Duk. fere omnes, Ed. pr. Grut. Vetst. *perinde ingenium* Ms. Pal. 1. a manu secunda. *pervidere ingenio* Ms. Fran. *perinde atroci ingenio* Ms. Voss. 2. *pervicaci ingenio*

NOTÆ

[f] *Quam venalem*] Jugurtha, cum ex urbe clam fugeret, dixisse fertur: 'O urbem venalem, et cito perituram si emtorem habuerit!'

[g] *Jam*] In al. legitur *tamen*, at ego puto Florum scripsisse *nam*: reddit enim rationem horum verborum 'frustra cecinerat.'

[h] *Ut venalis fuisset*] 'Ut' hic quamvis significat: sit Romam venalem fuisse, habuit quidem emtorem, nempe Jugurtham; tamen certum erat illam non esse perituram; cum ille non evaserit, sed contra victus et vinctus in eam fuerit deductus.

Cap. II. *Bellum Allobrogicum*] Anno Mundi 3829. ante Ch. Nat. 119. ab Urbe Cond. 632. Coss. L. Opimio, et Q. Fabio Maximo. Toto decennio ante inceptum bellum Jugurthinum. De quo vid. cap. sup.

[a] *Perinde ingenia*] Nam ubique locorum situs ingenia hominum format.

[b] *Omni igitur tractu*] Mox ipse ex-

Digitized by Google

atque lævis,[9] et medio Septemtrionis, erupit. Prima[10] [§. 3. trans Alpes[11] arma nostra sensere Salyi,[12][c] cum de incursionibus eorum fidissima atque amicissima[13] civitas Massilia[d] quereretur.† Allobroges[e] deinde, et Arverni,[14][f] [§. 4. cum adversus eos similes[15][g] Æduorum[16][h] querelæ opem et auxilium nostrum flagitarent. Varusque[17] victoriæ testis,[18][i] Isaraque,[19][j] et Vindelicus[k] amnes,[20] et impiger fluminum[l] Rhodanus. Maximus barbaris terror elephanti[21] [§. 5. fuere, immanitati[m] gentium pares. Nil[22] tam conspicuum in triumpho, quam rex ipse Bituitus,[23] discoloribus in armis,

Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. *pernicacique ingenio hoĩes* Ed. Lips. 2. *pervicacique ingenio* Ed. Ven.—8 *Igitur omni* Ed. Lips. 2.—9 *Levis* Ed. Med. Par.—10 *Primi* Ed. Ven. vere, credo: placet meis certe auribus magis.—11 *Trãsalpes* Ed. Lips. 1. Par. 1.—12 *Salui*, vel *Salri*, vel *Salvii*, vel *Salini* Mss. Duk. *Saluyi* Ms. Pigh. *Saly* Ed. Lips. 1. 2. *Salii* Ed. Lips. 3. Par. Zeu. *Salui* Ed. Pont. *Salvii* Ed. Stad. marg. *Salyes* Ed. Ven.—13 *Atque amicissima* absunt ab Ed. Zeu.—† *Querẽt* Ed. Lips. 2. —14 Ita Ms. Ryck. Voss. 1. 2. Sed *Arvenni*, vel *Alverni*, vel *Averni* Mss. Duk. ceteri. *Averni* Ed. Lips. 1. 2. 3. Gryph. *Ariterni* Ed. Ven.—15 *Similis* Ed. Lips. 1. 2. 3.—16 *Eduorum* Ed. Par. *Heduorum* Ed. Gryph. *Edueorum* Ed. Lips. 3.—17 *Varus quoque* Ms. Pal. 2. Ed. Blanc. *utriusque* Ms. Ryck. Voss. 3. Ed. Ven. *Varus* Ed. Junt. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst. Amstel. In Mss. Vin. et Duk. reliquis erat *Varus*, vel *Varius*: deinde *Isaura*, vel *Isauria*, vel *Isata*. Ed. Lips. 1. Med. Par. *variusque*. Ed. Lips. 3. *Varius*.—18 *Testis est* Ms. Naz. Fran.—19 *Isara* Mss. Duk. Ed. Blanc. Amstel. Duk. 1. 2. *Ysara* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. *Isauria* Ed. pr. *Ysaraque* Ed. Gryph.—20 *Amnis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Vetst.—21 *Elephantes* Ms. Fran. Malliab. *elevanti* Ed. Lips. 3.—22 *Nihil* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—23 Sic Ms. Flor. Malliab.

NOTÆ

plicat per, 'a dextris atque lævis, et medio Septemtrionis.'

[c] *Salyi*] Supra dictum est lib. II. 3.

[d] *Massilia*] Galliæ Narbonensis urbs; *Marseille.*

[e] *Allobroges*] Galliæ Narbonensis populi; hodie *Dauphinois.*

[f] *Arverni*] Galliæ populi; hodie *Auvergnacs.*

[g] *Similes*] Querelis Massiliæ scilicet.

[h] *Æduorum*] Ædui Galliæ populi; *Bourguignons.*

[i] *Varus victoriæ testis*] Sic Horat. Flumen testem appellat, 'testis Metaurum flumen.' Est autem Varus fluvius, qui Galliam et Italiam dividit.

[j] *Isaraque*] Galliæ Narbonensis fluvius.

[k] *Vindelicus*] In Provincia Narbonensi, sic dictus a Vindelo oppido, quod præterfluit. Ab aliis non fluvius, sed fons vocatur.

[l] *Impiger fluminum*] Merus Græcismus, pro impiger inter flumina. Græci dicunt δῖα θεάων, pro Diva inter Deas.

[m] *Immanitati*] De vastitate, immensitate corporum, immanitas dicitur.

Digitized by Google

argenteoque carpento: qualis pugnaverat. Utriusque [§. 6. victoriæ quod[24] quantumque[25] gaudium fuerit,[26] vel hinc existimari[27] potest,[28] quod et Domitius Ænobarbus,[29] [n] et Fabius Maximus, ipsis quibus dimicaverant in locis,[30] saxeas erexere[31] turres, et desuper[32] exornata armis hostilibus tropæa[33] fixere; cum hic mos inusitatus fuerit nostris. Nunquam enim populus Romanus hostibus domitis victoriam suam[34] exprobravit.

CAP. III.

BELLUM CIMBRICUM, THEUTONICUM,[1] AC TIGURINUM.

CIMBRI,[2] [a] Theutoni,[3] [b] atque Tigurini,[c] ab extremis [§. 1. Galliæ[d] profugi, cum terras eorum inundasset Oceanus, novas sedes toto Orbe quærebant: exclusique Gallia[4] [§. 2.

Ed. Stad. Lugd. Freinsh. Zeu. et ceteri. Sed *bis victus* Mss. Pall. Ryck. Voss. 3. *Bisuisus* Ms. Naz. Berol. *bis visus* Mss. Regg. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. *Betuitus* Ed. Stad. marg.—24 *Quod* abest ab Ed. Med.—25 *Quantumcunque* Ed. Par.—26 *Fuerat* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—27 *Extimari* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 1. Ven. *estimari* Ed. Par. 2.—28 *Pōt* Ed. Lips. 1.—29 *Enobarbus* Ed. Med. Par. *Enobardus* Ed. Lips. 3. *Ahenobarbus* Ed. Stad. marg.—30 *Locis*, omissa *in*, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—31 Sic Mss. et Edd. vett. omnes. Sed *extruxere* Ed. Grut. Zeu. Vetst. *exercere* Ed. Lugd. operum peccato.—32 *De super* Ed. Lips. 1.—33 *Tropæa etiam* Ed. Grut. Lugd. Vetst. *trophea* Ed. Lips. 1. 3. Ven. ubique.—34 *Suam vict.* Ed. Stad. Lugd.

1 *Cymbricū theuthonicū* Ed. Lips. 1. *Cymbricum Theutonicum* Ed. Med. Par. 2. In Lips. 2. 3. hic est *Teutonicum*.—2 *Cymbri* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. ubique.—3 *Theutones* Ed. Stad. Pont. *Teutoni* Ms. Ryck. Fran. *teuthoni* Ed. Lips. 1. 2. 3. ubique.—4 *Exclusisque et gallia* Ed. Lips. 1. *exclusique ex gallia* Ed. Par. 1. *exclusisque ex gallia* Ed. Par. 2. *exclusique et*

NOTÆ

[n] *Domitius Ænobarbus*] Qui tunc proconsul erat.

CAP. III. *Bellum Cimbricum, Theutonicum, ac Tigurinum*] Ut quidem habet Florus, anno Mundi 3841. ante Ch. Nat. 107. ab Ur. Cond. 644. Coss. Q. Cæcilio Metello Numidico, et Marcio Junio Silano. Sed jam tum quatuor anni fere transierant, cum Papirius Consul a Cimbris cum exercitu fusus fuit.

[a] *Cimbri*] Germaniæ populi Septemtrionales.

[b] *Theutoni*] Populi ad mare Germanicum.

[c] *Tigurini*] Populi sunt a Tigurino, Helvetiorum pago, sic dicti.

[d] *Galliæ*] Cluver. legit *Germaniæ*. Sed nil opus est.

Digitized by Google

et Hispania, cum in Italiam remigrarent,[5] [e] misere[6] legatos in castra Silani,[7] inde[8] ad Senatum; petentes, 'ut Martius populus[9] aliquid sibi terræ daret, quasi stipendium:[f] ceterum, ut vellet, manibus atque armis suis uteretur.' Sed [§. 3. quas daret terras populus Romanus, agrariis[10] legibus intra[11] se dimicaturus?'[g] Repulsi igitur, quod nequierant[13] precibus, armis petere constituunt. Sed nec primum [§. 4. quidem[14] impetum barbarorum Silanus,[15] [h] nec secundum Manlius,[16] [i] nec tertium Cæpio[17] [j] sustinere potuerunt. Omnes fugati, exuti castris. Actum erat, nisi Marius[18] [§. 5. illi[19] sæculo contigisset. Ille quoque non[20] ausus congredi statim, militem tenuit in castris, donec invicta illa rabies

Gallia Ed. Lips. 2. 3. Ven.—5 Sic Mss. Regg. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ald. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zen. Sed *remigarent* Mss. Pall. Toll. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Ven. Grut. Freinsh. Fab. *regyrarent* Ed. Blanc. Amstel.—6 *Miserüt* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—7 *Syllani* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. ubique.—8 *i͞n* Ed. Lips. 1.—9 *mătius p.* Ed. Lips. 1. *populus Ro.* Ed. Stad. marg.—10 *a͞grys* Ed. Lips. 1. *agrarius* Ed. Ven.—11 *Inter* Ms. Duisb. Fran. Toll. Ed. pr. Stad. Pont. *mox inter* Ms. Pigh.—12 *Demicaturus* Ed. Lugd. —13 *Nequiverant* Mss. Duk. nonnulli, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zen. Fab. Blanc. Vetst. Duk. 1. 2. *nequiverunt* Ed. Amstel.—14 *Quidem* aberat a Ms. Voss. 1. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—15 *Sillanus* Ed. Lips. 3.—16 Sic Ms. Flor. Malliab. Regg. Voss. 3. Sed *Manilius* Mss. Duk. alii, Ed. pr. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont.—17 *Cipio* Ms. Voss. 1. *Scipio* Ms. Fran. *Cepio* Ed. Med. Par. Gryph.—18 *M. Marius* Ms. Pal. 2.—19 Sic et Ed. Ven. Sed *illo* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Lugd.—20 *Non* omittit Ed.

NOTÆ

[e] *Remigrarent* [*Remigarent*] Non placet. Alii, *remigrarent*, quod stare non potest. Salmasius *regyrarent*, quod ei valde placet: causam nescio. Ipse quidem legerim *emigrarent*, scriptura apertissima, et ex veteri historia. Nam tunc primum Italiam petebant. *Pater.*

[f] *Stipendium*] Quasi militibus; et inde est quod mox dicunt, Senatus 'manibus atque armis suis uteretur.'

[g] *Agrariis legibus intra se dimicaturus*] Tribunorum seditiones respicit; de quibus vid. infra cap. 13. 14. 15. 16. 17.

[h] *Silanus*] Marcius Julius Silanus; supra.

[i] *Manlius*] Qui sit iste Manlius ignorare me fateor. Legendum puto *Mallius*. Is est Mallius, qui Consul fuit quinto anno post Junium Silanum, et a Cimbris victus eodem tempore quo Cæpio, qui tunc proconsul erat, et ambo castris exuti.

[j] *Cæpio*] Q. Servilius Cæpio tunc proconsul.

Digitized by Google

et[21] impetus, quem pro virtute barbari habent,[22] consenes-
ceret. Recessere igitur[a] increpantes, et (tanta[23] erat [§. 6.
capiendæ Urbis fiducia)[24] consulentes, si quid ad uxores
suas mandarent. Nec segnius, quam minati fuerant, triper-
tito[25] agmine per Alpes, id est[26] claustra Italiæ, ferebantur.
Marius, mira statim velocitate occupatis[27] compen- [§. 7.
diis, prævenit hostem: prioresque Theutonos[28] [k] sub ipsis
Alpium radicibus assecutus, in loco, quem Aquas Sextias[l]
vocant,[29] quo (fidem numinum![30]) prælio oppressit?[31]
Vallem fluviumque[33] medium[34] hostes tenebant: nos- [§. 8.
tris aquarum nulla copia. Consultone[35] id egerit Impera-
tor,[m] an errorem in consilium verterit,[n] dubium: certe ne-
cessitate aucta[36] virtus causa victoriæ fuit. Nam fla- [§. 9.
gitante aquam exercitu, 'Viri,' inquit, 'estis: en illic[o] habe-
tis.' Itaque tanto ardore pugnatum est, eaque cædes hosti-
um fuit, ut victor Romanus de cruento flumine non plus
aquæ biberit, quam sanguinis Barbarorum.[37] Certe [§. 10.

[a] *Donec invincibilis ille furor et impetus, quem barbari habent loco virtutis, defervesceret; retro cessere igitur milites.*

Gryph.—21 *Et* Ed. Ven.—22 *Hīt* Ed. Lips. 1.—23 *Incr. tanta* Ed. Med. Par.—24 *Fidutia* Ed. Lips. 1. 2. 3.—25 *Tripartito* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Zeu. Fab.—26 *I.* Ed. Lips. 2.—27 *Ocupatis* Ed. Lips. 1.—28 Sic Ed. Ald. Vin. Lugd. Freinshem. Sed *Theutonas* Ms. Naz. Toll. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Gryph. Stad. Pont. *Teutonas* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. *Teutonos* Mss. Regg. Ed. Blanc. *Teutones* Ed. Vetst.—29 Sic Ms. Flor. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Sed *loco* Ms. Ryck. *in locum* Mss. Voss. Malliab. Vin. Pall. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. *assequutus (locum Aquas sextias vocant)* Ed. Blanc.—30 Sic Ms. Ryck. Sed *quasi de numinum* Ms. Naz. *qua fide numinum* Mss. Duk. omnes, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. *quo, fides n.* Ed. Stad. Pont.—31 *Opprœssit* Ed. Ven.—33 *Flumina* Ed. Ven. —34 *Medium* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—35 *Consulto ne* Ed. Lips. 1. Par.—36 Sic Ed. Vin. Grut. Lugd. Freinsh. Fab. Vetst. Blanc. Amstel. Duk. 1. 2. Sed *acta* Ms. Naz. Flor. Reg. F, Berol. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.

NOTÆ

[k] *Theutonos*] Vide supra.

[l] *Aquas Sextias*] Aquæ Sextiæ oppidum in Gallia Narbonensi ad mare.

[m] *Consultone id egerit Imperator*] Ut milites eo acrius pugnarent, quod aqua deficerent.

[n] *An errorem in consilium verterit*] Effecerit, ut ea, quæ errore evenerant, consilio ducis facta viderentur.

[o] *Illic*] In mediis hostibus.

Digitized by Google

rex ipse Theutobochus,[38] quaternos senosque equos transilire[39] [p] solitus, vix unum, cum fugeret,[40] ascendit;[q] proximoque in saltu comprehensus,[41] insigne[42] spectaculum triumphi[43] fuit: quippe vir proceritatis eximiæ super[44] tropæa sua[45] eminebat. Sublatis funditus Theutonis,[46] [§. 11. in Cimbros convertitur. Hi[47] jam (quis[48] crederet?) per hyemem,[49] quæ altius Alpes levat, Tridentinis jugis[r] in Italiam provoluti[50] ruina[s] descenderant.[b] [51] Athesim [§. 12. flumen[52] [t] non ponte, nec navibus, sed quadam stoliditate barbarica primum corporibus aggressi, postquam retinere amnem manibus et clypeis[53] frustra tentaverant; ingesta

[b] *Hi jam per hyemem, quæ attollit Alpes altius, quis crederet! per Tridentina juga descenderant in Italiam ruendo devoluti.*

—37 *Sanguinis. Barbarorum* Ed. Gryph.—38 *Teutobocus* Ms. Duisb. Voss. 1. 2. Ed. pr. *Teutobochus* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Theutobocchus* Ed. Stad. Pont. *Teutolocus* Ms. Ryck. *Tendoboous* Ms. Fran.—39 *Transsilire* Ms. Naz.—40 *Quo fug.* Ed. Lips. 1. 3. *q̄ fug.* Ed. Lips. 2. *ut fug.* Ed. Ven.—41 *comprensus* Ed. Stad. Pont.—42 *In signe* Ed. Lips. 1.—43 *Triumphi* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—44 *Inter* Mss. Pall. Regg. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr.—45 Sic Ed. pr. Sed *ipsa* Ed. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Vetst. *ip̄a* Ed. Lips. 1.—46 *Teutonis* Ms. Ryck. *Teuthonis* Ed. Lips. 1. 2. *Tenthonis* Ed. Lips. 3. *igitur fund. Theutonis* Ed. Lugd.—47 *Hic* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—48 *Qui* Ed. Par. 1.—49 *Hy.* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. ubique.—50 *Devoluti* Mss. Regg. Malliab. Fran. *pdevoluti* Ms. Ryck. E qua scriptura duplicem in libris vetustis lectionem hujus loci extitisse patet. *pervoluti* Ed. Vetst.—51 *Descenderat* Ed. Ven.—52 Sic et Ed. Ven. Sed *athesi̅* Ed. Lips. 1. *Atesim* Ed. Lips. 2. Grut. Lugd. Freinshem. Zeu. Fab. Blanc. Vetst. *ad hostesim* Ms. Naz. *ad hostes in* Mss. Regg. Pal. 2. Voss. 1. 2. *Thesim* Ms. Voss. 3. *ad Atesin. Flumen* Ed. Amstel.—53 Ita, non *clip.*, Ed. Lips. 1. 2. 3.

NOTÆ

[p] *Quaternos senosque equos transilire*] Quatuor vel sex equos in pugnam secum ducebat, ut ex fesso in recentem transiret, dum omnes currerent; et sic omnes ordine percurrebat. Hoc est quod Noster 'quaternos senosque equos transilire' vocat.

[q] *Vix unum, cum fugeret, ascendit*] Lege, *quo.*

[r] *Tridentinis jugis*] Tridentini Montes sunt sub Alpibus, quæ Venetæ appellantur, juxta fluvium Athesin.

[s] *Pervoluti ruina*] Cimbri subjicientes corporibus lata scuta, sic per nivem ruendo se dimisere, quod ruina provolvi dicit Noster. Sic Livius lib. XLVI. 'Inenarrabilis labor descendentibus cum ruina jumentorum sarcinarumque.' Et infra, 'Rursus simili ruina inferioris pontis deferebantur.'

[t] *Athesim flumen*] In Rhætia sub Alpibus, juxta Tridentinos montes.

Digitized by Google

obrutum sylva transiluere:[54] et, si statim infesto [§. 13. agmine Urbem petiissent,[55] grande discrimen esset:[u] sed in Venetia,[56 v] quo fere tractu Italia mollissima est, ipsa soli cœlique clementia robur elanguit.[c] Ad hoc[57] panis usu, carnisque[58] coctæ, et dulcedine vini mitigatos Marius in tempore aggressus est.[59] Jam diem pugnæ[w] a nostro[60] [§. 14. Imperatore petierunt, et sic proximum dedit. In patentissimo, quem Raudium[61 x] vocant, campo concurrere.[†] Millia inde[y] ad sexaginta[62 z] ceciderunt;[63] hinc[a] trecentis[64]

[c] *Et si mox petiissent Romam inimicis copiis, magnum periculum fuisset: sed in Venetia, qua fere regione Italia clementissima est, vires* eorum *mollitæ fuere ipsa salubritate terræ et aëris.*

Med. Par. Ven.—54 *Transsiluere* Ms. Naz. *transiliere* Ms. Duisb. Toll. Regg. Ed. pr. *pertransiliere* Ed. Gryph.—55 Sic Ed. Grut. Freinsh. Fab. Vetst. Sed *petissent* Ms. Naz. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. Duk. 1. 2.—56 *venecia* Ed. Lips. 1. 3.—57 *Ad hæc* Ms. Flor. Berol. Duisb.—58 *Carnis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—59 *Ag. est, venere illi quam et in barbaris multa vestigia diem* Ms. Naz.—60 *A Mario* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—61 Sic Mss. Vin. et Duk. plerique. Sed *Randium* Ms. Duisb. Fran. Ed. pr. *Radium* Ms. Voss. 3. *Kaudium* Ms. Pal. 2. sed supra literam *K* scriptum *R.* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont. Zeu. *Caudium.* Ed. Gryph. Lugd. *Claudium.*—† Sic Mss. Pall. Naz. Toll. Duisb. Fran. Ryck. Regg. Voss. 1. 2. Ed. pr. Stad. Pont. Zeu. Sed *procurrere* Ms. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Freinsh.—62 *Millia deinde et LX.* Ed. Lips. 1. 2. 3. *milia deinde ad LX.* Ed. Med. Par. *millia deinde c. XL.* Ed. Ven. *millia inde CXL.* Ed. Stad. *millia deinde ad XL.* Ed. Gryph. *ad* Mss. Vin. Sed aberat a Ms. Naz. Pall. et Duk. omnibus, etiam ab Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ven. Blanc. *quadraginta* Ed. Lugd. pro *sex.*—63 *Cæcider.* Ed. pr.—64 Sic Mss. Regg. Pal. 2. Voss. 3. Sed *trecenti* Ms. Duisb. Ed. pr. *tertio* Ms. Naz. Pall. Ryck. Fran. Voss. 1. 2. Sigon. In Pal. 2. super *tertio*

NOTÆ

[u] *Esset*] Pro, fuisset: sic apud Terent. in Adelph. act. I. sc. 1. 'Nam si esset unde id fieret, Faceremus.' Id est, si fuisset unde id fieret, fecissemus.

[v] *In Venetia*] Italiæ regione inter Athesim et Anassum fluvium, non longe a mari Adriatico.

[w] *Jam diem pugnæ*] Hic aliquid deesse putavit summus vir Salmasius, qui legendum censuit: *Venere illi, quam metus in Barbaris nulla vestigia! diem pugnæ ab Imperatore nostro petierunt.* Id vero, ut ingenue dicam, non probo, cum adeo ex levi mutatione, et scripturæ et sensui fieri satis possit. Lege igitur, *Ii diem pugnæ ab Imperatore nostro petierunt, et is proximum dedit.*

[x] *Raudium*] In Venetia ponit Florus; alii legendum volunt *Caudium*, quod probari non possit.

[y] *Inde*] A parte Cimbrorum.

[z] *Ad sexaginta*] Plutarchus tamen scribit centum et viginti millia cæsa, et sexaginta millia capta fuisse.

[a] *Hinc*] A parte Romanorum.

Digitized by Google

minus:[65] per omnem[66] diem conciditur barbarus.[67] Istic[68] quoque Imperator addiderat virtuti dolum, secutus [§. 15. Annibalem, artemque Cannarum:[b] primum, nebulosum nactus[69] diem, ut hosti inopinatus occurreret: tum ventosum quoque, ut pulvis in oculos et ora[70] ferretur: tum acie conversa in Orientem,[c] ut, quod ex captivis mox cognitum est, ex splendore galearum, ac repercussu, quasi ardere cœlum videretur. Nec minor cum uxoribus eorum [§. 16. pugna, quam cum ipsis fuit: cum objectis undique plaustris atque carpentis, altæ[71] desuper, quasi e turribus, lanceis contisque[72] pugnarent. Perinde speciosa[73] mors earum fuit, quam pugna. Nam cum missa ad Marium [§. 17. legatione, libertatem ac sacerdotium[d] non impetrassent (nec fas[74] erat)[e] suffocatis elisisque passim infantibus suis, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculo e crinibus suis facto, ab[75] arboribus jugisque plaustrorum pependerunt.

scriptum erat *CCC.*—65 *Campus tercio* Ed. Lips. 1. 3. *campus tertio* Ed. Lips. 2. Gryph. *minuis tertio* Ed. Med. Par. *tertio minus* Mss. Vin. Ed. Ven. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—66 *Totum* Mss. Vin. Pall. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr. Stad. Pont. Orta, opinor, e glossemate lectio.—67 *Barbaris* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—68 *Iste* Mss. Toll. Ryck. Reg. F, Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. *hic* Ms. Reg. Q. *Isti* Ed. Lips. 2. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—69 *Nanctus* Ms. Naz.—70 *Oraque* Mss. Regg. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr. Ber. Sab. Junt. Ald.—71 Ita Ms. Malliab. Ed. Junt. Ven. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Fab. Vetst. Amstel. Blanc. Duk. 1. 2. Sed *alte* Mss. Duk. ceteri, Ed. pr. Ber. Sab. Par. Ald. Ven. Gryph. Zeu. *alti* Ed. Lips. 3. *aliæ* Ed. Lugd.—72 *Cotisque* Ed. Ven. —73 *Perinde speciosior* Ms. Pal. 2. Flor. Berol. Duisb. Ed. pr. *perinde plus speciosa* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. *proinde magis speciosa* Ms. Voss. 3. *proinde plus speciosa* Ms. Ryck. Ed. Gryph. In Voss. 2. τὸ *magis* inter versus scriptum erat post *fuit.*—74 *Nefas* Ms. Voss. 1. 2.—

NOTÆ

[b] *Artemque Cannarum*] Vide cap. 6. lib. II. 'Insuper callidissimus Imperator [de Annibale loquitur] patentibus in campis, observato loci ingenio, quod et sol ibi acerrimus, et plurimus pulvis, et Eurus ab Oriente, semper quasi ad constitutum, ita instruxit aciem, ut Romanis adversus hæc omnia adversis, quasi secundum cœlum tenens, vento, pulvere, sole, pugnaret.'

[c] *Conversa in Orientem*] Ita ut surgentem solem Romani, Cimbri vero cadentem aspicerent.

[d] *Ac sacerdotium*] *Permission de se faire religieuses.* Cupiebant, puto, privatum aliquod Sacerdotum Collegium componere, nec aliis sacerdotibus commune.

[e] *Nec fas erat*] Quippe et hostes et Barbari.

Digitized by Google

Bojorix[76] rex[f] in acie dimicans impigre[77] nec inultus [§. 18. occubuit. Tertia Tigurinorum manus,[g] quæ quasi subsidio[78] Noricos insederat[79] Alpium tumulos,[h] in diversa lapsi, fuga ignobili et latrociniis evanuit.[d] Hunc tam lætum, [§. 19. tamque felicem liberatæ[80] Italiæ assertique imperii nuntium non per homines, ut solebat, populus Romanus[81] accepit, sed per ipsos, si credere fas est, Deos. Quippe [§. 20. eodem die,[i] quo gesta res est, visi[82] pro æde Castoris et Pollucis[83] juvenes laureati Prætori literas tradere:[84] frequensque in spectaculo rumor, 'Victoriæ Cimbricæ Feliciter,'[85] [j] dixit. Quo[86] quid admirabilius, quid[87] [§. 21. insignius fieri potest?[88] Quippe velut[89] elata montibus suis Roma, spectaculo belli interesset, quod in gladiatorio mu-

[d] *Tertius exercitus Tigurinorum, qui occupaverat juga Alpium, quasi ad subsidium, in diversas terras fugientes inhonesta fuga et latrociniis disparuit.*

75 *Ab* abest ab Ed. Fab.—76 *Bœleris* Ms. Naz. *Beleris* Ms. Ryck. et Duk. plerique, Ed. pr. *Bleris* Ms. Voss. 3. *Boleris* Ms. Vin. unus, Pal. 2. Regg. Voss. 1. 2. Fran. *Toleris* Ms. Flor. *Beleus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *Celeus* Ed. Par. 1.—77 *Impigere* Ed. Ven.—78 *In subsidio* Ms. Naz. Ryck. Pall. Vin. unus et Duk. omnes, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Stad.—79 *Insiderat* Ed. Lips. 1. 2. 3.—80 *Libertatis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—81 *Romanus* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—82 *Nisi* Ed. Par.—83 Sic Mss. Voss. Sed *Pollucis et Castoris* Mss. Duk. omnes, Ed. pr.—84 *Dare* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—85 *Cymbrice fœliciter* Ed. Lips. 1. 3. *Cymbrica fœliciter* Ed. Par.—86 *Quod* Ed. Par. Stad. Pont.—87 Ita Mss. Duk. Ed. pr. Ber. Junt. Ven. Sed *quidque* Ed. Lips. 2. Sab. Med. Par. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *quiq̄d* Ed. Lips. 1. *quicquid* Ed. Lips. 3.—88 *Pōt* Ed. Lips. 2.—89 *Vel et ut* Ed. Lips. 1. 3. *ut velut* Ed. Gryph.—90 *Oc-*

NOTÆ

[f] *Bojorix rex*] Male in aliis *Beleus.*

[g] *Tertia Tigurinorum manus*] Vide initium capitis.

[h] *Noricos Alpium tumulos*] Alpes quæ ad Noricum conversæ sunt; ut Alpes Juliæ, quæ et Venetæ vocantur.

[i] *Eodem die*] Hoc fieri quidem potuit, sed sine Deorum interventu. Sic dum Xerxes bellum in Græcia gereret, quadraginta octo horarum spatio omnia in Persiam fama tulerat: per dispositas scilicet stationes, ab Athenis Susas usque; quæ vocem acceptam ad alias, et sic porro tramitterent.

[j] *Victoriæ Cimbricæ Feliciter*] Faustis plane acclamationibus familiaris vox erat 'Feliciter.' Sueton. in Domitian. cap. 13. 'acclamari etiam in Amphitheatro epulari die libenter audiit, Domino et Dominæ Feliciter.'

Digitized by Google

nere[k] fieri solet,[l] uno eodemque momento, cum in acie Cimbri succumberent,[90] populus in urbe plaudebat.[e]

CAP. IV.

BELLUM THRACIUM.[1]

POST Macedonas, si[2] Diis placet,[a] Thraces rebel- [§. 1. labant,[3] ipsi quondam tributarii Macedonum: nec in proximas modo[4] provincias contenti incurrere, Thessaliam,[5] atque Dalmatiam;[a 6 b] in Adriaticum[7] mare usque venerunt: eoque fine contenti,[8] quasi interveniente natura, contorta in ipsas aquas tela miserunt. Nihil interim per id omne [§. 2. tempus residuum crudelitatis fuit in captivos sævientibus:[b] litare Diis sanguinem humanum:[9] bibere in ossibus capitum,[c] et cujusquemodi[10] ludibrio fœdare[11] mortem tam igni

[e] *Nam quasi Roma montibus suis evecta spectaret bellum, uno et eodem momento quo Cimbri in pugna caderent, populus Rom. plaudebat in urbe, quod fieri solet in gladiatoriis spectaculis.*

[a] *Nec contenti petere Thessaliam atque Dalmatiam, proximas provincias.*

[b] *Interea per totum illud tempus nil sævitiæ reliquum fuit illis in captivos crudeliter agentibus.*



cumberent Ms. Ryck. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont.

1 *Thracum* Ms. Naz. *de bello Thraco* Mss. Pall.—2 Sic Ms. Naz. Pal. 1. Malliab. Reg. F, Voss. Ed. Lips. 1. 3. Junt. Ven. Sed *sic* Ms. Pal. 2. et Duk. plerique, Ed. pr. Lips. 2. Med. Par. *sicut* Ms. Fran.—3 *Rebellant* Ms. Ryck. Flor. Ed. Ven.—4 *mō* Ed. Lips. 1.—5 *Thessalicam* Ed. Med. Par.—6 *dalmaciam* Ed. Lips. 2. Med. Par. Ven.—7 *adriacum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med.—8 [*Non*] *contenti* Ed. Blanc.—9 *Sanguine humano* Ms. Ryck. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. In Ms. Naz. erat eadem lectio: sed supra *e* correctum *m*, et *ū* supra *o*.—10 Ita Ms. Naz. Malliab. Sed *cujuscemodi* Mss. Voss. Pal. 1. *ejusmodi*, vel *ejuscemodi*, Mss. Duk. reliqui.

NOTÆ

[k] *Gladiatorio munere*] Cum quis Gladiatores vel aliud quid populo visendum præbet, id proprie munus dicitur.

[l] *Quod in gladiatorio munere fieri solet*] Nam dum certant Gladiatores, cadentibus iis, populus plausum dat.

CAP. IV. *Bellum Thracium*] Anno Mundi 3836. ante Ch. Nat. 112. ab Ur. Cond. 639. Coss. Man. Acilio Balbo et C. Porcio Catone. Hoc bellum cœptum est ante Cimbricum et Jugurthinum, de quibus cap. 1. et 3.

[a] *Si Diis placet*] Indignantis hæc vox est, ut vulgo nos etiam dicimus, *s'il plait à Dieu.*

[b] *Dalmatiam*] Illyridis regio est, ad Adriaticum mare.

[c] *In ossibus capitum*] Ex interfecto-

Digitized by Google

quam fumo:[d] partus[12] quoque gravidarum[13] extorquere[14] tormentis. Sævissimi omnium Thracum Scordisci[15] [e] [§. 3. fuere: sed calliditas[16] quoque ad robur accesserat.[f] Sylvarum et montium situs cum ingenio consentie- [§. 4. bant.[17] [g] Itaque non fusus modo[18] ab his, aut fugatus, sed (simile[19] prodigio) omnino totus interceptus exercitus, quem duxerat Cato.[20] Didius[21] [h] vagos, et libera [§. 5. populatione diffusos intra suam repulit[22] Thraciam.[23] Drusus[i] ulterius egit, et vetuit transire Danubium.[24] [j] Minucius[25] [k] toto vastavit Hebro,[26] [l] multis quidem amissis, dum per perfidum[27] glacie flumen[m] equitatur.[*] [28] Piso[n] [§. 6.

* *Minutius per totum Hebrum cecidit, multis* suorum *submersis, dum equitant per fluvium infidum propter glaciem.*

In iisdem prope omnibus omissa erat *et.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. *et hujuscemodi.*—11 *Fœdere* Ed. Par. Ven.—12 *Parthus* Ed. Par.—13 Sic Ms. Berol. Voss. 1. Sed *gravidarum mulierum* Ms. Naz. Pall. et Duk. reliqui, Ed. pr.—14 *Extorqueret* Ed. Med.—15 *Scordici* Ed. Par. 1. *scodici* Ed. Med. Par. 2.—16 *Callidis* Ed. Lips. 1. 2. 3. *caliditas* Ed. Par.—17 *Consentiebat* Ms. Ryck. Flor. Ed. Stad.—18 *mō* Ed. Lips. 1. ubique.—19 Ita Ms. Flor. Ed. Stad. Pont. Freinsh. Sed *simili* Mss. Duk. reliqui, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Zen. Vetst.—20 *Catho* Ed. Par.—21 *Lucius Didius* Ed. Lugd.—22 *Reppulit* Ed. Med. Par.—23 *Thratiam* Ed. Lips. 1. 3.—24 *Danubium* Ed. Med.—25 *Minutius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—26 *Æbro* Ed. Stad. Pont.—27 Sic Ms. Naz. Regg. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par.

NOTÆ

rum craniis sibi pocula fecere.

d *Tum igni quam fumo*] Nam alios igne, alios fumo necavere.

e *Scordisci*] Alii eos ponunt in Thracia, ut Noster; alii Pannoniæ inferioris populos faciunt; et alii Illyricis et Thracibus permixtos scribunt.

f *Accesserat*] Ad sævitiam scilicet.

g *Consentiebant*] Malim legere, *consentiebat;* propter *τὸ situs*, quod in singulari sæpius, quam in plurali numero invenias.

h *Didius*] Anno sequenti post cæsum Catonis exercitum.

i *Drusus*] M. Livius Drusus, tertio anno post inceptum bellum.

j *Vetuit transire Danubium*] Legendum *vetuit transire Danubius;* hoc sensu, ut Danubius obstiterit, quominus illos Drusus ulterius egerit. Danubius autem Europæ fluvius est, qui Daciam inter et Thraciam fluit.

k *Minucius*] M. Minucius Rufus, quinto belli anno.

l *Hebro*] Thraciæ fluvius est aurifer.

m *Dum per* [*Dum*] *perfidum glacie flumen*] Optime legendum conjecit Salmasius, *per perfidum glacie flumen equitatur.* Perfidum autem flumen vocat, quod Minucius, dum flumini congelato exercitum suum crederet, multos amiserit, nondum satis firmata glacie.

n *Piso*] Puto eum esse L. Calpur-

Digitized by Google

Rhodopen[29] [o] Caucasumque[p] penetravit. Curio[q] Dacia[30] [r] tenus venit: sed tenebras saltuum expavit.[d] Appius[s] [§. 7. in Sarmatas[t] usque pervenit: Lucullus[31] [u] ad terminum gentium Tanaim,[32] [v] lacumque Mæotim.[33] [w] Nec aliter cruentissimi hostium quam suis moribus[x] domiti: quippe in captivos igne[34] ferroque[y] sævitum est. Sed nihil Barbaris atrocius[35] visum est, quam quod abscissis[36] manibus relicti, vivere superstites pœnæ suæ jubebantur.[37]

[d] *Curio venit usque ad Daciam; sed timuit obscuritatem sylvarum.*

Junt. Ald. Ven. Sed *perfidum*, omissa *per*, Mss. Duk. reliqui, Ed. pr. Grut. Zeu. Fab. Blanc. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2. *per perstrictum* Ed. Ven. Lugd.—28 *Equitavit* Ms. Voss. 3.—29 *Rhodopem* Ed. Par. 1. Ven.—30 *Curiodacia* Ed. Lips. 1. *Curio Datia* Ed. Lips. 3. *Curio daciam* Ed. Par. *Curio Daciā* Ed. Lips. 2. Gryph.—31 *Lucculius* Ed. Lips. 1. 3.—32 *tanain* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—33 *Mæotin.* Ms. Ryck. Ed. Gryph. *meotin* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *metoin* Ed. Par. 1.—34 *Igni* Ms. Ryck. Flor. Berol. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr.—35 *Attrocius* Ed. Lips. 1. 3.—36 *Abscisis* Ms. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr.—37 Ita Ms. Naz. Pal. 1. Regg. Malliab. Fran.

NOTÆ

nium Pisonem Cæsonium, Drusi collegam, qui a Tigurinis occisus fuit; quanquam eum cum Thracibus bellum gessisse nusquam invenio.

[o] *Rhodopen*] Thraciæ montem.

[p] *Caucasum*] Montem inter Pontum Euxinum et mare Caspium. Sed hic errasse Florum puto: quid enim Caucaso commune cum Thracibus?

[q] *Curio*] C. Scribonium Curionem intelligit, qui Consul fuit anno Mundi 3874. ab Urbe Condita 677. et bellum gessit anno postquam Cicero e Græcia reversus est; post cæsum Catonis exercitum 37. Unde patet hic Florum non unum tantum, sed plurima bella describere.

[r] *Dacia*] Europæ regione supra Danubium.

[s] *Appius*] Appius Claudius Pulcher, qui tribus annis ante Curionem Consul fuit: et hunc Florus debuit præmittere.

[t] *Sarmatas*] Populos supra Boristhenem fluvium. Sed duplex est Sarmatia, Europæa altera, altera Asiatica. Prior supra Boristhenem, posterior supra Tanaim versus Orientem.

[u] *Lucullus*] Duo fuere Luculli fratres ex gente Licinia; nempe M. Licinius Lucullus, et Lucius Licinius Lucullus: de priori autem hic sermo est, alter enim Lucius contra Mithridatem bellum gessit. Vide Eutrop. lib. VI. ad An. Urb. 681.

[v] *Ad terminum gentium Tanaim*] Non dicit Noster ultra Tanaim nullas gentes habitare, sed Tanaim esse terminum illarum gentium, nempe Thracum. Est autem Tanais fluvius qui Asiam ab Europa disterminat.

[w] *Lacumque Mæotim*] Paludem Mæotim, supra Pontum Euxinum.

[x] *Suis moribus*] Nam supra dixit Scordiscos sævissimos Thracum fuisse.

[y] *Igne ferroque*] Prout ipsi in Romanos sævierant.

Digitized by Google

CAP. V.

BELLUM MITHRIDATICUM.[1]

PONTICÆ gentes[a] ad Septemtrionem[2] in mare sinistrum[b] jacent, a Pontico cognominatæ mari.[c] Harum gentium atque regionum rex antiquissimus Æetas:[3][d] post Artabazes,[4][e] a septem[5] Persis[f] oriundus: inde Mithridates,[6][g] omnium longe maximus; quippe cum quatuor[7] Pyrrho,[h] decem et septem[8] anni[9][i] Annibali[10] suffecerint,[11] [§. 1.] [§. 2.]

Voss. 1. 2. Ed. Ven. Vin. Grut. Lugd. Fab. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2. Sed *videbantur* Ms. Pal. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. *juberentur* Ms. Ryck. Supra *vivere* aberat a Ms. Pal. 2.

1 *mitridaticum* Ed. Lips. 1. 3. Ven. *Mythridaticum* Ed. Lips. 2. ubique. *Mithradaticum* Ed. Stad. quo in libro etiam *Mithradates* scriptum est ubique.—2 *A septentrione* Ms. Flor.—3 *Oetas* Ms. Ryck. Reg. Q, Voss. 3. *Etas* Ms. Reg. F, Voss. 2. *Ethas* Mss. Vin. *Et has* Mss. Pall. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. *Ateas* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. *Atheas* Ed. Par. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—4 *Artabarzes* Ed. Lips. 1. 2. 3.—5 *A sertis* Ms. Duisb. Ed. pr. *assertis* Ms. Fran. *Assyrius* Ms. Voss. unus.—6 *Mitridates* Ed. Lips. 1. 3. ubique.—7 *Quattuor* Ed. Lips. 1. 3. Par.—8 Sic Ms. Flor. Malliab. Voss. Sed *quatuordecim* Mss. Vin. et Duk. alii. Ed. pr. *XVIII.* Ed. Lips. 1. 2. 3. *septemdecim* Ed. Par. *XVII.* Ed. Med. Ven. Gryph. Stad. Pont.—9 *Anni* aberat a Ms. Flor.—10 *Hannibali* Ed. Par. ubique.—11 *Suffi-*

NOTÆ

CAP. V. *Bellum Mithridaticum*] Anno Mundi 3860. ante Ch. Nat. 88. ab Ur. Cond. 663. II. an. antequam Appius Claudius Pulcher, de quo supra, contra Thraces pugnaret.

[a] *Ponticæ gentes*] Quæ Pontum Asiæ regionem sub Euxino incolunt.

[b] *Mare sinistrum*] Pontum Euxinum intelligit, qui Orientem aspicientibus ad sinistram jacet.

[c] *Pontico mari*] Ponto Euxino, qui Mare Ponticum a Strabone, Tacito, et Plutarcho nominatur.

[d] *Æetas*] Medeæ pater. Prope 1260. an. ante Ch. Nat. et circiter 60. ante bellum Trojanum.

[e] *Post Artabazes*] Septem Persæ prope 740. an. post Æetam floruere, a quibus Artabazes; sed quanto temporis intervallo ab illis abfuerit ignotum est.

[f] *A septem Persis*] Septem Persas intelligit, qui regnum a falso rege Oropasta recipere conjuraverant. Vide Justin. lib. I. 9.

[g] *Inde Mithridates*] 'Inde,' nempe ab Artabaze: sic enim malim intelligi quam, deinde, quomodo sæpe sumitur. Explicationem meam firmat Aurel. Victor, qui a septem Persis eum oriundum facit: 'Mithridates,' inquit, 'Rex Ponti, oriundus a septem Persis.' Ne tamen Mithridatis avorum inde usque a septem Persis seriem scire desideres, jam nunc tibi ego renuntio nunquam fore ut illa ulli homini nota sit.

[h] *Quatuor Pyrrho*] Vid. lib. I. 18.

Digitized by Google

ille per quadraginta[12] annos[j] restitit, donec tribus ingentibus bellis subactus, felicitate Syllæ,[13] [k] virtute Luculli, magnitudine Pompeii,[14] consumeretur. Causam quidem [§. 3. illius belli prætenderat[15] apud Cassium legatum, 'attrectari[16] terminos suos a Nicomede[l] Bithynico:'[a] [17] ceterum elatus animis[18] ingentibus, Asiæ totius, et, si posset, Europæ cupiditate flagrabat. Spem ac fiduciam dabant [§. 4. nostra vitia:[19] quippe cum civilibus bellis[m] disjungeremur,[20] invitabat occasio: nudumque imperii latus[21] ostendebant[22] procul[n] Marius,[23] Sylla,[24] Sertorius.[o] Inter hæc Reipublicæ vulnera, et hos tumultus, repente, quasi captato[25] [§. 5. tempore, in lassos simul atque districtos[p] subitus[26] turbo Pontici belli ab ultima veluti specula Septemtrionis erupit.[b] Primus statim impetus belli Bithyniam[27] [q] rapuit. [§. 6. Asia deinde[28] pari terrore correpta est. Nec cunctanter[29]

[a] *Cassio quidem legato objecerat hanc belli causam; nempe fines suos invadi, attingi, a Nicomede Bithynico.*
[b] *Subita Pontici belli tempestas orta est, quasi ab extrema Septemtrionis arce.*



cerint Ed. Lips. 1. *suffecerũt* Ed. Gryph.—12 *XL.* Ed. Lips. 1. 3. Ven.—13 *Sylle* Ed. Lips. 1. Par. 1. *Syllæ* Ed. Par. 2.—14 *pompei* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—15 *Belli parce præt.* Ms. Voss. 2.—16 *Atractari* Ms. Malliab.—17 *bithinico* Ed. Lips. 1. 2. 3. *bitynio* Ed. Med. Par. Ven. *Bythinio* Ed. Gryph.—18 *Aĩus* Ed. Lips. 1. *animus* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par.—19 *Vicia* Ed. Lips. 1. 3. Par. 1.—20 *Dejungeremur* Ed. Fab.—21 *Lacus* Ed. Ven.—22 Sic Ms. Naz. Pal. 2. Ryck. Flor. Malliab. Regg. Voss. 1. 2. Sed *ostentabant* Ed. pr. Grut. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—23 *Marillus* Ed. Ven.—24 *Sylla* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. ubique.—25 *Capto* Ms. Voss. 1. *capro* Ms. Ryck.—26 *Subitu* Ed. Lips. 2.—27 *bityniam* Ed. Par. *Bithiniam* Ed. Lips. 3.—28 *Asia* Mss. Voss. Naz. *Asia inde* Ed. Lips. 1. 2. Med. Par. Ven. Gryph. *Asia ĩn* Ed. Lips. 3.—29 *Constanter* Ed. Par. 1.—30 *Aderat*

NOTÆ

[i] *Decem et septem anni*] Vid. lib. II. cap. 6.

[j] *Quadraginta annos*] Justin. habet 46. lib. XXXVII. cap. 1. Sed uterque et Justinus et Florus falsi sunt. Nam quomodo quadraginta annos restitisset, qui vigesimo septimo anno post inceptum bellum suum diem obiit?

[k] *Felicitate Syllæ*] Vid. infra.

[l] *Nicomede*] Bithyniæ rege.

[m] *Civilibus bellis*] Bellum Marii et Syllæ intelligit. De quibus vid. cap. 21. hujus libri.

[n] *Procul*] A Roma scilicet.

[o] *Marius, Sylla, Sertorius*] Qui omnes contra Romanos arma sumserant.

[p] *Districtos*] In diversas partes occupatos.

[q] *Bithyniam*] Asiæ minoris regio est, intra Sangarium fluvium et Propontida.

Digitized by Google

ad regem ab urbibus nostris populisque descitum est.[e] Aderat,[30] instabat, sævitia quasi virtute utebatur. Nam quid atrocius uno ejus edicto, cum[31] omnes,[r] qui in Asia [§. 7. forent, Romanæ civitatis homines interfici jussit? Tum quidem domus, templa, et aræ, humana omnia atque divina jura violata sunt. Sed hic terror Asiæ[s] Europam [§. 8. quoque regi aperiebat.[32] Itaque missis Archelao Neoptolemoque[33] præfectis, excepta Rhodo,[34] [t] quæ pro nobis stetit,[35] ceterum[36] Cyclades,[37] [u] Delos,[v] Eubœa,[w] et ipsum Græciæ decus, Athenæ, tenebantur. Italiam jam, [§. 9. ipsamque urbem[38] Romam, regius terror[x] afflabat. Itaque Lucius Sylla[39] [y] festinat, vir armis optimus: parique violentia ruentem ulterius hostem quadam quasi manu repulit:[40] primumque Athenas[41] [z] urbem (quis crederet!)[z] frugum [§. 10. parentem,[a] obsidione ac fame ad humanos cibos compulit.

[e] *Nec segniter urbes nostræ et populi declinavere ad regem.*

abest ab Ed. pr.—31 *Ut* Ms. Naz.—32 *Apperiebat* Ed. Lips. 1. 3.—33 *Neoptholemoque* Ed. Lips. 1. 3. Med. *Neptolemoque* Ed. Ven.—34 *Rodo* Ed. Lips. 1. 2. 3.—35 Sic et Ed. Fab. Sed *firmius stetit* Mss. omnes, Ed. pr. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Blanc. Vetst. Duk. 1. 2. *firmus stetit* Ed. Lips. 2.—36 *Ceteris* Ms. Voss. 2. Ed. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Blanc.—37 *Ciclades* Ed. Par.—38 *Italiam ipsamque urbem* Ms. Voss. 3. *Italiam jamque ipsam urbem* Ms. Ryck.—39 *Ita Lutius Silla* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Ita L. Sylla* Ed. Med. Par. Ven. Gryph.—40 *Quasi quadam manu* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. *manu quasi quadam* Ms. Ryck. *manu quadam quasi ipsius reppulit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med.

NOTÆ

[r] *Cum omnes*] Legendum *quo*, ut in quibusdam Editionibus apparet.

[s] *Terror Asiæ*] Terror, quem Asiæ Mithridates incusserat.

[t] *Rhodo*] Rhodus, Carpathii maris insula.

[u] *Cyclades*] Insulæ in mari Ægæo; sic dictæ quod ita positæ sunt, ut orbem, qui Græce κύκλος dicitur, efficiant.

[v] *Delos*] Una ex Cycladibus.

[w] *Eubœa*] Ægæi maris insula, a Bœotia Euripi freto disjuncta. Hodie *Negroponte.*

[x] *Regius terror*] Terror Regis, id est, quem Rex incutiebat.

[y] *Lucius Sylla*] Luc. Cornelius Sylla, tertio anno post Mithridatis irruptionem in Asiam.

[z] *Quis crederet*] Hoc dicit propter 'frugum parentem,' quod sequitur: quis crederet frugum parentem ad famem unquam potuisse redigi?

[a] *Frugum parentem*] Ab Atheniensibus enim primitus fruges inventas ferunt.

Digitized by Google

Mox[43] subruto Piræei[44 b] portu, sex quoque[c] et amplius muris,[45] postquam domuerat ingratissimos, ut ipse dixit, hominum,[46] in honorem tamen[47] mortuorum,[d] sacris suis famæque donavit.[e] Mox cum Eubœa atque Bœotia[48 f] præsidia regis[49] depulisset,[50] omnes[51] copias uno apud Chæroneam,[52 g] apud Orchomenon[h] altero, bello[i] dissipavit: statimque in Asiam transgressus ipsum[53] opprimit; et debellatum[54] foret,[d] nisi de Mithridate[55] triumphare cito, quam vere, maluisset. [§. 11.] Ac tunc[56] quidem hunc Asiæ statum Sylla dederat. Ictum cum Ponticis fœdus:[j] [§. 12.]

[d] *Et perfectum fuisset bellum.*

Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—42 *Atthenas* Ed. Lips. 1.—43 *Sic illos quoque ante: mox* Ed. Lips. 1. Med. Par. Gryph.—44 *Subruto quoque Pir.* Ms. Ryck. *Subruto pyrei* Ed. Lips. 1. 3. Med. *subrupto pyrei* Ed. Par. *subrupto Pirei* Ed. Lips. 2. *Piræi* Ed. Stad. Zeu. Fab. *Pyræi* Ed. Gryph. Stad. Pont. *pyrei* Ed. Ven.—45 Sic Ms. Naz. Reg. F, Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ald. Sed *muris munitum* Mss. Pall. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr. *muris munito* Ms. Ryck. Voss. 3. Ed. Lips. 2. Ven. *munitam* Ms. Reg. Q. Ceterum Gruterus ait in Ms. Pal. 1. verba *sex quoque...terrere voluit* (*s.* 25.) hic omissa fuisse et scripta ante medium caput VI. hujus libri.—46 *I gratissimos hoïm ut ipe dixit* Ed. Lips. 1. *ingratissimos hominum ut ipse dixit* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—47 *tñ* Ed. Lips. 1.—48 *boetia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—49 *Regia* Ed. Med. Par. Ven.—50 Sic Ms. Ryck. Sed *dispulisset* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—51 *Ois* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. *omnis* Ed. Par. *omneis* Ed. Freinsh. Blanc. Amstel. Duk. 1. 2.—52 *Chæroniam* Ms. Ryck. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. *Cheroniã* Ed. Ven. *cheromã* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. *cheromam* Ed. Par. *cheroneam* Ed. Gryph.—53 *Ipsam* Ms. Naz.—54 *Debellata* Ms. Naz. *debellatum etiam foret* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—55 *Midrythate* Ed. Lips. 1. 3. *Mithrydate* Ed. Par.—56 *Ac tũ* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. Stad. Pont. *Actum* Ed. Par. *at tum*

NOTÆ

[b] *Piræei*] Athenarum portus, Æginam insulam spectat in sinu Saronico.

[c] *Sex quoque*] Subrutis scilicet. Male qui hoc ad 'Piræei' referunt; ut sit, Piræei portu sex quoque et amplius muris, sub. munito: ut Brundusium inclyto portu. Id enim vox *quoque* non patitur.

[d] *Mortuorum*] Per mortuos, majores intelligit. Rebus pace belloque gestis, ad hoc multarum rerum inventione cultuque nobiles.

[e] *Sacris suis famæque donavit*] Elegantius multo *suis ipsos sacris, &c.* Per sacra, Cereris sacra intellige.

[f] *Bœotia*] Supra Atticam, ad littus Euripi, qui Eubœam sejungit.

[g] *Chæroneam*] Bœotiæ urbem.

[h] *Orchomenon*] Bœotiæ urbem.

[i] *Bello*] Bellum prælium tantum aliquando significat, ut hic.

[j] *Ictum cum Ponticis fœdus*] Ea lege, ut Provinciis Asia, Bithynia, et Cappadocia cederent.

Digitized by Google

recepit[57] Bithyniam[58] a rege Nicomede,[59] [k] ab Ariobarzane[60] Cappadociam:[61] ac sic erat[62] Asia rursus nostra, ut cœperat: Mithridates tantum[63] repulsus:[l] itaque non [§. 13. fregit ea res[64] Ponticos, sed incendit. Quippe rex Asia et Europa[m] quodammodo[65] inescatus, non jam quasi alienam, sed, quia amiserat, quasi raptam[66] belli jure repetebat.[67] Igitur ut extincta parum fideliter incendia majore [§. 14. flamma reviviscunt;[68] ita ille[69] de integro, auctis majorem in modum[70] copiis, tota denique regni sui mole,[n] in Asiam rursus mari, terra, fluminibusque[71] veniebat. Cyzi- [§. 15. cum[72] [o] nobilis civitas, arce, mœnibus, portu,[73] turribusque[74] marmoreis, Asiaticæ plagæ littora[75] illustrat: hanc ille, quasi alteram Romam, toto[76] invaserat bello: sed [§. 16. fiduciam oppidanis[77] resistendi nuncius fecit, docens adventare Lucullum:[78] [p] qui (horribile dictu!)[79] per medias hostium naves[80] utre suspensus, et pedibus iter adguber-

Ed. Gryph. Lugd. Fab. *at tunc* Ed. Freinshem. Blanc.—57 *Recipit* Ed. Blanc.—58 *Bithiniam* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. *Bythiniam* Ed. Par.—59 *Nicomedes* Ed. Zeu.—60 *Ariobarzane*, omissa *ab*, Ed. Par. 1. *Ariobarzanæ* Ed. Par. 2. *Ariobarzanes* Ed. Zeu. Blanc.—61 *Cappodoc.* Ed. Lips. 3.—62 *Sic ut erat* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—63 *tm̄* Ed. Lips. 1. ubique.—64 *Res ea* Ed. Amstel.—65 *Quodāmō* Ed. Lips. 1. *quodam modo* Ed. Par.—66 Sic Mss. omnes. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Sed *captam* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—67 *Reposcebat* Mss. Pall. Berol. Malliab. Duisb. Ed. pr.—68 *Revivescunt* Ms. Naz.—69 *Illi* Ed. Lips. 3.—70 *Inmodum* Ed. Lips. 1. *ĩmodum* Ed. Lips. 2. *immodum* Ed. Lips. 3.—71 *Fluminibus* Ms. Fran.—72 *Cizicū* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—73 *Portu* aberat a Mss. Regg. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr.—74 *Turribus* Ms. Fran. Duisb. Ed. pr.—75 *Littora* Ed. Lips. 1. Par. ubique.—76 *Totam* Ed. Lips. 1. 2. 3.—77 *Opidanis* Ed. Lips. 1. 2. 3. —78 *Lucculum* Ed. Lips. 1. 3.—79 *Dcū* Ed. Lips. 1.—80 *Per med. host. n.*

NOTÆ

[k] *Recepit Bithyniam a rege Nicomede*] Hoc falsum esse jampridem docti viderunt. Alii aliter emendavere. Pater scribendum omnino arbitrabatur: *recepit Bithyniam a rege Nicomedes, Ariobarzanes Cappadociam.* Historia notissima est. Etenim ex fœdere Mithridates cessit Bithynia et Cappadocia, et eo modo Nicomedes illam, hanc Ariobarzanes ab illo receperunt.

[l] *Mithridates tantum repulsus*] Lego, *at Mithridates.*

[m] *Asia et Europa*] Ex iis quæ sequuntur apparet hæc verba, *et Europa*, a Floro non esse, qui de Asia tantum agat. Lege modo.

[n] *Mole*] Vi. Jam supra plus semel.

[o] *Cyzicum*] Insula et urbs ad Propontidem.

[p] *Lucullum*] L. Licinum Lucullum. Cyzicum petiit anno decimo septimo

Digitized by Google

nans,[81] videntibus procul quasi marina pristix[82 q] evaserat.[e] Mox clade conversa,[r] cum ex mora[†] obsidentem [§. 17. regem fames,[83] ex fame[84] pestilentia urgeret, recedentem Lucullus assequitur:[‡] adeoque cecidit, ut Granicus[s] et Æsapus[85 t] amnes cruenti redderentur. Rex calli- [§. 18. dus, Romanæque avaritiæ peritus,[u] spargi a fugientibus sarcinas et pecuniam jussit, qua[86] sequentes moraretur.[87] Nec felicior[88] in mari, quam in terra,[89] fuga: quippe centum amplius navium classem, apparatuque[90 v] belli gravem, in Pontico mari[w] aggressa tempestas, tam fœda[91] strage[x] laceravit, ut navalis belli instar efficeret: plane quasi [§. 19. Lucullus, quodam cum fluctibus procellisque commercio,[92]

[e] *Qui, horrendum dictu! annixus utre, et regens viam suam pedibus per medias naves hostium*, ipsis *procul spectantibus, appulerat quasi marina pristis.*

absunt ab Ed. Freinsh. a. 1669.—81 *Ad gubernans* Ed. Par.—82 Ita et Mss. Regg. Ed. Blanc. Amstel. Sed *istris* Ms. Naz. *pistrix* Mss. Pall. Flor. Malliab. Duisb. Voss. 3. Fran. Ed. pr. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Duk. 1. 2. *pistris* Ms. Ryck. Voss. 1. 2. Ed. Ber. Sab. Med. Par. Ven. *histris* Ed. Lips. 1. 3. *histrix* Ed. Lips. 2.—† *More* Ed. Lips. 1. 2. 3.—83 *Fames* erat in Ms. Voss. 2. Aberat a Ms. Naz. Pall. Ryck. Regg. Duisb. Fran. Voss. 1. 3. Edd. vett. omnibus, etiam Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. Sed *quum exorta obs. regem e fame pestilentia urgeret* Ed. Blanc.—84 Sic Ms. Ryck. Berol. Sed *et ex fame* Mss. Pall. et Duk. omnes, Edd. vett. omnes, in his Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. *et ex fama* Ed. Med. At in Lips. 1. 2. 3. est *regem rex fame pestilentia.*—‡ *Asseq'* Ed. Lips. 1.—85 *Asopus* Ms. Ryck. Ed. Ven. *Æsopus* Mss. Duk. et Edd. vett., ut Gryph. *esopus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *Æsepus* Ed. Fab.—86 *Quo* Ms. Naz. *quas* Ms. Flor. Malliab.—87 *Morarentur* Mss. Pall. Duisb. Berol. Ed. pr. Lips. 2.—88 *Nec infelicior* Ed. Lips. 1. 2. 3. Gryph. *nec fœlicior* Ed. Med. Par.—89 *Terre* Ed. Lips. 1. 3.—90 *Apparatumque* Mss. Duk. et Edd. vett. omnes, in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. *apparatūque* Ed. Lips. 1.—91 *Fœde* Ed. Ven.—92 *Cō-*

NOTÆ

post inceptum a Mithridate bellum.

[q] *Pristix* [*Pistrix*] Lege ut apud Virgilium, *pristis*, aut *pristrix*.

[r] *Clade conversa*] Romani sub Cotta, qui cum Lucullo anno superiori Consul fuerat, clade affecti. Ideoque nunc Florus ait, 'clade conversa;' a Romanis, scilicet, in Mithridatem.

[s] *Granicus*] Asiæ minoris fluvius.

[t] *Æsapus*] Fluvius inter Mysiam et Troada, ad Lampsacum.

[u] *Peritus*] Conscius: sic supra cap. 1. dixit: 'Sed rex peritus fortius adversus Romanos aurum esse quam ferrum.' Et Livius, 'Peritus hostis et regionum.'

[v] *App.* [*Apparatumque*] Alii legunt, et melius, *apparatuque*.

[w] *Pontico mari*] Euxino, sic supra.

[x] *Fœda strage*] Proprie. Sic apud Virg. 'Fœda tempestas.' Alibi dictum.

Digitized by Google

debellandum tradidisse regem ventis videretur. At- [§. 20. tritæ[93] jam omnes validissimi regni[94] vires[95] erant, sed animus malis[96] augebatur.[97] Itaque conversus ad [§. 21. proximas gentes, totum pæne Orientem ac Septemtrionem ruina sua involvit. Iberi,[y] Caspii,[98][z] Albani,[a] et utræque[99] solicitantur[1] Armeniæ;[b] perque[2] omnia et[3] decus, et nomen, et titulos Pompeio suo[4][c] fortuna quærebat. Qui [§. 22. ubi[5] novis motibus ardere Asiam videt, aliosque[6] ex aliis prodire[7] reges;[f] nihil cunctandum ratus, priusquam inter se gentium robora coirent, statim ponte navibus facto, omnium ante se[d] primus transit Euphratem:[e] regemque fu- [§. 23. gientem media nactus Armenia (quanta felicitas[8] viri!) uno prælio confecit. Nocturna ea dimicatio fuit, et luna in partibus: quippe quasi commilitans, cum a tergo se hostibus,[9] a[10] facie Romanis, præbuisset,[11] Pontici[12] per errorem longius cadentes[13] umbras suas, quasi hostium corpora,

[f] *Qui ubi videt Asiam inflammari novis tumultibus, et oriri alios reges post alios.*

----

mertio Ed. Lips. 1. *commertio* Ed. Lips. 3. Med. Par.—93 *Attrice* Ed. Lips. 1. 3. —94 *Regis* Ed. Lips. 2.—95 *Opes* Ms. Reg. Q.—96 *Magis* Mss. Pall. Berol. Duisb. Ed. pr.—97 *Agebatur* Ms. Naz. *angebatur* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—98 *Hiberi capsii* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Hiberi, Caspii* Ed. Med. Par. Gryph.—99 *Utraque* Ed. Ven.—1 Sic Mss. Pall. Naz. et Mss. Duk. plerique, Ed. pr. Sed *solicitabantur* Ms. Voss. 3. Toll. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Blanc. Vetst.—2 *Per quæ* Ms. Naz. Ryck. Malliab. Ed. Duk. 1. 2. *per que*, divisim, Ms. Fran.—3 *Et* omittunt Ed. pr. Duk. 1. 2.—4 Sic Mss. Pall. et Duk. omnes, Ed. pr. Sed *sua* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Grut. Zeu. Vetst.—5 *Ut* Ms. Flor.—6 *Aliamque* Ed. Ven.—7 *Prodiere* Ed. Lips. 1. 2. 3.—8 *Quantas felicitates* Mss. Pall. Flor. —9 *A tergo hostibus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—10 *A* abest ab Ed. Pont.—11 *Se præbuisset* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—12 *Pontici* abest ab Ed. Freinsh. a. 1669.—

NOTÆ

[y] *Iberi*] Populi ad Caucasum montem, in Colchide.

[z] *Caspii*] Qui littora Hyrcani vel Caspii maris incolunt.

[a] *Albani*] Asiæ populi intra Iberos et mare Caspium.

[b] *Utræque Armeniæ*] Armenia enim in majorem et minorem, vel in primam et secundam dividitur.

[c] *Pompeio suo*] Ita in libris scriptis. Male in al. *sua*: 'suo' autem, id est, cui favebat. Sic Lucanus, 'Pompeius, fortuna, tuus.'

[d] *Omnium ante se*] Imitatio Græca: id est, Omnium qui ante se fuerant.

[e] *Transit Euphratem*] Anno vigesimo quarto incepti belli.

Digitized by Google

petebant. Et Mithridates[14] quidem nocte illa debel- [§. 24.
latus est: nihil enim postea valuit; quanquam omnia ex-
pertus, more anguium, qui, obtrito capite, postremum[15] [f]
cauda minantur. Quippe cum effugisset hostem [§. 25.
Colchos,[g] Siciliæ[16] quoque littora, et Campaniam nostram
subito adventu terrere voluit:[h] Colchis tenus jungere Bos-
poron:[17] [i] inde per Thraciam, Macedoniam, et Græciam
transilire:[18] sic Italiam nec opinatus[19] invadere tantum[20]
cogitavit.[g] [j] Nam per defectionem civium Pharna- [§. 26.
cisque[21] filii scelere[k] præventus, male tentatum veneno spi-
ritum[22] [l] ferro expulit. Cnæus[23] interim Magnus [§. 27.

[g] *Sic cogitavit tantum in Italiam inexpectatus incurrere.*

13 *Cedentes* Ed. Lips. 1. 2. 3.—14 *Mithrydates* Ed. Lips. 1. Par.—15 *Postremo* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—16 Sic et Mss. Vin. Sed *Silicie* Ed. Lips. 1. 3. *Ciliciæ* Ed. Gryph. Stad. Pont.—17 *Colchis tenus j. Bosporon* aberant a Mss. Vin. Pall. et Duk. plerisque. Sed erant in Ms. Naz. Ryck. (in quo tamen vitiose scriptum erat *Bosphoron*) Ed. pr. Ceterum in Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. Gryph. Stad. Grut. Pont. Zeu. Fab. ante τὸ *Colchis* inserta habentur hæc verba (e s. 10. h. c.) *mox subruto pyrei portu.* Etiam in Par. nisi quod in eo est *subrupto.* Habet *bosphoron* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Lugd. Freinsh. Blanc. *Bosphorū* Ed. Gryph. *bosphiron* Ed. Ven.—18 *Transire* Ed. Ven.—19 *Nec opinato* Ed. Stad. Pont. male. nam dictum est, ut supra c. 3. 16. 'Altæ ...pugnarent.' Sic 3. 3. 15. 'ut hosti inopinatus occurreret.'—20 *Tantum* erat in Ms. Naz. Toll. Duisb. Regg. Voss. Ed. pr. Sed *tamen* Mss. Pall.—21 *Pharnacis* Ed. Med. Par.—22 *Spm* Ed. Lips. 1.—23 *Cneus* Ed. Par.—24 Sic etiam

NOTÆ

[f] *Postremum*] Adverb. ut apud Terent. 'Postremum me vides.'

[g] *Colchos*] Colchi populi ad Pontum Euxinum, ad Orientem, juxta Iberos.

[h] *Terrere voluit. Mox subruto Piræei portu*] Merito viris doctis delenda visa sunt. Huc enim ex superioribus illis irrepserunt, 'Mox subruto Piræi portu, sex quoque et amplius muris.' Dele igitur.

[i] *Colchis tenus jungere Bosporon*] Hoc est, Bospori ripas, ponte ex navibus scilicet, committere, ut pedibus a Colchis Thraciam transiliret, a Thracia Macedoniam, e Macedonia Græciam, Epirum scilicet, et ab Epiro postea Calabriam nec opinantem invaderet. Nunc omnia plana. Miror cur prave usus obtinuerit ut *Bosphoron* pro *Bosporon* ubique legatur.

[j] *Tantum cogitavit*] Non perfecit.

[k] *Pharnacisque filii scelere*] Pharnaces de occidendo patre Mithridate consilia inierat. Mithridates autem cum illi persuadere non posset, ut sibi parceret; se, qui veneno non poterat, ferro, Gallo cuidam præbuit occidendum.

[l] *Male tentatum veneno spiritum*] Mithridates puer adhuc cum illum veneno tutores peterent 'antidota sæpius bibit, et ita se adversus insi-

Digitized by Google

rebelles[24] Asiæ reliquias sequens, per diversa gentium terrarumque volitabat.[h] Nam[25] sub Orientem[26] secutus Armenios, captis ipso[27] capite gentis Artaxatis,[28] [m] supplicem jussit regnare Tigranem. At in Septemtrionem[29] [§. 28. Scythicum[30] iter, tanquam in mari, stellis[31] secutus,[n] Colchos cecidit:[32] ignovit Iberiæ:[33] pepercit Albanis: regem Colchorum[34] Orodem,[35] positis sub[36] ipso Caucaso castris, jussit in plana descendere:[o] Arthocen,[37] qui Iberis[38] imperabat, et obsides liberos dare. Orodem etiam remuneratus est, ultro ab Albania sua lectulum aureum, et alia dona, mittentem. Nec non et in Meridiem verso agmine, [§. 29. Libanum[p] Syriæ Damascumque[q] transgressus, per nemora

[h] *Volitabat per diversas gentes et terras.*

Ms. Ryck. Pal. 1. a manu secunda. Sed *rebellis* Mss. Pall. Regg. Toll. Voss. Duisb. Ed. pr. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Blanc. *rebell* Ms. Fran.—25 *Nunc* Ms. Naz. Pall. Ryck. Regg. Flor. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven.—26 *Oriente* Ms. Voss. 1.—27 *In ipso* Ms. Naz. Pal. 2. Ryck. Reg. F, Flor. Berol. Duisb. Voss. 2. 3. Ed. pr. Ber. Sab. Par. Junt. *ipō* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med.—28 *Artaxatus* Ed. Ven.—29 *Septentrione* Ed. Lips. 2.—30 *schiticū* Ed. Lips. 1. 2. 3. *schyticum* Ed. Med. Par. 1.—31 *Stellis.* Sic Mss. Pall. et Duk. omnes, Ed. pr. Sed *steff* Ms. Ryck. *secutus stellis* Ms. Lipsii. *stellas* Ed. Ven. Gryph. Stad. Pont. Freinsh. Pro mari stellis, *maristellis* Ed. Lips. 1. *mari stellas* Ed. Lips. 2. Med. Par.—32 *Excidit* Ms. Lipsii.—33 *Hyberiæ* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *Hiberiæ* Ed. Gryph.—34 *Cholcorū* Ed. Lips. 1. *Cholchorum* Ed. Ven. *regemque horum* Ed. Blanc.—35 *Horodem,* vel *Herodem,* Mss. Duk. nonnulli. *Oroden* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. ubique.—36 *Etiam sub* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—37 *Arthocē* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Arthocem* Ed. Gryph. *Artocen* Ed. Stad. *Artocem* Ed. Pont. *Adartocen* Ms. Naz. Vin. Reg. F. *Adarthocen* Ms. Toll. Duisb. Ed. pr. *Adarthocē* Ed. Ven. In aliis Mss. erat paulo aliter scriptum, sed in omnibus tamen addito *τῷ ad* vel *τῷ at* in capite nominis.—38 *Hiberis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *hyberis* Ed. Ven. ubique. sic et *hyberia.*—

NOTÆ

dias exquisitis tutioribus remediis stagnavit, ut ne volens quidem senex mori potuerit.' Justin. lib. XXXVII. Idem dicit Noster 'male tentatum,' &c. Ubi 'male' est, frustra, incassum, sine eventu.

[m] *Artaxatis*] Sub mare Caspio ad Araxum flumen.

[n] *Stellis secutus*] Sic Curtius lib. VII. 'Qui transeunt campos (in Bactrianis) navigantium modo noctu sidera observant, ad quorum cursum iter dirigunt.' Et Lucan. de Phœnicibus: 'Sideribus novere vias.'

[o] *In plana descendere*] Ne montium fiducia rebellaret.

[p] *Libanum*] Syriæ montem.

[q] *Damascum*] Damascus urbs et Syriæ caput.

Digitized by Google

illa odorata, per thuris[39] et balsami sylvas, Romana circumtulit signa.[40] Arabes, si quid imperaret, præsto fuere. Hierosolymam[41] [r] defendere tentavere[42] Judæi: verum [§. 30. hanc[43] quoque intravit,[44] et vidit illud grande impiæ gentis arcanum[45] patens, sub[46] aureo[47] uti[48] cœlo.[i 49] [s] Dissiden-

[i] *Sed hanc etiam ingressus est, et vidit magnum impiæ gentis mysterium apertum, nempe vitem sub aureo tentorio.*

39 *Thuris* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—40 *romana signa circumtulit* Ed. Lips. 1. *romana signa circumtulit* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Lugd. Pont. *Romana signa circumtulit* Ed. Gryph.—41 Ita Mss. Vin. et Duk. et Edd. vett. omnes, nisi quod in Med. Par. est *Hierosolimam*. *Hierosolyma* Ed. Stad. Gryph. Pont.—42 *Temtavere* Ed. Lips. 3.—43 *Huc* Ms. Flor. *hoc* Ms. Ryck. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. *hanc* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. *nec* Ed. Lips. 1.—44 *Et intravit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Lugd.—45 *Archanum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—46 *Sub* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—47 *Auro* Ed. Ven.—48 *Vitem* Ed. Freinsh. Zeu. Fab. Abest ab Ed. Blanc.—49 *Scalo*

NOTÆ

[r] *Hierosolymam*] Judeæ caput.

[s] *Sub aureo uti [vitem] cœlo*] Hic tu grande aliquod mysterium latere cogitas, lector: nil minus tamen; neque enim illa vitis grande impiæ gentis arcanum dici poterat, quippe quæ Pompeio ab Aristobulo, Alexandri filio, dono data fuerit, ante etiam quam Hierosolymam perveniret. Videlicet suo more fecit Florus, qui, dum vult esse disertus, sæpe est negligens. Hic enim ille ex duobus veris, falsam nobis historiam compegit. Audi modo, nam pretium est moræ, audi, inquam, Josephum quid scribat, Antiquit. Judaic. lib. XIV. initio cap. 5. *Non multo autem post, cum Pompeius Damascum venisset, et obiret Cœlesyriam, præsto fuerunt ei legati, ex universa Syria, et Ægypto, atque Judæa. Misit enim ad eum insigne donum Aristobulus, vitem auream quingentorum talentorum.* Hujus vitis meminit et Strab. *Venit et ex Ægypto legatio cum corona facta ex aureorum quatuor millibus: et ex Judæa sive vitis sive hortus, quod opus τερπωλὴ, id est, delectamentum, vocabatur. Hoc donum vidimus etiam nos Romæ dedicatum in Jovis Capitolini templo, cum inscriptione Alexandri regis Judæorum, æstimabaturque quingentis talentis: fertur autem missum a Dynasta Judæorum Aristobulo.* An tu ex his vel Strabonis vel Josephi verbis grande illud impiæ gentis arcanum agnovisti? Sed audi etiam eundem Josephum eodem lib. cap. 8. infra medium, dum de Hierosolyma a Pompeio capta loquitur: *Læsa etiam est non mediocriter templi religio, humanis antehac nec vestigiis penetrati, nec oculis. Introgressus est enim in illud Pompeius, et una cum eo non pauci alii, et inspexerunt quæ nefas est videre, nisi solis Sacerdotibus: cumque intus essent, ex auro mensa, et candelabrum, et pocula, et odoramentorum magna copia, præterea in thesauris sacræ pecuniæ, circiter talentorum duo millia, nihil horum præ pietate attigit.* Hoc illud est, quod Flori figmento locum dedit, dum læsam illam templi religionem confundit cum vite illa, quæ dono data fuit; et ea quæ ante

Digitized by Google

tibusque[50] de regno fratribus[t] arbiter factus,[51] regnare jussit Hircanum. Aristobulo,[52] quia[53] renovabat[54] eam rem, catenas[55] dedit. Sic Pompeio duce populus Romanus [§. 31. totam, qua[56] latissima est, Asiam pervagatus, quam extremam habebat imperii[57] provinciam,[u] mediam fecit. Exceptis quippe Parthis,[v] qui foedus maluerunt, et Indis,[w] qui adhuc nos non noverant; omnis Asia inter Rubrum mare,[58] [x] et Caspium, et Oceanum,[59] [y] Pompeianis domita vel oppressa signis tenebatur.



Ms. Naz.—50 *Dissidentibus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—51 *Fcūs* Ed. Lips. 1.—52 *Aristobolo* Mss. Pall. Naz. Duisb. Berol. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—53 *Qui* Ms. Ryck. Pal. 2. Ed. Sab.—54 Ita Mss. Pall. Ryck. et Duk. fere omnes, Ed. pr. Sed *tenuerat* Ms. Voss. 3. *renuebat* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. Blanc. Amstel.—55 *Cathenis* Ed. Par. 2.—56 *Quæ* Ed. Lugd.—57 *Imperii hēbat* Ed. Lips. 1. *imperii habebat* Ed. Lips. 2. 3. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *imperii habebant* Ed. Med.—58 *Mare* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—59 *Occeanum* Ed. Lips. 1.

NOTÆ

captam Hierosolymam evenere, cum iis quæ ante eam etiam adoratam facta sunt. Ejusdem fabricæ aureum illud cœlum de quo ille, merito quis existimet, cum ejus nulla mentio, neque apud Josephum, neque apud Strabonem, facta sit? Tamen non satis firmum videtur argumentum: nam fieri potuit, ut illa vitis aureum illud cœlum habuerit, quo ne pulvere, et aliis id genus respergeretur, atque id a scriptoribus nostris tuto fuerit prætermissum. Hæc sunt, quæ mihi amicus meus primarius vir illustris Jacobus Capellus in Academia Salmuriensi linguarum Orientalium Professor dignissimus, Jacobi illius Capelli qui tam bene de sacris literis, ut alia taceam, meritus est, filius, amicissime communicavit; illi tu, Lector, dignam gratiam refer. *Cælo* est quod vulgo dicimus, *Dais*, *Poêle*, ut et apud Græcos *οὐρανίσκος*.

[t] *Fratribus*] Hircanum et Aristobulum intelligit, de Judæorum regno inter se dissidentes.

[u] *Quam extremam habebat imperii provinciam*] Provincia, quam Populus Romanus extremam habebat, erat Asia, quam Attalus illi testamento reliquerat: Pompeius autem tantum inde soli sibi subjecit, quantum a Roma Asiam intercedit, et sic eam mediam fecit.

[v] *Parthis*] Asiæ populi juxta Persidem.

[w] *Indis*] Indi Orientales populi juxta Sinarum regionem.

[x] *Rubrum mare*] Quod Africam ab Arabia dividit.

[y] *Oceanum*] Mare Eoum intelligit.

CAP. VI.

BELLUM PIRATICUM.[1]

INTERIM dum populus Romanus per diversa terrarum distractus est, Cilices[a] invaserant maria: sublatisque commerciis,[2] rupto fœdere generis humani,[b] sic maria[4] bello, quasi tempestate, præcluserant.[3] [§. 1.
Audaciam perditis furiosisque latronibus dabat inquieta[c] Mithridatis[5] præliis Asia; dum sub alieni belli tumultu, exterique regis invidia,[d] impune grassantur.[*] [§. 2.
Ac primum duce Isidoro[6] non contenti[7] proximo mari, Cretam[e] inter atque Cyrenas,[f] et[8] Achaiam, sinumque Maleum, quod[9] a spoliis Aureum [§. 3.

[*] *Asia turbata bello Mithridatis audaciam dabat perditis et furiosis latronibus, dum impune currunt per favorem tumultus alieni belli, et odii in extraneum regem.*

1 *Pyraticum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. *Piratycum* Ed. Par.—2 *Commertiis* Ed. Lips. 3.—3 *Præduxerant* Ms. Ryck. *bello præduxerant quasi tempestate* Ms. Voss. 2.—4 *Maria sic* Ed. Ven.—5 *Mithridaticis* Ms. Ryck. Regg. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Grut. Lugd. Blanc. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2.—6 *Isodoro* Ed. Lips. 1. 3. Par. 2. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont.—7 Sic Ms. Ryck. Berol. Sed *contenti*, omisso *τῷ non*, Mss. ceteri, Edd. vett., in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—8 Sic Ms. Naz. Pal. 2. Vin. Regg. Toll. Voss. 1. 2. Fran. Sed *Cyrenas, Piræeum, et* Ms. Ryck. Duisb. Voss. 3. Edd. vett. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Vetst. *Cyrenas, pyreum et* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *Cyrenas, Pyræum, et* Ed. Gryph. *Cyrenas, Epirum, et Achaiam* Ed. Blanc.—9 Ita et Mss. Vin. Sed *quem* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. 2. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Zeu. *quam* Ed. Par. 1.—10 *In eos* aberant a Ms. Ryck.—

NOTÆ

CAP. VI. *Bellum Piraticum*] Anno Mundi 3871. ante Ch. Nat. 77. ab Ur. Cond. 674. undecimo belli Mithridatici anno, Coss. P. Servilio Vatia Isaurico et Ap. Claudio Pulchro.

[a] *Cilices*] Asiæ populi ad extremum fere maris Mediterranei littus.

[b] *Rupto fœdere generis humani*] Piratæ cum toto genere humano bella gerunt, ideoque eos Cicer. 'Communes hostes gentium nationumque omnium' vocat. Noster autem ideo eos generis humani fœdus rupisse dicit, quod maria, quæ communis juris sunt, præcluserant.

[c] *Inquieta*] Eadem Metaphora Horat. Adriam inquietum vocavit: 'Dux inquieti turbidus Adriæ.'

[d] *Exterique regis invidia*] Hoc est, cum invidia belli non in se, sed in exterum regem, nempe Mithridatem caderet. Invidia autem est odium.

[e] *Cretam*] Insulam in mari Mediterraneo.

[f] *Cyrenas*] Urbem in littore Africæ, supra Syrtem majorem. Delendum *Piræeum:* ita visum Stadio, et verum puto. Salmasius legit *Epirum,*

Digitized by Google

ipsi vocavere,[g] latrocinabantur: missusque in eos[10] [§. 4. Publius[11] Servilius,[h] quamvis leves et fugaces myoparonas[12 i] gravi et Martia[13] classe turbaret, non incruenta victoria superat.[14] Sed nec mari summovisse[15] contentus, [§. 5. validissimas urbes eorum, et diutina præda abundantes, Phaselin[16 j] et Olympon,[17 k] evertit, Isauronque[18 l] ipsam arcem Ciliciæ; unde, conscius sibi magni laboris, Isaurici cognomen adamavit. Non ideo tamen[19] tot cladibus [§. 6. domiti terra se continere potuerunt: sed ut quædam animalia,[m] quibus aquam terramque incolendi[20] gemina natura est, sub ipso hostis[21] recessu impatientes[22] soli in aquas suas resiluerunt;[b 23] et aliquanto[24] latius, quam prius.[25]

[b] *Ante ipsum discessum hostis non ferentes terram, rursus salire in aquas suas.*

11 *Populus* Ms. Ryck.—12 *Et myoparonas* Ed. Lips. 1. 3. Par. Gryph.—13 *Marcia* Ed. Lips. 3.—14 *Supperat* Ed. Lips. 1. 3.—15 *Subvenisse* Ms. Ryck.—16 *Phaselim* Ms. Ryck. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Gryph. Stad. Pont. *Phaselum* Ms. Fran. *Paselint* Ed. Ven.—17 *Olipon* Ed. Lips. 1. *Olipon* Ed. Lips. 2. 3. *olypon* Ed. Ven. *Olympum* Ed. Gryph.—18 Sic et Mss. Vin. nonnulli; Ed. Ven. Gryph. Stad. Pont. Sed *Isaurumque* Ms. Fran. Voss. 2. Vin. Ed. Grut. Lugd. Freinshem. Zeu. Fab. Vetst. *Isauramque* Ms. Voss. 3. Ed. Blanc. *ysauronque* Ed. Lips. 1. 2. 3. Sic mox in iisdem libris est *ysaurici*.—19 *Iō tn̄* Ed. Lips. 1.—20 *Collendi* Ms. Ryck. *colendi* Ed. Blanc. Amstel.—21 *Hosti* Ed. Ven.—22 *Impatientis* Ed. Freinsh.—23 Sic Ms. Ryck. Voss. Reg. Q. Sed *resilierunt* Mss. Duk. ceteri, Ed. pr. Lips. 2.—24 *Aliqn̄* Ed. Lips. 1.—25 *Prius*

NOTÆ

quod subindicare videtur Plutarchus.

g *Sinumque Maleum, quod a spoliis Aureum ipsi vocavere*] Istud *quod* plane error est; sic tamen Mss. constanter legitur. At in nonnullis impressis scriptum est, *quem*. Sed omnino legendum contendo, non *sinum Maleum*, sed *jugum Maleum*: jugum autem est promontorium, et Malea sinus non est, sed jugum Peloponnesi, quod Cretam spectat. Correctionem istam firmat, quod extremo capite nono libri secundi legitur, *jugumque Maleum, &c.* Pater.

h *Publius Servilius*] Qui tunc Consul. Vide supra.

i *Myoparonas*] Myoparones, piratarum naviculæ. Cicer. usus, 'Nam cum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum uno myoparone, Eodem, inquit, quo tu orbem terræ.'

j *Phaselin*] Oppidum Pamphyliæ ad mare situm.

k *Olympon*] Oppidum Pamphyliæ juxta Phaselim.

l *Isauron*] Urbem in Isauria, quæ est parva regio juxta Ciliciam; hæc urbs postea Claudiopolis dicta.

m *Quædam animalia*] Amphibia vulgo vocata, quæ in aquis et aëre vivunt.

Digitized by Google

Sic ille[26] quoque ante felix,[n] dignus nunc[27] victoria [§. 7. Pompeius visus est; et Mithridaticæ provinciæ[28] facta est accessio.[29] [o] Ille dispersam toto mari pestem semel et in perpetuum[30] volens extinguere, divino quodam apparatu aggressus est. Quippe cum classibus suis, et socia- [§. 8. libus[p] Rhodiorum, abundaret, pluribus legatis atque præfectis utraque Ponti et Oceani ora[q] complexus est. Gellius[r] Tusco mari[s] impositus; Plotius[t] Siculo. Gratilius[31] [u] [§. 9. Ligusticum[32] sinum,[v] Pompeius[33] Gallicum[w] obsedit, Torquatus[x] Balearicum,[y] Tiberius Nero[z] Gaditanum fretum,



grassabantur Ms. Reg. Q, e glossemate.—26 Sic Ms. Malliab. Ed. Junt. Gryph. Stad. Sed *scylla* Ms. Pal. 1. *sic illa* Ms. Pal. 2. Ryck. Regg. Flor. Berol. Duisb. Fran. Voss. 1. 3. Ed. pr.—27 *Nunc* aberat a Ms. Voss. 3. Ceterum in Voss. 2. erat: *sic ille quoque ante et felix dignus victoria P. v. e.* Ms. Naz. *sic felix et dignus victoria Pompeius.* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph. *sic fœlix ille et dignus vict. Pomp.* Ed. Lips. 2. Ven. *sic felix ille ante et dignus nunc victoria.* Ed. Blanc. *sic ille ante felix Pompeius, nunc quoque dignus victoria visus est.*—28 *Mythridatice provincie* Ed. Lips. 1. 2. 3. *et Mithrid. provinc.* Ed. Stad. Zeu. *et [pirata] Mithr. prov.* Ed. Blanc.—29 *Facta accessio* Ms. Naz. Pall. Ryck. Flor. Berol. Duisb. Voss. 3. Edd. vett., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Freinsh. Duk. 1. 2. *factus accessio* Mss. Regg. Malliab. Voss. 1. 2. Fran. Ed. Lugd. Zeu. Blanc. Amstel.—30 *Imperpetuū* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—31 *Gratillius* Mss. Vin. nonnulli, Berol. Duisb. Edd. vett., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *Graculus* Ms. Ryck.—32 *Ligustinum* Ed. Stad. Pont.—33 *M. Pomponius* Ed. Stad. Pont.—34 *Len-*

NOTÆ

[n] *Ante felix*] 'Ante,' capite superiori, ad quod respexit Florus; non vero ad tempus; neque enim adhuc Mithridatem debellaverat.

[o] *Et Mithridaticæ provinciæ facta est accessio*] Provincia hic est bellum, quod Consuli peragendum demandatur. Mithridatico igitur bello alterum, nempe Piraticum, accessit.

[p] *Socialibus*] Sociales et socii proprie dicuntur milites, qui una navigant. Græcis ἑταῖροι, millies apud Homer.

[q] *Utraque Ponti et Oceani ora*] Porcius Cato Propontidem Ponti Euxini, Tiberius Nero Gaditanum fretum, Oceani ora, insederant, et sic utraque Ponti et Oceani ora Pompeius complexus.

[r] *Gellius*] Puto fuisse L. Gellium Publicolam.

[s] *Tusco mari*] Quod et Tyrrhenum nominatur.

[t] *Plotius*] Puto esse Aulum Plotium, de quo in Epitome Liviana LXXIV. 'Aulus Plotius legatus Umbros, L. Porcius Prætor Marsos, cum uterque populus defecisset, prælio vicerunt.'

[u] *Gratilius*] Hunc plane ignoro quis sit. Et frustra quæras; neque enim super legatorum nominibus omnes consentiunt.

[v] *Ligusticum sinum*] Intra Corsicam et Liguriam.

[w] *Gallicum*] Circa Massiliam.

[x] *Torquatus*] L. Manlius Torquatus.

[y] *Balearicum*] Ad insulas Baleari-

qua[a] primum maris nostri limen aperitur: Lentulus[b] Libycum;[34] Marcellinus Ægyptium;[35] Pompeii[36] juvenes[c] Adriaticum; Varro Terentius[d] Ægæum,[37] et Ponticum; [§. 10. Pamphylium[38][e] Metellus;[f] Asiaticum Cæpio;[39] ipsas Propontidis[40] fauces Porcius[41] Cato[h] sic obditis[42][i] navibus quasi portam obseravit.[43][j] Sic per omnes[44] æquoris [§. 11.

tulus lybicum Ed. Lips. 1. *Lentulus lybicum* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Gryph.—35 *Ægiptium* Ed. Par.—36 *Pompei* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—37 *Ægeum* Ed. Med. Par. Gryph.—38 *Et pamphylium* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—39 *Scipio* Ms. Duisb. Ed. pr. *Capio* Ed. Gryph.—40 *Propontidos* Ms. Fran. *Propontidas* Ms. Duisb.—41 *Portius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—42 *Obductis* Mss. Regg. *abditis* Ed. Par. 1.—43 Ita Ms. Ryck. Pal. 2. Sed *portam observavit* Ms. Naz. Pal. 1. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinshem. Zeu. Vetst. *portū observavit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Eorundem verborum *obserare* et *observare*, permutatio est in Mss. Justini xxvi. 1. 9.—44 *Omnis* Ms. Berol. Duisb. Edd. vett.,

NOTÆ

des e regione Hispaniæ.

[z] *Tiberius Nero*] Tiberius Claudius Nero.

[a] *Qua*] Qua parte.

[b] *Lentulus*] Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus: sed hic locus, qui male distinctus est, sic legendus: *Lentulus Marcellinus Libycum et Ægyptium;* nam τὸ *Marcellinus* ad τὸ *Lentulus* pertinet. Et Appianus Africum mare Lentulo Marcellino tributum fuisse aperte docet.

[c] *Pompeii juvenes*] Cn. et Sext. Pompeii, filii Pompeii Magni, qui tunc imperabat, et Gallicum fretum obsederat.

[d] *Varro Terentius*] Neque hic frustra me tempus trivisse putem, si tandem verissima conjectura, quis iste sit Varro Terentius, assequi possim. Neque enim, quod quidam somniant, de nescio quo M. Varrone Terentio Lucullo, mihi unquam probabitur; minus etiam tibi, cum rem resciveris. M. Terentius Varro, diligentissimus ille investigator antiquitatis, cujus libri de Latino Sermone et de Re Rustica ad nos pervenere, scribit alicubi, puto in II. de Re Rustica, se bello Piratico inter Delum et Ciliciam Græciæ classibus præfuisse. Num tu hic nostrum Varronem Terentium agnoscis? Ipsissimus certe est: omnia conveniunt. Immo et eum eodem bello corona navali a Pompeio magno donatum fuisse testatur Plinius: Festus etiam in *navali corona*, prout fragmentum illud supplicuit Criticæ lumen Scaliger. At inquies huic Varro Terentius, illi vero Terentius Varro nomen est. Quasi vero ubique prænominum atque cognominum ordinem servaverint veteres. Res certa est.

[e] *Pamphylium*] Intra Rhodum et Cyprum insulas.

[f] *Metellus*] Q. Cæcilius Metellus Pius, ut puto.

[g] *Cæpio*] Q. Servilius Cæpio.

[h] *Porcius Cato*] L. Porcius Cato, cujus meminit Epitom. Liv. LXXIV. Vide supra Not. t. p. 220.

[i] *Obditis*] Transversis. Gallice, *mises de côté*.

[j] *Obseravit*] Male alii *observavit;* nam τὰ *quasi portam* probant legendum *obseravit*.

Digitized by Google

portus, sinus,[k] latebras, recessus, promontoria,[45] freta,[l] peninsulas,[46] quicquid piratarum[47] fuit, quadam indagine[m] inclusum et oppressum est. Ipse Pompeius in [§. 12. originem fontemque belli Ciliciam versus est:[48] nec hostes detrectavere[49] certamen, non ex fiducia,[50] sed quia oppressi erant, ausi[51] videbantur;[n] sed nihil tamen[52] amplius, [§. 13. quam ut ad primum[53] ictum concurrerent. Mox ubi circumfusa[54] undique rostra viderunt, abjectis statim telis remisque, plausu undique pari, quod supplicantium[55] signum fuit, vitam petiverunt. Non alias[56] tam incruenta [§. 14. victoria usi unquam[57] sumus: sed nec fidelior in posterum reperta gens ulla est. Idque prospectum[58] singulari consilio ducis, qui maritimum genus[o] a conspectu longe removit[p] maris, et mediterraneis[59] agris[60] quasi obligavit.[61] [q]

Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zen. Fab. *omis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. —45 *Promuntoria* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—46 *Pene insulas* Ms. Reg. F, Voss. Fran. *insulas* Ms. Reg. Q. *pæninsulas* Ed. Lugd. Freinsh. ubique.—47 *Piraticum* Ms. Ryck. *pyratarum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—48 *Versus est* erant in Ms. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. (in quo est *usus est*) 3. Med. Par. Grut. Fab. Vetst. Aberant a Mss. reliquis, et Ed. pr. Duk. 1. 2. —49 *Detractavere* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven.—50 *Fidutia* Ed. Lips. 1. 2. 3. ubique.—51 *Ausuri* Ed. Blanc.—52 *Tamen* aberat a Ms. Reg. Q. Sed t̄n Ed. Lips. 1.—53 *Ut primum* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—54 *Circunfusa* Ed. Lips. 1. Par.—55 *Et supplicantium* Ms. Ryck. *quod supplicãtib9* Ed. Lips. 1. 3. *quod supplicantibus* Ed. Gryph. Stad. Pont.—56 *Alia* Ms. Naz. Voss. 2. 3. Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont.—57 *Nunquam* Ed. Med. Par. —58 Sic Ms. Naz. Reg. Q, Flor. Malliab. Fran. Sed *repertum* Ms. Pal. 1. *re perspectum* Ms. Pal. 2. superscriptum. *receptum* Ms. Reg. F. *conspectum* Ms. Ryck.—59 *Mediterranis* Ed. Lips. 1. *mediterraneum* Ed. Ven.—60 *Aquis* Ms. Duisb. Ed. pr. Abest ab Ed. Gryph.—61 *Quasi aquis oblig.* Mss. Pall. Ed.

NOTÆ

[k] *Sinus*] Littus incurvum, mare amplectens. Gallice, *Golfe*.

[l] *Freta*] Maris angustiæ. Gall. *détroit*.

[m] *Indagine*] Metaphora a re venatoria. Indago enim est plagarum series ad cingendos saltus, et includendas feras. Virgil. Æneid. IV. 'Saltusque indagine cingunt.'

[n] *Non ex fiducia, sed quia oppressi erant, ausi videbantur*] Non ex nimia sui fiducia nobiscum pugnavere, sed id ausi videbantur, quia oppressi erant; tunc vero necessitas potius quam audacia. Sic apud Livium lib. XXI. 'Nec nunc illi, quia audent, sed quia necesse est, pugnant.'

[o] *Maritimum genus*] Cilices, Piratas.

[p] *Longe removit*] Eos in urbe Ciliciæ, quæ olim Solis dicebatur, collocavit; eamque Pompeiopolim, Pompeii urbem, appellavit.

[q] *Obligavit*] Fortiter ligavit; sic

Digitized by Google

Eodemque[62] tempore et usum maris navibus[r] recuperavit, et terræ homines suos reddidit. Quid prius[63] in hac mirere[64] victoria? velocitatem, quod[65] quadragesimo die parta[66] est? an felicitatem, quod ne una quidem[67] navis amissa[68] est? an vero[69] perpetuitatem, quod amplius piratæ[70] non fuerunt?

CAP. VII.

BELLUM CRETICUM.[1]

CRETICUM bellum, si vera volumus[2] noscere,[3] nos [§. 1. fecimus, sola vincendi nobilem[a] insulam cupiditate. Favisse Mithridati videbatur: hoc placuit armis vindicare. Primus invasit insulam Marcus Antonius,[4] [b] cum ingenti [§. 2. quidem victoriæ spe atque fiducia, adeo, ut plures catenas[5] in navibus, quam arma, portaret. Dedit itaque pœnas [§. 3. vecordiæ.[6] [c] Nam plerasque naves intercepere hostes: captivaque corpora religata velis ac funibus pependere: ac sic velificantes triumphantium in modum Cretes[7] portibus [8]suis adremigaverunt.[*] Metellus[d] deinde totam insulam igni [§. 4.

[*] *Et ita velis turgidis portibus suis appulere, instar triumphantium.*

pr.—62 *Eodem* Ed. Par.—63 *p̄us* Ed. Lips. 2.—64 *Mireris* Ms. Fran. *mirer* Ms. Ryck. Regg. Flor. Berol. Duisb. Voss. 1. 3. Ed. pr.—65 *Velocitatem? quadr.*, omisso τῷ *quod*, Ed. Lips. 2.—66 *Peracta* Ms. Flor. *parata* Ed. Ven. —67 *Quidem* aberat a Ms. Reg. Q.—68 *ămissa* Ed. Lips. 1. *ammissa* Ed. Lips. 3.—69 *Vero* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—70 *Pyrrate* Ed. Lips. 1. 3. *pyratæ* Ed. Lips. 2. Med. Par.

1 *Creticū bellū* Ed. Lips. 1. Par. Ven.—2 *Velimus* Ms. Ryck.—3 *Nosce* Ms. Naz.—4 *Anthonius* Ed. Ven.—5 *Plures cathenas* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. *plureis catenas* Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Fab.—6 *Væcord.* Ed. Med.—7 *Crates* Ed. Ven.—8 *Portubus* Ed. Med. Par. Ven.—9 *Gnosum* Mss.

NOTÆ

obtinere, est fortiter tenere.

[r] *Navibus*] In dandi casu.

CAP. VII. *Bellum Creticum*] Anno Mundi 3876. ante Ch. Nat. 72. ab Ur. Cond. 679. sexto anno belli Piratici de quo cap. sup. Coss. L. Licinio Lucullo et Marco Aurelio Cotta.

[a] *Nobilem*] Inclytam, fabulosam, propter ibi educatum et sepultum Jovem, ut quidem vulgo credebatur.

[b] *Marcus Antonius*] Pater Antonii, postea Triumvir fuit.

[c] *Vecordiæ*] Proprie est turbati et mali animi morbus.

[d] *Metellus*] Q. Cæcilius Metellus

Digitized by Google

ferroque populatus, intra castella et urbes redegit, et Cnossum,[9] [e] et Erythræam,[10] [f] et, ut Græci dicere solent, 'urbium matrem'[g] Cydoneam:[b] [11] [h] adeoque sæve in captivos [§. 5. consulebatur,[12] ut veneno se plerique conficerent:[c] [13] alii deditionem suam ad Pompeium[14] absentem mitterent. Et[15] cum ille res[16] in Asia gerens, eo quoque[17] præ- [§. 6. fectum misisset Antonium,[18] [i] in aliena[19] provincia inclytus[20] fuit: eoque infestior[21] Metellus in hostes jus victoris[22] exercuit: victisque Lasthene et Panare, Cydoneæ[23] ducibus, victor rediit.[24] Nec quicquam amplius tamen[25] de

[b] *Postea cum Metellus igne et ferro vastaverat totam insulam, hostes repulit intra castella et urbes Cnossum, Erythræam, et Cydonam matrem urbium, ut eam Græci solent vocare.*

[c] *Et tam crudeliter decernebatur in captivos, ut multi se corrumperent veneno.*

Regg. *Gnoson* Ms. Ryck. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Stad. Gryph. Pont.—10 *Nerithream* Ms. Pal. 1. *Herithream* Ms. Duisb. Ed. pr. *Terithream* Ms. Pal. 2. Fran. *Territhream* Ms. Voss. 2. *Cryteram* Ms. Ryck. *Erytreã* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—11 Sic Ms. Naz. Pall. Reg. F, Toll. Duisb. Fran. Ed. pr. Fab. Sed *Ciconeam* Ms. Ryck. *Sidonicam* Ms. Reg. Q. *Cydoniam* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Grut. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2. *Cydonam* Ms. Voss. 2. Ed. Stad. Lugd. Zeu. *cydonã* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—12 *Consulebantur* Ed. Lips. 1. 2. 3.—13 *Veneno plerique interficerentur* Ms. Voss. 2. *ven. sese pl. conf.* Ed. Lips. 1. 3. *ven. plerique sese confic.* Ed. Lips. 2.—14 *Ponpeium* Ed. Lips. 1. —15 *Et* omittit Ed. Blanc.—16 *Rex* Ms. Ryck.—17 *Eoque* Ms. Malliab. Fran. *eo* Ed. Blanc.—18 *Octavium* Ed. Stad. Pont.—19 *Illa* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—20 *Inclitus* Ms. Pal. 1. 2. et Duk. plerique, Ed. pr. Sed *irritus* Mss. Vin. Naz. Voss. 1. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Vin. Lugd. *irrisus* Ed. Stad. Pont. Zeu. Blanc. *iratus* Ms. Ryck. —21 *Infestius* Ed. Stad. Pont.—22 *Victoriæ* Ed. Vetst. Amstel.—23 *Panace, Cydoce* Ms. Pal. 2. *et Panaræ, Cydonæ* Ed. Med. Pro *Cydoneæ, Cydonæ* Ms. Ryck. Malliab. Berol. Ed. Par. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *Cydones* Ms. Fran. *cydone* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. *Cydoniæ* Ed. Amstel. Ab Ms. Duisb. aberant, ut ab Ed. pr., verba: *victisque...rediit.*—24 *Redit* Ms. Naz. Lips. 1. 3. Ber. Par. Pont.—25 *tñ* Ed. Lips. 1.

NOTÆ

Cretam petiit sexto anno post Antonium, et intra triennium bellum confecit.

[e] *Cnossum*] Urbem Cretæ ad Septemtrionem.

[f] *Erythræam*] Urbem Cretæ ad Erythræum promontorium, et ab eo sic dictam.

[g] '*Urbium matrem*'] Cujusdam Poëtæ Græci locum Noster intelligit; qui tamen nunc quidem non succurrit.

[h] *Cydoneam*] Cydonea vel Cydonia, urbs Cretæ ad Orientem.

[i] *Antonium*] Quis sit iste Antonius, sane nescio. Dio non Antonium, sed Octavium vocat, qui a Pompeio Cretam missus.

Digitized by Google

tam famosa[j] victoria, quam cognomen 'Creticum,' reportavit.

CAP. VIII.

BELLUM BALEARICUM.

QUATENUS[1] Metelli Macedonici[a] domus bellicis [§. 1. nominibus assueverat, altero ex liberis ejus Cretico facto,[b] mora non fuit, quin alter quoque[2] Balearicus vocaretur. Baleares[c] per idem[3] tempus insulæ[4] piratica[5] rabie [§. 2. corruperant maria.[6] Homines feros atque sylvestres mireris ausos[7] a scopulis suis saltem maria prospicere. Ascendere etiam[d] inconditas[8] rates,[9] et prænavi- [§. 3.

1 *Quatinus* Ed. Med. Par.—2 *Quoque* aberat a Ms. Reg. Q, Berol. Malliab. Duisb. Ed. pr.—3 *Id* Ms. Reg. Q. Abest ab Ed. Ven.—4 *Insulæ* abest ab Ed. Blanc.—5 *Pyratica* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. ubique.—6 *Maria corruperant* Ms. Ryck. Berol. Malliab. Duisb. Fran. Ed. pr.—7 *Aus?* Ed. Lips. 3.—8 *In conditas* Ed. Lips. 3.—9 *Naves* Ms. Pal. 1. e glossemate.—

NOTÆ

[j] *Famosa*] Nota, 'famosa' in bonam partem, raro, quod sciam, reperias.

CAP. VIII. *Bellum Balearicum*] Anno Mundi 3827. ante Ch. Nat. 121. ab Ur. Cond. 630. Coss. Q. Cæcilio Metello Balearico, et T. Quintio Flaminio.

[a] *Metelli Macedonici*] Qui ex devicta Macedonia Macedonici nomen reportaverat. Vide lib. II. 14.

[b] *Altero ex liberis ejus Cretico facto*] In his verbis duo gravissimi errores. Primus in eo est, quod Q. Cæcilium Metellum, qui Cretam devicit, Creticum dictum facit, ante quam hic alter Metellus Balearicus dictus fuerit; cum constet, hunc Balearicum cognominatum fuisse totis circiter sexaginta annis antequam prior ille Creticus diceretur. Quod ex iis quæ utrique capiti præmisimus facile colliges. Alter vero error est, quod hunc Metellum Balearicum illius Metelli Cretici fratrem dicit, et utrumque Metelli Macedonici filium; cum certum sit Metellum Creticum, non Metelli Macedonici, sed ejus filii L. Metelli Dalmatici, qui Balearici frater fuit, filium fuisse. Ita ut sic generis series sit ducenda: Q. Cæcilius Metellus Macedonicus, ex quo Q. Cæcilius Metellus Balearicus, et L. Metellus Dalmaticus, cujus posterioris, Dalmatici scilicet, Q. Cæcilius Metellus Creticus filius fuit. Ergo Metelli Macedonici non filius, sed nepos. Tamen ut Floro suppetias feras, verum esse queat quod habet Salmasius, plerumque liberorum appellatione nepotes, pronepotes etiam contineri.

[c] *Baleares*] E regione Hispaniæ. Alibi dictum.

[d] *Ascendere etiam*] Istud 'etiam' a superioribus pendet, 'mireris ausos saltem maria prospicere:' quasi di-

Digitized by Google

gantes[10] subinde inopinato impetu terruere.[e] [11] Sed [§. 4. cum venientem ab alto Romanam classem prospexissent, prædam putantes, ausi etiam occurrere: et primo impetu ingenti lapidum saxorumque[12] nimbo[13] classem operuerunt.[14] Tribus quisque fundis præliatur.[15] Certos [§. 5. esse quis miretur[16] ictus, cum hæc sola genti[17] arma sint,[e] id unum ab infantia[18] studium? Cibum puer a matre non accipit, nisi quem, ipsa monstrante, percussit.[19] Sed [§. 6. non diu lapidatióne terruere Romanos:[20] postquam cominus[21] [f] ventum est, expertique rostra, et pila venientia,[g] pecudum in morem clamore sublato petierunt[22] fuga littora: dilapsique[23] in proximos tumulos, quærendi fuerunt, ut vincerentur.

CAP. IX.

EXPEDITIO IN CYPRON.

ADERAT fatum insularum. Igitur et Cypros[1] recepta [§. 1. sine bello. Insulam veteribus divitiis abundantem, et [§. 2.

[a] *Conscendere etiam naves infabres, et postea prætercurrentes turbavere inexpectato impetu.*

10 *Pernavigantes* Ms. Ryck.—11 *Terrere* Ms. Ryck. Pal. 1. Flor. Berol. Duisb. Ed. pr.—12 *Saxorum* Ms. Ryck.—13 *Nymbo* Ed. Lips. 2.—14 *Operuë* Ed. Lips. 1. *operuere* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—15 *Præliantur* Ed. Fab.—16 *Miratur* Ed. Lips. 2. *meretur* Ed. Lips. 3.—17 *Gentis* Ms. Voss. 1.—18 *Abinfātia* Ed. Lips. 1.—19 *Monstravit percussit* Ed. Lips. 1. 3. *Monstravit, perc.* Ed. Lips. 2. Pro *percussit*, *percusserit* Ms. Ryck. *percusserit* Ms. Reg. Q, Ed. Amstel.—20 *Romanos terruere* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—21 *Cōminus* Ed. Lips. 1. 3.—22 *Pecierunt* Ed. Lips. 1. 2. 3.—23 *Dilapsi* Ms. Ryck. *elapsique* Ms. Voss. 3. *dilapsi quæ* Ed. Par.

1 Sic Mss. Duk. plerique. Etiam Edd. vett. ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par.

NOTÆ

cat, sed non contenti maria prospexisse, inconditas etiam rates ascendere.

[e] *Cum hæc sola genti arma sint*] Ab ipsis etiam armis, a lapidum jactu, quod Græce βάλλειν dicitur, nomen sortiti.

[f] *Cominus*] Prope.

[g] *Pila venientia*] Pila, quæ corpus penetrabant, ut puto, et notandum.

CAP. IX. *Expeditio in Cypron*] Anno Mundi 3892. ante Ch. Nat. 56. ab Urbe Cond. 695. Coss. L. Calpurnio Pisone, et A. Gabinio.

Digitized by Google

ob hoc[2] Veneri sacram,[a] Ptolemæus[3] [b] regebat. Sed[4] [§. 3. divitiarum[c] tanta erat fama, nec falso, ut victor gentium populus,[5] et donare regna consuetus, Publio Clodio Tribuno[6] duce,[7] [d] socii vivique regis confiscationem[8] mandaverit. Et ille quidem ad rei famam veneno fata præ- [§. 4. cepit.[9] Ceterum Porcius[10] Cato[11] Cyprias opes [§. 5. liburnis[e] per Tiberinum ostium[12] invexit: quæ res latius[f] ærarium[13] populi Romani, quam ullus triumphus, implevit.

CAP. X.

BELLUM GALLICUM.

Asia Pompeii[1] manibus subacta.[a] Reliqua,[2] quæ [§. 1. restabant in Europa, fortuna in Cæsarem transtulit. Re-

Ven. Stad. Lugd.—2 *Ab hoc* Ms. Ryck. Voss. 3. Ed. Junt. Ven. *adhoc* Ed. Blanc.—3 *Ptholemeus* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Ptolomæus* Ed. Med. Par. *Ptholemæus* Ed. Ven. ubique. *Ptolomæus* Ms. Ryck. Duisb. Fran. Ed. pr.—4 *Et* Ms. Naz. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Stad. Lugd. Pont.—5 *Populus Ro.* Ms. Ryck. quod glossema redolet.—6 *Plebis* add. Ed. Stad. Pont.—7 *Ducem* Ed. Par.—8 *Confiscatõe* Ed. Lips. 2.—9 *Percepit* Ed. pr.—10 *Portius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—11 *Cato Uticensis* Ms. Ryck.—12 *Tyberinum hostiũ* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—13 *Errarium* Ed. Lips. 1.

1 *Pompei* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—2 Ita Ms. Naz. Ryck. Regg. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *reli-*

NOTÆ

[a] *Veteribus divitiis abundantem, et ob hoc Veneri sacram*] Certe hic error est, nec idonea hæc assertio: dives est; ideoque Veneri sacra. Deinde cur infra, 'sed divitiarum tanta erat fama.' Si hic de divitiis egit Noster, certe hæc satis valida sunt argumenta, quis probetur legendum *veteribus deliciis;* quo facto rationem habes, cur Veneri sacra dicatur.

[b] *Ptolemæus*] Ut puto hic est Ptolemæus Dionysius, qui et Auletes dicebatur.

[c] *Sed divitiarum*] 'Sed' est transitio.

[d] *Publio Clodio Tribuno duce*] Is Clodius legem tulit, ut ejus bona publicarentur, quod se olim a Piratis captum non redemisset. Ducem igitur illum ob latam legem vocat noster.

[e] *Liburnis*] Liburna parva quædam navigia a Liburnis Illyridis populis dicta. Horat. 'Ibis liburnis, inter alta navium, Amice, propugnacula.'

[f] *Quæ res latius*] Confectam pecuniam 7000. talentorum scribit Plutarch. in Caton.

Cap. x. *Bellum Gallicum*] Eodem anno, quo expeditio in Cypron Capite superiori.

[a] *Asia Pompeii manibus subacta*] Vide supra cap. 5.

Digitized by Google

stabant autem immanissimi[3] gentium Galli,[b] atque [§. 2. Germani:[c] et, quamvis[4] toto orbe divisa,[5] [d] tamen[6] qui[7] vinceret, habuit Britannia.[8] [e] Primus Galliæ motus ab Helvetiis[f] cœpit: qui Rhodanum inter et Rhenum siti, non sufficientibus[9] terris, venere sedes[10] petitum, incensis mœnibus suis: hoc sacramentum[11] fuit, ne redirent.[g] Sed [§. 3. petito tempore ad deliberandum, cum inter moras Cæsar, Rhodani ponte rescisso,[12] abstulisset fugam, statim bellicosissimam gentem sic in sedes[13] suas, quasi greges in stabula pastor,[14] deduxit.[15] Sequens[16] longeque[17] [§. 4. cruentior pugna Belgarum,[18] [h] quippe pro libertate pugnantium. Hic cum multa Romanorum militum insignia, tum

quas Ms. Pal. 1. *reliquias* Ms. Pal. 2. et Duk. ceteri, Ed. pr.—3 *Inmanissimi* Ed. Lips. 1.—4 *Quanvis* Ed. Lugd. ubique.—5 Sic Ms. Pal. 2. Sed *divisi* Ms. Naz. Voss. 3. Ed. Lips. 1. Ber. Med. Par. 2. Ven. *divisit* Ed. Par. 1. *divisi Brithani* Ms. Ryck. *divisam* Ms. Pal. 1. Regg. Duisb. Fran.—6 T̄n Ed. Lips. 1.—7 *Quam* Ms. Fran. Voss. 3.—8 *Britanniam* Mss. Duk. omnes, excepto Voss. 3. *Britaniam* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 3. Junt. Ven.—9 *Siti, suffic.* Ed. Ven.—10 Sic Ms. Pal. 2. Berol. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Grut. Fab. Vetst. Sed *sedem* Ms. Ryck. Naz. Pall. Flor. Malliab. Duisb. Voss. 2. Regg. Fran. Ed. pr. Amstel. Duk. 1. 2. *sede* Ms. Voss. 1.—11 *Sacrū* Ed. Lips. 1. 2. 3.—12 *Reciso* Ms. Ryck. *resciso* Ms. Voss. 3.—13 *Ædes* Ms. Pal. 1. *edes* Ms. Voss. 2.—14 *Pastorum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—15 *Deduxit, et atroci prælio commisso muro cinxit* Ms. Voss. 3.—16 Ms. Pal. 2. hinc incipiebat Caput novum.—17 Ita Ms. Naz. Ryck. Regg. Voss. Flor. Sed *longe* Mss. Vin. et Duk. ceteri, Ed. pr. Vin. Stad. Pont. Fab.—18 *Nerviorum* Ed. Ald.—19 Sic Ms.

NOTÆ

[b] *Galli*] De quibus supra dictum est.

[c] *Germani*] Populi supra Illyrium, quorum regio totius Europæ latissima est.

[d] *Toto orbe divisa*] Idem Virgil. Eclog. I. 'Et penitus toto divisos orbe Britannos.' Nam ora Gallici littoris finis orbis putabatur.

[e] *Britannia*] Trium insularum Britannicarum ad Oceanum Occidentalem maxima. Gall. *Angleterre*.

[f] *Helvetiis*] Olim Galliæ populi, nunc inter Germanos, inter Juram montem, Rhenum, et Rhodanum flumina, Lemanumque lacum. Gall. *Les Suisses*.

[g] *Hoc sacramentum fuit, ne redirent*] Is mos erat populis patriam deserentibus, ingenti quodam juramento se nunquam redituros polliceri. Sic apud Horat. 'Phocæorum Velut profugit execrata civitas.' Et infra: 'Sed juremus in hæc: simul imis saxa renarint Vadis levata, ne redire sit nefas.' Helvetii vero non jurejurando, sed dirutis suis mœnibus viam reditu præcidere.

[h] *Belgarum*] Galliæ Belgicæ populi. Hic autem Nervios Noster intelligit, qui in Belgis numerabantur.

Digitized by Google

illud egregium ipsius ducis:[i] quod, nutante in fugam[19] exercitu, rapto[20] fugientis[21] e manu scuto, in primam[22] volitans aciem, manu prælium restituit.[a j] Inde cum Venetis[k] etiam navale bellum: sed major cum Oceano, quam cum ipsis navibus rixa: quippe illæ rudes et informes,[23] et statim[24] naufragæ, cum[25] rostra sensissent:[26] sed hærebat in vadis[27] pugna, cum æstibus solitis[28 l] cum[29] ipso certamine[m] subductus Oceanus intercedere bello videretur.[b] [§. 5.] Illæ quoque accessere diversitates pro gentium locorumque natura. Aquitani,[n] callidum genus, in speluncas se recipiebant: jussit includi.[o] Morini[30 p] dilabebantur[31] in sylvas: jussit incendi. [§. 6.] Nemo tantum feroces dixerit Gallos: fraudibus agunt. Induciomarus[32] Treviros,[q 33] [§. 7.]

[a] *Hic et multa Romanorum militum præclara facinora, et præcipue illud ipsius ducis eximium, quod exercitu inclinante in fugam, erepto clypeo e manu fugientis, ad primam aciem volans, pugnando prælium erexit.*

[b] *Sed prælium in vadis restabat, cum Oceanus constitutis motibus in media pugna recedens videretur se bello interponere.*

Flor. Voss. 3. Berol. Sed *in fuga* Mss. Duk. ceteri, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Sab. Med. Par. Junt. Ven.—20 *Rupto* Ed. Lips. 2.—21 *Fugiente* Ed. Par. —22 *Primum* Ed. Lips. 3.—23 *In formes* Ed. Lips. 1.—24 *Statim* omissa Copula, Ed. Par.—25 *Cum* abest ab Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont.—26 *Sensisset* Ed. Ven.—27 *Vado* Ed. Lips. 1. 2. 3.—28 *Solutis* Ms. Pal. 2. *solutus* Ms. Pal. 1. Duisb. Regg. Fran. Voss. 1. Ed. pr.—29 *Tum* Ed. Lips. 3.—30 Sic emendavit Vinetus. Nam *mora* Mss. Vin. Naz. (in quo eadem manu supra scriptum erat *nec*) et Duk. plerique, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Gryph. *nec mora* Ms. Pal. 1. *mox* Ms. Voss. 3. Ed. Ald.—31 *Dilabebatur* Ed. Gryph.—32 *Indutiomarus* Mss. Vin. nonnulli, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *Indutiomaris* Ed. Lips. 3. *Inductiomarus* Mss. Vin. Duisb. Ed. pr.—33 *Treveros* Mss. Vin. Duisb. Fran.

NOTÆ

[i] *Ipsius ducis*] Cæsaris.

[j] *Manu prælium restituit*] De hoc Sueton. cap. 62. 'Inclinatam aciem solus sæpe restituit, obsistens fugientibus, retinens singulos, et contortis faucibus convertens in hostem; et quidem adeo plerumque trepidos, ut aquilifer moranti cuspide sit comminatus, alius in manu retinentis reliquerit signum.'

[k] *Venetis*] Veneti Galliæ populi in ipso Oceani Gallici littore.

[l] *Æstibus solitis*] Æstum dicit maris recessum.

[m] *Cum ipso certamine*] Error turpis. Scribe, *in ipso*.

[n] *Aquitani*] Galliæ populi, quorum regio Aquitania.

[o] *Jussit includi*] Cæsar scilicet.

[p] *Morini*] Belgii populi.

[q] *Treviros*] Treviri vel Treveri, Galliæ Belgicæ populi.

Digitized by Google

Ambiorix[34] convocavit Eburones:[r] utrique, absente Cæ-
sare conjuratione facta,[35] invenere legatos:[s] sed ille[t] [§. 8.
fortiter a Dolabella[36] [u] summotus est, relatumque regis
caput: hic,[v] insidiis in valle dispositis, dolo perculit:[w]
itaque et castra direpta sunt, et aurum ablatum. Cottam[37]
cum Titurio[38] Sabino legato[39] ibi[40] amisimus. Nec ulla de
rege[x] mox ultio: quippe perpetua trans Rhenum[41] fuga
latuit.[y] Nec Rhenus ergo[42] immunis: nec enim[43] fas [§. 9.
erat, ut liber esset receptator hostium atque defensor.
Sed prima contra Germanos illius[z] pugna, justissi- [§. 10.
mis quidem ex causis. Ædui[a] de[44] incursionibus eorum
querebantur. Quæ Ariovisti[b] superbia?[45] Cum legati[c] [§. 11.
dicerent, 'Veni ad Cæsarem:' 'Quis est autem[46] Cæsar?'

Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—34 *Ambiotrix* Ed. Gryph.—35 *Fcā* Ed. Lips. 1.—36 *Dolobella* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *T. Labieno* Ed. Stad. Pont.—37 *M. Cottam* Mss. Vin. Ryck. Naz. Pal. 2. Regg. Malliab. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. *L. Cottam* Ms. Pal. 1.—38 *Tiburio* Ed. Par. *Tigurio* Ed. Lips. 3.—39 *Legato* aberat a Ms. Reg. Q. Ed. Blanc. *legatos*.—40 *Ibi* omittunt Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—41 *Trāsrhenū* Ed. Lips. 1. Par. In Lugd. est *Renum*, ubique.—42 *g̊* Ed. Lips. 1.—43 *Etiam* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—44 *Hædui de* Ms. Pal. 2. Reg. Q, Toll. Sed *Edui de* Ms. Ryck. Ed. Ald. *Hæcavi de* Ms. Voss. 1. *Heccavi de* Ms. Pal. 2. Ed. pr. *Eccani*, vel *Heccaui, de* Mss. Vin. *Hæc autem* Ms. Voss. 2. *Hæc avide* Ms. Voss. 3. Ed. Ber. Med. Par. Junt. *hec avide* Ed. Lips. 1. 2. 3. *hæc avide* Ed. Ven. *Cecani de* Ed. Sab. *Sequani de* Ms. Reg. F. *Sequani enim de* Ed. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *Hædui enim de* Ed. Gryph. Freinsh.—45 Sic Ms. Pal. 1. 2. Ed. pr. Sed *Ariovisti regis sup.* Ms. Naz. Ryck. Fran. Voss. Malliab. (in quo tamen tantum ascriptum erat) Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Gryph. Stad. Lugd. Pont.

NOTÆ

[r] *Eburones*] Galliæ Belgicæ itidem populi. Horum regio Gall. vocatur, *Liege*.

[s] *Legatos*] Cottam et Titurium Sabinum.

[t] *Sed ille*] Induciomarus.

[u] *A Dolabella*] Hic errasse Nostrum puto; neque enim Dolabella Treviros vicit, sed Labienus; et Labienum vocat Dio.

[v] *Hic*] Ambiorix.

[w] *Dolo perculit*] Nota 'perculit' neutropass. pro perculsus fuit.

[x] *De rege*] Induciomaro.

[y] *Latuit*] Quis *latuit?* Fuit cum legendum putarem *latuere*, Treviri scilicet et Eburones; sed nil mutandum: *latuit*, scilicet Ambiorix, quamvis remotior paulo sit. Et hic cum commentariis Cæsaris consentit Noster, quos procul dubio legerat.

[z] *Contra Germanos illius*] Illius Rheni scilicet.

[a] *Ædui*] Galliæ populi, alibi dictum. Male in al. Cod. legitur *Sequani*.

[b] *Ariovisti*] Germanorum ducis.

[c] *Legati*] Romanorum.

Digitized by Google

et, 'Si vult,[47] veniat,' inquit: et, 'Quid ad illum, quid agat nostra Germania? num[48] ego me interpono Romanis?' Itaque tantus gentis novæ[49] terror in castris, ut [§. 12. testamenta passim etiam in principiis[50] [d] scriberentur. Sed illa immania corpora, quo erant majora, eo magis gladiis ferroque patuerunt. Qui calor in præliando militum [§. 13. fuerit, nullo magis exprimi potest,[51] quam quod, elatis super caput scutis, cum se testudine[52] [e] barbarus tegeret, super ipsa Romani scuta salierunt: et inde in jugulos gladiis descendebant. Iterum[53] de Germano[54] Tencteri[55] [f] [§. 14. querebantur. Hic vero jam Cæsar ultro[56] Mosulam[57] [g] navali

Arioiusti regis Ed. Lips. 2. Ven.—46 *Autem est* Ed. Stad. Pont.—47 *Si quid vult* Ms. Voss. 3.—48 *Non* Ms. Ryck.—49 *Novæ* abfuerat primo ab Ms. Malliab., postea ascriptum. Aberat etiam a Ms. Ryck.—50 *Etiam principibus* Ms. Duisb. Ed. pr. *et in principiis* Ms. Ryck. Flor. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. *in principiis*, omissa Conjunctione, Ed. Stad. Pont.—51 *Pōt* Ed. Lips. 1.—52 *Se veluti testudine* Ms. Reg. F, Ed. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—53 *Iterum vero* Ms. Ryck. Duisb. Berol. Ed. pr. *iterum uno* Ed. Lips. 1. 2. Med. Par. Ven. *iterum unum* Ed. Lips. 3. *iterum ubi* Ed. Gryph. Stad. Pont.—54 *De Germanis* Mss. Vin. Fran. Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Vetst.—55 *Centeri* Mss. Vin. Duk. plerique. *Tenchateri* Ed. Gryph. *Treviri* Ms. Reg. Q. *cētenari* Ed. Lips. 1. Par. 2 *cētenarii* Ed. Lips. 3. *centenarii* Ed. Lips. 2. Med. Par. 1. Ven. *Menapii* Ed. Stad. Pont.—56 *Ultra* Mss. Vin. Pal. 2. Voss. Ed. Junt. Ven. Stad. Grut. Lugd. Zeu. Fab. Vetst. —57 *Mosellam* Ms. Reg. Q, Ed. Zeu. *Mossilam* Ms. Fran. *Mossellam* Ms. Pal. 1. Ed. Lips. 1. 2. 3. *Massiliam* Mss. Vin. Ryck. Reg. F, Voss. Duisb. (in cujus tamen margine manus recentior ascripserat *Mosellam*). Ed. Med.

NOTÆ

[d] *In principiis*] Principia, est spatium quoddam in mediis castris, ubi fortissimi tendebant, præcipua item signa defixa.

[e] *Testudine*] Testudo est junctio corporum armorumque, et scuta partim lateribus applicata, partim capitibus superlata. Græcis *συνασπισμὸς*, *consculatio*, dicitur.

[f] *Iterum de Germano Tencteri*] Hic a Cæsare dissentit Noster. Cæsar enim tunc primum Rhenum transiit postquam Tencterorum magnam stragem edidisset. Vide Comment. Cæsaris, IV. 4. Quid igitur? Scribendum fuerat, *Iterum de Germano Galli querebantur:* sed suo more fecit Florus, qui τῆς μὲν ἀληθείας ἐν ταῖς ἀφηγήσεσιν ὠλιγώρησεν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐπεμελήθη φράσεώς τε καὶ εὐφωνίας· hoc est, ut magni illius interpretis verbis utar, *Minus sane multam in veri pervestigatione quam in exornanda componendaque oratione industriam posuit.* *Tencteri* Germaniæ populi prope Rhenum, Luppiam, et Lonam fluvios habitantes.

[g] *Mosulam*] Mosula, sive Mosella, Galliæ Belgicæ fluvius. Gallice, *Moselle.*

Digitized by Google

ponte transgreditur, ipsumque Rhenum: et Hercyniis[58][h] hostem quærit[59] in sylvis; sed in saltus[60] et paludes genus omne diffugerat. Tantum pavoris incussit intra ripam subito Romana vis. Nec semel[61] Rhenus, sed[62] [§. 15. iterum quoque, et quidem ponte facto,[63] penetratus est. Sed major aliquanto trepidatio: quippe cum Rhenum suum sic ponte, quasi jugo, captum viderent, fuga rursus in sylvas ac[64] paludes: et,[65] quod acerbissimum Cæsari fuit, non fuere, qui[66] vincerentur. Omnibus terra marique [§. 16. captis,[i] respexit Oceanum, et quasi hic Romanus[67] orbis[j] non sufficeret, alterum cogitavit. Classe igitur comparata[68] Britanniam petit. Transit[69] mira celeritate: quippe qui[70] tertia vigilia[k] Morino[71] solvisset a portu,[l] minus quam medio die insulam[72] ingressus est. Plena erant [§. 17. tumultu hostico littora: et trepidantia[73][m] ad conspectum

Mosam Ed. Ven. Stad. Pont. *Monsulam* Ed. Gryph.—58 *Hyrciniis* Ed. Lips. 1. 2. Med. Par. 2. *hyrcinis* Ed. Par. 1. *hirciniis* Ed. Lips. 3. Ven. *herciniis* Ed. Gryph.—59 *Querint* Ed. Ven.—60 *In silvas* Mss. Regg. Malliab. Pal. 2. *in silvis* Ms. Fran.—61 *Sel'* Ed. Lips. 1. *simul* Ed. Ven.—62 *Et* Ms. Naz. Ryck. Regg. Berol. Duisb. Fran. Voss. Edd. vett. omnes, ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—63 *Fcō* Ed. Lips. 1.—64. *Et* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—65 Ita Ed. Vin. Stad. Lugd. Sed *sed quod* Ms. Naz. Pall. et Duk. omnes, Edd. vett. omnes, in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Duk. 1. 2.—66 *Que* Ed. Lips. 2.—67 Sic Ms. Naz. Pal. 2. Fran. a manu prima Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Sed *Romanis* Ms. Fran. a manu secunda, Regg. Duisb. Voss. 2. 3. Ed. pr. Lips. 2. Med. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. Freinsh. Fab.—68 *Cōperata* Ed. Lips. 1.—69 *Petit.* *In Britanniam transit* Ms. Ryck. Pall. Regg. Toll. Duisb. Voss. 1. 2. Fran. Ed. Lips. 1. (in quo tamen scriptum est *britaniā*) 3. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *transit*, omisso τῷ *petit*, Ms. Voss. 3. Ed. pr. Lips. 2. Med. Par. Freinsh.—70 Sic Ms. Naz. et Duk. fere omnes, Edd. vett., ut pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Freinsh. Sed *quum* Ed. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—71 *Marino* Ms. Ryck. Reg. F. *Mario* Ms. Voss. 3. *Moma* Ms. Voss. 1. 2.—72 *In insulam* Ms. Flor. Malliab.—73 *Trepidantium*

NOTÆ

[h] *Hercyniis*] Alibi dictum.

[i] *Omnibus terra marique captis*] Hic errat Noster. Cæsar enim, ut ex tabulis patet, jam bis Germaniam petierat antequam Treviros et Eburones devicisset.

[j] *Hic Rom.* [*Romanis*] *orbis*] Optime in Edit. Salmasii, *Romanus*.

[k] *Tertia vigilia*] Noctes in quatuor vigilias dividebantur, singulæ vigiliæ tribus horis constabant. Tertia igitur vigilia incipere poterat a media nocte.

[l] *Morino solvisset a portu*] Morinus portus est in Gallia Belgica.

[m] *Trepidantia*] Præ nimio metu festinantia.

Digitized by Google

rei novæ[n] carpenta volitabant: itaque trepidatio pro victoria fuit. Arma et obsides[o] accepit a trepidis: et ulterius iisset,[74] nisi improbam classem[p] naufragio castigasset Oceanus. Reversus igitur in[75] Galliam, classe majore, auctisque copiis,[76] in eundem rursus Oceanum, eosdemque[77] rursus Britannos,[78] Calidonias[79] secutus in sylvas,[80] [q] unum quoque e[81] regibus Cavelianis[82] [r] in vincula dedit. Contentus his (non enim provinciæ,[83] sed nomini[s] studebatur[* 84]) cum majore, quam prius, præda revectus[85] est; ipso quoque Oceano tranquillo magis, et propitio, quasi imparem se fateretur. Sed maxima omnium eademque novissima conjuratio fuit Galliarum:[86] cum omnes pariter Arvernos[87] atque Biturigas,[88] [t] Carnu- [§. 18.] [§. 19.] [§. 20.]

* *Non enim provincia, sed fama quærebatur.*

Ed. Stad. Pont.—74 *Isset* Ms. Duisb. Fran. Edd. vett. omnes, ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *esset* Ms. Ryck.—75 *Ad* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—76 Sic Ms. Naz. Ryck. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Vin. Stad. Pont. Sed *auctisque admodum copiis* Mss. Pall. Regg. Duisb. Fran. Berol. Flor. Ed. pr. Grut. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. *auctisque in modum copiis* Ms. Malliab.—77 *Eos denique* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—78 *Brytannos* Ed. Med.—79 *Calydonias* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. *calidonios* Ed. Ven.—80 *Silvas*, omissa Præpositione, Ms. Pal. 1. *insulas* Ms. Pal. 2. Regg. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr.—81 *Est* Ed. Ven.—82 Ita Ms. Ryck. Naz. Pall. Duisb. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Sed *Callidonianis*, vel *Cavelianis*, vel *Cavelianum* Mss. Vin. *Cavelianum* Mss. Regg. Ed. Stad. Pont. *Calidonianis* Ms. Fran. *Claudianis* Ms. Voss. 1. *Cavelanis* Ms. Berol. Malliab. Voss. 3. Ed. pr. Gryph. Stad. marg. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. *Cassivellaunum* Ed. Ald. *Cassivelauni* Ed. Blanc.—83 *Provinciis* Ed. Stad. Pont.—84 *Studebat* Ms. Voss. 2. 3.—85 *Reversus* Ed. Lips. 1. fortassis e glossemate.—86 *Gallorum* Ed. Lips. 2. Et hoc vereor ne sit glossema.—87 *avernos* Ed. Med. Par. Ven. Gryph.—88 *bytu-*

NOTÆ

[n] *Rei novæ*] Navium, quæ illis incognitæ.

[o] *Arma et obsides*] Idem Sueton. cap. 23. 'Aggressus est et Britannos ignotos antea: superatisque pecunias et obsides imperavit.'

[p] *Improbam classem*] Id est, audaciorem. Ita boni scriptores solent.

[q] *Calidonias sylvas*] In Anglia.

[r] *Cav.* [*Cavelanis*] An *Cavelani* nomen regulis Angliæ dari fuerit solitum nescio. Alii legunt *e regibus Cassivelaunis*, Cæsarem secuti, ubi legitur, *e regulis Cassivelaunis*. Est autem Cassivelauni oppidum in Anglia.

[s] *Non enim provinciæ, sed nomini*] Romani non Angliam in provinciæ formam redigere, sed ex ea devicta sibi nomen aliquod comparare quærebant.

[t] *Biturigas*] Bituriges Aquitaniæ populi intra Ligerim et Germaniam.

Digitized by Google

tas[89][u] simul Sequanosque contraxit,[90] ille corpore, armis,
spirituque[v] terribilis, nomine etiam quasi terrore compo-
sito,[91][w] Vercingentorix :[92] ille festis diebus, et con- [§. 21.
ciliabulis,[93][x] cum frequentissimos in lucis[94] haberet,[d] feroci-
bus dictis ad jus pristinum libertatis erexit. Aberat [§. 22.
tunc Cæsar, Ravennæ[y] delectum agens :[z] et hyeme[95] creve-
rant Alpes : sic interclusum[96] putabant iter. Sed ille qua-
lis erat[97][a] ad nuntium rei felicissimæ temeritatis[98][b] per

[d] *Cum in sylvis concionaretur eos numerosissimos.*

---

rigas Ed. Med. Par. Ven. *Bituricas* Mss. Vin.—89 *Carnuitas* Ms. Burdig. *Carnuntas* Ms. Naz. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. Lips. 1. 3. Ven. *Caruntas* Ed. Lips. 2.—90 *Contraheret* Ed. Lips. 1. 2. 3. Gryph. *contra* Ed. Med. Par.—91 *Et nom. et q. t. c.* Ed. Stad. Pont. *nomine adque terrore etiam composito* Ms. Pal. 2. *nomine atque terrore etiam quasi comp.* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. *nomine et quasi* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *nomine etiam quasi ad terrorem* Ed. Amstel. *nomine adæque in terrorem etiam composito* Ed. Blanc.—92 *Bergentorix* Ms. Ryck. In Mss. Duk. scriptum erat *Vergincetoris*, vel *Vergigentoris*, vel *Vergugecoris*, vel *Vergingetorix*, vel *Vergintetorrix* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. *Vergingetorix* Ed. Vetst. *Vercingetorix* Ed. Ven. *Vergintorix*, *Vergirgentoris*, et *Vergingetorix* Mss. Vin.—93 Sic diserte Ms. Naz. Pal. 2. Ryck. Duisb. Voss. 3. Ed. Junt. Ven. Sed *et concilialibus* Ms. Pal. 1. Reg. Q, Fran. Voss. 1. 2. *et consiliabilibus* Ms. Reg. F. *et comitialibus* Ed. Med. Par. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinshem. Zeu. Fab. Vetst. *et comicialibus* Ed. Lips. 2. *et cōciabul'* Ed. Lips. 1. *et cōciābulis* Ed. Lips. 3.—94 *Locis* Ed. Par.—95 *Hyeme* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. ubique.—96 *Inter clusum* Ed. Lips. 1.—97 *Erat quasi* Ms. Ryck.—98 *Felicissime*, omisso τῷ *teme-*

NOTÆ

[u] *Carnutas*] Celtarum populos in Gallia; quorum regio Gallice vocatur *Chartraine*.

[v] *Spirituque*] Spiritus quandoque pro arrogantia sumitur, ut hic.

[w] *Quasi terrore composito*] Legit Salmasius *quasi ad terrorem composito*, quod præstat; sed et altera lectio retineri potest, modo majuscula litera *Terrore* scribas. Illi enim personam dat Noster, fingens eum, *Terrorem* scilicet, nomen *Vercingentorix* composuisse : vel legendum *terrori*, pro *ad terrorem*.

[x] *Concil.* [*Comitialibus*] Optime in Cod. Salmas. legitur *concilialibus*. Concilíales dies, ii dicuntur quibus in conciliis seu conciliabulis convenitur, consilii capiendi gratia. Festos autem dies elegerat Vercingentorix, ut melius latere posset, quod comitialibus diebus non ita facile potuisset.

[y] *Ravennæ*] Ravenna, urbs Italiæ in Boiis, in ipso Adriatici maris littore.

[z] *Delectum agens*] Delectum militum.

[a] *Qualis erat*] Græci dicunt ὡς εἶχεν, *ut erat :* id est, statim, sine mora. Aliter Latini dicerent, Sic.

[b] *Ad nuntium rei felicissimæ temeritatis*] Hæc omnino perturbata nemo non videt. Legit Salmas. *Sed ille qualis erat ad nuntium rei, felicissima temeritate, per invios ad id tempus, &c.* Forsan legendum, *Sed ille qualis erat*

Digitized by Google

invios[99] ad[1] id tempus montium tumulos,[2] per intactas vias et nives,[3 c] expedita manu[d] emersus[4 e] occupat Galliam, et[5] ex distantibus[6] hybernis castra contraxit;[f] et ante[7] in media Gallia fuit, quam ab ultima[g] timeretur. Tum ipsa [§. 23. capita belli aggressus, urbes; Avaricum[8 h] cum quadraginta millibus[9] propugnantium sustulit; Alexiam[10 i] ducentorum quinquaginta millium[11 j] juventute subnixam flammis adæquavit.[* k] Circa Gergoviam[12 l] Arvernorum[13] tota[14] [§. 24.

* *Diruit Avaricum cum quadraginta millibus defensorum, et flammis* solo *æquavit Alexiam fretam juventute ducentorum quinquaginta millium* militum.



ritatis, Ms. Pal. 2. *(rem felic. temer.)* Ed. Amstel. Blanc.—99 *Invios* Ed. Grut. Stad.—1 *In* Ms. Reg. Q. Ab Ed. Fab. abest τὸ *ad*.—2 *Multos* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—3 *Et nives* aberant a Ms. Pal. 2. In Ed. Blanc. Amstel. omissa sunt verba *vias et*.—4 Sic Ms. Pal. 2. Ed. Freinsh. Sed *emensus* Ms. Ryck. Duisb. Voss. Fran. Edd. vett. omnes ante Freinshemium, ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst.—5 Omittunt copulam Ms. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Amst.—6 *Exdistantibus* Ed. Lips. 1. —7 *Ān* Ed. Lips. 1.—8 Sic et Ed. Med. Par. Sed *Alvaricum* Mss. Vin. et Duk. plerique. *salvari cū quadraginta* Ed. Lips. 1. *salva re* Ed. Lips. 2. *Salvaricū* Ed. Lips. 3. *Salvarim* Ed. Ven.—9 *Milia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *milliū* Ed. Gryph.—10 Sic Ed. Grut. Vetst. Sed *Alesiam* Mss. Vin. et Duk. plerique, Edd. vett., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Duk. 1. 2.—11 *Milium* Ed. Lips. 1. 3. Par.—12 *Georgoviam* Mss. Vin. Ed. Lips. 1. 3. *Georgoriam* Ms. Duisb. Ed. pr. *Gergoriam* Ms. Fran. Ed. Ven. *Gorgoviam* Ms. Voss. 1. —13 *Arvernorum* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont.—

NOTÆ

ad montium rei, (felicissima temeritas?) per invios ad id tempus, &c. Sane sic frequens loquitur Noster.

c *Per intactas vias et nives*] Dele *vias et*. Quod natum est ex diversa lectione olim a scriptore librario superposita, ut hunc morem eo tempore habebant. Lege igitur *per intactas nives*. Nives enim intactæ, non visæ fuerant. Res per se loquitur.

d *Expedita manu*] Cum quibusdam copiis levi armatura. Gall. *Avec un camp volant; sans train, sans bagage.*

e *Emersus* [*Emensus*] Hic pessime se dedit Freinshem. qui legit *emersus;* eleganter enim metiri et emetiri pro ire dicitur. Sic apud Plaut. in Pseudol. act. IV. sc. 4. 'Quin hinc metimur gradibus militaribus.' Quem versum male solicitavit Boxhornius.

f *Ex distantibus hybernis castra contraxit*] Ex hybernis copias ad se vocavit: *Il tira des troupes des quartiers d'hiver*.

g *Ab ultima*] Hic ultimam vocat, quæ prima est, et Italiæ obversa.

h *Avaricum*] Oppidum in finibus Biturigum. Hodie *Bourges* aiunt vocari.

i *Alexiam*] Oppidum in Celtis.

j *Ducentorum quinquaginta millium*] Hic numerus fuit externorum auxiliorum quæ Alexiam petebant, ut eam obsidione liberarent. Vide Cæsar. de Bel. Gall. lib. VII. 14. In ipsa enim urbe octoginta tantum millia

Digitized by Google

belli moles fuit: quippe cum octoginta millia[15] muro,[16] et arce, et abruptis defenderent,[17] maximam civitatem[18] [§. 25. vallo, sudibus, et fossa,[m] inductoque fossæ flumine,[n] ad hoc decem et octo[19] castellis, ingentique lorica[20][o] circumdatam,[21] primum fame domuit: mox audentem eruptiones in vallo gladiis sudibusque concidit:[f] novissime in deditionem redegit. Ipse ille rex,[p] maximum[22] [§. 26. victoriæ decus, supplex cum in castra venisset, tum et[23] phaleras[24][q] et sua arma ante Cæsaris genua[25] projecit:

f *Circa Gergoviam Arvernorum* urbem *tota vis belli fuit; nam cum octoginta millia* militum *murus et excisa* saxa *defenderent, primum eam maximam civitatem fame concussit, cinctam vallo, palis, fossa, et fluvio in fossam ducto, insuper decem et octo castellis, et permagna lorica; postea egredi audentem, in vallo ense et palis trucidavit.*

14 *Tō* Ed. Lips. 1.—15 *Octuaginta milia* Ms. Ryck. *LXXX. millibus* Ms. Flor. *millia militum* Ms. Voss. 1. *LXXX. milia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—16 *Numero* Ed. Par.—17 *Defenderit* Ms. Pal. 1. 2. *defenderet* Ms. Ryck. Voss. 3. *defenderant* Ms. Reg. Q. *defenderetur* Ms. Flor.—18 *Quippe cum milite, muro, et arce, et abruptis defenderent maximam civitatem* Ms. Pal. 1. Naz. *quippe quam quum, &c.* Ed. Gryph. Stad. Pont.—19 *XVIII.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—20 *Ingentique quasi lorica* Ed. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *ingentique Lura* Ed. Lips. 1. 2. 3.—21 *Circumdatam* Ed. Par. Lugd.—22 *Maxim* Ed. Lips. 1.—23 *Cum et* Ms. Naz. Pal. 1. Voss. 3. *et* Ms. Voss. 1. 2. A Ms. Pal. 2. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. absunt.—24 *Faleras* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.

NOTÆ

propugnantium fuere, ut infra probabitur.

k *Flammis adæquavit*] Flammis, in sexto casu. Sed hoc falsum videtur. Neque enim id unquam Cæsar prætermisisset. Illum vid. lib. VII. 13. circa medium.

l *Gergoviam*] Hodie aiunt vocari, *Clermont*. Sed hic de Gergovia narrat Florus, quæ Cæsar diserte de Alexia. Ait enim, locus est lib. VII. 13. octoginta millia propugnantium intra urbem Alexiam fuisse; neque eorum, qui Gergoviam defendebant, numerum definit. Deinde quæ hic de Gergovia memorantur, ea omnia accurate Alexiæ competunt, ut ex eodem Cæsare videre est: nulla vero Gergoviæ nisi 'murus, arx, et abrupta,' quæ etiam et de Alexia narrat Cæsar, lib. VII. 12. initio. Sic igitur Florus, cum Cæsarem legisset, memoria lapsus est.

m *Vallo, sudibus, et fossa*] Vallum, sudes, et fossa, hæc tria nil aliud sunt, quam vallum. Vallum enim est aggestus e terra et sudibus ad labrum internum fossæ.

n *Inductoque fossæ flumine*] Sic Virgil. Georg. I. 'Deinde satis fluvium inducit, rivosque sequentes.'

o *Ingentique lorica*] Vide Notata ad cap. 18. lib. II.

p *Ipse ille rex*] Vercingentorix.

q *Phaleras*] De iis dictum, lib. I. 5.

Digitized by Google

'Habes,'[26] inquit.[r] 'Fortem[27] virum,[28] vir fortissime, vicisti.'

CAP. XI.

BELLUM PARTHICUM.[1]

DUM[a] Gallos per Cæsarem[a] in Septemtrione[3] de- [§. 1.
bellat, interim ad Orientem grave vulnus a Parthis[4] [b] popu-
lus Romanus accepit.[5] Nec de fortuna queri[6] possu- [§. 2.
mus: caret solatio clades.[c] Adversis et Diis[7] et homini-
bus, cupiditas Consulis Crassi,[d] dum Parthico inhiat auro,
undecim[8] strage legionum et ipsius capite mulctata[9] est.[*]
Et[10] Tribunus plebis Metellus exeuntem ducem hos- [§. 3.
tilibus[11] diris[e] devoverat: et cum Zeugma[f] transisset exer-

[*] *Cupiditas consulis Crassi, dum captat Parthicum aurum, inimicis Diis et hominibus, castigata fuit ruina undecim legionum, et ipsius etiam capite.*

—25 *casaris arma* Ed. Lips. 2.—26 *Habet* Ed. Amstel.—27 *Fortissimum* Ms. Reg. Q.—28 *Virum* abest ab Ed. Lips. 1. 3. Gryph. Et ab Mss. Vin. et Lips. 2. abest *τὸ vir.*

1 *Particum* Ed. Ven.—2 *Cum* Ed. Lips. 1. 3. Ven. *quum* Ed. Gryph.—3 *Septentrionem* Ed. Pont.—4 *A Parthis* aberant a Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—5 *Accipit* Ed. Stad.—6 *Quæri* Ed. Gryph.—7 *Aversis diis* Ms. Malliab. *aversis et diis* Ms. Fran. Voss. 3. *adversis diis* Mss. Regg. Ed. pr. *adversus et diis* Ed. Lips. 1. 3. *adversa et diis* Ed. Lips. 2. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—8 *XI.* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. In Ed. Gryph. Stad. est *strage XII.*—9 Ita, non *multata*, Ed. Lips. 2. Med. ubique.—10 Sic Mss. omnes, Ed. pr. Vin. Sed *Quod* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont.—11 *Hostibus* Ed. Lips. 1. 2. 3.—12 *Nicephorium* Ed. Vin.

NOTÆ

[r] *Habes, inquit*] Phaleras et arma mea, scilicet.

CAP. XI. *Bellum Parthicum*] Anno Mundi 3896. ante Ch. Nat. 52. ab Ur. Cond. 699. Coss. L. Domitio Ahenobarbo et Appio Claudio Pulchro.

[a] *Dum Gallos per Cæsarem*] Hoc vulnus acceptum anno quinto belli Gallici.

[b] *Parthis*] Alibi dictum.

[c] *Caret solatio clades*] Sine dubio legendum, *caret eo solatio clades;* quod ad superiora habet anaphoram, 'Nec de fortuna queri possumus:' clades nostra eo caret solatio, ut scilicet de fortuna possimus queri. Solatium enim sit si fortunam accusare liceat.

[d] *Consulis Crassi*] Non Consul, sed Prætor erat.

[e] *Hostilibus diris*] Diræ sunt Furiæ. Virgil. lib. XII. 'Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ.' Diræ etiam sunt imprecationes, ut hic et apud Horat. Sic supra lib. II. 6.

[f] *Zeugma*] Syriæ ad Euphratem oppidum, ubi maxime amnis est pervius.

Digitized by Google

citus, rapta subitis signa turbinibus hausit Euphrates:[f] et cum apud Nicephorum[12 g] castra posuisset, missi [§. 4. ab Orode[13] rege[h] legati denuntiavere,[14] 'percussorum cum Pompeio fœderum Syllaque[15] meminisset.' Regiis[16] [§. 5. inhians ille thesauris, nihil, ne[17] imaginario quidem jure,[i] sed[18] 'Seleuciæ[19 j] se responsurum esse,' respondit. Itaque [§. 6. Dii fœderum ultores, nec insidiis, nec virtuti hostium defuerunt. Jam primum,[k] qui solus et subvehere[20] commeatus et munire poterat a tergo, relictus Euphrates. Tum[21] [§. 7. simulato transfugæ cuidam[22] Mazaræ Syro[23 l] creditur, dum[24] in mediam camporum vastitatem eodem duce ductus[25]

[f] *Euphrates absorbuit signa rapta inopinatis tempestatibus.*

Stad. Lugd. Fab. Amstel. Duk. 1. 2. *nicoforum* Ed. Lips. 1. 2. 3. *nicesorum* Ed. Med. Par. *Necephorum* Ed. Ven.—13 *Herode* Mss. Vin.—14 *Denuncivere* Ed. Lips. 1.—15 *Syllaque* Ed. pr. *cum Syllaque* Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *Sullamque* Ms. Naz. Pal. 1. Voss. 2. 3. Fran. *consiliaque* Ed. Lips. 1. 2. 3. *consilia quæ* Ed. Med. Par. Ven.—16 *Regis* Ms. Ryck. Voss. 3. Ed. Par. Amstel.—17 *Ne* aberat a Ms. Naz. Voss.—18 *Sed* aberat a Ms. Malliab.—19 *Seleutiæ* Ed. Med.—20 *Solus et vehere* Ed. Lips. 1. 2. 3. *solus subvehere* Ed. Par.—21 *Dii* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—22 *Transfuge cuidē* Ed. Lips. 1. *transfuga cuidam* Ed. Lips. 2. 3.—23 Sic Mss. Vin. Pall. et Duk. plerique, nisi quod in quibusdam tertia litera erat *c*, in aliis *s*; etiam in Ed. pr. Sed *Mazzare Syro* Ms. Naz. *Massare Syro* Ms. Ryck. *Mazadare S.* Ms. Voss. 2. *Mararo S.* Ms. Voss. 3. *Mezeræ syro* Ed. Ven. Gryph. Lugd. Freinsh. *Mazzere Syro* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Mezeresyro* Ed. Par. *Meter syro* Ed. Med.—24 *Cum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad.—25 *Ductus est* Ms. Ryck.

NOTÆ

[g] *Nicephorum*] Mesopotamiæ urbem, ad Euphratem sitam.

[h] *Orode rege*] Orodes Artabani filius erat, qui Artabanus Phraatis Mithridatis a Pompeio devicti filii patruus fuit.

[i] *Ne imaginario quidem jure*] Hoc est, ne prætextum quemlibet imaginarium, non saltem justum et legitimum, se habere dicens. Nam ex more debebat aliquem prætextum fingere. Sic Antonius infra lib. IV. 10. 'Neque causa, neque consilio, ac ne imaginaria belli indictione in Parthos impetum facit.' Ubi imaginària indictio est, indictio quælibet non solennis neque legitima.

[j] *Seleuciæ*] Seleuciæ oppidum in Parthis, ubi se Euphrates cum Tigride conjungit.

[k] *Jam primum*] Probat nunc Deos insidias et virtutem hostium juvisse, 'jam primum.' Gallice diceres, *Sans aller plus loin; d'abord.* Et mirum Flori artificium hic videre est, qui, ut invidiam a Romanis avertat, illam cladem Diis fœderum ultoribus tribuit.

[l] *Mazaræ Syro*] Hunc augurem fuisse quidam tradidere.

Digitized by Google

exercitus[26] ut undique hosti[27] exponeretur.[28] Itaque [§. 8.
vixdum[29] venerat Carras,[m] cum undique præfecti regis,
Sillaces[30] et Surenas,[31] ostendere signa auro sericeisque[32]
vexillis vibrantia.[c] Tum sine mora circumfusi[33] undique
equitatus,[n] in modum grandinis atque nimborum[34] densa
pariter tela[35] fuderunt. Sic miserabili[36] strage deletus exercitus.
Ipse in colloquium solicitatus,[37] signo dato, [§. 9.
vivus in hostium manus incidisset, nisi tribunis[38] reluctantibus
fugam ducis barbari ferro occupassent.[d] Sic quoque[o]
relatum caput ludibrio hosti fuit. Filium ducis[39] [§. 10.
pæne in conspectu patris eisdem telis operuere. Reliquiæ
infelicis[40] exercitus, quo quemque[41] rapuit fuga,[42] in[43]
Armeniam, Ciliciam, Syriamque[44] distractæ, vix nuntium
cladis retulerunt.[e][45] Caput ejus recisum[46] cum dex- [§. 11.

[c] *Cum undiquaque Scyllaces et Surenas, legati regis, aperuere signa renidentia auro et velis sericeis.*

[d] *Ipse in colloquium adductus vivus in hostium manus venisset, nisi, tribunis resistentibus, barbari ferro fugam ducis prævenissent.*

[e] *Reliqui infelicis exercitus dispersi in Armeniam, Ciliciam, et Syriam, quo unumquemque fuga tulit, vix retulere stragis nuntium.*

—26 *Exertitus* Ed. Lips. 1.—27 Sic Ms. Ryck. Voss. 3.—Sed *undique h.* Mss. Duk. reliqui, Edd. vett., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—28 *Opponeretur* Ms. Pal. 2. Berol. Duisb. Ed. pr.—29 *Vix dum* Ed. Lips. 1. Par.—30 *Silaces* Mss. Duk. plerique, Ed. pr. *Sylaces* Ms. Voss. 1. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *Syllaces* Ms. Ryck.—31 *Surena* Ed. Stad. Pont.—32 Sic Mss. Vin. nonnulli, unde recepit Vinetus, aliique post eum, ut Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Fab. Blanc. Vetst. Sed *sericisque* Ms. Naz. Pal. 1. Ryck. Regg. Duisb. Fran. Voss. Edd. vett. ante Vin., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph., etiam Duk. 1. 2.—33 *Circunfusi* Ed. Par.—34 *Ymbriū* Ed. Lips. 1. 2. 3. —35 *Tela pariter* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. —36 *Sic proh! miserabili* Ms. Ryck. Ed. Junt. Ven. *si miser*. Ed. Med.—37 *Solicitans* Ed. Lips. 1. 2. 3. *sollicitus* Ed. Gryph.—38 *Tribunus* Ed. Gryph.—39 *Barbari....filium ducis* aberant a Ms. Ryck. Et in Ed. Blanc. desiderantur verba *sic quoque....hosti fuit*.—40 *In felicis* Ed. Lips. 1.—41 *Quenque* Ed. Lips. 1. 2.—42 *Fugam* Ed. Med. Par. Ven.—43 *In* omittit Ed. Zeu.—44 *syriam* Ms. Ryck.—45 *Rettulerunt* Ed. Par.—46 *Rescisum* Ed. Lips. 2.—

NOTÆ

[m] *Carras*] Carræ Mesopotamiæ oppidum.

[n] *Equitatus*] Notari potest 'equitatus,' in numero multitudinis. Est et apud Sallustium tamen.

[o] *Sic quoque*] Hoc a superioribus pendet. Quamvis Tribuni restiterint, et Barbari fugam regis ferro occupaverint, tamen sic etiam caput illius relatum hostibus ludibrio fuit.

Digitized by Google

tera[47] manu ad regem[p] deportatum[48] ludibrio fuit, nec indigno.[49] Aurum enim liquidum in rictum oris infusum[50] est: ut, cujus animus arserat auri cupiditate, ejus etiam mortuum et exsangue corpus auro ureretur.[51]

CAP. XII.

ANACEPHALÆOSIS.[1]

Hæc est illa tertia ætas[a] populi Romani transmarina, qua Italia progredi ausus orbe toto arma circumtulit. [§. 1. Cujus ætatis superiores centum[2] anni sancti, pii, et, ut diximus, aurei,[3 b] sine[4] flagitio,[5] sine scelere, dum sincera adhuc et innoxia pastoriæ illius sectæ[c] integritas, dumque Pœnorum hostium imminens metus disciplinam veterem continebat.[*][6] [§. 2. Postremi centum, quos a Carthaginis,[d] Corinthi,[7][e] Numantiæque[f] excidiis, et Attali regis Asiatica[8] [§. 3.

* *Dum integritas pastoriæ illius disciplinæ intacta manet et inculpata, et dum Pœnorum hostium terror impendens disciplinam veterem retinebat.*

47 *Dextra* Ed. Med. Ven.—48 Sic Ms. Ryck. Ed. Blanc. Sed *repertatum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2.—49 *Neque indigno* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Blanc. Vetst.—50 *Effusum* Ms. Ryck. Regg. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr.—51 Sic Mss. Duk. plerique, Ed. pr. Junt. Ven. Vin. Sed *uteretur* Mss. Pall. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont.

1 *Anæphaleosis* Ed. Lips. 1. 3. *Anacephaleosis* Ed. Par. Ven.—2 *C.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven. ut §. 3.—3 *Auri* Ed. Lips. 1.—4 *sn* Ed. Lips. 1.—5 *Flagitiōe* Ed. Lips. 3.—6 *Continebant* Ed. Ven.—7 *Corynthi* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—8 *In Asiatica* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—9 *In*

NOTÆ

[p] *Ad regem*] Orodem.

Cap. XII. *Anacephalæosis*] Hoc caput, quæ XVII. capitibus superioribus tractata fuere, et quæ XIII. sequentibus tractantur, compendiose persequitur.

[a] *Hæc est illa ætas*] De qua toto hoc libro usque ad lib. IV. cap. 2.

[b] *Et, ut diximus, aurei*] Lib. II. 19. 'Centum hos priores quibus Africam, Macedoniam, Siciliam, Hispaniam domuit, aureos, sicut Poëtæ canunt, jure meritoque fateatur.'

[c] *Pastoriæ illius sectæ*] Ætatis Romuli.

[d] *Carthaginis*] De qua lib. II. 15.

[e] *Corinthi*] Lib. II. 16.

[f] *Numantiæque*] Lib. II. 18.

Digitized by Google

hæreditate[g] deduximus in Cæsarem et Pompeium,[h] secutumque hos, de quo dicemus, Augustum, ut claritate[9] rerum bellicarum magnifici, ita domesticis cladibus miseri et erubescendi. Quippe sicut Galliam,[i] Thraciam,[j] Cili- [§. 4. ciam,[k] Cappadociam,[10 l] uberrimas validissimasque provincias, Armenios[11 m] etiam, et Britannos,[n] ut non in usum,[12] ita ad[13] imperii speciem,[14 o] magna nomina acquisiisse,[15] pulchrum[16] atque[17] decorum:[4] ita eodem tempore [§. 5. dimicasse domi cum civibus,[p] sociis,[q] mancipiis,[r] gladiatoribus,[s] totoque inter se Senatu, turpe atque[18] miserandum. Ac nescio an satius[19] fuerit populo Romano, Sicilia [§. 6. et Africa contento[20] fuisse, aut his etiam ipsis carere, domi-

[4] *Nam sicut honestum atque gloriosum est comparasse Galliam, Thraciam, Ciliciam, Cappadociam, feracissimas et fortissimas provincias, Armenios etiam et Britannos, qui ut non ad fructum comparati, ita magna nomina sunt ad majestatem imperii* ampliandam.

claritate Ms. Pal. 2. *ut celeritate* Ms. Berol. Duisb. *et celeritate* Ms. Pal. 1. *et claritate* Ed. Lips. 1. 3.—10 *Cappadociam* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. Sed *Capadociā* Ed. Ven.—11 *Armenos* Ms. Ryck. Ed. Amstel. *armentes* Ed. Ven.—12 *In usus* Ms. Pal. 1. *in usu* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—13 *Et* Ed. Freinsh.—14 *Spēm* Ed. Ven.—15 *Adquæsisse* Ms. Naz. *acquisisse* Ms. Ryck. Malliab. Fran. Ed. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. Fab. *acqsisse* Ed. Lips. 1. *acquisivisse* Ed. pr.—16 Sic Ed. Lips. 1. Par. *pulcrum* cet.—17 *Ac* Mss. Duk. omnes, Ed. pr.—18 *Ac* Ms. Duisb. Fran. Voss. 1. 3. Ed. pr.—19 *Satis* Ed. Par. —20 *Contentum* Ms. Voss. 3. Edd. vett. ante Vin., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par.

NOTÆ

[g] *Attali regis Asiatica hæreditate*] Lib. II. 20. Quæ tu omnia, Lector, temporibus suis assignata repete.

[h] *In Cæsarem et Pompeium*] De quibus lib. IV. 2.

[i] *Galliam*] De qua cap. 10. supra.

[j] *Thraciam*] Vide cap. 9.

[k] *Ciliciam*] Bellum Piraticum intelligit, de quo supra cap. 6.

[l] *Cappadociam*] In bello Mithridatico, de quo supra cap. 5.

[m] *Armenios*] Eodem bello Mithridatico, cap. 5.

[n] *Britannos*] A Cæsare devictos cap. 10.

[o] *Ut non in usum, ita ad imperii speciem*] Hæc ad Britannos referri debent, nam supra cap. 10. dixit, 'Non enim provinciæ, sed nomini studebatur.'

[p] *Cum civibus*] Bella Marii, Sertorii, Lepidi, de quibus sequentibus capitibus 21. 22. 23.

[q] *Sociis*] Bellum Sociale intelligit, de quo cap. 18. infra.

[r] *Mancipiis*] Bellum Servile, de quo cap. 19. infra.

[s] *Gladiatoribus*] Bellum Spartacium, cap. 20.

Digitized by Google

nanti in Italia[21] sua, quam eo magnitudinis crescere, ut viribus suis conficeretur.[c] Quæ enim res alia furores [§. 7. civiles peperit, quam nimia felicitas? Syria[t] prima nos victa corrupit: mox Asiatica Pergameni regis[u] hæreditas: illæ opes atque divitiæ[22 v] afflixere sæculi mores: mersamque vitiis suis, quasi sentina, rempublicam[23] pessumdedere.[d 24] Unde[25] enim[26] populus Romanus[27] a Tribunis[28] [§. 8. agros et cibaria flagitaret, nisi per famem, quam luxu[29] fecerat?[e] Hinc ergo Gracchana[30] et prima et secunda,[w] et illa tertia Apuleiana[31] seditio.[x] Unde[32] regnaret[33] [§. 9. judiciariis[34] legibus[y] divulsus[35] a Senatu eques, nisi ex avaritia,[36] ut vectigalia reipublicæ atque ipsa judicia[37] in

[c] *Quam ad tantam surgere magnitudinem, ut viribus suis periret.*

[d] *Illæ opes et deliciæ prostravere mores sæculi, et proculcavere Rempublicam immersam vitiis suis, quasi cloaca.*

[e] *Unde factum est, ut plebs Romana a Tribunis peteret agros et cibos, nisi ex fame quam luxuria pepererat?*

Ven. Gryph. Stad. Pont.—21 *Dominanti Italia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—22 *Divicia* Ed. Lips. 1.—23 *Rēpubli.* Ed. Lips. 1.—24 *Pessundedere* Ed. Lips. 1. 2. 3. Gryph. Lugd. *possū dedere* Ed. Ven.—25 *Un̄* Ed. Lips. 1. —26 *N.* Ed. Lips. 2. Med.—27 *Romanus* ascriptum erat manu alia in Ms. Malliab.—28 *A Tribunis* absunt ab Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. Sed Lips. 2. *a Tr.*—29 Sic Mss. Pall. et Duk. plerique, Ed. pr. Sed *luxus* Ms. Ryck. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—30 *Graccana* Ms. Duisb. Fran. Ed. pr. *Grachana* Ed. Lips. 1. 2. 3.—31 Sic Ms. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *Appuleiana* Ed. Ber. Vin. Stad. Lugd. Amstel.—32 *Un̄* Ed. Lips. 1.—33 Sic Ms. Berol. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Sed *regnare* Mss. reliqui, Ed. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. *ut regnaret* Ed. Ald. Gryph. Stad. Pont.—34 *De judiciariis* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—35 Ita Ms. Ryck. Berol. Voss. 3. Sed *divisus* Ms. Flor. *divisus* Ed. Stad. Pont. *jussus* Mss. reliqui, Ed. pr. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. In Ms. Voss. 2. erat *seditio judiciariis legibus jussus.*—36 *Avaricia* Ed. Par.—37 *Juditia* Ed. Lips. 1. 3.—38 *H'* Ed. Lips. 1. *hujus* Ed. Lips.

NOTÆ

[t] *Syria*] Lib. II. 8.

[u] *Mox Asiatica Pergameni Regis*] Attali Regis hæreditas. De qua lib. II. 20.

[v] *Illæ opes atque divitiæ*] Pro *divitiæ*, fortasse scriptum fuerat *deliciæ;* unde et 'luxus' continuo meminit. Similis corruptio supra cap. 9. quam vide.

[w] *Gracchana et prima et secunda*] Tiberii et Caii Gracchorum. De his cap. 14. et 15.

[x] *Apul.* [*Appul.*] *seditio*] Appuleii Saturnini, cap. 15.

[y] *Judiciariis legibus*] Judiciariæ leges hic eæ sunt, quibus ad equites Romanos a Senatu judicia translata sunt. Eas Caius Gracchus tulit.

Digitized by Google

quæstu haberentur?[f][1] Hinc rursus et promissa civitas[a] Latio,[g] et per hoc[38] arma sociorum. Quid autem [§. 10. bella servilia? unde nobis, nisi ex abundantia familiarum?[39][b] Unde gladiatorii adversus[40] dominos[41] suos exercitus, nisi ad conciliandum plebis favorem effusa largitio,[c] cum spectaculis indulget,[d] supplicia quondam hostium[e] artem facit?[h][f] Jam ut speciosiora vitia tangamus, nonne ambitus [§. 11. honorum ab iisdem divitiis[42] incitatus? Atqui[43] inde Mariana, inde Syllana[44] tempestas.[45] Aut magnificus [§. 12. apparatus conviviorum, et sumptuosa largitio, nonne ab

f *Unde factum est, ut eques separatus a Senatu regnum teneret per leges judiciarias, nisi ex avaritia, ut tributa Reipublicæ et judicia tractarentur in lucro?*
g *Inde et iterum quod jus civitatis promissum fuit Latio.*
h *Quid Gladiatorum exercitus armavit adversus ipsos Dominos, nisi immoderata largitio ad captandam plebis auram, quæ cum spectaculis studet, artem reddit, quod olim fuit supplicium hostium?*

3.—39 *Familiarium* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—40 *Adversos* Ed. Lips. 3.—41 *Dnos* Ed. Lips. 1.—42 *Hisdem diviciis* Ed. Lips. 1. *hisdem divitiis* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. 1. *iisdem div.* Ed. Par. 2. *eisdem d.* Ed. Gryph.—43 *Atque* Ms. Ryck. Malliab.—44 *Syllana*, non *Sull.* Ed. Lips. 1. Med. Par.—45 *Potestas* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—46 *Peritura* Ed. Par.—

NOTÆ

[1] *Ut vectigalia reipub. atque ipsa judicia in quæstu haberentur*] Vectigalia Reipub. erant ea quæ ex portorio, hoc est, ex mercium exportatione et importatione; et decuma, hoc est, ex decima parte frumenti, quod in agris colligebatur; et ex scriptura capiebat, hoc est, ex sylvis sive e pastione pecorum. Quod autem ea vectigalia equitibus in quæstu haberentur, vide infra cap. 17. ‘Equites Romani interceptis vectigalibus suo jure peculabantur Rempublicam.’

[a] *Civitas*] Jus civitatis. Hoc est eodem jure uti quo cives Romani.

[b] *Familiarum*] Familia est servorum certus numerus uni Domino serviens.

[c] *Effusa largitio*] Quomodo autem effusa largitio gladiatorios armavit exercitus? Quippe cum Romana plebs gladiatoriis muneribus studeret, undique gladiatores sibi conquirebant, qui plebem demereri cupiebant; eos etiam erudiendos curabant ad majorem voluptatem. Et inde factum est, ut gladiatores qui in immensam multitudinem creverant, et artem pugnandi sibi paraverant, arte et numero suo freti, arma contra Dominos ipsos ceperint.

[d] *Cum spectaculis indulget*] Scribendum, *indulgens*, et continuanda sententia, ac tollenda distinctio, quæ post *largitio* posita est.

[e] *Supplicia quondam hostium*] Ea tempora respicit Florus, quibus sontes inter se ferro depugnabant.

[f] *Artem facit*] Quippe, ut supra dictum est, gladiatorum familias magistris erudiendas dabant, ut ex eorum pugna major voluptas perciperetur.

Digitized by Google

opulentia paritura[46] mox egestatem?[g] Hæc Catilinam[h] patriæ[47] suæ impegit.[1][i] Denique illa ipsa principatus et dominandi cupido, unde, nisi ex nimiis[48] opibus, venit?[j] [§. 13.] Atqui hæc[49] Cæsarem, atque Pompeium, furialibus[k] in exitium[50] reipublicæ facibus armavit. Hos igitur [§. 14.] populi Romani omnes[51] domesticos motus, separatos[52] ab externis justisque bellis,[53] ex ordine[54] prosequemur.[55]

CAP. XIII.[1]

CAUSA SEDITIONUM TRIBUNICIA POTESTAS.[2]

SEDITIONUM[3] omnium causas[4] Tribunicia[5] potestas [§. 1.] excitavit: quæ specie quidem plebis tuendæ, cujus in auxilium comparata est,[6][a] re autem dominationem sibi acquirens, studium populi ac favorem[7] agrariis,[b] frumentariis,[c]

[1] *Hæc impulit Catilinam contra patriam suam.*

47 Sic Mss. omnes, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Sed *Catilinam hostem patr.* Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—48 *Exnimiis* Ed. Lips. 1.—49 *Atque hæc* Ms. Malliab. Reg. Q. *atque hic* Ed. Med. Par. *At; hec* Ed. Lips. 1. *hæc*, simpliciter, Ed. Gryph.—50 *Exicium* Ed. Lips. 3.—51 *Omnis* Ed. Par. *omneis* Ed. Gryph.—52 *Seperatos* Ed. Lips. 1.—53 *Belli* Ed. Ven.—54 *Ex* omittunt Ms. Ryck. Voss. 2.—55 *Persequemur* Ms. Ryck. Voss. 2.

1 Hinc incipiebant Librum quartum Ms. Pal. 2. Duisb. Ed. pr.—2 *De legibus Gracchanis* Ms. Naz. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. *seditiones* Ms. Reg. Q. *causæ seditionum* Ms. Ryck. Aberat index a Ms. Reg. F, Duisb. Fran. Ed. pr. Vin. Lugd. *seditiositas tribuniciæ potestatis* Ed. Grut. Freinsh. Fab. Blanc. Vetst. *de seditionibus ex tribunitia potestate* Ed. Zeu.—3 *Seditionem* Ed. Par.—4 *Caussa* Ed. Med. Par. *cā* Ed. Sab. *causam* Ed. Lips. 1. 2. 3. Gryph.—5 *Tribunitia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—6 *Erat* Ms. Flor.—7 *Ad favorem* Mss. Regg. Voss. 1.

NOTÆ

[g] *Paritura mox egestatem*] Refer *paritura* ad *τὸ opulentia,* non vero ad *τὸ largitio;* et est in sexto casu.

[h] *Hæc Catilinam*] Egestas scilicet.

[i] *Impegit*] Nota *impegit* active positum.

[j] *Nisi ex nimiis opibus, venit*] Tollo *venit;* nam ignavum est, et Flori genio minus conveniens.

[k] *Furialibus*] Quippe Furiæ a Poëtis et Pictoribus armatæ nobis exhibentur. Vide Notata ad lib. I. cap. 12. 'Facibus armatæ furiali more processerant.'

[a] *Cujus in auxilium comparata est*] Tribuni enim plebis primum creati fuerunt, ut eam contra fœneratorum impotentiam defenderent.

[b] *Agrariis*] Agrariæ leges quibus sancitum erat, ut agri a privatis per vim occupati plebi dividerentur. Has Caius Gracchus post Tiberium Gracchum tulit.

[c] *Frumentariis*] Quibus contineba-

Digitized by Google

judiciariis[d] legibus aucupabatur.[a 8] Inerat omnibus [§. 2. species[9] æquitatis. Quid enim tam justum,[10] quam [§. 3. recipere plebem jus suum a patribus? ne populus, [§. 4. gentium victor, orbisque possessor, extorris[11] aris ac focis[12 e] ageret.[b 13] Quid tam æquum, quam inopem[14] populum [§. 5. vivere ex ærario suo?[15 f] Quid ad jus libertatis [§. 6. æquandæ magis efficax, quam ut, senatu regente provincias, ordinis equestris auctoritas saltem judiciorum[16] regno[g] niteretur? Sed hæc ipsa in perniciem redibant: et [§. 7. misera Respublica in exitium suum[17] merces erat.[18] Nam[19] et a senatu in equitem translata judiciorum [§. 8. potestas vectigalia,[20] id est,[21] imperii patrimonium, supprimebat,[h] et emtio frumenti, ipsos Reipublicæ nervos, [§. 9.

[a] *Quæ* sub *specie quidem defendendæ plebis, vere autem sibi imperium quærens, venabatur studium populi per leges agrarias, frumentarias,* et *judiciarias.*
[b] *Exul aris et focis esset.*

2. *sibi ad favorem* Ms. Ryck.—8 *Aucupatur* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—9 *Spes* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Scribendum videlicet erat *spēs.*—10 *Tā justū ēm* Ed. Lips. 1. *tam justum enim* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven.—11 *Ex terris* Ed. Lips. 1. Par.—12 *Sacris vel aris* Ms. Voss. 2.—13 Ita Ms. Naz. et Duk. plerique. Sed *ageretur* Ms. Pal. 1. 2. Flor. Malliab.—14 *In opem* Ed. Lips. 1.—15 *Suos* Ed. Ven.—16 *Juditiorum* Ed. Lips. 1. 3. ut s. 8.—17 *Sui* Ms. Malliab.—18 Sic Ed. Ven. Sed *marcescerat* Ed. Lips. 1. 2. 3. *recesserat* Ed. Med. Par. *marcesserat* Ed. Gryph.—19 *Nam* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Lugd.—20 *Vectigalium* Ed. Med. Par.—21 *Idest* Ed. Lips. 1. i. Ed. Lips. 2.—22 *Et emtio...exhauriebat* absunt

NOTÆ

tur ut frumentum, quod copiosissime ex Africa et Sicilia advehebatur, venderetur triente et semisse: Caius Gracchus eam tulit.

[d] *Judiciariis*] De quibus cap. superiori.

[e] *Extorris aris ac focis*] Ex Latinitate ipsa suspicor expungi cum indicio posse *aris ac;* hoc certe scio, dici posse, *extorris domo, patria, &c.* At nescio (neque quicquam occurrit memoriæ) an dici possit, *extorris ara.* Ast hæc si nolis admittere, saltem facere non potes quin legas, *extorris agris ac focis.* Hæc autem ad agrarias leges pertinent.

[f] *Vivere ex ærario suo*] Ex ærario depromebatur pecunia qua coëmeretur frumentum, quod vili pretio vendebatur propter plebis inopiam. Hoc frumentarias leges respicit.

[g] *Judiciorum regno*] *C'étoit le pouvoir de juger les affaires des particuliers en dernier ressort.*

[h] *Supprimebat*] Equites enim societati faventes, vel ludificabant locationem, vel remittebant, vel redemtionis parte relevabant, et sic pecuniam publicam supprimebant.

Digitized by Google

exhauriebat[22] ærarium.[i] Reduci plebs in agros unde[23] poterat sine possidentium eversione, qui ipsi pars[24] populi erant? et tamen[j] relictas sibi a majoribus sedes [§. 10. ætate,[25] quasi jure hæreditario,[26][k] possidebant.

CAP. XIV.

SEDITIO TIBERII GRACCHI.

PRIMAM[1] certaminum facem Tiberius[2] Gracchus [§. 1. accendit, genere, forma, eloquentia, facile princeps.[a] Sed hic, sive Mancinianæ[3] deditionis,[b] quia sponsor [§. 2. fœderis fuerat, contagium timens, et inde[4] popularis:[c] sive æquo et bono ductus, quia depulsam agris suis [§. 3. plebem miseratus est, ne[5] populus[6] gentium victor, orbisque

---

ab Ed. Med. Par. In Lips. 1. scriptum est divisim *ex hauriebat*.—23 *Non pot*. Ms. Pal. 1. 2. Berol. Duisb. Ed. pr.—24 *q' sibi ps* Ed. Lips. 1. *que sibi pars* Ed. Lips. 3. *qui sibi pars* Ed. Par. Gryph.—25 *Ætate* aberat a Ms. Lipsii.—26 *Hæreditario* aberat a Ms. Voss. 1. 2.

1 *Primū* Ed. Lips. 2.—2 *Tiberius* aberat a Mss. Regg. Ryck. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. In Ed. Med. Par. Ven. Gryph. scriptum est ubique *Tyberius*.—3 *Mantinianæ* Ed. Lips. 1. 2. 3.—4 *ĩn* Ed. Lips. 1.—5 *Et* Ms. Voss. 3. In Ms. Naz. erat *nemo cum gentium victor*.—6 *Populus Romanus* Ms. Ryck. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Par. Junt. Ven. *P. R.* Ed. Lips. 2. Med. Ab Ed. Freinsh. absunt verba *ne pop...exularet, aut*: idque auctoritatė Gruteri.

NOTÆ

[i] *Et emtio frumenti exhauriebat ærarium*] Quippe, magno pretio emtum, plebi postea ob leges frumentarias vili pretio vendebatur.

[j] *Et tamen*] Subjunge statim post *possidentium eversione? et tamen*. [Sic enim Delph. ed. exhibet in textu:... *eversione? Qui...erant, et, &c.*]

[k] *Ætate, quasi jure hæreditario*] Hæc ex juris formula pendent, qua possessori possessionis diuturnitas pro jure hæreditario est.

CAP. XIV. *Seditio Tiberii Gracchi*] Anno Mundi 3817. ante Ch. Nat. 131. ab Urb. Cond. 620. Coss. P. Mucio Scævola et L. Calpurnio Pisone Frugi.

[a] *Facile princeps*] Hoc est, nemine repugnante. De illo hæc habet Velleius, lib. II. 2. 'Vir alioqui vita innocentissimus, ingenio florentissimus, proposito sanctissimus, tantis denique adornatus virtutibus, quantas perfecta et natura et industria mortalis conditio recipit.'

[b] *Mancinianæ deditionis*] C. Hostilius Mancinus Numantinis, ut ignominiam et dedecus a se cum illis icti fœderis expiaret, deditus fuit. Vid. lib. II. 18. Tiberius autem Gracchus, quo quæstore et auctore id fœdus ictum fuerat, similis judicii vel pœnæ discrimen metuebat.

[c] *Et inde popularis*] Et postea po-

Digitized by Google

possessor,[7] laribus[8] ac focis suis exularet, quacumque[9] mente,[a] rem ausus ingentem. Postquam rogationis [§. 4. dies[d] aderat, ingenti stipatus agmine Rostra[e] conscendit: nec deerat obvia manu tota inde nobilitas,[10] et tribuni in partibus. Sed ubi[11] intercedentem[f] legibus suis Cnæum[12] [§. 5. Octavium[g] videt Gracchus:[13] contra fas collegii,[14] [h] jus[15] potestatis,[i] injecta manu, depulit Rostris, adeoque præsenti[16] metu mortis exterruit, ut abdicare se magistratu cogeretur. Sic triumvir[17] creatus dividendis agris. [§. 6. Cum ad perpetranda cœpta die comitiorum prorogari sibi vellet imperium, obvia nobilium manu, eorumque, quos agris[18] moverat, cædes a foro cœpit.[b] Inde cum in [§. 7. Capitolium profugisset,[19] plebemque ad defensionem salutis suæ, manu caput tangens, hortaretur, præbuit speciem

[a] *Quocumque animo* ille hoc egit.
[b] *Cum die conventuum peteret imperium sibi continuari ad perficienda cœpta sua, occurrentibus nobilium copiis, et eorum quos agris expulerat, cædes incepit a foro.*



—7 *Orbis victorque possessor* Ms. Voss. 3. *victor, urbisque pos.* Ed. Lips. 1. 2. 3.—8 *Extorris aris* Ed. Amstel. *extorris agris* Ed. Blanc.—9 *Et quacunque* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. *aut quacunque* Ed. Ald.—10 *Nec deerat obvia manus. Tota deinde nobilitas* Ms. Reg. Q. Etiam in Voss. 3. erat *deinde.* Sed ab Ryck. τὸ *inde* aberat. Pro *inde*, iā Ed. Lips. 2. fortassis pro ĩn.—11 *Ut* Ed. Lips. 1. 3. Par. Gryph.—12 *Gn.* Mss. Regg. *G.* Ms. Duisb. Fran. C. Ms. Ryck. *Gaium* Ed. pr. *Cneum* Ed. Par. Ven. Gryph. *M.* Ed. Stad. Pont.—13 *Gracchus* aberat a Ms. Flor.—14 *Fas omne collegii* Ms. Flor. Pall. Ryck. Ed. Junt. —15 *Jusque* Ms. Voss. 3.—16 *Præsentis* Mss. Regg.—17 *Triumviratus* Ms. Pal. 2. Ryck. Regg. Duisb. Fran. Ed. pr. Grut. Vetst.—18 *Cum ad perp....*

NOTÆ

puli favorem cœpit captare.

[d] *Rogationis dies*] Dies quo leges rogare licebat: legem autem rogare est, a populo petere ut illam ferat, sciscat.

[e] *Rostra*] De iis alibi dictum.

[f] *Intercedentem*] Propria vox. Intercedere, id est, resistere, obsistere, se interponere. Intercedentium solennis vox erat, 'Veto.'

[g] *Cnæum Octavium*] Alii *Marcum*, non *Cnæum*, vocant. Tribunus plebis erat, et Gracchi collega. Tribunorum autem erat hæc potestas, ut intercedente uno, alii, etiam si plures essent, nil agerent.

[h] *Contra fas collegii*] Octavius enim Gracchi collega.

[i] *Jus potestatis*] Cum Tribunicia potestas alios contra vim defendendi gratia creata sit, contra jus potestatis agit Tribunus qui ipse vim affert. Vel hoc ideo dicit, quod, cum Tribunicia potestas sacrosancta esset, nulli Tribunum pellere fas erat.

Digitized by Google

regnum sibi et diadema poscentis:[j] atque ita, duce Scipione Nasica, concitato[20] in arma populo, quasi jure[k] oppressus est.[l]

CAP. XV.

SEDITIO CAII GRACCHI.

STATIM[a] et mortis et legum fratris sui vindex non [§. 1. minore impetu incaluit Caius Gracchus.[a] Qui cum [§. 2. pari tumultu atque terrore plebem in avitos agros arcesseret:[b 1] et recentem[b] Attali hæreditatem in alimenta populo polliceretur: jamque nimius et potens[c] altero tribu- [§. 3. natu,[d] secunda plebe volitaret:[c] obrogare[2 e] auso [§. 4. legibus suis Minucio[3] Tribuno;[4] fretus comitum manu, fatale familiæ suæ[f] Capitolium invasit. Inde proxi- [§. 5.

[a] *Mox Caius Gracchus assertor mortis et legum fratris sui, non minori impetu excanduit.*
[b] *Qui cum plebem in agros paternos evocaret eodem tumultu atque terrore.*
[c] *Et jam nimis potens ob secundum tribunatum favente plebe degeret.*

quos agris aberant a Ms. Ryck.—19 *Confugisset* Ms. Voss. 1.—20 *Concito* Ms. Duisb.

1 *Accerseret* Ms. Berol. Flor. Duisb. Fran. Ed. Lips. 1. 3. *accersiret* Ed. pr.—2 *Abrogare* Mss. Duk. plerique, Edd. vett. ante Vinetum, ut Lips. 2. Med. Par. Ven. Gryph. Vetst. Eadem confusio horum verborum est paulo inferius c. 17. 8.—3 *Minutio* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven. Gryph.—4 *Secunda*

NOTÆ

[j] *Præbuit speciem regnum sibi et diadema poscentis*] Cum opem implorans caput tetigisset, hoc populus interpretatus est, quasi sibi diademate caput redimiri cuperet.

[k] *Quasi jure*] Cum scilicet regnum sibi poscere visus fuerit.

[l] *Oppressus est*] Subselliorum fragmentis contusus, et inde in Tiberim projectus.

CAP. XV. *Seditio Caii Gracchi*] Anno Mundi 3827. ante Ch. Nat. 121. ab Ur. Cond. 630. Coss. Q. Cæcilio Metello Balearico, T. Quintio Flaminio.

[a] *Statim*] Decimo anno post Tiberii Gracchi mortem.

[b] *Recentem*] Jure 'recentem' vocat; vix sunt anni novem, cum ea populo Romano contigit. Vide lib. II. 20.

[c] *Jamque nimius et potens*] Lego *jamque nimium potens.* Ratio facile appareat. *Pater.*

[d] *Altero tribunatu*] Nam bis Tribunus fuit.

[e] *Obrogare*] Obrogare legi est, hujus legis infirmandæ gratia alteram legem ferre. In al. legitur *abrogare*, quod minus placet.

[f] *Fatale familiæ suæ*] Nam ibi occisus Tiberius Gracchus hujusce fra-

Digitized by Google

morum cæde pulsus,[5] cum se in Aventinum recepisset; inde quoque obvia Senatus manu, ab Opimio[6] Consule[g] oppressus[7] est. Insultatum quoque mortis reliquiis:[8] [§. 6. et illud sacrosanctum[h] caput Tribuni plebis percussoribus auro pensatum est.[i]

CAP. XVI.

SEDITIO APULEIANA.

NIHILOMINUS Apuleius Saturninus Gracchanas [§. 1. asserere leges non destitit.[*] Tantum animorum viro Marius dabat. Qui[a] nobilitati semper[1] inimicus, consulatu suo præterea confisus, occiso palam comitiis[2 b] Annio[3 c] competitore tribunatus, surrogare conatus est in ejus locum Caium Gracchum,[d] hominem sine tribu,[e] sine nomine: sed

[*] *Nec ideo minus Apuleius Saturninus cessavit vindicare leges Gracchorum.*

...*tribuno* aberant a Ms. Pal. 2. Duisb. Ed. pr.—5 Sic Mss. Regg. Pal. 2. Ed. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Sed *depulsus* Ms. Pal. 1. Toll. Ryck. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Amstel. Duk. 1. 2. *repulsus* Ms. Naz.—6 *Oppimio* Ed. Lips. 2.—7 *Oppsus* Ed. Lips. 2.—8 *Reliquis* Ms. Naz.

1 *Semper* abest ab Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph.—2 *Cōmitiis* Ed. Lips. 1. *in comitiis* Ed. Gryph. Stad. Pont. Zeu.—3 *Anio* Ms. Naz. *Mumio* Ms. Pal. 2. *Annonio* Ms. Reg. F. *Anneio* Ms. Reg. Q. *A. Nonio* Ed. Stad. Pont.

NOTÆ

ter. Supra.

[g] *Opimio Consule*] L. Opimio.

[h] *Sacrosanctum*] Sic passim in scriptoribus Tribuni 'sacrosancti,' et Tribunicia potestas 'sacrosancta' nominatur.

[i] *Pensatum est*] Alludit ad veterum morem, qui non numerata pecunia, sed appensa, debita solvebant.

CAP. XVI. *Seditio Apuleiana*] Anno Mundi 3850. ante Ch. Nat. 98. ab Ur. Cond. 653. Coss. C. Mario. VI. et L. Valerio Flacco.

[a] *Qui*] Mariumne, an Apuleium, intelligit? Certe de Apuleio hæc dicuntur. Libenter igitur scriberem cum aliis: *non destitit: qui (tantum animorum viro Marius dabat, nobilitati semper inimicus, consulatu suo præterea confisus) occiso, &c.* Nunc omnia plana.

[b] *Comitiis*] 'Comitia' sunt conventus totius vel partis populi Rom.

[c] *Annio*] Tanta in hujusce nominis scripturæ varietas, ut nil certi unquam statuatur.

[d] *Caium Gracchum*] Non 'Caius' Gracchus, sed 'Quintius' vocabatur: Caii Gracchi nomen assumserat, ut se ex Gracchorum familia mentiretur.

[e] *Sine tribu*] Qui sine tribu, servi

Digitized by Google

subdito[4] titulo, in familiam[f] ipse se adoptabat.[5] Cum [§. 2. tot tantisque ludibriis exultaret impune,[6] rogandis Gracchorum legibus ita vehementer incubuit, ut Senatum quoque cogeret in verba[7] jurare;[g] cum abnuentibus aqua et igni interdicturum[h] se minaretur.[i 8] Unus[i] tamen extitit, qui mallet exilium. Igitur post Metelli fugam omni [§. 3. nobilitate perculsa,[9] cum jam tertium annum[10] dominaretur,[j] eo vesaniæ progressus est, ut consularia quoque comitia[k] nova cæde turbaret. Quippe ut satellitem furoris sui Glauciam,[11] Consulem faceret,[l] Caium[12] Memmium competitorem[m] interfici jussit: et in eo tumultu regem ex[13] satellitibus suis[14] se[15] appellatum lætus accepit. Tum vero jam [§. 5. conspiratione Senatus, ipso quoque jam Mario Consule, quia tueri non poterat, adverso,[n] directæ in foro acies:[16]

[i] *Fortiter operam dedit petendis legibus Gracchorum, ut cogeret Senatum jurare in verba* sua, *cum minitaret detrectantibus se* eos *aqua et igni privaturum.*

Aulo Ed. Lips. 2.—4 *Subducto* Ms. Voss. 3. *subito* Edd. vett. ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—5 *Adoptarat* Ed. Zeu. *adoptat* Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—6 *Inpune* Ed. Lips. 1.—7 *In verba sua* Ed. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—8 *Seminaretur* Ed. Par.—9 Sic et Ed. Med. Par. 1. Sed *percussa* Mss. Regg. Flor. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Par. 2. Junt. Ald. Ven. Gryph.—10 *Quum jam tertium dom.* Ed. Stad. *quum tertium d.* Ed. Gryph. *jam cum t. a. d.* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven.—11 *Glautiam* Ed. Lips. 2.—12 *Gaium* Ed. Med. Par.—13 *Se a sat.* Ed. Lips. 2. Ven.—14 *Suis* aberat a Ms. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr.—15 *Se* aberat a Ms. Naz. Ryck. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Gryph. *suis* abest ab Ed. Stad. Pont.—16 *Tum vero jam consp. senatus ipso quoque etiam Mario Cos. q. t. n. p. adversa directa acis in foro acies* Ms. Ryck. In Ed.

NOTÆ

habebantur: nam libertini tribum urbanam aliquam habebant.

[f] *In familiam*] Gracchorum scilicet.

[g] *In verba jurare*] In verba plebis, hoc est, ut quicquid plebs jussisset, id ratum haberet, nec impugnaret.

[h] *Aqua et igni interdicturum*] *Aqua et igni interdicere*, solennia verba sunt, quis veteres utebantur cum quem mori jubebant.

[i] *Unus*] Metellus Numidicus.

[j] *Dominaretur*] Apuleius Saturninus.

[k] *Consularia comitia*] Comitia quæ ad nominandos Consules habebantur.

[l] *Consulem faceret*] Quem tamen facere non potuit.

[m] *Competitorem*] Consulatus scilicet.

[n] *Quia tueri non poterat, adverso*] Hoc iisdem fere verbis Epitom. Livii, ubi Marius homo mutabilis vocatur, et varii consilii, ingeniique semper secundum fortunam.

Digitized by Google

expulsus[17] inde Capitolium[18] invasit. Sed cum abruptis fistulis[19] [a] obsideretur, Senatuique per legatos pœnitentiæ fidem faceret, ab arce degressus[20] cum ducibus factionis receptus in curiam[21] est. Ibi eum, facta[22] irruptione, populus fustibus saxisque coopertum in[23] ipsa quoque morte laceravit. [§. 6. [§. 7.

CAP. XVII.

DRUSIANA SEDITIO.

POSTREMO Livius Drusus non tribunatus modo[1] viribus, sed ipsius etiam Senatus auctoritate, totiusque Italiæ consensu,[a] easdem leges[b] asserere conatus, dum aliud captat[2] ex[3] alio,[c] tantum conflavit incendium, ut ne[4] prima illius[5] flamma posset sustineri; et subita morte correptus, hæreditarium in posteros[d] suos bellum propagaret.[*6] [§. 1. [§. 2.

* *Conatus easdem leges vindicare, dum aliud aucupatur ex alio, tantum excitavit incendium, ut ne prima* quidem *illius flamma posset ferri, et subita morte præventus, in nepotes suos hæreditarium bellum transmitteret.*

Blanc. est *tum vero conspiratione s.*, omisso τῷ *jam*.—17 *Repulsus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—18 Sic Mss. Vin. quidam. Sed *in Capitol.* Mss. Vin. alii, Ed. Vin. Grut. Lugd. Zen. Vetst.—19 *Fistolis* Ms. Naz.—20 Sic Mss. Vin. et Duk. plerique. Sed *digressus* Ms. Pal. 1. Berol. Duisb. Fran. Voss. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Gryph. Stad. Zen.—21 *In curiam aggressus* Ed. pr. Freinsh. *regressus in cur.* Ms. Berol. Duisb. Pal. 2. *incuriam* Ed. Lips. 1.—22 *Ibi i eum fcā* Ed. Lips. 1. *ibi in eum facta* Ed. Lips. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—23 *In* omittit Ed. Ven.

1 *Mō* Ed. Lips. 1.—2 *Capat* Ed. Lips. 2.—3 *Es* Ed. Lips. 1. 2. 3.—4 *Nee* Ed. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Vetst.—5 *Illa* Ed. pr.—6 *Prorogaret*

NOTÆ

[a] *Fistulis*] Canalibus quibus aqua in Capitolium perducebatur.

CAP. XVII. *Drusiana Seditio*] Anno Mundi 3859. ante Ch. Nat. 89. ab Ur. Cond. 662. Coss. L. Martio Philippo et Sex. Julio Cæsare.

[a] *Totiusque Italiæ consensu*] Nam Livius Drusus socios et populos Italicos spe civitatis Romanæ sollicitaverat.

[b] *Easdem leges*] Eædem fuere quoad agrarias leges, sed quoad judiciarias, minime. C. enim Gracchus a Senatu judicia ad Equites transtulerat: at vero L. Drusus ab Equite ad Senatum deferre conabatur.

[c] *Dum aliud captat ex alio*] Non solum Senatui judicia restituere et Latium civitatis jure donare contendebat, sed ex eo sibi dominationem aucupabatur. Hoc est quod Noster dicit, *dum aliud captat ex alio.* Vide cap. seq.

[d] *Hæreditarium in posteros*] Bellum

Digitized by Google

Judiciaria lege Gracchi[7] diviserant[8] populum Romanum,[b] et bicipitem[e] ex una fecerant[9] civitatem. Equites Romani tanta potestate subnixi, ut qui fata fortunasque[f] principum[10] haberent in manu, interceptis vectigalibus, peculabantur[11 g] suo jure[12 h] Rempublicam.[c 13] Senatus exilio Metelli,[i] damnatione Rutilii,[14 j] debilitatus omne decus majestatis amiserat. In hoc statu rerum pares opibus, animis, dignitate (unde et nata[15] Livio Druso[k] æmulatio accesserat[16]) Equitem Servilius Cæpio, Senatum Livius Drusus asserere:[d] signa, et aquilæ, et vexilla[17 l] aderant. [§. 3.] [§. 4.]

[b] *Gracchi diviserunt populum Rom. per legem judiciorum.*

[c] *Romani equites tanta potestate freti, quippe qui vitam et opes principum præ manibus suis haberent, correptis tributis, sua potestate,* vel suo arbitrio, *furantur Rempublicam.*

[d] *In hoc statu rerum pares opibus, spiritu,* et *dignitate, ex qua et æmulatio nata Livium Drusum ceperat, Servilius Cæpio Equites, Livius Drusus Senatum defendere* cœpit.



Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Ald. Gryph. Stad. Pont. *propagraret* Ed. Ven. —7 *Caii Gracchi* Ms. Naz. Pall. Ryck. Duisb. Fran. Voss. Edd. vett., ut Med. Par. Ven. Gryph. Lugd. Zeu. *Cai Gracchi* Ed. Lips. 1. 3. *Caius et Tiberius Gracchi* Ed. Lips. 2. *C. Gracchus* Ed. Stad. Pont.—8 *Diviserat* Ed. Stad. Pont.—9 *Fecerat* Ms. Ryck.—10 Sic Mss. Pall. Ryck. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Sed *fata fortunasque patrum vitasque principum* Mss. Regg. Ed. Ald. Gryph. (in quo tamen est *principium*) Vin. Stad. Lugd. Pont. Zeu. *fata patrum vitasque principum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Grut. Vetst. —11 *Specularentur* Ms. Voss. 1. 2. *speculabantur* Ms. Fran. *pecularentur* Ed. Ven. Grut. Lugd. Vetst. Zeu.—12 *Suo jure* aberant a Ms. Naz.—13 *Reipubl.* Ed. pr.—14 *Rutulii* Ed. Lips. 2.—15 *Nato* Ed. Lips. 1. 2. 3.—16 *Accesserat*

NOTÆ

sociale intelligit, de quo cap. sequent.

[e] *Bicipitem*] Quia judicia a Senatu in Equites transtulit: et sic quasi duplex caput habuit Respublica, Equitem, scilicet, et Senatum.

[f] *Ut qui fata fortunasque*] Ob judicia quæ ipsi tenebant, vitæ omnium erant Domini.

[g] *Peculabantur*] 'Peculari' proprie est, pecuniam mulctæ quæ pecore indicebatur avertere; sed de quibuslibet furtis publicis dicitur.

[h] *Suo jure*] Sua auctoritate, potestate quæ ipsis legibus concessa erat, qua prave usi.

[i] *Exilio Metelli*] De quo capite superiori.

[j] *Damnatione Rutilii*] P. Rutilius Rufus legatus fuerat Scævolæ Proconsulis, et a Publicanorum [hoc est, Equitum] injuriis Asiam defenderat: quare invisus Equestri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus, in exilium pulsus fuit.

[k] *Unde et nata Livio Druso*] Unde ad τὸ *dignitate* debet referri: nam inde nata Livio Druso æmulatio, quod Eques dignitate par esset Senatui.

[l] *Signa, et aquilæ, et vexilla*] 'Signa' communi nomine, et aquilas, et vex-

Ceterum sic urbe in una,[18] quasi in binis[19] castris, [§. 5. dissidebatur. Prior Cæpio in Senatum impetu facto, reos ambitus Scaurum[20] et Philippum, principes nobilitatis elegit.[21] [m] His motibus[22] ut resisteret Drusus, plebem [§. 6. ad se[23] Gracchanis legibus,[n] eisdem[24] socios[o] ad plebem spe[25] civitatis erexit.[*] Extat vox ipsius: 'Nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si quis aut cœnum dividere vellet, aut cœlum.'[p] Aderat promulgandi[q] dies, cum [§. 7. subito tanta vis hominum undique apparuit, ut hostium adventu obsessa civitas videretur. Ausus tamen[26] obrogare de legibus[27] [r] Consul Philippus:[s] sed apprehensum [§. 8. faucibus viator[t] non ante dimisit, quam[28] sanguis in ora[29] et oculos[30] redundaret. Sic per vim latæ,[31] jussæque [§. 9. leges. Sed pretium rogationis[u] statim socii flagitare:[32] [v]

[*] *Drusus ut obsisteret hisce tumultibus, per Gracchanas leges plebem ad se*, et *socios ad plebem, per easdem* leges *transtulit.*

abest ab Ed. Blanc.—17 *Signa vexillaque* Ms. Reg. Q.—18 *In urbe una* Ms. Ryck. Fran. Ed. pr. *in una urbe* Mss. Toll.—19 *Inbinis* Ed. Lips. 1.—20 *Scarum* Ed. Ven.—21 *Abegit* Ms. Pal. 2. Ed. pr. *eligit* Ed. Junt. Gryph. *dejecit* Ed. Blanc.—22 *Ut motibus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—23 *s;* Ed. Lips. 1. *sed* Ed. Lips. 2. 3.—24 *Evocavit, eisdem* Ms. Ryck. Pal. 1. Flor. Ed. Amstel. Blanc.—25 *At plebem spe* Ed. Med. Par. *Ad spem* Ed. Blanc. Amstel.—26 *tn̄* Ed. Lips. 1. Par. 2.—27 Sic Mss. plerique, Ed. pr. Sed *obrogare legibus* Ed. Blanc. *abrogare de lege* Ms. Pal. 1. *abrogare de legibus* Ms. Pal. 2. Ryck. Malliab. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Gryph. *abrogare legibus* Ed. Lips. 2. Ven.—28 *Qui* Ed. Par.—29 *Et in ora* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Gryph. Lugd. Pont.—30 *Et in oculos* Ed. Med. Par. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *et ī oculos* Ed. Lips. 2.—31 *Acte* Ed. Lips. 1. 3. *datæ* Ed. Med. Par. Gryph.—32 Sic

NOTÆ

illa complectitur; hic pro quibuslibet manipulorum signis: 'aquilæ,' legionum signa; 'vexilla,' equitum.

[m] *Reos ambitus elegit*] Eos elegit, ut ambitus accusaret.

[n] *Gracchanis legibus*] Agrariis et frumentariis.

[o] *Socios*] 'Socii' vocabantur quasi confœderati, et consortes armorum; et erant Italici.

[p] *Aut cœnum dividere vellet, aut cœlum*] Quippe ipse reliqua omnia largitus fuerat.

[q] *Promulgandi*] Leges scilicet.

[r] *Obrogare de legibus*] Malim, ut alibi, *obrogare legibus.* De hoc alibi dictum.

[s] *Philippus*] L. Marcius Philip. Vid. Tit.

[t] *Viator*] Dissentit expresse Val. Max. lib. IX. 5. 'Obtorta gula, et quidem non per viatorem, sed clientem suum.'

[u] *Rogationis*] Hic *rogatio* nil aliud est quam, lex; pretium autem legis, vel legum quas ipsi per vim jusse-

Digitized by Google

cum interim imparem[33] [w] Drusum ægrumque rerum[34] temere motarum,[x] matura, ut in tali discrimine, mors abstulit.[f] [y] Nec ideo minus socii promissa Drusi a populo Romano reposcere armis desierunt.

CAP. XVIII.

BELLUM SOCIALE.[1]

SOCIALE bellum[2] vocetur licet, ut extenuemus invidiam: si verum tamen volumus, illud civile bellum fuit. [§. 1. Quippe cum[a] populus Romanus Etruscos, Latinos, Sabinosque miscuerit, et unum[3] ex omnibus[b] sanguinem ducat, corpus fecit ex membris, et ex omnibus unus est. Nec [§. 2. minore flagitio socii intra[4] Italiam, quam intra Urbem cives,[5] rebellabant. Itaque, cum jus civitatis, quam[6] viribus [§. 3.

[f] *Cum interea mors præmatura, ut fit in tali periculo, abstulit Drusum impotentem et saucium ob res imprudenter motas.*

Ms. Naz. Ryck. Berol. Duisb. Fran. Voss. Edd. vett. Sed *flagitare sibi* Mss. Regg. *flagitavere* Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—33 *Imparem* aberat a Ms. Fran. Voss. 1. 2.—34 *Rex* Ed. Par.

1 *Bellum quod adversus socios gestum est* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—2 *Bellum quod adversus socios gestum est, sociale bellum* Ed. Vin. Lugd. Pont.—3 *Virum* Ed. Ven.—4 *Citra* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—5 *Cives intra urbem* Mss. Regg. Flor. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr.—6 Sic Ed. Stad.

NOTÆ

rant, erat jus civitatis, quod ipsis Livius Drusus promiserat.

[v] *Flag.* [*Flagitavere*] Magis placet quod habet Salmas. *flagitare*, ut supra, 'Senatum L. Drusus asserere.' Sub. cœpit.

[w] *Imparem*] Hoc est, qui impar erat solvendo ea quæ sociis promiserat, nempe jus civitatis.

[x] *Ægrum rerum temere motarum*] Hoc est, rebus temere motis, Græcorum more qui genitivum ponunt, ubi Latini ablativum usurpant. Sic 'Discrucior animi,' Terent. 'Æger animi,' Liv.

[y] *Mors abstulit*] Ferro periit, a quodam C. Vario, cujus meminit Cicero in De Nat. Deor. III., percussus.

CAP. XVIII. *Bellum Sociale*] Anno Mundi 3860. ante Ch. Nat. 88. ab Ur. Cond. 663. Coss. L. Julio Cæsare et P. Rutilio Lupo.

[a] *Illud civile bellum fuit. Quippe cum*] Post *fuit* minor distinctio ponenda est; dein illa prorsus hinc everrenda, *corpus fecit ex membris, et ex omnibus unus est.* Sunt enim ab aliquo addita, qui se rhetoriscum facere gestiebat. *Pater.*

[b] *Et unum ex omnibus*] Romulus enim ex Sabinis, post virginum raptum, Latinis, et Tuscis pastoribus

Digitized by Google

aūxerant,[c] socii justissime[d] postularent, ad quam spem eos cupidine dominationis Drusus erexerat;[e] postquam [§. 4. ille domestico scelere oppressus est, eadem fax, quæ illum cremavit, socios in arma et oppugnationem[7] Urbis accendit. Quid hac clade tristius? quid calamitosius? [§. 5. cum omne Latium, atque Picenum, Etruria omnis, atque Campania, postremo Italia, contra matrem ac parentem suam[8] Urbem consurgerent:[9] cum omne robur fortis- [§. 6. simorum fidelissimorumque sociorum sub suis quisque[10] signis haberent municipalia illa[11] prodigia:[*][f] Popedius[12] Marsos; et Latinos[13] Afranius; Umbros totus Senatus, et Consules:[14][g] Samnium Lucaniamque[15] Telesinus:[16]

[*] *Cum monstra illa municipum quæque sub suis vexillis haberent omne robur fortissimorum fidelissimorumque sociorum.*

Pont. Freinsh. Zeu. Sed *Tusciæ civitates quas* Ms. Pal. 2. Ed. Lips. 2. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Vetst. *tuscie civitates: quas* Ed. Lips. 1. 3. *Tusci civitates quas* Mss. Duk. reliqui, Ed. pr. *Tusci civitatem qua* Ms. Reg. Q.—7 *Expugnationem* Mss. Duk. nonnulli. *et in expugnationem* Mss. Duk. alii, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—8 *Suarum urbium* Ed. Blanc.—9 *Consurgeret* Ed. Freinsh.—10 *Quosque* Ed. Freinsh.—11 *Ista* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—12 *Poppedius* Ms. Naz. Pal. 1. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. *Pompedius* Ms. Ryck. *Pompeius* Ms. Voss. 3. *Propedius* Ed. Ven.—13 *Et etiam Latinos* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. *et ēt latinos* Ed. Med.—14 Pro *totus senatus et consules*, *Vettius Cato* Ed. Stad. marg. Zeu.—15 *Lucaniam* Ed. Stad.—16 *Thelesinus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Gryph. *Thelisinus* Ed. Ven.—17 *Ut*

NOTÆ

civitatem composuit: ideo vocat infra, 'Civitatem quam viribus auxerant.'

[c] *Quam viribus auxerant*] Vide Notam superiorem.

[d] *Justissime*] Civitatem socii justissime reposcebant, quia scilicet eam viribus suis auxerant.

[e] *Drusus erexerat*] Vide cap. superiori.

[f] *Municipalia illa prodigia*] Duces, qui singulis municipiorum copiis præerant, 'prodigia' vocat, quod adversus matrem et parentem suam consurgerent. Sunt autem 'municipia' civitates quæ muniis et honoribus populi Rom. fruuntur.

[g] *Totus Senatus, et Consules*] Quid hoc *totus Senatus, et Consules?* Res inepta est et ridicula, sed ea tamen, qualiscumque sit, a Salmasio non animadversa, quanquam sperabam, nam incredibilis quædam in hoc loco depravatio est. Ea autem in veteri Editione non erat; nam pro *totus Senatus, et Consules*, ibi legitur, *Vettius Cato Samnium, &c.* Idque cum jam pridem olfecissem, totum hunc locum sic scripsi: *Popedius Marsos et Latinos, Afranius Umbros, Vettius Cato Samnium, Lucaniam Telesinus, ut, cum regum et gentium arbiter populus ipsum se regere non posset, victrix Asiæ Europæque a Corfinio Roma peteretur.*

cum[17] regum[18] et gentium arbiter populus ipsum se [§. 7. regere non[19] posset, ut[20] victrix Asiæ Europæque a Corfinio[21] Roma peteretur.[h] Primum fuit belli in Albano [§. 8. monte[i] consilium, ut festo die Latinarum[j] Julius[22] Cæsar et Marcius[23] Philippus Consules[k] inter† sacra et aras[24] immolarentur. Postquam id nefas[25] proditione discussum est,[b] Asculo[l] furor omnis erupit, in ipsa quidem ludorum frequentia trucidatis, qui tum aderant ab Urbe, legatis.[m] Hoc fuit impii belli sacramentum.[26][n] Inde jam [§. 10. passim ab omni parte Italiæ, duce et auctore belli discursante Popedio, diversa per populos et urbes[o] signa cecinere.[p] Nec Annibalis, nec Pyrrhi, fuit tanta[27] vas- [§. 11.

[b] *Postquam id flagitium proditione detectum fuit.*

quum Ed. Blanc. Amstel.—18 *Regnum* Ed. Par.—19 *Nec* Ed. Lips. 1. 3. Par. —20 Omittunt Ed. Lips. 1. 3. Par. Blanc. Amstel.—21 *Confinio* Mss. Vin.— 22 *Sex. Julius* Ed. Stad. Pont. *Sex. L.* Ed. Gryph. *Sextus Julius* Ed. Lugd. —23 Sic recte Ms. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. Sed *Martius* Mss. Duk. ceteri, Ed. Lips. 1. Par. Blanc. Amstel. *Marcus* Ed. Lips. 2. 3. *Martinus* Ed. Ven. *Lucius Martius* Ed. Lugd.—† *Intra* Ms. Fran. Voss. 1. Ed. Ber. Sab. Grut. Zeu. Vetst.—24 *Arras* Ed. Lips. 2.—25 *Nephas* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. ubique.—26 *Sacrū* Ed. Lips. 1. 2. 3.—27 *Tanta fuit* Ms.

NOTÆ

In ante editis pro *victrix* scriptum est *ut victrix*, quæ particula, *ut*, alio transmittenda fuit, ut a me est. *Pater*.

[h] *A Corfinio Roma peteretur*] Hoc est, Roma invaderetur ab agminibus infestis quæ a Corfinio Pelignorum urbe descendebant.

[i] *In Albano monte*] In Latio.

[j] *Festo die Latinarum*] 'Latinæ feriæ' erant sacra quædam Romanis, Latinis, Hernicis, et Volscis communia, a Tarquinio Superbo instituta. Sed postea multi alii populi fuere participes. In monte autem Albano quotannis peragebantur, et singuli in ea aliquid conferebant, alii caseos, alii agnos, alii liba lactaria.

[k] *Julius Cæsar et Marcius Philippus Consules*] Sext. Julius Cæsar, et L. Marcius Philippus, qui superiori anno Consules fuerant, quo tempore socii in Albano monte belli consilium iniere.

[l] *Asculo*] Asculum Picenorum urbs.

[m] *Legatis*] Servium prætorem Fonteiumque legatum occiderunt Asculani.

[n] *Impii belli sacramentum*] Quo se ad bellum devovebant, ita ut nulli postea illud abjurare liceret. 'Impium' vocat, quia contra Romam, quæ illorum omnium parens.

[o] *Diversa per populos et urbes*] Nota, 'diversa per populos,' hoc est, per populos dispersa.

[p] *Signa cecinere*] Id est, tubæ, cornua; sic apud Virgil. Æn. x. 'Signa canunt.'

Digitized by Google

tatio. Ecce Ocriculum,[28] ecce Grumentum,[q] ecce Fæsulæ,[29] ecce Carseoli,[30][r] Reate,[s] Nuceria,[31][t] Picentia[32][u] cædibus,[33] ferro, et igne vastantur. Fusæ Rutilii co- [§. 12. piæ,[v] fusæ Cæpionis.[w] Nam ipse Julius Cæsar[x] exercitu amisso, cum in Urbem cruentus referretur, miserabili funere mediam etiam[34] Urbem perviam[35] fecit.[y] Sed magna [§. 13. populi Romani fortuna, et semper in malis major, totis denuo[36] viribus insurrexit: aggressique singuli[37] populos; Cato[z] discutit[a] Etruscos; Gabinius[38][b] Marsos; Carbo Lucanos; Sylla Samnites.[39][c] Strabo vero Pompeius,[d] [§. 14.

Ryck. Regg. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr.—28 *Otriculum* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *Ocricolum* Ms. Duisb. *Ostricolum* Ms. Fran. —29 *Fesulæ* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Grut. Freinsh. Blanc. Vetst. Amstel.—30 *Carseoli*, simpliciter, Ed. Gryph. Stad. Pont. *ecce Carceoli* Ed. Ven.—31 *Res erat a Nuceria* Mss. Vin. Ed. Stad. marg. *res erat Nuceria* Ms. Naz. *reserate Nuceria* Ms. Ryck. *reseratæ Nuceria* Mss. Regg. Fran. Ed. Lugd. Freinsh. Zeu. *seserata, Nuc.* Ms. Flor. *Teseratum Nuc.* Ms. Berol. *reserata N.* Ms. Duisb. Voss. 1. 2. Pal. 1. *resorata N.* Ms. Pal. 2. *resque erant N.* Ms. Voss. 3. In Ed. pr. legitur: *Carseoli cædibus ferro et igne vastantur.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. *reserate: nucerie et picentii.* Ed. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *reseratæ nuceriæ et picentii.* In Ms. Berol. et Duisb. verba, *ecce Fesulæ, ecce Carseoli,* posita erant inter τὸ *Picentia* et inter τὸ *cædibus.* Ed. Grut. Fab. Vetst. *reseratæ Nuceria et Picentia.*—32 *Et Picentia* Mss. Vin. Ed. Stad. marg. Lugd. Freinsh. Amstel. Duk. 1. 2. *et Picentes* Ed. Stad. Pont.—33 *Cædibusque* Mss. Vin.—34 *Fune...et* Ms. Ryck. Ab Ms. Naz. Pal. 2. Reg. Q, Malliab. aberat τὸ *etiam.*—35 *Per viam cruentus* Ms. Voss. 2. —36 *De suo* Mss. Regg. Naz. Duisb. Voss. Ed. pr. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Par. —37 *Singulos* Ed. Lips. 1. 2. 3. Sab. Med. Par. Junt. Ven.—38 *Gabinus* Ed.

NOTÆ

[q] *Grumentum*] Lucaniæ oppidum.

[r] *Carseoli*] Urbs Æquorum.

[s] *Reate* [*reseratæ*] Pro *reseratæ*, quod hic nihil est, ingeniose conjecit Salmasius *Reate*, quæ urbs in Sabinis fuit; ab origine autem, si memini, erat Umbriæ.

[t] *Nuceria*] Urbs Umbrorum.

[u] *Picentia*] Urbs in Picentinis juxta Lucaniam.

[v] *Rutilii copiæ*] P. Rutilii Lupi Consulis. Contra Marsos pugnabat, et cecidit in prælio.

[w] *Cæpionis*] Qui Prætor erat. Is primo prospere pugnavit, sed, cum victoriæ modum non faceret, circumventus cadit.

[x] *Julius Cæsar*] Tamen in tabulis hunc prospere pugnasse reperies; sed forsan pro *Julius Cæsar*, legendum *ipse Rutilius Cos.* Is enim pugnans letale vulnus accepit. Vidit Freinshem.

[y] *Perviam fecit*] Emendabat Lipsius *permadefecit*, quod mire placet.

[z] *Cato*] L. Porcius Cato.

[a] *Discutit*] 'Discutere' est, opprimere: ut supra Noster, 'Discussum nefas;' hoc est, oppressum. Sic apud Vellei. 'Bellum discussum.'

[b] *Gabinius*] A. Gabinius.

[c] *Sylla Samnites*] L. Cornelius Sylla: is ante oppidum Nolam florentissima Samnitum castra cepit.

Digitized by Google

omnia flammis ferroque populatus, non prius[40] finem cædium fecit, quam Asculi eversione, Manibus tot exercituum, Consulum,[41] direptarumque urbium Diis litaretur.[e 42 •]

CAP. XIX.

BELLUM SERVILE.

UTCUMQUE,[a] etsi[1] cum sociis, (nefas!) cum liberis [§. 1. tamen et ingenuis,[2] dimicatum est.[•] Quis æquo animo ferat in principe gentium populo bella servorum? Primum [§. 2. Servile bellum[b] inter initia Urbis,[c] Herdonio Sabino duce,[3] in ipsa[4] Urbe tentatum est: cum, occupata tribuniciis seditionibus[d] civitate, Capitolium obsessum est, et a Consule[e]

• *Non prius stragis finem fecit quam per eversionem Asculi sacrificaretur Manibus tot exercituum* et *Consulum Diisque urbium direptarum.*

• *Ut ut sit, quamvis cum sociis, (nefas!) cum liberis et ingenuis pugnatum fuit.*

Ven. Gryph. Zeu.—39 *Sannitas* Ed. Ven.—40 *Prius* abest ab Ed. Zeu.—41 *Consularium* Ms. Voss. 1. 2. et Barthii, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Vetst.—42 *Dii litarentur* Ms. Barth. *diis utcunque litaretur* Ed. Blanc.

1 *Et cumque et cum* Ms. Ryck. *Tcumque etsi cum* Ed. Lips. 1. *Etsi cum*, omisso τῷ *utcunque*, Ed. Blanc.—2 *Ingenuiis* Ed. Lips. 1.—3 *Herdonio duce Sabino* Mss. Duk. omnes: nisi quod in Duisb. τὸ *Herdonio* inductum erat: Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven.—4 *Ipso* Ed. Lips. 1.—

NOTÆ

[d] *Strabo vero Pompeius*] Cn. Pompeius Strabo; is Asculum cepit, 'circa quam urbem,' ut ait Vellei. lib. II. cap. 21. 'cum in multis aliis regionibus exercitus dispersi forent, v. et LXX. M. civium Romanorum, amplius LX. M. Italicorum una die conflixerant.'

[e] *Litaretur*] Vide lib. II. cap. 5.

CAP. XIX. *Bellum Servile*] Anno Mundi 3815. ante Ch. Nat. 133. ab Ur. Cond. 618. Coss. Serv. Fulvio Flacco, et Q. Calpurnio Pisone.

[a] *Utcumque*] Hæc ad majorem hujusce belli invidiam dicta sunt, dum illud cum superiori confert; quasi diceret: Fateor nefas fuisse quod populus Roman. cum sociis dimicavit, sed, ut ut sit, cum liberis tamen et ingenuis dimicatum est.

[b] *Primum Servile bellum*] Anno Mundi 3491. ante Ch. Nat. 457. ab Ur. Cond. 294. De eo Livius, lib. III. cap. 15. 'Exules servique ad quatuor millia hominum et quingenti, duce Appio Herdonio Sabino, nocte Capitolium atque Arcem occupavere.'

[c] *Inter initia Urbis*] Mirum cur hoc inter urbis principia dicat evenisse, cum ea tunc temporis a 294. annis fuerit condita. Respexit scilicet ad posterius istud bellum Servile, quod 324. annis post natum est.

[d] *Occupata tribuniciis seditionibus*] Tribuni cum Consulibus de legibus ferendis decertabant. Liv. loco su-

Digitized by Google

captum: sed hic tumultus magis fuit, quam bellum. Mox,[f] imperio per diversa terrarum[g] occupato, quis crederet Siciliam multo cruentius Servili, quam Punico bello esse vastatam? Terra frugum ferax,[h] et quodammodo sub- [§. 3. urbana provincia, latifundiis[5] civium Romanorum[6][i] tenebatur. Hic ad cultum agri frequentia ergastula,[j] catenatique[7] cultores, materiam bello præbuere.[i][k] Syrus quidam [§. 4. nomine Eunus (magnitudo cladium facit, ut meminerimus) fanatico[l] furore simulato, dum Syriæ Deæ comas[8] jactat,[m]

[i] *Hic numerosa ergastula ad colendos agros, et cultores catenati, bello dedere materiam.*

5 Sic Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Fab. Vetst. Sed *late fundis* Mss. Vin. et Duk. Ed. pr. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Stad. marg. Duk. 1. 2. *latefundis* Ed. Lips. 1. In Ms. Reg. Q erat: *late civium Romanorum fundis tenebatur.*—6 Sic et Mss. Vin. Sed *Romanorum Latinorum* Ms. Naz. Quæ scriptura indicio est duplicem loci lectionem in libris antiquis fuisse. Nam *Latinorum* Mss. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Vetst.—7 *Cathen.* Ed. Lips. 1.—8 Ita Mss. Vin. Pall. et Duk. omnes, Ed. pr. Ven. Stad. marg. Grut. Fab. Vetst. Sed *cerimonias* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Zeu. *cæremonias* Ed. Stad. Lugd.

NOTÆ

pra laudato: 'Legis ferendæ aut accipiendæ cura civitatem tenebat. Quantum juniores Patrum plebi se magis insinuabant, eo acrius contra Tribuni tendebant, ut plebi suspectos eos criminando facerent.'

[e] *Consule*] Poëtice pro, Consulibus. Consules autem erant P. Valerius Publicola II. et C. Claudius App. Fil. Sabinus.

[f] *Mox*] Comparate ad sua tempora hæc dixit Florus, quæ multo longiori intervallo ab his distant, quam Servile istud bellum a superiori, quod Herdonio Sabino duce tentatum est.

[g] *Per diversa terrarum*] Tamen in Hispania tantum tunc temporis gestum fuisse bellum comperio.

[h] *Terra frugum ferax*] Populum Romanum Sicilia nutriebat; unde et eam multi urbis nutricem, cellam penariam Reipublicæ, vocavere.

[i] *Latifundiis civium Romanorum*] Alii legunt *Latinorum*, sed melius *Romanorum*; nam et *cives Romanos* vocat Diod. *Cum cives Romani, etiam Equites, sibi plurima prædia in Sicilia comparassent.*

[j] *Ergastula*] Loca ubi servi vincti operantur. Hic autem τὸ *ergastula* pro ipsis servis ponitur.

[k] *Materiam bello præbuere*] Supra dixit cap. 12. 'Quid autem bella Servilia? Unde nobis nisi ex abundantia familiarum?'

[l] *Fanatico*] 'Fanatici' proprie dicebantur Sacerdotes, et 'furor fanaticus,' furor divinus, quali Sacerdotes corripi putabantur oraculum edituri.

[m] *Dum Syriæ Deæ comas jactat*] Pro *comas*, quidam habent *cerimonias*; quod non placet: minus etiam quod Pontano in mentem venit, qui legit *comos*, et explicat, saltationis genus. Nam dubito an hoc sensu *comus* ullibi possit reperiri. Retine igitur *comas*,

Digitized by Google

ad libertatem et arma servos, quasi numinum imperio,[n] concitavit; idque ut divinitus fieri probaret, in ore [§. 5. abdita[9] nuce, quam[10] sulfure[11] et igne stipaverat, leniter[12] inspirans, flammam inter verba fundebat. Hoc mira- [§. 6. culum[13] [o] primum duo millia[14] ex obviis, mox[15] jure belli[p] refractis ergastulis, sexaginta[16] amplius millium fecit exercitum; regiisque,[17] ne quid[18] malis[19] deesset,[q] decoratus insignibus, castella, oppida, vicos,[20] miserabili direptione[21] vastavit. Quin[22] illud quoque (ultimum[23] belli dede- [§. 7. cus) capta sunt castra Prætorum;[r] nec[24] nominare ipsos pudebit,[25] castra Manilii,[26] Lentuli, Pisonis,[27] [s] Hypsæi.[28]



Pont. *ceremonias* Ed. Gryph.—9 *Obdita* Ed. Ven.—10 *Qua* Ed. Par.—11 Sic Ed. Lugd. Zeu. *sulph.* cett.—12 *Leviter* Ms. Flor. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Pont.—13 *Miraculo* Ed. Stad. Pont. —14 *Duorum milium* Ms. Flor. Pal. 1.—15 *Ex hoc* Ms. Ryck.—16 Ita Mss. Vin. Naz. Pal. 1. et Duk. omnes, Edd. vett. Stad. marg. Sed *LX.* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. *XL.* Ms. Pal. 2. *quadraginta* Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont. —17 *Regiis* Mss. Regg. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr.—18 *Nequid* Ed. Lips. 1.—19 *Mali* Ms. Pal. 1. Flor. Voss. 3.—20 *Vicos, opida* Mss. Regg. Toll. Duisb. Ed. pr. *opida, vicos* Ed. Lips. 2.—21 *Dirreptione* Ed. Med.—22 *Quin* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—23 *In ultimum* Ms. Naz. Ryck. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Vin. Stad. Lugd. Pont.—24 *Nec* aberat a Ms. Voss. 3.—25 *Pudet* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont.—26 *Mannilii* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—27 *Pisoni* Ed. Ven.—28 *Hipsei* Ed.

NOTÆ

et sic intellige: *Pendant qu' à tous propos le drôle ne parle que des cheveux de la Déesse Syr.;* ille enim per ejus comas jurabat. Nunc de Dea Syria multa hic possent dici, sed ea nec res nec tempus postulant. Dea Syra Cybele est, Deum mater. Probat Selden. in libro de Diis Syris.

[n] *Quasi numinum imperio*] Quippe fanaticum furorem simulaverat, et sic eos, quasi ipsi Dii mandarent, concitabat.

[o] *Hoc miraculum*] Alii legunt *Hoc miraculo*, ut sequentia, *fecit exercitum*, ad Eunum referantur, quod etiam magis placet.

[p] *Jure belli*] Alii legunt *more belli*, vel, *vi et bello;* perperam, ut videtur: *jure belli*, quia nihil est quod per bellum non liceat.

[q] *Ne quid malis deesset*] An ideo gravior Eunus erat populo Romano, quod regiis ibat decoratus insignibus? Ita; regium enim nomen sic ei infestum et odiosum erat, ut Tarquinium Collatinum ob nomen tantum regium urbe fugaverit.

[r] *Prætorum*] *Prætores* etiam numero plurali dixit Livius, sive auctor Epitomæ, quisquis ille sit; sed Hypsæi tantum Annales meminere.

[s] *Pisonis*] Hunc Pisonem alium intellige a Q. Calpurnio Pisone, qui Consul, non Prætor fuit. Forsan Cn. vel L. Calpurnius Piso.

Digitized by Google

Itaque qui per fugitivarios[29] [t] retrahi[30] [u] debuissent, Prætorios duces profugos prælio ipsi sequebantur.[31] Tandem Perperna[32] Imperatore[v] supplicium de eis sumtum est. [§. 8. Hic enim victos, et apud Ennam[33] [w] novissime obsessos, cum fame, quasi pestilentia,[x] consumsisset, reliquias latronum compedibus et catenis[34] religavit, crucibusque[35] punivit:[y] fuitque de servis ovatione[z] contentus, ne dignitatem triumphi servili inscriptione[a] violaret. Vixdum[36] [§. 9.

Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—29 Sic et Mss. Vin. Sed *fugitivos* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—30 Sic Ed. Stad. Pont. Freinsh. Sed *detrahi* Mss. Cujacii, (Observatt. 5. 8.) Pall. Reg. F, Duisb. Fran. Voss. 3. Ed. pr. *distrahi* Ms. Naz. Reg. Q, Voss. 1. 2. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Zeu. Fab. Vetst.—31 *Persequebantur* Ms. Pal. 2.—32 *Perpenna* Mss. Duk. plerique, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. ubique. *P. Rupilio* Ed. Stad. Pont. Blanc.—33 *Ethnam* Mss. Duk. quidam, Ed. pr. *Ethenam* Ms. Ryck. *Hennam* Ms. Fran.—34 Sic Ms. Voss. 3. Ed. Junt. Ven. Fab. Sed *compedibus, catenis* Mss. et Edd. vett. reliqui, ut Lips. 1. 2. 3. (in quibus est *cum pedibus*) Med. Par. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2. *compedibus catenisque* Ed. Gryph. Stad. Pont.—35 *Crucibus* Ed. Ven.—36 *Vix dum* Ed. Par.—37 Ita Ms. Naz.

NOTÆ

[t] *Fugitivarios*] 'Fugitivarii' dicuntur, qui fugitivis adduntur, ut eos retrahant. *Des archers.*

[u] *Ret.* [*Distrahi*] Error est, sed non Salmasii (quanquam in ejus Editione majore legitur, Lugd. Batav.). Profecto autem Correctori typographico hoc sphalma relinqui æquum est et verum. Scribendum *retrahi*, quod verbum in fuga, cum quis reprehenditur, solenne et proprium est. Sic apud Terent. in Heaut. Act. IV. Sc. 2. 'Retraham hercle opinor ad me idem illud fugitivum argentum.'

[v] *Perp.* [*Perpenna*] *Imperatore*] Pro *Perpenna* sunt qui legant *Rupilio*, ut et infra Nota j. Sed etsi Rupilius contra servos in Sicilia rem gesserit, non ideo sequitur Marcum Perpennam in partibus non fuisse: sane et Perpennæ triumphi Annales meminere, qui eum præterea Prætorem vocant.

[w] *Apud Ennam*] Enna Siciliæ mediterranea urbs, et insulæ umbilicus.

[x] *Cum fame, quasi pestilentia*] Legendum, *cum fame, ex qua pestilentia, consumsisset*. Nil certius: et multis exemplis probari potest. Quin et ipse sic supra locutus est cap. 5. 'Cum ex mora obsidentem regem fames, et ex fame pestilentia urgeret.' Et Q. Curtius lib. IX. 'Famem deinde pestilentia secuta est.' *Pater.*

[y] *Crucibusque punivit*] Crux servorum supplicium fuit.

[z] *Ovatione*] 'Ovatio' est minoris Triumphi genus, quo triumphantes, nec trabeam nec togam pictam induti, pedibus, interdum etiam et equo, urbem ingrediebantur, exercitu præeunte. 'Ovatio' ab 'ove,' quam ovantes immolabant.

[a] *Servili inscriptione*] Solenne fuit apud veteres Romanos devictorum hostium nomina ante triumphum inscripta procedere; muri etiam devictarum urbium, flumina, montes, et

Digitized by Google

respiraverat insula, cum statim[b] servi,[37] et a Syro[c] reditur ad Cilicem.[d] Athenio pastor, interfecto domino,[38] familiam[e] ergastulo liberatam sub signis ordinat. Ipse veste [§. 10. purpurea, argenteoque baculo,[39] et regium in morem[40] fronte redimita,[f] non minorem, quam ille fanaticus prior, conflat exercitum; acriusque multo,[41] quasi et illum vindicaret, vicos, castella, oppida diripiens, in dominos, in servos infestius,[42] quasi in transfugas[43] [g] sæviebat. Ab hoc[44] [§. 11. quoque Prætorii[45] exercitus cæsi, capta Servilii castra, capta Luculli.[h] Sed[46] Aquilius,[i] Perpernæ[47] [j] usus[48] exem-

Pal. 2. Vin. nonnulli, Regg. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Sed *statim servis* Ms. Flor. Voss. 1. 3. *statim a servis* Ms. Pal. 1. Voss. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Fab. Vetst. *statim servius* Ms. Ryck.—38 *dn̄o* Ed. Lips. 1.—39 *Bacculo* Ed. Lips. 1. 3.—40 *In morem* Ed. Lips. 1. *immorem* Ed. Lips. 3.—41 *Multum* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—42 *Quasi et illum...infestius* aberant a Ms. Ryck. *quasi illum* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—43 *Quasi intrāsfugas* Ed. Lips. 1. *quam in tr.* Ed. Gryph.—44 *Abhoc* Ed. Lips. 1. *Ad hoc* Ed. Lips. 2. Par. Ven. Pont. —45 *Prætoris* Ms. Naz. Ryck. Reg. F, Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt.—46 *Sed* abest ab Ed. Lips. 2.—47 *Perpennæ* Ed. Lips. 1. 3. *perpennæ* Ed. Lips. 2. Med. Par. Ven. ubique. *Rupilii* Ed. Blanc. *P. Rupilii* Ed. Stad. Pont.—48 *Usus* aberat a Ms. Voss. 1.—

NOTÆ

sylvæ ex argento una spectanda populo ferebantur. Ovid. in elegantissima illa Eleg. quæ lib. II. de Ponto initium facit, quam merito reliquis ejusdem nominis operibus anteponas: 'Protinus argento versos imitantia muros Barbara cum victis oppida lata viris, Fluminaque et montes, et in altis pascua sylvis, Armaque cum telis in strue mista suis.'

[b] *Statim*] XXXI. annis post inceptum ab Euno bellum.

[c] *Cum statim servi*, [*a servis*] *et a Syro*] Acutissime Salmasius, *cum statim servi* (subaud. adsunt, aut tale aliquid): tamen mihi placeat magis, si tollas, *a servis*; ratio est, quod *a Syro* idem est quod *a servis*. Explicatio tantum est, a studioso aliquo, ut fit, ascripta. *Pater*.

[d] *A Syro reditur ad Cilicem*] Proverbium olet. Per Cilicem alludit ad bellum Piraticum, quod contra Cilices gestum fuit, de quo vid. lib. III. cap. 6. A bello Servili ad Piraticum illud rursus ventum est. Eunus enim Syrus erat. Et Cilix pastor Athenio, de quo infra.

[e] *Familiam*] Vid. cap. 12.

[f] *Regium in morem fronte redimita*] Diademate quali Reges solent frontem redimiri.

[g] *Quasi in transfugas*] Nam cum servi essent, communem servorum causam tueri, seque sub vexillis ordinare debebant: quod cum ab illis præstitum non fuerit, quasi transfugæ videbantur.

[h] *Servilii castra, capta Luculli*] Alios Annales habuit Florus, nam ex nostris C. Servilii et C. Licinii Luculli castra non modo non capta fuisse,

Digitized by Google

plo, interclusum hostem commeatibus ad extrema compulit, communitasque[49] [k] copias armis fame facile delevit: dedidissentque[50] se,[l] nisi suppliciorum metu[51] voluntariam[52] mortem prætulissent.[53] Ac ne de[54] duce quidem [§. 12. supplicium exigi potuit, quamvis in manus venerit. Quippe, dum circa deprehendendum[55] eum[m] multitudo contendit, inter rixantium manus præda lacerata est.[n]

CAP. XX.

BELLUM SPARTACIUM.[1]

ENIMVERO[a] servilium[2] armorum dedecus feras:[b] [§. 1.

49 *Comminutasque* Ms. Ryck. Toll. Duisb. Ed. pr. Lips. 2. Stad. Pont.—50 *Dedissentque* Ms. Pal. 1. Ryck. Malliab. Berol. Ed. Lips. 2. Med. Par. Zen. *dedissent* Ms. Duisb. Fran. Ed. pr. *dedidissent* Mss. Regg. Voss. 2. *dedidissent et nisi* Ms. Voss. 3.—51 Sic Ms. Ryck. Regg. Voss. 1. 3. Ed. pr. et reliqui. Sed *metu ac* Ms. Naz. *metui* Mss. Duk. reliqui, Ed. Junt. Lugd. Zen.—52 *Volontariam* Ms. Naz.—53 *Pertulissent* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—54 *Nec de* Ms. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. *se*, omissa *de*, Ed. Ven.—55 Sic Ed. pr. Lips. 2. Vin. Grut. Lugd. Fab. Vetst. Sed *circa addeprehendendum* Ms. Naz. *circa ad deprehendum* Mss. Pall. *circa ad deprehendendum* Ms. Ryck. Duisb. Regg. Ed. pr. Lips. 1. (in quo tamen scriptum est *ad deprehēdendū*) 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. Blanc. Duk. 1. 2. *circa ad comprehendendum* Ms. Fran. sed alia manus supra scripserat *de*. Mss. Voss. Ed. Amstel. *circa adprehendendum*.

1 *Sparticum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. *Spartacum* Ed. Med. Par. 1. Gryph. Grut. Lugd. Pont. Vetst. *Sparthacum* Ed. Par. 2.—2 *Servilios* Ed. Par.—

NOTÆ

contra vero, et a Lucullo victos semel, et a Servilio tantum non repressos, fuisse servos manifestum est.

[i] *Aquilius*] Manlius Aquilius, qui tunc Consul fuit.

[j] *Perpernæ*] Vid. Not. v. supra.

[k] *Communitasque*] Ex Historia legendum *comminutasque*. Aquilius enim eos et vi et fame devicit.

[l] *Dedidissentque se*] Immo fere se omnes dedidere, qui Romam deducti, et bestiis objecti, cum iis decertare detrectantes mutuis concidere vulneribus.

[m] *Dum circa deprehendendum eum*] Alii habent *ad deprehendendum eum*. Sed vitium est contra usum Latinitatis. Scribe, *dum circa prehendendum eum*. Pater.

[n] *Præda lacerata est*] Diodor. tamen ducem etiam Romam deductum fuisse dicit, sibique ipsum manus intulisse.

CAP. XX. *Bellum Spartacium*] Anno Mundi 3877. ante Ch. Nat. 71. ab Ur. Cond. 680. Coss. M. Terentio Varrone Lucullo et Cassio Varo.

[a] *Enimvero*] Ostendit Servile bellum minus flagitiosum fuisse quam Gladiatorium, quippe gladiatores multo pejoris sunt sortis quam servi. Ceterum hoc principium abruptum, ut et illud superioris capitis, 'Utcumque,' probare videntur quod monui-

Digitized by Google

nam et ipsi[3] per[4] fortunam[c] in omnia obnoxii; tamen quasi secundum hominum genus sunt,[d] et[5] in bona libertatis nostræ adoptantur.[a] [e] Bellum Spartaco[6] duce concitatum quo nomine appellem nescio. Quippe cum servi milita- [§. 2. verint, gladiatores imperaverint, illi infimæ[7] sortis homines, hi pessimam[8] auxere ludibrio calamitatem.[f] Sparta- [§. 3. cus, Crixus,[9] Œnomaus,[10] effracto[11] Lentuli ludo,[g] cum triginta[12] haud[13] amplius[h] ejusdem fortunæ viris[14] cruperunt[15]

[a] *Sed, ut verą dicam,* omnes *servilium bellorum infamiam ferant: nam etsi ipsi per fortunam in omnia subjecti* sint, *tamen sunt quasi secundum genus, et bonorum nostræ libertatis* participes *assumuntur.*

3 *Etsi ipsi* Ed. Junt. *etsi* Ed. Blanc.—4 *Per* abest ab Ed. Zeu.—5 *Si* Ed. Med. Par.—6 *Sparthaco* Ed. Par. 2. ubique.—7 *Vilissime* Ms. Ryck. Voss. 3. *ille infime* Ed. Lips. 2.—8 *Hi pessimā* Ed. Lips. 1. *hi et pexima* Ms. Ryck. *in pessimam* Ms. Voss. 1. 2. *hi pessimæ* Ed. Blanc. Amstel. e conjectura Freinshemii aliorumque.—9 Sic Mss. Regg. Malliab. Flor. Voss. 1. 2. Sed *Crisus* Ms. Ryck. Berol. Duisb. Fran. Voss. 3. Ed. pr. *Chrisus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. *Chrysus* Ed. Med. Ven. Fab. *Chrysas* Ed. Gryph.—10 *Et Denomaus* Ms. Ryck. Voss. 3. *et Œnomaus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—11 *E fracto* Ed. Lips. 1. 3. *efracto* Ed. Lips. 2. —12 Sic etiam Mss. Vin. Sed *treginta* Ms. Duisb. Ryck. *septuaginta* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Lugd. Pont.—13 Sic conj. Gruterus recepitque Fabra. Sed *aut* Mss. Vin. Pall. et Duk. omnes, Edd. vett. ut Lips.

NOTÆ

mus, nempe Florum bella sua uno tenore, non per capita, descripsisse.

[b] *Feras*] Id est, quivis ferat; hoc est, æquo animo patiatur.

[c] *Nam et ipsi per fortunam, &c.*] Omnino scribendum, *nam etsi ipsi per fortunam in omnia obnoxii, tamen, &c.* Pater.

[d] *Quasi secundum hominum genus sunt*] 'Secundum genus hominum' servos vocat Noster, quia inter eos et dominos parum inest discriminis, et post dominos inter homines numerantur.

[e] *Et in bona libertatis nostræ adoptantur*] Hoc est, per manumissionem, quasi per adoptionem, bonorum libertatis nostræ participes fiunt; libertatem consequuntur qua nos soli, domini scilicet, utimur.

[f] *Illi infimæ sortis homines, hi pessimam auxere ludibrio calamitatem*] Scire equidem velim quid sit hoc loco *pessima* calamitas: dein, si quis respondeat (ut sunt quidam ingeniose fatui), tum hoc alterum petam denuo. *Illi* (servi scilicet) *sunt infimæ sortis, hi pessimam, &c.* Quid ais? Servine *sortis infimæ* fuerint, Gladiatores nullius? Nemo dixerit, nam nimis ridicula res foret. Cujus igitur sortis erant Gladiatores? *Pessimæ;* nam et servi erant, et pessimi ac sceleratissimi servorum. Piget me plura ascribere. Sic igitur lege: *illi infimæ sortis homines, hi pessimæ, auxere ludibrio calamitatem.* Pater.

[g] *Effracto Lentuli ludo*] *Ludus* dicebatur locus ubi gladiatores exercebantur. Gallice diceres, *la Salle.*

[h] *Cum triginta haud amplius*] Epitom. Liv. sexaginta quatuor fuisse

Digitized by Google

Capua;[16] servisque ad vexillum[17 i] vocatis, cum statim decem amplius millia coissent hominum,[18] non modo effugisse contenti, jam[19] vindicari[20] volebant.[j] Prima velut ara[21 k] viris[22] mons Vesuvius[23] placuit. Ibi cum obsiderentur[24] a Clodio Glabro,[l] per fauces cavi[25] montis vitigineis[26] delapsi[27] vinculis,[m] ad imas ejus descendere radices: et exitu invio,[28] nihil tale opinantis ducis subito impetu castra rapuere.[b] Inde alia castra. Deinceps Coram,[29 n] [§. 4. / §. 5.]

[b] *Vitigineis funibus lapsi per specum cavi montis ad ultimas ejus radices descendere, et, egressu incognito, subito impetu rapuere castra ducis, nil tale reputantis.*

1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Duk. 1. 2.—14 Sic Ms. Pal. 2. Sed *ludis* Ms. Naz. Pal. 1.—15 *Erupere* Ms. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr.—16 *Capuam* Ms. Fran. *capita* Ed. Lips. 2.—17 Sic Ms. Pal. 1. 2. Reg. F, Voss. 1. Sed *ad vexillum et auxilium* Ms. Ryck. Reg. Q, Fran. Voss. 2. Ed. Gryph. *ad vex. et ad auxilium* Ms. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst. *ad auxilium* Ms. Duisb. Ed. pr. *ad vexillum* [*et pileum*] Ed. Blanc.—18 *Homines* Ms. Naz. Pall. Toll. Ryck. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Par. Ald. Ven.—19 *Quin jam* Ms. Naz. et Pal. 1. a manu recentiori.—20 *Vindicare* Ms. Pal. 2. Reg. Q, Flor. Ed. pr. Grut. Zeu. Vetst. *vindicari etiam* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—21 *Arena* Ed. Fab. *harena* Ed. Freinsh.—22 *Turis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. *ruris* Ed. Med. *juris* Ed. Gryph.—23 *Vesubius* Ms. Ryck. Fran. Voss. 1. 2.—24 *Cum etiam obsiderentur* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Pont. *quum obsideretur* Ed. Vetst.—25 *Cani* Ed. Lips. 1. 3.—26 Sic Ms. Reg. F, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Fab. Sed *vitigeneis* Ed. Ven. *vitineis* Mss. Vin. Ryck. Toll. Duisb. Voss. Ed. pr. Zeu. Amstel. Duk. 1. 2. *vitineis* vel *vrtineis* Ms. Naz. *virineis* Ms. Pal. 1. *viteneis* Ms. Pal. 2. *itineris* Ms. Fran. *vimineis* Ms. Reg. Q. *juncineis* Ms. Is. Vossii.—27 *Dilapsi* Ed. Lips. 1. 2. 3. Abest ab Ed. Par.—28 Sic Mss. Vin. Duk. plerique, Ed. pr. Vin. Lugd. Sed *in uno* Ms. Naz. Pall. Ryck. Regg. Voss. *uno* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont.—29 Sic Ms. Berol.

NOTÆ

testatur: alii plures: Cicero cum Nostro fere consentit, qui multo minus quinquaginta fuisse contendit, Epist. ad Att. lib. VI.

[i] *Ad vexillum* [*Ad v. et ad auxilium*] Expunge *et ad auxilium*, quæ diversa tantum lectio est, libro ascripta, vel inscripta, ut optime monuit Salmasius.

[j] *Jam vindicari volebant*] Hoc est, in libertatem asseri.

[k] *Velut ara* [*arena*] 'Arenam' dicit, quia de gladiatoribus loquitur, qui proprie, 'in arenam descendere,' 'in arena pugnare,' dicuntur. Sic capite sequenti, cives quasi in arena pugnare dicit, quod gladiatorio more inter se concurrerent.

[l] *Clodio Glabro*] Claudium Pulchrum vocat Liv., Appianus vero, Varinium Glabrum.

[m] *Vitigineis delapsi vinculis*] In al. legitur, *vitineis*, al. *vimineis*, al. *vixineis*, vel, *vixinis*, sed melius *vitigineis*; nam et Plutarch. in Crasso labrusca contextas fuisse catenas istas ait.

[n] *Coram*] Urbs in Volscis.

totamque pervagantur[30] Campaniam. Nec villarum atque vicorum vastatione contenti, Nolam, atque Nuceriam,[31] Thurios,[32] [o] atque Metapontum,[33] [p] terribili strage populantur. Affluentibus in diem copiis, cum jam esset justus exercitus, e viminibus,[q] pecudumque tegumentis, inconditos sibi clypeos,[34] e[35] ferro ergastulorum[r] recocto gladios ac tela fecerunt. [§. 6.] Ac ne quod decus justo deesset exercitui,[36] domitis obviis gregibus paratur equitatus, captaque de Prætoribus insignia et fasces[37] ad ducem detulere. [§. 7.] Nec abnuit ille de[38] stipendiario Thrace miles, de[39] milite desertor, inde latro, dein[40] in honore[41] virium gladiator.[s] [§. 8.] Qui defunctorum quoque[t] prælio ducum funera imperatoriis[42] celebravit exequiis,[u] captivosque circa rogum jussit[v] armis depugnare,[c] quasi plane expiaturus omne præ- [§. 9.]

[c] *Qui funera quoque ducum* in *prælio mortuorum decoravit imperatoria pugna, et captivos jussit circa rogum armis decertare.*

Sed *Choram* Ms. Vin. unus, Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. *Thoram* Ms. Ryck. Duk. plerique, Edd. vett., ut Med. Par. Stad. Gryph. Pont. *Horam* Ms. Naz. *Cosam* Ed. Blanc.—30 *Pervagantes* Ms. Ryck.—31 *Luceriam* Ms. Pal. 1.—32 *Turios* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—33 *Methapontum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. 1. *Methaponthum* Ed. Par. 2.—34 Sic Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *clip.* cett.—35 *Et* Ms. Naz. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Pont. *a* Ed. pr.—36 *Exercitu* Ms. Duisb.—37 *Faces* Ed. Par.—38 *Sed de* Ed. pr.—39 *De* omittit Ed. Ven.—40 *Deinde* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—41 *In honorem* Ms. Malliab. Reg. F.—42 *Imperatoris* Ed.

NOTÆ

[o] *Thurios*] Magnæ Græciæ urbs in sinu Tarentino.

[p] *Metapontum*] Magnæ Græciæ urbs maritima, inter Casuentum et Bradanum fluvios sita.

[q] *E viminibus*] Hæc conficiendorum scutorum ratio a veteribus sæpius usurpata: vimina intexebant, eaque pellibus inducebant.

[r] *E ferro ergastulorum*] Gallice diceres, *des fleurets.*

[s] *In honore virium gladiator*] Legendum *in honorem.* Hoc vult Florus: Spartacus ex tributario Thrace miles, ex milite desertor, ex desertore latro, deinde captus et Romam perductus, cum ob latrocinia in crucem recta duci debuisset, tamen, quia viribus maximis præditus erat, in honorem virium gladiator factus est.

[t] *Qui defunctorum quoque, &c.*] Scribendum, *Quin,* id est, Quin etiam, ad augendam rei indignitatem.

[u] *Funera imperatoriis celebravit exequiis*] In exequiis vel Ducum vel Imperatorum quandoque gladiatores adhibebantur, quod de Spartaco Noster ait, qui defunctorum prælio Ducum funera gladiatoria pugna, quam 'imperatorias exequias' vocat Nos-

Digitized by Google

teritum[43] dedecus,[w] si de gladiatore munerator[x] fuisset. Inde jam Consulares quoque aggressus,[44] in Apen- [§. 10. nino[45] Lentuli[y] exercitum percecidit:[46] apud Mutinam[z] Caii Cassii[a] castra delevit. Quibus elatus victoriis, de [§. 11. invadenda urbe Romana[47] (quod satis est[48] turpitudini nostræ) deliberavit. Tandem etiam totis imperii[49] viri- [§. 12. bus contra mirmillonem[50] [b] consurgitur: pudoremque Romanum Licinius Crassus[c] asseruit:[4] a quo pulsi fugatique (pudet dicere)[d] hostes in extrema Italiæ refugerunt.[51] Ibi circa Bruttium[52] angulum clausi,[53] [e] cum fugam [§. 13. in Siciliam pararent, neque navigia suppeterent, ratesque ex cratibus,[54] et dolia[55] connexa virgultis in rapidissimo

[4] *Et Licinius Crassus dedecus Romanum vindicavit.*

Par. Gryph.—43 *Pristinum* Ms. Reg. F.—44 *Agressus* Ed. Lips. 1.—45 *Apenino* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med.—46 *Præcidit* Ms. Pal. 1. *percidit* Ms. Voss. 1. Ed, pr. *p̄cedit* Ms. Ryck. *cecidit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Zeu.—47 *Roma* Ed. Zeu.—48 *Satis turp.* Ms. Ryck.—49 *Imperii* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—50 *Mirmilonem* Ed. Med. Par. Ven.—51 *Consurrexerunt* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *confugerunt* Ed. Stad. Pont.—52 *brutiū* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Zeu.—53 *Clusi* Ms. Naz. Regg. Berol. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *clausi* Mss. Pall. Flor. Malliab. Ed. Lips. 1. 2. 3. *divisi* Ms. Ryck. *occlusi* Ed. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. *inclusi* Ed. Stad. Pont.—54 *Excratibus* Ed. Lips. 1.—55 *Dolea* Ms. Naz. Voss. 2.—56 *Errup-*

NOTÆ

ter, sæpissime decoravit.

[v] *Captivos circa rogum jussit*] Familiæ dux factus scilicet.

[w] *Omne præteritum dedecus*] Quod contraxerat, dum et ipse circa rogum gladiator pugnabat.

[x] *Munerator*] 'Muneratores' dicebantur qui 'munera,' hoc est, spectacula, gladiatores, populo dabant. Spartacus autem munerator sibi quodam modo videbatur, quia captivos jubebat circa rogum armis depugnare.

[y] *Lentuli*] Cn. Cornelii Lentuli Clodiani Consulis.

[z] *Mutinam*] Galliæ Cispadanæ urbem. Hodie *Modéne.*

[a] *Caii Cassii*] Qui Prætor erat.

[b] *Mirmillonem*] 'Mirmillones' dicebantur gladiatores quidam qui ex Gallia venerant. Mirmillo autem non erat Spartacus, ex Thracia scilicet oriundus. Sed aliquando 'mirmillo' pro quovis gladiatore sumitur, ut hic.

[c] *Licinius Crassus*] Prætor.

[d] *Pudet dicere*] Hæc pendent a voce *hostes: pudet dicere*, hostes scilicet. Turpe enim populo Rom. servos et gladiatores 'hostes' vocare.

[e] *Clausi* [*Clusi*] Ex Mss. Codd. optime; non, ut in aliis, *occlusi.*

Digitized by Google

freto frustra experirentur;[e] tandem eruptione[56] facta, [§. 14. dignam viris obiere[57] mortem: et quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione[f] pugnatum est. Spartacus ipse in primo agmine fortissime dimicans, quasi Imperator, occisus est.

CAP. XXI.

BELLUM CIVILE MARIANUM.

Hoc deerat unum populi Romani[1] malis, jam ut[2] [§. 1. ipse intra se parricidale[3] bellum[4] [a] domi stringeret; in[5] Urbe media ac foro, quasi arena,[6] [b] cives cum civibus suis,[7] gladiatorio more, concurrerent. Æquiore animo utcum- [§. 2. que[8] [c] ferrem, si plebeii[9] duces, aut si nobiles, mali saltem[d]

[e] *Ibi circa sinum Bruttium, cum fugam in Siciliam pararent, nec naves contingerent, frustraque in violentissimo freto tentarent rates* factas *ex cratibus, et dolia colligata virgultis; tandem, &c.*

tione Ed. Lips. 1.—57 *Obire* Ed. Lips. 1. 2. 3.

1 *Po. ro.* Ed. Par.—2 Ita Ms. Naz. Pall. Ryck. Fran. Flor. Malliab. Voss. 1. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Stad. Sed *ut jam* Ed. Grut. Zeu. Vetst. Amstel.—3 Sic erat in Ms. Naz. Toll. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Sed *parricidiale* Ms. Ryck. Ed. Lips. 2. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. *patridiciale* Ed. Lips. 1. 3.—4 *Ferrum* Ed. Blanc.—5 *Et in* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Amstel. Duk. 1. 2.—6 *Harena* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Grut. Lugd. Freinsh. Vetst. Duk. 1. 2.—7 *Suis* in Ms. Flor. alia manu ascriptum erat.—8 Sic Ed. Lips. 1. Par. *utrumque* Ms. Ryck.—9 *Plebei* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.

NOTÆ

[f] *Sine missione*] Hoc est, ad certam mortem. 'Missio' enim erat gratia deserendi pugnam, quæ quandoque dabatur victis gladiatoribus: cum autem placeret ut eo usque pugnaretur, quoad alteruter occumberet, dicebatur 'pugna sine missione,' ut hic sine missione pugnatum est, quia gladiator imperabat.

CAP. XXI. *Bellum Civile Marianum*] Anno Mundi 3862. ante Ch. Nat. 86. ab Ur. Cond. 665. Coss. L. Cornelio Sylla, et Q. Pompeio Rufo.

[a] *Parricidale bellum*] Mallem legere *ferrum;* nam nescio si recte dici possit, *stringere bellum;* at 'stringere ferrum' est, ferrum e vagina educere. 'Parricidale' autem vocat, quod a civibus contra cives adhiberetur.

[b] *Quasi arena*] Metaphora a gladiatoribus, unde mox subjungit 'gladiatorio more.' Vid. cap. sup.

[c] *Utcumque*] Sic supra cap. 19. 'Utcumque etsi cum sociis (nefas !)' &c. *Utcumque,* quodammodo, quoquo modo.

[d] *Si plebeii duces, aut si nobiles, mali*

Digitized by Google

ducatum sceleri præbuissent:[10] cum[11] vero,[e] pro[12] facinus! qui viri! qui imperatores! decora et ornamenta sæculi sui, Marius, et Sylla, pessimo facinori suam etiam dignitatem præbuerunt.[13] Tribus, ut sic dixerim,[14] sideribus[15] [f] [§. 3. agitatum est: primo[g] et levi, et modico,[16] tumultu[17] magis,[18] quam bello,[h] intra ipsos armorum duces subsistente sævitia: mox atrocius et cruentius per totius viscera [§. 4. Senatus grassante victoria: ultimum non civicam [§. 5. modo, sed[19] hostilem quoque rabiem supergressum[20] est;[i] cum armorum furor totius Italiæ viribus niteretur, eousque[21] odiis sævientibus, donec deessent, qui occiderentur. Initium et causa belli, inexplebilis honorum Marii [§. 6.

Freinsh.—10 *Præbuerint* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—11 *Cumque* Ed. pr. *Pro cum, jam* Ed. Blanc.—12 *Proh* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—13 *Præbuerint* Ed. pr.—14 *Dixerimus* Ed. Ven.—15 *Syderibus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. ubique.—16 Sic Ms. Pal. 1. Flor. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *primo levi et modico* Ms. Reg. F, Voss. 3. *primo et levi modico* Mss. Duk. ceteri, Ed. pr. *in levi modico* Ms. Voss. 1.—17 *Tumulto* Ed. Ven.—18 Sic Ed. pr. Sed *majore* Mss. Pall. Flor. Malliab. Fran. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—19 *Modo, hostilem* Ms. Voss. 2. *mō sed host.* Ed. Lips. 1.—20 *Superegressum* Ms. Voss. 2.—21 *Eo usque* Ed. Lips. 1.—22 *Syllæ* Ed.

NOTÆ

saltem] Et revera minus flagitiosum esset Romanis, si plebeii aut si nobiles mali se hujusce belli duces præbuissent: fieri enim nequit quin interdum in magno, et in dies majore, populo perniciosi cives existant. At vero cum per Marium et Syllam sæculi sui ornamenta id bellum contigerit, omnino caret solatio clades.

[e] *Cum vero*] Vel aliquid deest, vel legendum *tum vero*, seu, *at vero*: nil certius.

[f] *Tribus, ut sic dixerim, sideribus*] Hic 'sidera' posuit Noster pro tempestatibus. 'Tribus sideribus' Gallice diceres, *Par trois éclats de tempête*.

[g] *Primo*] Sidere scilicet, *Le premier coup*.

[h] *Tumultu magis, quam bello*] In aliis legitur, *tumultu majore quam bello*; sed præstat ut edendum curavimus: et bene 'tumultum' a 'bello' distinguit. Sic Livius, Sallust. et Tacitus; Cicer. etiam Philip. VIII. 'Itaque majores nostri tumultum Italicum quod erat domesticus, tumultum Gallicum quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant.'

[i] *Non civicam modo, sed hostilem quoque rabiem supergressum est*] Lucanum suum interpretari voluit Florus, sed profecto Panegyristes noster Poëtam Hispanum non intelligebat satis. Cum enim Lucanus dixit, 'Bella plusquam civilia,' nullum gradum reliquit, quo crescere possent. At Florus supra 'civilia' ponit 'hostilia,' quod falsum, ut ratio et politici probant. Ergo hic nihil aliud est quam

Digitized by Google

fames,[j] dum decretam Syllæ[22] provinciam Sulpicia[23] lege solicitat.[a k] Sed impatiens injuriæ statim Sylla legiones circumegit:[24 l] dilatoque Mithridate,[m] Esquilina[25 n] Collinaque[o] porta geminum agmen Urbi infudit.[26] Unde[27] [§. 7. cum consulto[28] Sulpicius[29 p] et Albinovanus objecissent catervas,[30] sudesque et saxa[31] undique a mœnibus ac tela jacerentur; ipse[q] quoque jaculatus[r] incendio viam fecit, arcemque Capitolii, quæ Pœnos,[s] quæque[32] Gallos etiam Senones[33 t] evaserat, quasi captivam victor insedit.[34]

[a] *Dum per legem Sulpicii ambit provinciam delatam Syllæ.*

Lips. 1. Par. *Sullæ* Ed. Lips. 2.—23 *Sulpitia* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. Gryph.—24 *Circumagit* Ms. Voss. 2.—25 *Mythridate Exquilia* Ed. Lips. 1. 3. Par. *Mitrydate Exquilia* Ed. Lips. 2. Med. *Mithrydate exquilia* Ed. Ven. *Mithridate Exquilina* Ed. Gryph.—26 *Urbi infundit agmen* Ms. Ryck. *agmen urbi infundit* Ms. Voss. 1. 2. *infudit urbi agmen* Mss. Duk. ceteri, Edd. vett. —27 *Vn̄* Ed. Lips. 1.—28 Ita Mss. Pall. et Duk. fere omnes, Ed. pr. Sed *inconsulto* Ms. Reg. Q. *subito* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu.—29 *Sulpitius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—30 *Catenas* Ms. Ryck.—31 *Saxū* Ed. Lips. 2.—32 Sic Ms. Pal. 2. Ed. Lips. 1. 3. Sed *quoque* Ed. Lips. 2. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Freinsh. Fab. Vetst.—33 Sic Ed. Grut. Lugd. Fab. Vetst. Sed *Senonas* Ms. Flor. Duisb. Ryck. Voss. 1. 2. Edd. vett. ante Vin., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Duk. 1. 2.—34 *Incendit* Ms. Ryck.—35 *Cum* Ed.

NOTÆ

arguti acuminis pruritus. Quod dixi modo, ad perfectam et exquisitam judicandi rationem pertinet. *Pater.*

[j] *Inexplebilis honorum Marii fames*] Refer ad cap. 12. Ubi dixit Noster: 'Nonne ambitus honorum ab iisdem divitiis incitatus? Atqui inde Mariana, inde Syllana, tempestas.'

[k] *Dum decretam Syllæ provinciam Sulpicia lege solicitat*] Provincia Syllæ demandata erat bellum cum Mithridate gerendum; quam provinciam cum sibi optaret Marius, Sulpicio Tribuno plebis auctor fuit, ut perniciosas leges ferret, quis exules revocarentur, et ut ipse adversus Mithridatem dux crearetur.

[l] *Circumegit*] Hoc est, reduxit.

[m] *Dilatoque Mithridate*] Et in aliud tempus dilato bello quod cum Mithridate gerendum sibi demandatum fuerat.

[n] *Esquilina*] Porta quæ ad Esquilinum campum ducebat, dicta etiam Tiburtina et Prænestina.

[o] *Collina*] Quæ et Quirinalis, Agonia, sive Agonensis dicta fuit.

[p] *Unde cum consulto Sulp.* [*Servius*] *&c.*] Hoc probat Salmasius, non ego. In aliis ed. memini me legere, *Unde cum subito Servius.* Scribendum, *Unde cum Servius Sulpicius.* Res notissima et protrita est.

[q] *Ipse*] Sylla scilicet.

[r] *Jaculatus*] Sudes, scilicet, jacula ignita quibus Romani utebantur, quomodo hodie Galli, *des Bombes, des Grenades.*

[s] *Pœnos*] Annibalem scilicet.

[t] *Gallos etiam Senones*] Vide lib. I.

Digitized by Google

Tum[35] ex consulto Senatus[36] adversariis hostibus [§. 8. judicatis,[u] in præsentem Tribunum, aliosque[37] diversæ factionis, jure[38] sævitum est. Marium servilis fuga exemit,[39] immo[40] fortuna alteri bello reservavit. Cornelio [§. 9. Cinna,[v] Cnæo[41] Octavio Consulibus, male obrutum resurrexit incendium, et quidem ab ipsorum discordia,[w] cum de revocandis, quos Senatus hostes judicaverat, ad populum referretur.[42] Cincta quidem gladiis concione,[43] sed [§. 10. vincentibus quibus pax et quies potior,[x] profugus patria sua Cinna confugit ad partes.[y] Redit ab Africa[44] Marius clade major:[z] siquidem[45] carcer,[a] catenæ, fuga, exilium, horrificaverant[46][b] dignitatem. Itaque ad nomen tanti [§. 11.

Lips. 1. 3. Par. Med. Ven.—36 Ita Mss. Pall. Naz. et Duk. plerique, Ed. Lips. 2. Med. Par. In Lips. 1. *ex consultosenatus.* Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Amstel. *ex senatus consulto.*—37 *Alios* Ed. Lips. 1. 2. 3.—38 *Jure* in Ms. Flor. Duisb. Malliab. alia manus ascripserat.—39 *Eximit* Ms. Naz. Pal. 1. Ed. Fab. Blanc.—40 *Immo* Mss. Duk. quidam, Ed. pr. Lips. 1. 3. Med. Par. Junt. *imo* Ed. Lips. 2.—41 *Cneo* Ed. Gryph.—42 *Refert* Ed. Lips. 1. 3.—43 *Cōtione* Ed. Lips. 1. 2. Par. ubique.—44 *affrica* Ed. Lips. 1. 3.—45 *Si quidem* Ed. Lips. 1.—46 Sic Ms. Pal. 1. et Duk. nonnulli,

NOTÆ

cap. 13.

[u] *Ex consulto Senatus adversariis hostibus judicatis*] Qui contra patriam arma cepissent, vel a Republica defecissent, resque novas moliti essent, eos moris erat 'hostes' a Senatu judicari, ita ut cuivis eos impune liceret vel occidere, vel ad Consules ducere.

[v] *Cornelio Cinna*] L. Cornelio Cinna, Cn. Octavio nepote, Consulibus; anno qui titulo præmissos secutus est.

[w] *Et quidem ab ipsorum discordia*] Ab discordia Consulum. Cum alter, nempe Cinna, exules revocandos censeret, alter vero, nempe Octavius, negaret esse revocandos, alii aliam discordiæ causam dant, nempe quod Cinna, ut sibi potentiam astrueret, Italiæ cives in omnes tribus divisit, qua ratione Italicis plus potestatis dabat in comitiis, quam Romanis, ideoque ab Octavio collega urbe pulsus fuit.

[x] *Quibus pax et quies potior*] Nempe iis qui exules revocandos negaverant.

[y] *Confugit ad partes*] Marii quem ab exilio revocavit.

[z] *Clade major*] Hoc est propter cladem; probant sequentia.

[a] *Carcer*] Cum Sylla Romam ingressus fuit, fugiens Marius retractus arundineto ubi latuerat, in Minturnensium carcerem perductus fuit, cui immissus Gallus ut eum occideret, ejus auctoritate eum interficere non ausus est; contra dimissus Marius, et viatico adjutus, in Africam contendit.

[b] *Horrificaverant*] Egregium et plenum dignitatis atque adeo majestatis divinæ verbum est, quasi diceret:

Digitized by Google

viri late concurritur: servitia (pro nefas!)[47] et ergastula[c] armantur: et facile invenit exercitum miser Imperator. Itaque vi patriam reposcens, unde vi fuerat expul- [§. 12. sus, poterat[48] videri jure agere, nisi causam suam[49] sævitia corrumperet.[50] Sed cum Diis hominibusque infestus[51] rediret, statim primo impetu cliens et alumna Urbis Ostia[52] [d] nefanda strage diripitur.[53] Mox in urbem quadru- [§. 13. plici agmine intratur. Divisere copias Cinna, Marius, Carbo, Sertorius. Hic postquam manus[54] omnis Octavii depulsa[55] Janiculo est, statim ad principum[56] cædem signo dato, aliquanto sævius, quam aut[57] in Punica,[e] aut in Cimbrica urbe,[f] sævitur.[58] Octavii Consulis caput pro [§. 14. Rostris exponitur; Antonii[g] Consularis in Marii ipsius mensis. Cæsares a Fimbria[59] [h] in penatibus domorum sua-

Edd. vett. præter primam. In hac enim, ut in Ms. Pal. 2. Vin. uno, Regg. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. Stad. marg. est *honorificaverant*.—47 *Proh nephas* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *proh nefas* Ed. Gryph.—48 *Potuit* Ms. Ryck.—49 *Suam* abest ab Ed. Zeu.—50 *Corrupisset* Ms. Ryck. Voss. 3.—51 *Hoibus infestusque* Ed. Par.—52 *Hostia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—53 *Dirripitur* Ed. Lips. 1.—54 *Marius* Ed. Ven.—55 *De pulsa* Ed. Lips. 1.—56 *In principum* Ed. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *ad principium* Ms. Ryck.—57 *Quam in* Ms. Reg. F, Flor. Malliab. Fran.—58 *Sævitum* Ms. Flor.—59 *Cæsi a Funebria* Ms. Pal. 1. *cæsi a Fimbria* Ms. Pal. 2. Regg. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. *Cæsar et Fimbria* Ms. Naz. Toll. Voss. 2. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad.

NOTÆ

Admirabiliorem, digniorem fecerant Marium, et quodam quasi sacro horrore auxerant, reverentiamque conciliarant, quod tot periculis objectus non potuerit extingui. 'Horror' enim ad res sacras refertur et venerationem. Vid. quæ diximus lib. II. cap. 17. 'Obrutum aquis ignem non sine quodam sacrilegii metu et horrore deprehendit.'

[c] *Servitia et ergastula*] Hoc est, servi, Poëtarum more. Sic alibi 'Dominationem' dixit pro Dominantibus.

[d] *Cliens et alumna Urbis Ostia*] 'Alumnam' et 'clientem' urbis vocat, quia ab Anco Marcio quarto Romanorum rege condita fuit. Vide lib. I. cap. 4. 'Ostiamque in ipso maris fluminisque confinio coloniam posuit.'

[e] *In Punica*] Carthagine.

[f] *Aut in Cimbrica urbe*] 'Cimbricam urbem' pro quavis hostili urbe posuit, neque enim ullam apud nostrum Cimbrorum urbem a Romanis captam reperias.

[g] *Antonii*] Marci Antonii oratoris, cujus meminit Cicero de Orat. III. quem eloquentissimum prudentissimumque commendat.

[h] *Cæsares a* [*Cæsar et*] *Fimbria*] Merito hic hæsere viri docti, constat enim Marianarum partium fuisse

Digitized by Google

rum[60] [i] trucidantur: Crassi, pater et filius,[j] in mutuo alter alterius aspectu.[61] Bæbium atque Numitorium per [§. 15. medium forum unci[k] traxere carnificum. Catulus se ignis haustu[l] ludibrio hostium exemit. Merula[m] flamen [§. 16. Dialis[62] in Capitolio Jovis ipsius oculos venarum cruore[63] respersit. Ancharius,[64] ipso vidente Mario, confossus est, quia[65] fatalem illam scilicet manum[n] non[66] porrexerat salutanti. Hæc tot Senatus funera intra Kalendas[67] et [§. 17. Idus[68] [o] Januarii mensis septima illa Marii purpura[p] dedit. Quid futurum fuit,[69] si annum Consularis[70] implesset?



Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Vetst. *censi a Fimbria* Ms. Ryck.—60 *Suorum* Ed. Gryph.—61 *Conspectu* Ms. Reg. Q. *respectu* Ms. Voss. 3.—62 *Flāmēdial'* Ed. Lips. 1. *flammen dialis* Ed. Ven.—63 *Cruor* Ed. Lips. 1.—64 Sic et Mss. Vin. Sed *Arquarius* Ed. Gryph. in quo paulo ante est *Bebium et Numitiorum*. *Arcarius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—65 *Qui* Ed. Freinsh. Blanc.—66 *Nō manū* Ed. Lips. 1. 3.—67 *kalendas* Ms. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr.—68 *Ydus* Ed. Lips. 2.—69 *Fuit* abest ab Ed. Stad. Pont.—70 *Con-*

NOTÆ

Fimbriam. Cur igitur a Marianis occisus? Libenter Salmasio assentiar, qui ex scriptis Cod. legendum conjecit, *Cæsar a Fimbria in penatibus domorum suarum trucidatur.* Nisi tamen illum Fimbriam, de quo Noster, alium ab isto statuas qui Marii partes tutatus est. Alii legunt *Cæsares a Cinna*, quod satis verisimile est. Ambo enim Cæsares, et Caius et Lucius, trucidati.

[i] *In penatibus domorum suarum*] Hoc est, in intima domorum suarum parte, ubi penates Dii habitare putabantur in uniuscujusque domo. Unde etiam 'penates' pro domo dicuntur.

[j] *Crassi, pater et filius*] Filius ab equitibus Fimbriæ interfectus fuit, pater sua manu. Alii tamen aliter.

[k] *Unci*] Is mos fuit Romæ ut damnatorum corpora uncis vel in Tiberim, vel in cloacas, raperent.

[l] *Catulus se ignis haustu*] Q. Catulus loco nuper calce arenaque perpolito, illatoque igne qui vim ardoris excitaret, simul exitiali hausto spiritu, simul incluso suo, mortem magis voto quam arbitrio inimicorum obiit. Hinc patet quid Noster intelligit per 'ignis haustum.'

[m] *Merula*] 'L. Cornelius Merula flamen Dialis, incisis venis superfusoque altaribus sanguine, quos sæpe pro salute Reipublicæ precatus erat Deos, eos in execrationem Cinnæ partiumque ejus tum precatus, optime de Republica meritum spiritum reddidit.' Patercul.

[n] *Quia fatalem illam scilicet manum*] Hoc signum suis dederat, ut, quibus se adeuntibus manum non porrigeret, eos trucidarent. Ideo illam Florus 'fatalem' vocat.

[o] *Intra Kalendas et Idus*] Marius enim cum VII. Consul esset, obiit Idibus Januarii, hoc est, die tredecimo.

[p] *Septima Marii purpura*] Septimus Marii Consulatus: Consules enim purpura induti.

Digitized by Google

Scipione Norbanoque[71] Consulibus,[72 q] tertius ille [§. 18. turbo civilis insaniæ toto furore[73] detonuit: quippe cum hinc octo[74] legiones et quingentæ[75] cohortes[r] starent in armis,[76] inde[77] ab Asia cum victore[78] exercitu Sylla properaret.[79] Et sane cum tam ferus in Syllanos[80] Marius [§. 19. fuisset:[81] quanta sævitia opus erat, ut Sylla de Mario vindicaretur? Primum apud Capuam[s] sub amne Vulturno[82] signa concurrunt: et[83] statim Norbani fusus exercitus:[84] statim omnes Scipionis copiæ, ostentata spe pacis, oppressæ.[t] Tum Marius[u] juvenis et Carbo Consules, quasi [§. 20.



sulatus Ms. Pal. 2. Ed. Amstel.—71 Sic Ms. Ryck. Voss. 1. 2. Ed. Junt. Ald. Gryph. Stad. Grut. Pont. Zeu. Fab. Vetst. Sed *Norbano Quinto* Ms. Naz. Pall. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Par. Duk. 1. *et Norbano Quinto* Ms. Duisb. Ed. pr. Freinsh. Duk. 2. *Urbano Quinto* Ms. Voss. 3. *Norbano quintū consule* Ed. Med. *Narboneque* Ed. Ven.—72 *Consule* Ed. Lips. 1. 2. 3.—73 *Furor̄* Ed. Lips. 1.—74 *VIII.* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. *VII.* Ed. Stad. Pont.—75 *Quingentæ* Ed. Blanc. *In̄ q'ngēte* Ed. Lips. 1. *inde quingentæ* Ed. Lips. 3. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Freinsh. Zeu. Duk. 1. 2.—76 *iarmis* Ed. Lips. 1.—77 *Et inde* Mss. Pal. 1. 2. Berol. Duisb. Ed. pr. Grut. Zeu. Freinsh. Fab. Vetst. A Ms. Naz. aberat τὸ *inde.*—78 *Victore* aberat a Ms. Ryck. Voss. 3.—79 *Sylla properat* Ed. Lips. 1. 2. *Sylla properarat* Ed. Gryph.—80 *Sillanos* Ed. Lips. 1. 3. *Syllanos* Ed. Med. Par. ubique.—81 *Fuit* Ed. Par.—82 *Volturno* Ms. Duisb. *Ulturno* Ed. Lips. 1. 3. *Vulturo* Ed. Ven.—83 *Et ibi statim* Ms. Reg. F, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Stad. Grut. Zeu. Vetst. *ibi statim*, omisso τῷ *et*, Ed. Ven.—84 *Exertitus* Ed. Lips. 1.

NOTÆ

q *Scipione Norbanoque Consulibus*] In omnibus Codicibus manuscriptis, ut auctor est Salmasius, legitur *Scipione Norbanoque quinto Consulibus.* Quod utrum corrupte an recte positum sit, non posse se per otium disquirere dicit. Ipse quidem scio Scipionem illum dictum fuisse 'Lucium Scipionem:' illum alterum 'Caium Norbanum.' Itaque istud, *quinto*, natum fuerit ex compendiosa scriptura, *q*; pro *que*; unde illi effecerunt Q. id est, *Quinto*. Pater.

r *Hinc octo legiones et quingentæ cohortes*] Hic et legiones et cohortes ex iisdem partibus sunt, nempe Romanorum: hoc dixi ob voces *hinc* et *inde*, quæ duos exercitus comprehendere videri poterant. Legiones erant 6000. hominum, et constabant decem cohortibus, quæ tunc 600. homines capiebant: nam primis temporibus et legiones et cohortes minores fuerant.

s *Primum apud Capuam*] Idem habet Eutrop. lib. v. 'Primo prælio contra Norbanum dimicavit non longe a Capua; tum VII. millia ejus cecidit, VII. millia cepit, CXXIV. suorum amisit.'

t *Omnes Scipionis copiæ, ostentata spe pacis, oppressæ*] Fuso Norbani exercitu Sylla se ad Scipionem convertit, et ante prælium totum ejus exercitum sine sanguine in deditionem accepit.

u *Tum Marius*] Ca. Marius Marii filius, et Cn. Papirius Carbo.

Digitized by Google

desperata victoria, ne inulti[85] perirent, in antecessum[86] [v] sanguine[87] Senatus[w] sibi parentabant:[x] obsessaque curia, sic de Senatu, quasi de carcere, qui jugularentur, educti. Quid[88] funerum in foro,[z] in[89] circo,[a] in patentibus [§. 21. templis? Nam[90] Quintus Mucius Scævola[91] Pontifex, Vestales amplexus aras,[b] tantum[92] non eodem igne sepelitur.[c] Lamponius atque Telesinus,[93] [d] Samnitum[94] duces, [§. 22. atrocius Pyrrho et Annibale Campaniam Etruriamque populantur: et, sub specie[95] partium,[e] se vindicant.[96] Apud[97] Sacriportum[f] Collinamque portam[g] debellatæ [§. 23.

—85 *Multi* Ed. Lips. 1.—86 Sic Ms. Pal. 2. Lipsii, Voss. 1. 3. Flor. Malliab. Regg. Ed. Freinsh. Fab. Duk. 1. 2. Sed *in anticessum*, vel *antuessum*, Ms. Naz. *in accessum* Ms. Pal. 2. Aberant a Ms. Berol. Ryck. Duisb. Fran. et Edd. vett. ante Freinshem., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Vetst.—87 *Sanguinem* Mss. Pall. Duisb. Fran. (in quo tamen literæ *m* subscripta erant puncta) Ed. pr.—88 *Qui* Ed. Lugd.—89 *In* omittit Ed. Lips. 2.—90 *Namque* Ed. Grut. Vetst. *nanque* Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—91 Sic Ms. Pal. 1. Sed *cum Mucius* Ms. Naz. Voss. 2. 3. A Ms. Pal. 2. aberat τὸ *Mucius*: et a Ms. Ryck. Voss. 1. τὸ *Quinctus*. Mss. Regg. Duisb. Toll. Fran. Ed. pr. *Quintus Mucius*. Ed. Ber. Sab. Junt. *Q. Mucius*. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *cũ muti⁹ Scevola*. Abest τὸ *Quinctus* ab Ed. Gryph. (in quo est *Mutius*) Stad. Pont.—92 *Cum* Ms. Fran.—93 *Thelesinus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. ubique.—94 *Samnitium* Ed. Stad. Lugd. Pont.—95 *Spẽ* Ed. Lips. 1. 3.—96 *Vindicabant* Ms. Pal. 2. Flor. Malliab.—97 *Nec apud* Ms. Naz. *sed apud* Ms. Pal. 2.—98 *Hu-*

NOTÆ

[v] *In antecessum*] Hoc est, ante justum tempus. Sic lib. IV. cap. 12. dixit 'In antecessum prædam dividere.'

[w] *Sanguine Senatus*] Eos Senatores occidebant qui Syllæ partes tuebantur.

[x] *Parentabant*] 'Parentare' est, mortuis parentibus sacrificia facere, inferias ferre. Sed de quorumvis mortuorum sacrificiis dicitur.

[z] *In foro*] Forum Romanum intellige, inter Capitolinum et Palatinum montes.

[a] *In circo*] In circo maximo, qui ad Palatini latus Meridionale, quod Aventino est oppositum, jacet. Ibi et Deorum imagines gypseæ, et detracta hostibus spolia, suspendebantur.

[b] *Vestales amplexus aras*] Ubi sacer ignis vigilabat.

[c] *Tantum non eodem igne sepelitur*] Hujus sanguine simulacrum Vestæ respersum fuisse dicit Cicer. de Orat. lib. III. 'Tantum non,' id est, propemodum, parum abest. Græci dicunt, καὶ δὴ σχεδόν. Callim.

[d] *Telesinus*] Vid. sup. cap. 18. de bello Sociali.

[e] *Sub specie partium*] Hoc est, quasi has vel illas partes tuerentur.

[f] *Sacriportum*] Locus Italiæ circa Præneste. Nam ibi oppressum Marium scribunt Vellei. et Appian. Quanquam Eutrop. in ipsa urbe Præneste obsessum et oppressum fuisse dicit.

[g] *Collinamque portam*] Ibi Lamponii et Telesini copiæ debellatæ.

Digitized by Google

omnes hostium[98] copiæ. Ibi Marius, hic Telesinus oppressi. Nec idem tamen cædium, qui belli[99] finis fuit. Stricti enim et in pace gladii: animadversumque[1] in eos, qui se sponte dediderant.[2] [h] Minus[3] est,[i] quod apud [§. 24. Sacriportum, et apud Collinam portam,[4] septuaginta[5] amplius millia Sylla concidit. Bellum erat. Quatuor millia[6] deditorum inermium civium in villa[7] publica[j] interfici jussit. Isti[8] tot in pace, non plures[9] sunt?[k] quis autem illos [§. 25. potest[10] computare, quos in Urbe passim[11] quisquis voluit, occidit? donec admonente[12] Furfidio,[13] [l] 'Vivere aliquos debere, ut essent, quibus imperarent;' proposita est ingens illa tabula:[m] et ex ipso Equestris[14] ordinis flore ac Senatus,[15] duo millia electi,[16] qui mori juberentur. Novi gene-

---

stium Ed. Lips. 1.—99 *Bello* Mss. Duk. omnes, Edd. vett. ante Cam., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—1 *Animadversum* Ms. Ryck. *cum animadversumque* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—2 *Dederant* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—3 *Nō minus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Gryph. Stad. Pont.—4 *Apud portam Collinam* Ms. Ryck. *apud Collinam*, omisso τῷ *portam*, Ms. Flor. Berol. Duisb. Regg. Fran. Ed. pr. Lips. 2. Sab. Med. Par. Junt. Ald. *et apud Collinam* Ed. Ven. Stad. Pont. In Ed. Lips. 1. 3. *quod sacriportum: apud Collinam.*—5 *LXX.* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven.—6 *Quattuor milia* Ed. Par.—7 *Via* Ed. Lips. 1. 3. Gryph.—8 *Isti* aberat a Ms. Voss. 3.—9 *Pl'es* Ed. Lips. 1.—10 *Pōt* Ed. Lips. 1.—11 *Passi* Ed. Lips. 1. 3.—12 *Admoūcte* Ed. Ven.—13 *Fursidio* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. 1. *Furflvio* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—14 *Equestri* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven.—15 *Senatu* Ms. Ryck. Reg. F, Malliab. Fran. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Gryph.—16 *Elcī*

NOTÆ

[h] *Animadversumque in eos, qui se sponte dediderant*] Victo Mario Sylla urbem ingressus octo millia, vel quatuor, ut vult Noster, dedititiorum in villa publica trucidavit.

[i] *Minus est*] Hoc est: Quod Sylla quatuor millia deditorum inermium per pacem in villa publica interfici jussit, hoc majus est quam quod apud Sacriportum et Collinam portam septuaginta amplius millia hostium concidit. Nam tunc bellum erat; illi dediti, hi hostes.

[j] *Villa publica*] In campo Martio. Est et alia villa publica extra urbem, quam Sigonius sexto ab urbe lapide ponit. De priori accipio.

[k] *Isti tot in pace, non plures sunt*] Cum interrogationis nota Salmasii judicio edendum curavimus. Hoc sensu: Ista quatuor hominum millia quos Sylla in pace jussit interfici, an non multo plures sunt quam septuaginta illa millia quos in bello interfecit? Hæc autem a superioribus pendent, 'Minus est,' &c.

[l] *Furfidio*] Afidium vocat Plutarch. Sallust. Fusidium. Alii autem hoc aliis tribuunt.

[m] *Ingens illa tabula*] Tabula proscriptionis.

Digitized by Google

ris edictum.[17] [n] Piget post hæc referre,[18] [o] ludibrio [§. 26. habita[19] fata[p] Carbonis,[q] fata Sorani[20] Prætoris, atque Venuleii:[21] Bæbium sine ferro, ritu ferarum, inter manus[22] laniatum:[23] Marium, ducis ipsius fratrem,[24] [r] apud Catuli sepulcrum,[25] oculis, manibus, cruribusque defossis,[s] servatum aliquamdiu, ut per singula membra moreretur. Positis singulorum hominum fere pœnis,[b] municipia [§. 27. Italiæ splendidissima sub hasta venierunt,[26] [t] Spoletium,[27] [u] Interamnium,[28] [v] Præneste,[29] Florentia.[30] [w] Nam [§. 28.

[b] *Singulorum fere hominum suppliciis finitis.*

Ed. Lips. 1.—17 *Editum* Ed. Par. Ven.—18 *Referri* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—19 *Abdita* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—20 *Sorā* Ed. Lips. 1. *soram* Ed. Lips. 3. *forani* Ed. Par.—21 *Precorios at venuleios* Ms. Ryck. *Prætorios atque Venuleios* Ms. Flor. Berol. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. *Pretoris atque Venuleios* Ms. Malliab. *p̄torios atque denuleios* Ed. Lips. 1. 3. *prætoris atque denulei* Ed. Lips. 2. Par. *prætoris atque denuleii* Ed. Med. *Pletorios ac Venuleios* Ed. Blanc.—22 *Immaniter* Codd. ap. Ramosum in Error. Tribon. lib. IV. init.—23 Sic Ms. Reg. Q, Ed. Ald. Sed *laceratum* Ms. Voss. 3. Ed. Lips. 2. Ber. Sab. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. *lancinatum* Ms. Naz. et Duk. reliqui, Ed. pr. Junt. Ven. *lăcinatum* Ed. Lips. 1. 3. *lantiantium* Ms. Ryck.—24 *Frēm* Ed. Lips. 1.—25 *Sepulchrum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. ubique.—26 *Venerunt* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *venerunti* Ed. Ven.—27 *Spolentum* Ms. Ryck. *Spoletum* Mss. Vin. quidam, Pal. 1. Reg. Q, Flor. Duisb. Fran. Edd. vett. ante Vin., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. —28 *Interamnum*, vel *Interamna*, Mss. Vin. quidam. *interamnum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *inter amneum* Ed. Par. 2.—29 *Præneste* aberat a Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. Ed. Lips. 1. *preneste*.—30 Sic Mss. Vin. Pall.

NOTÆ

[n] *Novi generis edictum*] Nam primus fuit Sylla qui proscriptionis tabulam proposuit.

[o] *Piget post hæc referre*] Post tot funera hujus vel illius mortem piget referre.

[p] *Fata*] Vitam, hic.

[q] *Carbonis*] Cn. Papirii Carbonis Consulis.

[r] *Ducis ipsius fratrem*] Marii junioris fratrem. Is autem Marcus Marius Gratidianus vocabatur.

[s] *Oculis, manibus, cruribusque defossis*] Ergo totus defossus erat. Qui igitur aliquamdiu servari potuit, ut per singula membra moreretur? Certe non intelligo. Libenter cum aliis legerem *oculis, cruribus, manibusque perfossis.* Nam et similem crudelitatem in Hannonem suum exercuerunt Carthaginienses. Justin. lib. XXI. cap. 4. 'Virgis cæsus, effossis oculis, et manibus cruribusque fractis, velut a singulis membris pœnæ exigerentur, occiditur.'

[t] *Sub hasta venierunt*] Vid. quæ ad lib. II. c. 6. dicta sunt.

[u] *Spoletium*] Oppidum in Umbria Orientali.

[v] *Interamnium*] In Umbria Orientali: nam de Interamna, quæ est in via Latina, non intelligendum est.

[w] *Florentia*] Etruriæ urbs ad Ar-

Digitized by Google

Sulmonem,[31] [x] vetus oppidum, socium atque amicum (facinus[32] indignum!) nondum expugnatum, ut obsides jure belli, et modo morte[33] damnati duci[y] jubentur: sic[34] damnatam civitatem jussit Sylla deleri.

CAP. XXII.

BELLUM SERTORIANUM.

Bellum Sertorianum quid aliud, quam Syllanæ [§. 1. proscriptionis hæreditas[a] fuit? hostile potius, an civile[1] [b] dixerim, nescio: quippe quod Lusitani Celtiberique[2] Romano gesserint[3] duce.[4] Exul et profugus feralis illius [§. 2. tabulæ,[c] vir summæ quidem, sed calamitosæ virtutis, malis



et Duk. omnes, Ed. Med. Par. Ven. Stad. marg. Sed *Fluentia* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—31 Sic Ms. Voss. 1. 3. Sed *Sulmonen* Ms. Ryck. *Sulmone* Mss. Duk. reliqui, Ed. pr. Junt.—32 *O facinus* Ms. Pal. 2. Reg. F, Duisb. Ed. pr.—33 *Morti* Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Par. Ven.—34 *Sed* Ed. pr.

1 *Quam civile* Ms. Ryck. *an servile* Ms. Reg. Q, Duisb. Ed. pr.—2 *Geltiberique* Ed. Ven.—3 *Cesserint* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—4 *Duci* Ed. Lips.

NOTÆ

num fluvium sita.

x *Nam Sulmonem*] Tota hæc periodus deperdita est, neque ad ejus salutem quicquam esse tentandum arbitror. Multa possem dicere, sed illa multa nihil essent; nam meris conjecturis interminabilis area est. Tamen inter eos qui hæc correxere, verisimilior videtur conjectura Salmasii qui legit: *Nam Sulmone* (*vetus oppidum socium atque amicum*) *facinus indignum! nondum expugnato, ut obsides jure belli, et mox morte damnati duci jubentur.* Ut sensus sit: Syllam Sulmoni nondum expugnato obsides jure belli imperasse, et eos postea damnatos ad mortem ducis jussisse. Est autem Sulmo Latii oppidum, diversum ab illa Pelignorum urbe, quæ Ovidii patria.

y *Duci*] Proprie de damnatis dicitur qui ad crucem ducuntur.

Cap. xxii. *Bellum Sertorianum*] Anno Mundi 3872. ante Ch. Nat. 76. ab Urbe Cond. 675. Coss. M. Æmilio Lepido et Q. Lutatio Catulo.

a *Syllanæ proscriptionis hæreditas*] Sertorius a Romanis in Hispaniam missus, cum postea a Sylla et Romanis proscriptus fuisset, is eam contra illos armavit.

b *Hostile potius, an civile*] 'Civile bellum' est quod cives inter se gerunt, 'hostile' quod peregrini: primis enim temporibus 'hostes' dicebantur, qui postea 'peregrini' dicti sunt.

c *Profugus feralis illius tabulæ*] Proscriptionis quam proposuerat Sylla. *Profugus* autem cum gignendi casu passim boni auctores; sic lib. iii. c. 1. dixit Noster: 'Regem jam finium

Digitized by Google

suis maria terrasque permiscuit: et jam Africæ,[5] jam Balearibus[6] insulis, fortunam expertus,[d] missusque in Oceanum,[7] [e] Fortunatasque[8] insulas penetravit:[a] [9] [f] tandem Hispaniam armavit.[10] Viro[11] cum viris facile convenit. [§. 3. Nec alias[12] magis apparuit Hispani militis vigor, quam Romano duce. Quanquam ille, non contentus His- [§. 4. pania, ad Mithridatem[13] quoque Ponticosque respexit,[g] regemque classe juvit.[14] Et quid[15] futurum fuit?[h] [§. 5. satis tanto hosti[16] uno Imperatore resistere res Romana

[a] *Exterris et fugitivus a mortifera illa tabula vir summæ quidem, sed infelicis virtutis, malorum suorum maria ac terras participes fecit; et cum jam in Africa et Balearibus insulis fortunam tentasset, in Oceanum conversus ad Fortunatas Insulas conabatur.*

1. 2.—5 *Etiam jam* Ms. Reg. F. *etiam* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ald. *et in Africa* Ed. Gryph. Vin. Stad. Lugd. Pont.—6 *Jam, et Bal.* Ed. Gryph. Vin. Stad. Lugd. Pont. In Ms. Ryck. erat *Boaliaribus.* Ed. Lips. 2. *et jam Bal.*—7 *Occeanum* Ed. Lips. 1. 3.—8 Sic Ms. Ryck. Reg. F, Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Sed *fortunatas* Ed. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2.—9 *Penetravit* aberat a Ms. Pal. 2.—10 *Armavi* Ed. Ven.—11 Ita Mss. Vin. aliquot, Pall. Ed. pr. Sed *vir cum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Junt. Ven. *ut viro cum* Mss. Vin. alii. *ut cum* Ed. Sab. Med. Par. *ubi cum* Ed. Ald. Stad. *ubi viro cum* Ed. Gryph. Lugd. Pont.—12 *Aliī* Ed. Lips. 1. *aliter* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—13 *Mithrydatem* Ed. Lips. 1. Par.—14 *Vivit* Ed. Ven.—15 *qcqd* Ed. Lips. 2.—16 *Hosti* abest ab Ed. Ven.—17 *Hii* Ed. Ven.

NOTÆ

suorum regnique fugitivum.'

[d] *Et jam Africæ, jam Balearibus insulis, fortunam expertus*] Africam scilicet et Baleares insulas in causam suam trahere tentavit, et contra Romanos armare.

[e] *Missusque in Oceanum*] A quo, cum jam sui juris et Imperator? Certe error est: vidit Salmasius qui legit, *nisusque in Oceanum;* et infra *penetrare* pro *penetravit*. Sed malim legi *conversus in Oceanum*.

[f] *Fortunatas insulas penetravit*] Fortunatæ Insulæ in mari Atlantico: vocant Hispani, *Islas de Canaria*. At hoc falsum est, *penetrasse* Sertorium in eas Insulas. Lege ergo mecum, *tentavit*, quod verissimum est, ex Plutarcho. At, inquies: unde ergo illud corruptum *penetravit?* quid enim scio? Fortasse ex scriptura corrupta superioris ævi, *temptavit* (sic enim scribebant) hoc monstrum enatum est. Utcumque sit, (neque enim meum est causas latentes scrutari,) errorem esse aio. *Pater*.

[g] *Ad Mithridatem quoque Ponticosque respexit*] Cum Mithridate fœdus feriit. Meminit Plutarch. in Sertor.

[h] *Et quid futurum fuit*] Ellipsis. Sensus est: Cum Sertorius Mithridatem classe juverit, quid futurum fuit si uterque simul juncti Romam petiissent?

Digitized by Google

non potuit:[b] additus Metello[i] Cnæus Pompeius. Hi[17] copias viri diu[18] et ancipiti semper acie attrivere:[c 19] nec tamen prius bello, quam suorum scelere et insidiis, extinctus est.[20] Copias[j] ejus prope tota Hispania persecuti, [§. 6. diu et ancipiti semper[21] acie domaverunt.[22] Prima per legatos certamina habita,[23 k] cum hinc[24] Domitius[25] et Thorius;[26 l] inde Herculeii[27 m] proluderent:[28 n] mox his[o] [§. 7. apud Segoviam,[29 p] illis[q] apud[30] Anam[r] flumen, oppressis,[31] ipsi duces[s] cominus invicem experti, apud Lauronem atque Sucronem,[t] æquavere clades.[u] Tum illis ad popula- [§. 8.

[b] *Respublica Romana non satis uno duce tanto hosti resistere potuit.*
[c] *Hi copias Sertorii frequentibus et dubiis prœliis comminuere.*

—18 *Viri prope tota Hispania persequuti diu* Ed. Blanc. Sed deinde absunt ab eodem libro verba *copias ejus...domaverunt*.—19 *Atrivere* Ed. Med.—20 Omittunt *est* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—21 *sp* Ed. Lips. 1.—22 Sic Ms. Pal. 1. et Duk. fere omnes, Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Sed *domuerunt* Ms. Reg. Q, Fran. Voss. 3. Pal. 1. 2. Ed. Fab. *dimicaverunt* Ms. Ryck. Ed. Lips. 2. Junt. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *domitaverunt* Ed. Ald.—23 *Inhabita* Ed. Par.—24 *Hic* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—25 *Domicius* Ed. Lips. 1.—26 Sic Ms. Fabric. (ad Oros. 5, 23). Sed *Ethorius* Mss. Vin. Pall. Fran. *et horius* Ms. Naz. et Duk. ceteri, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. *et cohortes* Ed. Ald. Gryph. Vin. Grut. Lugd. Zeu. Vetst.—27 *Hirtulei* Mss. Vin. nonnulli, Naz. *Hirculei* Ms. Duisb. Fran. Ed. pr. *Herculei*, et *Herculeii*, Mss. Pall. Ryck. Vin. quidam et Duk. reliqui. *herculei* Ed. Med. Par. Ven. *hirculei*? Ed. Lips. 1. *Hirculeii* Ed. Lips. 2. *hirculei* Ed. Lips. 3.—28 *Pluderent* Ms. Ryck. *præluderent* Ed. Gryph. Vin. Stad. Lugd. Pont.—29 *Segoniam* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.

NOTÆ

[i] *Metello*] Qui Q. Cæcilius Metellus Pius vocabatur, filius ejus qui Jugurtham regem vicit.

[j] *Copias, &c.*] Nemo est qui dubitet has lineas delere, *Copias ejus prope tota Hispania persecuti, diu et ancipiti semper acie domuerunt*. Nil enim aliud sunt quam quod supra dicit: 'Hi copias viri diu et ancipiti semper acie attrivere.'

[k] *Prima per legatos certamina habita*] Verso stylo confodiatur istud *habita;* nec enim Latinum est, et a brevitate Flori abhorret. *Pater*.

[l] *Hinc Domitius et Thorius*] 'Hinc,' ex parte Metelli; Domitius et Thorius, Metelli legati.

[m] *Inde Herculeii*] 'Inde,' ex parte Sertorii: Herculeii duces, Sertorii fratres erant.

[n] *Proluderent*] Idem quod, præludere. Metaphora a re musica. Sic lib. IV. cap. 2. 'Ac Mariana quidem Cinnanaque rabies intra urbem præluserat, quasi experiretur.'

[o] *His*] Herculeiis.

[p] *Segoviam*] Urbem in Tarraconensi Hispania.

[q] *Illis*] Metelli legatis Domitio et Thorio.

[r] *Anam*] Hispaniæ fluvium.

[s] *Ipsi duces*] Pompeius et Sertorius.

[t] *Lauronem atque Sucronem*] His-

Digitized by Google

tionem agrorum,[v] his[w] ad urbium excidia conversis,[32] misera inter Romanos[33] duces Hispania discordiæ pœnas dabat: donec oppresso domestica fraude[x] Sertorio, victo[34] [§. 9. deditoque Perperna,[35 y] ipsæ quoque in Romanam[36] fidem venere urbes, Osca,[37 z] Termes,[a] Tutia,[38 b] Valentia,[c] Auxima,[39 d] et in fame[40] nihil[41] non experta Calaguris.[42 e] Sic [§. 10. recepta in pacem Hispania. Victores duces externum id magis, quam civile, bellum videri[43] voluerunt, ut triumpharent.[f]

CAP. XXIII.

BELLUM CIVILE SUB LEPIDO.

MARCO Lepido, Quinto[1] Catulo Consulibus, civile [§. 1.

—30 *Apud* omittit Ed. Zeu.—31 *Oppressi* Ed. Par.—32 *Conversio* Ed. Gryph. —33 *rōnos* Ed. Lips. 1.—34 *Victoque* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven.—35 *Perpenna* Mss. Vin. aliquot, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. ubique.—36 *romam* Ed. Ven.—37 *Osta* Ms. Ryck. Ed. Lips. 2.—38 *termestudii* Ms. Naz. *Termestudia* Ms. Duisb. Ed. pr. Lips. 2. *Ternestudia* Ms. Voss. 1. 2. *Trimestudia* Ms. Voss. 3. *Ostater Mestudia* Ms. Fran. *ostater: mestudia* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. *obstater: mestudia* Ed. Par. 2. *Termestudia* Ed. Lips. 2. *Terme, Tutia* Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Fab. Vetst.—39 *Auxuma* Mss. Vin. Pal. 1. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr.—40 Sic Mss. Vin. aliquot, Ryck. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *infame* Ed. Stad. marg. Lugd. Blanc.—41 *Nichil* Ed. Par. 2.—42 *Calagurris* Ms. Ryck. Pal. 2. Duisb. Berol. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. Ber. Sab. Med. Gryph. *Calagurtis* Ed. Lips. 2. 3. *Calagurus* Mss. Vin. quidam.—43 *Videre* Ed. Lips. 2.

1 Ita, non *Quincto*, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—2 *Late quod* Ed.

NOTÆ

paniæ Tarraconensis fluvii Lauro et Sucro.

[u] *Æqua vere clades*] Ibi singula ex utraque acie cornua vicerunt.

[v] *Illis ad populationem agrorum*] Sertorii militibus.

[w] *His*] Pompeii militibus.

[x] *Domestica fraude*] A Marco Antonio et M. Perpenna in convivio interfectus fuit.

[y] *Victo deditoque Perperna*] Qui Sertorii partes tutabatur.

[z] *Osca*] In Tarraconensi Hispania urbs.

[a] *Termes*] Celtiberiæ oppidum.

[b] *Tutia*] Hispaniæ urbs. Alii legunt *Tuttia*.

[c] *Valentia*] Urbs Hispaniæ Orientalis inter urbes Saguntum et Salariam.

[d] *Auxima*] Hispaniæ urbs; alii *Uxamam*, alii *Auxumam* vocant.

[e] *Calaguris*] Hispaniæ urbs ad Iberum fluvium sita.

[f] *Ut triumpharent*] Nam de civilibus bellis nullus erat triumphus, quia, ut necessariæ istæ, ita lugubres semper existimatæ victoriæ sunt; ut-

Digitized by Google

bellum pæne citius oppressum est, quam inciperet: sed quantum, lateque[2] [a] fax illius motus ab ipso Syllæ rogo[b] exarsit! Cupidus namque rerum[3] novarum per inso- [§. 2. lentiam Lepidus acta tanti viri rescindere parabat: nec immerito, si tamen posset[c] sine magna clade Reipublicæ. Nam cum jure belli[d] Sylla dictator proscripsisset ini- [§. 3. micos; qui supererant,[4] revocante Lepido, quid aliud quam ad bellum vocabantur?[*] [5] cumque[6] damnatorum civium bona, addicente[7] Sylla,[e] quamvis male capta, jure tamen,[f] repetitio[8] eorum procul dubio labefactabat compositam civitatem.[b] [g] Expediebat ergo quasi ægræ sauciæque [§. 4. Reipublicæ requiescere quomodocumque,[9] ne vulnera curatione ipsa rescinderentur.[c] Ergo cum turbidis con- [§. 5.

[a] *Lepido revocante* eos *qui* proscriptionibus *supererant, quid aliud nisi ad bellum vocabantur?*

[b] *Et cum bona civium damnatorum, quamvis injuste capta, jure tamen* capta essent *adjudicante Sylla, eorum repetitio sine dubio quietam Rempubl. quatiebat.*

[c] *Præstabat igitur civitati veluti ægrotæ et sauciæ quiescere quoquo modo, ne vulnera curatione ipsa rursus aperirentur.*

Lips. 2. *quamque late* Ed. Blanc.—3 *Rex* Ed. Par.—4 *Superaverant* Ed. Lugd.—5 *Revocubantur* Ed. Par.—6 *Cum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—7 *Addicence* Ed. Lips. 1.—8 *Repeticio* Ed. Lips. 1.—9 *Requiescere quōcūque*

NOTÆ

pote non externo, sed domestico partæ cruore. Valer. Max. lib. II. cap. 8. Lucanus bella civilia vocat 'nullos habitura triumphos.'

Cap. XXIII. *Bellum civile sub Lepido*] Eodem anno quo bellum Sertorianum, de quo Capite superiori.

[a] *Sed quantum, lateque*] Merito hæc verba viris doctis displicuere, quasi a Floro nostro aliena. Lege itaque: *Fax illius motus ab ipso Syllæ rogo exarsit.*

[b] *Ab ipso Syllæ rogo*] Recte. Sylla enim in agro Cumano mortuus, per Italiam Romam lectica aurea regium in morem delatus, annitente Q. Catulo et Pompeio, in Campo Martio crematus fuit; etiamsi reluctaretur Lepidus, qui inde et ejusdem Syllæ acta rescindere, idque si minus procederet, patriæ bellum inferre cogitavit. Merito igitur dixit Noster, facem hujusce motus ab ipso Syllæ rogo accensam fuisse.

[c] *Posset*] Id est, potuisset.

[d] *Nam cum jure belli*] Hæc pendent a superioribus, 'si tamen posset.' Id autem non poterat, inquit Noster; 'nam cum,' &c.

[e] *Addicente Sylla*] 'Addicere' verbum jurisdictionis prætoriæ, id est, adjudicare.

[f] *Quamvis male, jure tamen*] Sed qui male capta si jure capta sunt? Jure capta, quia ex legis jure capta fuere; male autem capta, quia per proscriptionis legem capta sunt.

[g] *Labefactabat compositam civitatem*]

Digitized by Google

cionibus,[10] velut classico,[h] civitatem terruisset,[d] profectus in Etruriam, arma inde et exercitum[11] Urbi admoverat. Sed jam Milvium[12] pontem[i] collemque Janiculum [§. 6. Lutatius[13] Catulus Cnæusque[14] Pompeius, Syllanæ dominationis[15] duces atque signiferi, alio exercitu[16] insederant.[17] A quibus primo statim impetu retro pulsus,[18] hostis- [§. 7. que a Senatu judicatus,[j] incruenta fuga in[19] Etruriam, inde Sardiniam recessit: ibique[20] morbo et pœnitentia[21] interiit. Victores, quod non temere[22] alias[23] in civilibus bellis,[k] pace contenti fuerunt.

[d] *Ergo cum tumultuosis orationibus, quasi classico, urbem terruisset.*

Ed. Lips. 1.—10 *Contionibus* Ed. Lips. 1.—11 *Exercitium* Ed. Lips. 1. 3.—12 *Mulvium* Ms. Naz. Ed. Fab. *Mulvium*, vel *Mulmum*, Ms. Fran. *sublicium* Ms. Pal. 2. Flor.—13 *Luctatius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. —14 *Cneus* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 1. Ven. *Gneus* Ed. Par. 2. *Cn.* Ed. Gryph.—15 *Sylleque dn̄ationis* Ed. Lips. 1. 3. *Sullaque dn̄ationis* Ed. Lips. 2.—16 *Exercitum* Ed. Ven.—17 *Insiderant* Ed. Lips. 1. 2. 3. *considerant* Ed. Med. Par.—18 *Retropulsus* Ed. Lips. 1.—19 Sic Ed. Ald. Stad. Amstel. Sed τὸ *in* ab Mss. omnibus aberat: in Ms. tamen Malliab. ascriptum erat. Abest etiam ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Grut. Fab. Vetst. Dnk. 1. 2.—20 *Ibi quoque* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Freinsh.—21 *Pestilentia* Ms. Ryck. Voss. 3 *pœnitentia pestilentia* Ms. Naz. *penuria* Ms. Fran.—22 *Tenue'* Ed. Lips. 1. *tenuere* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven.—23 Ita Mss. Vin. et Duk. omnes, Ed. pr. Sed *aliis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.

NOTÆ

Quod scilicet bonorum possessores non facile se iis privari paterentur.

[h] *Velut classico*] 'Classicum' est cum signa omnia pariter canunt, ut milites ad pugnam vocent. Eleganter Florus Lepidum turbidis concionibus quasi classico urbem terruisse dicit: nam per eas obvios ad arma concitabat.

[i] *Milvium pontem*] Mulvius sive Milvius pons in Tiberi prope Romam: hodie *Ponte molle* vocant.

[j] *Hostisque a Senatu judicatus*] Vide notata ad cap. 21. 'Consulto Senatus adversariis hostibus judicatis.'

[k] *Quod non temere alias in civilibus bellis*] In iis enim victores sibi vel dominationem vel vindictam petunt, ut in superioribus factum est.

Digitized by Google

L. ANNÆI FLORI

EPITOME

RERUM ROMANARUM.

LIBER IV.[1]

CAP. I.[2]

BELLUM CATILINARIUM.[3]

CATILINAM luxuria primum, tum hinc conflata [§. 1. egestas[a] rei familiaris, simul[4] occasio, quod in extremis finibus mundi[b] arma Romana peregrinabantur, in nefaria

1 *L. Flori epithomatis liber quartus incipit* Ed. Lips. 1. 3. *L. Flori Epitomatis lib. IV.* Ed. Lips. 2. *L. Flori Epithomæ Liber Quartus incipit* Ed. Med. Par. *Lucii Flori Epidomatis liber quartus* Ed. Ven. *L. Flori gestorum Romanorum Epitomes liber IV.* Ed. Gryph. *L. Flori Historiarum liber IV.* Ed. Stad. Pont.—2 Continuabant hoc Caput cum superioribus Ms. Ryck. Pal. 2. Duisb. Ed. pr.—3 *Bellum Catiline* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Bellum Catilinæ* Ed. Med. Par. Ven.—4 *Sil'* Ed.

NOTÆ

CAP. I. *Bellum Catilinarium*] Anno Mundi 3887. ante Ch. Nat. 61. ab Ur. Cond. 690. Coss. M. Tullio Cicerone et C. Antonio.

[a] *Tum hinc conflata egestas*] Egestatem luxuriæ filiam fecit Plaut. in Prolog. Trinum. 'Primum mihi Plautus nomen luxuriæ indidit, Tum mihi natam hanc esse voluit inopiam.'

[b] *Quod in extremis finibus mundi*] Pompeius in Asia contra Mithridatem militabat. Sallust. 'In Italia nullus exercitus: Cn. Pompeius in extremis terris bellum gerebat.'

Digitized by Google

consilia opprimendæ patriæ suæ compulere.[a] Senatum confodere, Consules[5] trucidare, distringere incendiis Urbem,[b] diripere ærarium,[6] totam denique Rempublicam funditus tollere, et quicquid nec Annibal videretur optasse, quibus (o nefas!)[7] sociis[8] aggressus[9] est? Ipse patricius:[10 c] sed hoc minus[11] est:[d] Curii,[e] Porcii, Syllæ,[12 f] Cethegi, Autronii,[13] Vargunteii,[14] atque Longini, quæ familiæ? quæ Senatus insignia?[g] Lentulus quoque cum[15] maxime Prætor?[16 h] hos omnes[17] immanissimi facinoris satellites habuit. Additum est pignus conjurationis[18] sanguis humanus:[i] quem circumlatum pateris bibere; sum- [§. 2. [§. 3. [§. 4.

[a] *Primum luxus, deinde ex eo luxu comparata rei familiaris penuria, simul et occasio, quia in extremis orbis finibus Romanorum arma versabantur, impulere Catilinam in flagitiosa opprimendæ patriæ suæ consilia.*
[b] *Urbem incendiis dividere.*



Lips. 1.—5 *Consule* Ms. Ryck.—6 *Ærarium* Ed. Lips. 1.—7 Ita Mss. Pall. et Duk. Ed. pr. (in quo tamen est *id nefas*) Sed *optasse. Quæ omnia quibus (o nefas)* Ed. Vin. Stad. marg. Grut. Lugd. Zeu. Fab. Vetst. *opptasse quibus o nephas* Ed. Lips. 1. —8 *(Nephas) socii* Ed. Par. *(nefas) sociis* Ed. Med. *id nefas sociis* Ed. Gryph. Stad. Pont.—9 *Agressus* Ed. Lips. 1.—10 *Patritius* Ed. Ven.—11 *Munus* Ed. Ven.—12 *Portii Sylle* Ed. Lips. 1. 3.—13 Sic Mss. Vin. aliquot, Voss. 3. Sed *Antronii* Ms. Naz. Pal. 2. Vin. alii, Regg. Voss. 1. 3. Fran. Ed. Stad. *Andronii* Ms. Ryck. *Antoneii* Ms. Pal. 1. *Antonii* Ms. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Zeu. Vetst.—14 *Vargūteii* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *Vargunterii* Ed. Zeu.—15 Sic, ut videtur, Mss. Regg. Flor. Malliab. Freinsh. Amstel. Sed *tunc cum* Ms. Naz. Ryck. Berol. *tum cum* Ms. Voss. 3. *tum* Ms. Duisb. Ed. pr. Junt. *tū* Ed. Ven. *tunc* Mss. Pall. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—16 *Præter* Ed. Par. —17 *Oīs* Ed. Lips. 1. 2. Med. *omnis* Ed. Par.—18 *Conjurationi* Ed. Zeu.—

NOTÆ

[c] *Ipse patricius*] Patricii qui ex patribus, hoc est, senatoribus, orti sunt. Sic dicti quod patrem ciere possent.

[d] *Sed hoc minus est*] Minus est, inquit, Catilinam, qui patricius fuit, contra patriam conjurasse, cum Curii, Porcii, Syllæ, &c. qui et ipsi Senatores fuere, se illi socios adjunxerint.

[e] *Curii, &c.*] Præter istos, quos hic numerat Florus, fuere item et alii, ut M. Crassus, Cæsar, &c. Vide Sallust.

[f] *Syllæ*] Hunc L. Syllam vocat Cicero.

[g] *Quæ Senatus insignia*] Nam plurimi ex ipso Senatu. Unde Cicer. Catil. I. 'Hic sunt in nostro numero, P. C. in hoc orbis terræ sanctissimo gravissimoque consilio, qui de meo nostrumque omnium interitu, qui de hujus urbis atque adeo orbis terrarum exitio, cogitent.'

[h] *Lentulus quoque cum [tum] maxime prætor*] Idem testatur Cicero, Sallust. et alii. 'Tum maxime' autem nil aliud est quam, tunc.

[i] *Sanguis humanus*] Idem Sallust. 'Fuere ea tempestate qui dicerent

Digitized by Google

mum nefas,[19] nisi amplius esset, propter quod biberunt.[e] [20]
Actum erat de pulcherrimo imperio, nisi illa conjura- [§. 5.
tio in Ciceronem et Antonium Consules incidisset: quorum
alter[j] industria rem patefecit, alter manu[21] oppressit.[k]
Tanti sceleris indicium[22] per Fulviam[l] emersit, vilissi- [§. 6.
mum scortum,[m] sed parricidii[n] innocens.[23] Tum[24] [§. 7.
Consul[25] habito senatu,[o] in præsentem reum,[26][p] Cicero[27]
peroravit:[28][q] sed non amplius profectum, quam ut hostis

[e] *Summum flagitium, nisi majus esset* illud *cujus causa* sanguinem illum *biberunt.*



19 *Nephas* Ed. Par. ubique.—20 *Biberetur* Mss. Pall.—21 *Manus* Ed. Med. Par. Lugd.—22 *Judicium* Ed. Lips. 1. 3. *inditium* Ed. Lips. 2.—23 Sic Ed. Ald. Freinsh. Sed *patriciis innocens* Mss. Pall. Reg. F, Flor. et Lipsii, Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Junt. Ven. *patriciis ignocens* Ms. Reg. Q, Malliab. *in patriciis innocens* Ms. Duisb. Ed. pr. Grut. Vetst. *patricius ignoscens* Ms. Fran. *patricius innocens* Ms. Naz. Voss. 2. *patricius innoces* Ms. Voss. 1. *patricidiis innocens* Ms. Voss. 3. *patricii nominis* Ed. Med. Par.—24 *Tum* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—25 *Consul Cicero* Ed. Ald.—26 Sic Ed. Freinsh. Fab. Sed *in præsentem parricidam in præsentem reum* Mss. Duk. omnes, Ed. pr. Vin. Stad. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. Duk. 1. 2. *in præs. parricidam et in præs. reum* Ms. Ryck. *in pr. parric. et pr. reum* Ms. Voss. 3. *in præsentem parricidam reum* Ed. Lips. 2. Ber. Sab. Med. Par. Ald. Ven. Gryph. *in pn̄tem parricidam reum* Ed. Lips. 1. 3. *in præsentem parricidam* Ed. Junt.—27 *Cicero* abest ab Ed. Ald. Blanc.—28 *p oravit* Ed. Lips. 1.—29 *Ex professo*

NOTÆ

Catilinam, oratione habita, cum ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse.' Unde infra Noster ait; 'Quem circumlatum pateris bibere.'

[j] *Quorum alter*] Cicero.

[k] *Alter manu oppressit*] C. Antonius. Qui tamen contra hostes non ipse pugnavit, sed per Petreium legatum suum id bellum confecit, ut ex Cicer. patet et Sallust.

[l] *Per Fulviam*] 'At Fulvia, insolentiæ Curii causa cognita, tale periculum Reip. haud occultum habuit; sed, sublato auctore, de Catilinæ conjuratione quæ quo modo audierat compluribus narravit,' Sall.

[m] *Vilissimum scortum*] Illam tamen *virginem nobilem* vocat Plutarch.

[n] *Parricidii*] 'Parricidium' vocat conjurationem in patriam. Sic supra l. III. c. 21. 'parricidiale bellum' vocavit quod contra patriam gereretur.

[o] *Habito senatu*] Hoc est, coacto senatu. Sic supra dixit: 'Cum frequentissimos eos in sylvis haberet.'

[p] *In præsentem reum*] In aliis legitur *in præsentem parricidam, in præsentem reum;* sed delenda sunt isthæc verba *in præsentem reum;* nihil enim novi dicunt, nec in iis figura est; et, si figura sit, contra figuram peccant. 'Reus' enim minus est centum parasangis quam 'Parricida.' Dele et *τὸ Cicero;* quid enim aliud quam interpretamentum *τοῦ Consul?*

[q] *Peroravit*] Primam Catilinariam habuit.

Digitized by Google

evaderet,[r] seque palam[29] professo[30] [s] 'incendium suum restincturum ruina'[t] minaretur.[d] [31] Et ille quidem ad [§. 8. præparatum[32] a Manlio[33] in Etruria exercitum proficiscitur,[34] signa illaturus Urbi. Lentulus destinatum familiæ suæ Sibyllinis[35] versibus[u] regnum sibi vaticinans,[e] ad præstitutum a Catilina diem[36] Urbe tota viros, faces, tela, disponit. Nec civili conspiratione contentus, legatis [§. 9. Allobrogum, qui tum forte aderant,[37] in arma solicitatis;[38] iisset[39] ultra Alpes furor,[v] nisi[40] altera proditione[w] Vulturcii[41] Prætoris literæ[42] [x] tenerentur. Statim Ciceronis im-

[d] *Et coram minitaret se incendium suum* eorum *ruina obruturum.*
[e] *Lentulus sibi promittens regnum per Sibyllinos versus familiæ suæ destinatum.*

Ed. Blanc.—30 *Professus* Ms. Reg. Q.—31 *Mineretur* Ed. Lips. 3.—32 *Paratum* Ms. Voss. 2.—33 *Mallio* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—34 *Proficistitur* Ed. Lips. 1.—35 *Sybillinis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. *Sybilinis* Ed. Par.—36 *Dicit* Ed. Ven.—37 *Aderat* Ed. Lips. 3.—38 Sic Ed. Lips. 1. 3. cett. *soll.*—39 *Isset* Ms. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. *in esset* Ms. Ryck. *et iisset* Ms. Voss. 3. *et isset* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. *iissetque* Ed. Fab.—40 *Nisi et altera* Ms. Ryck.—41 *Vulturii* Ed. Lips. 1. 3. Gryph. *Vulturtii* Ed. Par. Ven. *Volturcii* Mss. Vin. Fran.—42 *Lre* Ed.

NOTÆ

[r] *Quam ut hostis evaderet*] Prima Ciceronis oratione ex urbe profugus se ad Manlii castra in Etruriam penetravit.

[s] *Palam professo*] Barbarismus est. Dele *professo.*

[t] *Ruina*] Patriæ scilicet.

[u] *Lentulus destinatum familiæ suæ Sibyllinis versibus*] Ex libris Sibyllinis, regnum Romæ tribus Corneliis portendebatur, Cinnæ scilicet, Syllæ, et Lentulo, ut is putabat: jam Cinna et Sylla regnaverant; sibi igitur Lentulus vaticinabatur regnum deberi, cum tertius esset ex Corneliorum familia. Meminit Cicer. in Catil. III. 'Lentulum autem sibi confirmasse ex fatis Sibyllinis aruspicumque responsis se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum hujus urbis atque imperium pervenire esset necesse: Cinnam ante se et Syllam fuisse.' Multæ Sibyllæ numerantur quæ hos versus in linteis voluminibus descripsere. Horum libri novem Tarquinio Prisco venales propositi. Quidam combusti, reliqui multa cum cura per longa tempora Romæ servati.

[v] *Iisset ultra Alpes furor*] Lentulus legatos Allobrogum belli Transalpini et tumultus Gallici excitandi causa solicitaverat, et sic ultra Alpes ivisset furor, ni res a Cicerone deprehensa et obruta fuisset.

[w] *Altera proditione*] Fulvia priorem Catilinæ conjurationem prodiderat, Vulturcius hanc Lentuli cum legatis Allobrogum. Est hæc igitur 'altera,' hoc est, secunda proditio. Vel 'alteram proditionem' dicit, quia bis proditor Vulturcius, primo quod cum Catilina ejusque sociis conjuravit, mox quod eos, cum quibus conjuraverat, prodidit.

[x] *Prætoris literæ*] P. Lentuli literæ quas is ad Catilinam scripserat.

Digitized by Google

perio injecta est barbaris manus.[y] Palam Prætor[43] [z] in Senatu convincitur.[44] De supplicio agentibus, [§. 10. Cæsar parcendum dignitati,[a] Cato[45] animadvertendum pro scelere,[46] censebat. Quam sententiam secutis omnibus, in carcere[47] parricidæ[48] strangulantur. Quamvis parte [§. 11. conjurationis oppressa, tamen[49] ab incepto[50] Catilina[51] non destitit: sed infestis ab Etruria signis patriam petens, obvio Antonii exercitu opprimitur.[b] Quam atrociter dimicatum sit,[52] exitus docuit: nemo hostium bello superfuit. Quem quis[53] in pugnando ceperat[54] locum, eum [§. 12. amissa anima corpore tegebat.[c] Catilina longe a suis inter hostium cadavera repertus est; pulcherrima morte, si pro patria sic concidisset.



Lips. 1.—43 *Proto* Ed. Ven.—44 *Vincitur* Ed. Lips. 1. 3.—45 *Catho* Ed. Lips. 1.—46 *Proscelere* Ed. Lips. 1.—47 *Carcer* Ed. Lips. 1.—48 *Patricidæ* Ed. Zen.—49 *Tamen* aberat a Ms. Reg. F, et Malliab.—50 *Incæpto* Ed. Par. 1. *incæpto* Ed. Par. 2. In Ed. Ven. est tamen *incepto.*—51 *Cathilina* Ed. Ven.—52 *Sit* Ed. Lips. 1.—53 Sic Ms. Vin. Pal. 1. 2. Ed. pr. et vett. reliqui. Sed *quisque* Ms. Pal. 2. Ed. Vin. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—54 *Cæperat* Ed. Par. Ven.

NOTÆ

[y] *Injecta est barbaris manus*] Galli legati Allobrogum a Ponte Milvio cum abirent retracti, et Ciceronis domum deducti.

[z] *Prætor*] Lentulus.

[a] *Cæsar parcendum dignitati*] Cæsar, utpote qui ex conjuratis esset, non morte quidem multandos, sed æternis tenebris vinculisque mandandos, censebat.

[b] *Obvio Antonii exercitu opprimitur*] Tamen Antonius non pugnavit, se ægrotare simulans, sed ejus legatus Petreius.

[c] *Quem quis in pugnando ceperat locum, eum amissa anima corpore tegebat*] Si jurem hoc in loco errorem esse, id quam multi minus credent. Sed et sic verum est. Constat enim ex Sallustii Catilinario desumta esse; idque nemo neget; nam verba ipsa tanti scriptoris fidem cuivis fecerint. En tibi: 'Quem quisque vivus pugnando locum ceperat, eum, amissa anima, corpore tegebat;' sed recte apud Sallustium est *pugnando;* ratio est, quia non capitur locus dum pugnatur (id est, in pugnando,) immo capitur locus ad pugnandum, id est, *pugnando*. Itaque istud *pugnando* est in tertio casu, non in sexto; et cum quis dicitur cepisse locum pugnando, intelligimus locum ab eo captum fuisse ad pugnandum; quod est lectissimæ et elegantissimæ Latinitatis, quam tamen Florus non observavit, aut istud *in* additum est. *Pater*.

Digitized by Google

CAP. II.

BELLUM CÆSARIS ET POMPEII.[1]

Jam pæne[2] toto[3] orbe pacato,[a] majus erat imperium [§. 1. Romanum,[4] quam ut[5] ullis externis viribus opprimi[6] posset. Itaque invidens fortuna principi gentium Populo, ipsum illum in exitium suum armavit. Ac Mariana quidem [§. 2. Cinnanaque[7] rabies intra[8] Urbem proluserat,[9] quasi experiretur.[10 b] Syllana[11] tempestas latius, intra Italiam tamen,[12] detonuerat. Cæsaris furor atque Pompeii Urbem, [§. 3. Italiam, gentes, nationes, totum denique, qua patebat, imperium, quodam quasi diluvio et[13] inflammatione corripuit;[a] adeo ut non recte tantum[14] 'civile' dicatur, ac ne[15] [§. 4. 'sociale' quidem, sed nec 'externum:'[c] sed potius 'com-

[a] *Furor Cæsaris et Pompeii Urbem, Italiam, gentes, nationes, denique totum qua extendebatur imperium complexus est, veluti quadam inundatione et inflammatione.*

---

1 *Pompei* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. ubique.—2 *Pæne* Ed. Par. ubique.—3 *Toto* aberat a Ms. Ryck.—4 *Romanum* aberat a Ms. Fran., et ab Voss. 2. τὸ *ullis*.—5 *Quam ullis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—6 Ita Ms. Ryck. et Duk. plerique, Ed. pr. Sed *extingui* Mss. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—7 *Sillanaque* Ms. Fran. Ed. pr.—8 ïtr Ed. Lips. 1. *inter* Ed. Lips. 3.—9 Sic Ms. Berol. Sed *præcluserat* Mss. Regg. Naz. Voss. 2. Ed. Ber. Sab. Med. Par. 1. Junt. Ald. *precluserat* Ed. Ven. *præclusa erat* Ed. Gryph. *præluserat* Ed. Blanc. *perculserat* Ms. Voss. 3. *p̄luserat* Ms. Ryck. *se præcluserat* Mss. Duk. ceteri, Ed. pr. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *se præduxerat* Ms. Fran.—10 *Exspiratura* Ed. Pont.—11 *Syllana* Ed. Lips. 1. Par. ubique.—12 *Tū* Ed. Lips. 1. Gryph. *tum* Ed. Lips. 3. Med. Par—13 *Ac* Ms. Reg. Q. *et cum* Ed. Lips. 1. 3. Par. Gryph.—14 *Rcē tm̄* Ed. Lips. 1.—

NOTÆ

Cap. II. *Bellum Cæsaris et Pompeii*] Anno Mundi 3900. ante Ch. Nat. 48. ab Ur. Cond. 703. Coss. Claudio Marcello et L. Cornelio Lentulo qui 'Crus' vocatus est.

[a] *Toto orbe pacato*] Quicquid a Gaditano freto usque ad Indiam patebat, sibi fere Romani subjecerant.

[b] *Prol.* [*Præluserat*,] *quasi experiretur*] 'Præludere,' ut jam dixi, et 'experiri,' musica verba sunt; et de iis dicuntur qui chordas instrumentorum digitis prætentant, ut experiantur an inter se consentiant. 'Præluserat quasi experiretur,' Gallice diceres, *Avoit préludé comme pour sonder*.

[c] *Nec 'externum'*] 'Externum' dici non potest, quia non illud singulæ nationes, sed universæ, gerunt.

Digitized by Google

mune quoddam[16] ex omnibus, et plus quam bellum.'[17] [d] Quippe si duces ejus[e] inspicias, totus Senatus in [§. 5. partibus: si exercitus; hinc undecim[18] legiones,[f] inde[g] decem et octo,[19] flos omnis et robur Italici sanguinis: si auxilia sociorum; hinc[h] Gallici Germanique[20] delectus:[21] inde[i] Deiotarus,[j] Ariobarzanes,[22] [k] Tarchondimotus,[23] [l] Cotys,[24] [m] omne[25] Thraciæ,[26] Cappadociæque, Ciliciæ, Macedoniæ, Græciæ, Ætoliæ,[27] totiusque[28] robur Orientis: si moram belli; quatuor[29] anni,[30] [n] et pro clade rerum [§. 6.

15 *Nec* Ms. Duisb. Ed. pr.—16 *Quoddam* aberat a Ms. Pal. 1. in quo ipso deinde erat *ex omnibus gentium.*—17 *Civile* ascriptum erat in Ms. Malliab.—18 *XI.* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven.—19 *Decem octo* Ms. Voss. 1. *XVIII.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—20 *Germanicique* Ms. Reg. Q. *Germaniaque* Ed. Vetst.—21 *Dilectus* Mss. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Ber. Sab. Par. Junt.—22 *Deiotarus rex Gallatiæ, Ariobarzanes rex Cappadociæque Cicilia* Ms. Ryck. *Deiotarus rex gallitiæ, Ariobarzanes rex Cappadociæ* Ed. Ven. Quæ verba haud dubie sunt παρεμβεβλημένα a Grammatico aliove quodam interpretationis causa, ut fit, vel in margine, vel inter versus, addita.—23 Sic diserte Ed. Ven. Sed *Tarchon Dimotus* Mss. Vin. Ryck. et Duk. plerique. *Tarchō Dimotus* Ed. Lips. 1. 3. Gryph. *Tarchon: Dimotus* Ed. Lips. 2. Med. *Tarcon Dimotus* Ms. Pal. 2. *Tharcon: dimotus* Ed. Par. *Tarcondimotus* Ed. Stad. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. Duk. 1. 2.—24 *Corintus* Ms. Ryck. *Cointus* Ms. Naz. *Corinthus* Mss. Vin. Pall. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. *Cornitus* Ms. Berol. Duisb. Flor. Ed. pr. *Corinthius* Ed. Med. Par. Gryph. *Corynthius* Ed. Ven. *Cothus* Ed. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Vetst. *Cothys* Ed. Blanc.—25 *Omnes* Ms. Naz. *omnis* Mss. Pall. Ryck. Voss. 1. 2. Berol. Duisb. Ed. pr. Par. Ven. ōs Ms. Ryck. *oīs* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med.—26 *thratie* Ed. Lips. 1. 3.—27 Sic Ms. Duisb. Voss. 1. 2. Toll. Ed. pr. Sed *Italiæ* Mss. Pall. Ed. Lips. 2. Med. Par. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *italie* Ed. Lips. 1. 3.—28 *Tocius* Ed. Lips. 1. 2. 3. *tracie Cappadocieque Cilicie Macedonie...totiusque* Ms. Ryck. In Ms. Fran. totus locus ita legebatur: *Tharcon. Philimenes, Nicomedes. Orodes atraces attalus aristarcus. tigranes pharnax didimotus. chornitus ōms tracie.*—29 *q̈tuor* Ed. Lips. 1. *quattuor* Ed. Par.—30 *Annis* Ms. Naz. Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven.—

NOTÆ

[d] *Et plus quam bellum*] Optime hic Lucanum secutus, nullum enim hic gradum reliquit quo crescere posset. Sed non ita bene supra cap. 21. ut ostendi.

[e] *Si duces ejus*] Dele vocem *ejus*.

[f] *Hinc undecim legiones*] 'Hinc,' ex parte Cæsaris.

[g] *Inde*] Ex parte Pompeii.

[h] *Hinc*] Ut supra, ex parte Cæsaris.

[i] *Inde*] Ex parte Pompeii.

[j] *Deiotarus*] Gallogræcus, pro quo Cicero orationem habuit, ut eum apud Cæsarem excusaret, quod in Pompeii amicitiam propensior fuerit.

[k] *Ariobarzanes*] Cappadociæ Rex.

[l] *Tarchondimotus*] Ciliciæ regulus.

[m] *Cotys*] Ut puto, pater fuit illius Cotyos ad quem Ovid. de Ponto, II. 9. misit: 'Regia progenies, cui nobilitatis origo Nomen in Eumolpi pervenit usque, Coty.'

[n] *Quatuor anni*] Immo plures sunt,

Digitized by Google

breve tempus: si locum et spatium[31] ubi commissum est; intra Italiam:[o] inde se in Galliam[32] Hispaniamque[33] deflexit, reversumque ab Occasu, totis viribus in Epiro[34] Thessaliaque consedit: hinc in Ægyptum[35] subito transiliit:[36] inde[37] respexit Asiam: inde Africæ incubuit: postremo in Hispaniam regyravit,[38] [p] et ibi aliquando defecit. Sed non et[39] odia partium[40] finita cum bello.[41] Non [§. 7. enim prius quievere,[42] quam in Urbe ipsa, medio Senatu, eorum, qui victi erant, odia victoris sese cæde satiarent.[q] Causa tantæ calamitatis[43] eadem, quæ omnium: [§. 8. nimia[44] felicitas.[r] Siquidem Quinto[45] Metello,[s] Lucio Afranio[46] Consulibus, cum Romana majestas toto orbe polleret, recentesque victorias,[t] Ponticos et Armenios[47] triumphos,[u]



31 *Spacium* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2.—32 *Se galliam* Ed. Ven.—33 *Hispāiam* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—34 *epyro* Ed. Lips. 2. Med. Par.—35 *Ægypton* Ms. Voss. 1. 2. *egiptū* Ed. Lips. 1. Ab Ed. Par. abest *τὸ in*.—36 *Transiliuit* Ms. Ryck. Berol. Duisb. Edd. vett., ut Lips. 2. Med. Par. Ven. *trāsilivit* Ed. Lips. 1. 3.—37 Sic Ms. Voss. 2. 3. Ed. Vin. Grut. Lugd. Fab. Vetst. Sed omittunt *inde* Mss. Duk. ceteri, Edd. vett. ante Vin., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Duk. 1. 2.—38 Ita Ms. Pal. 1. 2. Naz. Voss. 2. Sed *regiravit* Mss. Duk. multi, Ed. pr. Lips. 1. 3. *remigravit* Ms. Voss. 3. Ed. Lips. 2. Med. Par. Gryph. Pont. *degiravit* Ed. Junt. Ven.—39 *Non odia* Mss. Regg. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr.—40 *Parcium* Ed. Lips. 3.—41 *Cum bello finita* Ms. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr. *finita cum bello sunt* Ms. Reg. Q.—42 *Quieverunt* Ms. Ryck. Duisb. Fran. Ed. pr.—43 *Necessitatis* Ed. pr.—44 *Eademque omnium fel.* Ms. Naz. *eadem, quæ malorum omnium n. f.* Ms. Reg. Q. *eadem omnium n. f.* Ms. Duisb. Berol. Ed. pr. *eademque omnium n. f.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—45 *Quinto* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Q. Ed. Lips. 2. Gryph.—46 *Metello et Lucio Afranio* Ms. Berol. Duisb.

NOTÆ

nempe sex. Nam anno quo Cæsar primo, et Consul et Dictator fuit, extinctum est.

[o] *Intra Italiam*] Ubi Corfinium et aliquot urbes Cæsar recepit; inde in Galliam ubi Massiliam obsidet; inde in Hispaniam tendit; Epirum postea, Thessaliam, Ægyptum, Asiam, Africam, et rursus Hispaniam eodem tenore peragravit.

[p] *Regyravit*] Hoc est, deflexit; Græci dicerent περιεκάμψατο. Male in aliis *remigravit*.

[q] *Victoris sese cæde satiarent*] 'Victoris,' hoc est, Cæsaris, quem in medio Senatu confodere.

[r] *Nimia felicitas*] Consule, lib. III. cap. 12. 'Denique, illa ipsa principatus et dominandi cupido, unde nisi ex nimiis opibus? Atqui hæc Cæsarem atque Pompeium furialibus in exitium Reipub. facibus armavit.'

[s] *Quinto Metello*] Q. Cæcilio Metello, qui 'Celer' dictus, et L. Afranio, anno Mundi 3890.

[t] *Recentesque victorias*] Superiori anno, eo scilicet qui Metelli et Cæcilii Consulatum antecessit, Pompeius

in Pompeianis theatris[v] Roma cantaret; nimia Pompeii potentia apud otiosos,[48] ut solet, cives movit invidiam. Metellus ob imminutum Cretæ triumphum,[w] Cato[49] [§. 9. adversus potentes semper[50] obliquus, detrectare[51] Pompeium, actisque ejus obstrepere.[x] [b] Hinc[52] dolor transversum[53] egit:[y] et[54] ad præsidia dignitati paranda impulit.[c] Forte tunc Crassus genere, divitiis,[55] dignitate flo- [§. 10. rebat: vellet[56] [z] tamen auctiores[57] opes. Caius Cæsar eloquentia, et spiritu, ecce jam et[58] consulatu[a] allevabatur.[d] [59]

[b] *Cato potentibus semper infensus Pompeium vituperare* cœpit, *et ejus acta sugillare,* minuere.

[c] *Hic dolor* eum *in adversum impulit, et ad dignitati* suæ *auxilia comparanda excitavit.*

[d] *Caius Cæsar eloquentia, et animo, et jam consulatu* suo *nitebatur.*

Edd. vett. *Metello Afranio* Ms. Voss. 3 Pro Lucio, *et Lutio* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Ven. *et Lucio* Ed. Par. 1. Gryph. Stad. Pont. Pro Afranio, *Affranio* Ed. Lips. 2.—47 *Armenos* Ms. Ryck. Pal. 2.—48 *Ociosos* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. *occiosos* Ed. Par. 1.—49 *Catho* Ed. Lips. 1. 3.—50 *Sp* Ed. Lips. 1.—51 *Detractare* Ms. Ryck. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven.—52 Sic Mss. Pall. Naz. Ryck. Regg. Flor. Malliab. Fran. Ed. Freinsh. Sed *hunc* Ms. Duisb. Berol. Voss. Ed. pr. *hic* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Junt. Ald. Ven. Gryph. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Fab. Vetst. Amst.—53 *Transvorsum* Ms. Duisb.—54 *Et* omittit Ed. Ven. —55 *Diviciis* Ed. Lips. 1. 3.—56 *Vellent* Ed. Lips. 3.—57 *Altiores* Mss. Pall. Regg. Flor. Malliab. Fran. Voss. 1. 2. Vin. quidam, Ed. Stad. marg. *auctores* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—58 Sic Ms. Naz. Pal. 1. Voss. 2. Ryck. Ed. pr. Sed *ecce jam cons.* Ed. Lips. 1. 3. Ber. Med. Par. Freinsh. *etiam jam et cons.*

NOTÆ

ex Asia reversus de Mithridate, et Tigrane, et tota fere Asia triumphavit.

[u] *Ponticos et Armenios triumphos*] Pontum, Armeniam, totam fere Asiam Metellus domuerat. Vide supra lib. III. c. 5.

[v] *Pompeianis theatris*] Cave ea theatra intelligas, quæ Pompeius extruxit: nondum enim ea extruxerat cum de Mithridate triumphavit. 'Pompeiana theatra' vocat Noster loca ubi pop. Rom. Pompeii laudes canebat, sive in campo Martio, sive in foro, sive revera ad id theatra quædam momentanea, ut fiebat, erecta fuerint.

[w] *Ob imminutum Cretæ triumphum*] Dum Metellus in Creta rem gerebat, Pompeius quamvis absens in ea provincia inclytus fuit, et multi ad eum defecerunt; quapropter et hic de Creta triumphavit, et sic Metelli triumphus imminutus fuit. Pompeius etiam captivós duces ornamentum triumphi Metello subduxerat, ut eos ipse duceret.

[x] *Obstrepere*] 'Actis alicujus obstrepere' est, murmurando et tumultuando eorum rescisionem suadere.

[y] *Transversum egit*] Sallustiana phrasis. Gallice, *Le poussa à la traverse.*

[z] *Vellet*] Pro, voluisset.

[a] *Consulatu*] Nam post Metellum

Digitized by Google

Pompeius tamen super utrumque eminebat. Sic igitur Cæsare dignitatem[b] comparare, Crasso augere,[c] Pompeio retinere cupientibus, omnibusque pariter potentiæ[60] cupidis, de invadenda Republica facile convenit. Ergo cum mutuis viribus in suum quisque decus niteretur,[*][61] Galliam Cæsar invadit,[d] Crassus Asiam,[e] Pompeius Hispaniam,[f] tres maximos[62] exercitus: et[63] sic orbis[g] imperium societate trium principum occupatur. Decem annos[h] traxit ista dominatio. Exinde, quoniam[64] mutuo metu tenebantur,[i] Crassi morte[j] apud Parthos, et[65] morte Juliæ Cæsaris filiæ,[k] quæ nupta Pompeio generi socerique concordiam[l] matrimonii fœdere tenebat, statim æmulatio [§. 11.] [§. 12.] [§. 13.]

[*] *Ergo cum singuli ad suam dignitatem tenderent.*

Ms. Flor. *etiam cons.* Ms. Fran. *et jam cons.* Ms. Pal. 2. Malliab. Berol. Duisb. Voss. 3. Ed. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *et jam e cons.* Ms. Voss. 1. *etiā iā cons.* Ed. Lips. 2.—59 *Elevabatur* Ms. Pal. 2. Ed. Ald.—60 *Potentiæ* abest ab Ed. Lips. 2.—61 *Niterentur* Ms. Voss. 2. Quod sane non est contemnendum.—62 *Maximi* Ms. Reg. Q. In Ed. Ber. Par. ita distinguuntur verba: *tres max. ex. etiam. Sic orbis.*—63 Sic Ms. Ryck. Sed *et jam sic* Mss. reliqui, Ed. Lips. 1. 2. 3. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2. *etiam: sic* Ed. Med. Par. *Etiam sic* Ed. Ven.—64 *Qm̄* Ed. Lips. 1. 2.—65 *Parthos,*

NOTÆ

et Afranium Consul fuit.

[b] *Dignitatem*] Consulatus scilicet, quem anno sequenti obtinuit.

[c] *Crasso augere*] Supra: 'Vellet tamen auctiores opes.'

[d] *Galliam Cæsar invadit*] Ad bellum Gallicum, de quo lib. III. c. 10.

[e] *Crassus Asiam*] Ad bellum Parthicum, de quo lib. III. c. 11.

[f] *Pompeius Hispaniam*] Hanc secundo consulatu suo obtinuit, nec Romam tamen reliquit, sed ibi præsidens provinciam suam per legatos Afranium et Petreium administravit. Vellei. Paterc. lib. II.

[g] *Et* [*et jam*] *sic orbis*] Istud *jam* unde huc irrepserit non video.

[h] *Decem annos*] A consulatu Metelli et Afranii, usque ad consulatum Lentuli et Marcelli.

[i] *Mutuo metu tenebantur*] Ne scilicet alter alterum in imperio occupando præveniret.

[j] *Crassi morte*] Nam, dum Crassus vivebat, nil movere audebant Cæsar et Pompeius, quia tertii accessionem, Crassi scilicet, verebantur.

[k] *Et morte Juliæ Cæsaris filiæ*] Et Crassus et Julia eodem anno mortem obiere; nempe septem annis post initum fœdus cum Crasso, Cæsare, et Pompeio.

[l] *Generi socerique concordiam*] Idem Vellei. lib. II. 'Male cohærentis inter Cn. Pompeium et C. Cæsarem concordiæ pignus, Julia uxor Magni decessit.'

Digitized by Google

erupit.[f] Jam Pompeio suspectæ Cæsaris opes, et [§. 14. Cæsari Pompeiana dignitas gravis. Nec hic ferebat parem, nec ille superiorem.[m] Nefas![66] sic de[67] principatu laborabant, tanquam duos tanti[68] imperii[n] fortuna non caperet. Ergo Lentulo Marcelloque Consulibus,[o] rupta prima [§. 15. conjurationis[69] fide,[p] de successione Cæsaris[q] Senatus, id est,[70] Pompeius,[r] agitabat: nec ille abnuebat,[s] si ratio[71] sui proximis[72] comitiis[73] [t] haberetur. Consulatus absen- [§. 16. ti,[74] quem decem Tribuni,[75] favente Pompeio,[u] nuper decre-

[f] *Postea quoniam mutuo metu tenebantur, statim æmulatio erupit Crassi morte apud Parthos, et morte Juliæ Cæsaris filiæ, quæ Pompeio nupta generi et soceri concordiam retinebat matrimonii fœdere.*

---

morte Ed. Ven.—66 *O nefas* Ms. Naz. *nephas* Ed. Lips. 1. 2.—67 ꝑ *princ.* Ed. Ven.—68 Ita Ms. Ryck. Reg. Q, Duisb. Voss. 1. 3. Edd. vett., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Freinsh. Sed *tanta* Ed. Gryph. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—69 *Conjuracōnis* Ed. Lips. 1.—70 Sic Ms. Naz. Regg. Berol. Malliab. Fran. Voss. 2. a prima manu. Sed *i.* Ms. Pal. 1. *et* Ms. Pal. 2. *idem* Ms. Duisb. Voss. 1. 2. a manu secunda, Ed. pr. *id'* Ms. Ryck. *idemque* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. —71 *Racio* Ed. Lips. 1.—72 *Proxim⁹* Ed. Ven.—73 *Comiciis* Ed. Lips. 1.—74 *Absentis* Ed. Lips. 1. 2. 3.—75 Sic Ed. Stad. Amst. Sed *tribuni plebis*

NOTÆ

[m] *Nec hic ferebat parem, nec ille sup.*] 'Hic' est Pompeius. 'Ille,' Cæsar. Lucan. lib. I. 'Nec quenquam jam ferre potest Cæsarve priorem Pompeiusve parem.'

[n] *Tanquam duos tanti imperii*] Idem expressit Lucan. lib. I. 'Quæ mare, quæ terras, quæ totum possidet orbem, Non cepit fortuna duos.'

[o] *Lentulo Marcelloque Consulibus*] Vid. quæ capiti præmissa sunt.

[p] *Prima conjurationis fide*] Qua illis de invadenda Republica convenerat. Vide supra.

[q] *De successione Cæsaris*] Hoc est, de imperio Cæsari abrogando et successore in ejus locum mittendo: tunc autem Cæsar provinciam Galliam obtinebát.

[r] *Senatus, id est, Pompeius*] Argutissima sententia: quasi diceret Florus, Senatum nil aliud tum fuisse quam Pompeium ipsum; vel, quicquid vellet Pompeius, id statim Senatoribus placuisse, et eorum decretis firmatum fuisse. Nam Senatum in Pompeii partibus fuisse notum est. Hujus autem figuræ exemplum est in fine cap. 3. infra: 'Romanæ dominationis, id est, humani generis.' Ut si diceret Florus, humanum genus, et Romanam dominationem, verbis differre, re autem minime.

[s] *Nec ille abnuebat*] Nec Cæsar abnuebat successorem.

[t] *Si ratio sui proximis comitiis*] Hoc est, si sibi proximis Comitiis consulatum vellent deferre.

[u] *Favente Pompeio*] Cum Pompeius legem tulisset, ne quis absens magistratum posset petere, lege jam in æs incisa recordatus soceri sui C. Cæsaris, eum legi exemit, et errorem suum correxit. Sed Marcellus postea id

Digitized by Google

verant, tum, dissimulante[76] eodem,[v] negabatur.[77] 'Veniret[w] et peteret majorum more.' Ille contra flagitare [§. 17. decreta: ac, 'nisi in fide permanerent,[x] non se remittere[78] [y] exercitum.' Ergo ut[79] in hostem decernitur. His Cæsar agitatus, statuit præmia armorum armis defendere. Prima civilis belli arena[80] Italia fuit, cujus arces levibus [§. 18. præsidiis Pompeius insederat: sed omnia subito Cæsaris[81] impetu oppressa sunt. Prima Arimino[82] [z] signa [§. 19. cecinerunt. Tum pulsus[83] Etruria[84] Libo, Umbria Thermus,[a] Domitius[85] Corfinio. Et peractum erat bellum sine sanguine,[86] si Pompeium Brundusii[87] [b] opprimere potuisset: et ceperat:[88] [c] sed ille per obsessi claustra portus [§. 20. nocturna fuga evasit. Turpe dictu! modo princeps Patrum,[d] pacis bellique moderator, per triumphatum a se



Ms. Voss. 3. Ed. Vin. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. *trib.* Ms. Voss. 2. *tribus* Mss. reliqui, Edd. vett. ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—76 *Dissimulante Pompeio eodem* Ms. Voss. 2. In Lips. 3. est *dissimulāte.*—77 *Negabant* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven.—78 Ita Mss. Pall. Vin. nonnulli et Duk. Ed. pr. Med. Par. Ven. Sed *dimissurum* Ed. Ald. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. *dimittere* Ed. Lips. 1. 2. 3.—79 *Ergo in* Ed. Par.—80 *Harena* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Freinsh. Amst. Duk. 1. 2.—81 *Cæsaris* aberat a Ms. Ryck.—82 *Arimini* Ed. Blanc.—83 *Depulsus* Ms. Pal. 2.—84 *Ab Etruria* Ms. Ryck.—85 *Domicius* Ed. Lips. 1. 3.—86 *Sine sanguine bellum* Mss. Regg. Malliab. Fran. *sine sanguine*, omisso τῷ *bellum*, Ms. Pal. 2.—87 *Brundisii* Ed. Freinsh. Blanc.—88 *Et cæperat* Ed. pr. Zeu. Fab. *ut cæperat* Mss. Regg. Ed. Blanc. *opprimere ut cæperat potuisset* Edd. vett. ante Grut., ut Med. Par. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *opprimere ut ceperat potuisset* Ed. Lips. 1. 2. 3.

NOTÆ

nullo modo locum habere posse contendit, cum Pompeius per se errorem suum correxisset, sine populi auctoritate, qua tamen æque opus erat, veluti si lex nova de integro rogata fuisset.

[v] *Dissimulante eodem*] *Pompée ne faisant pas semblant de voir.*

[w] *Veniret*] Sic eum superioribus junge. Illi consulatus a Romanis negabatur dicentibus, 'Veniret.'

[x] *Ac, 'nisi in fide permanerent*] Nisi sibi consulatum darent, ut promiserant.

[y] *Remittere*] Eleganter pro, remissurum.

[z] *Arimino*] Maritima urbs, supra Umbros.

[a] *Umbria Thermus*] Ex Lucano: 'Jusque suum pulso jam perdidit Umbria Thermo.'

[b] *Brundusii*] Vide lib. I. 20.

[c] *Et cep.* [*cæperat*] Id est, inceperat; supp. opprimere. Alii legunt, *ceperat*, id est, cepisset: ut *peractum erat*, pro, peractum fuisset.

[d] *Princeps Patrum*] 'Princeps Senatus' is dicebatur, qui in lectione Senatus, quæ per censores peracto censu fiebat, primo loco recitabatur.

Digitized by Google

mare lacera[89] et pæne inermi nave[90] fugiebat. Nec [§. 21. Pompeius ab Italia, quam Senatus ab Urbe, fugatur prior: quam pæne vacuam metu Cæsar ingressus Consulem se ipse facit.[91] Ærarium quoque sanctum,[92] [e] quia[93] tardius aperiebant Tribuni, jussit effringi: censumque et patrimonium populi Romani ante[94] rapuit, quam imperium. Pulso fugatoque Pompeio, maluit prius ordinare [§. 22. provincias,[95] quam ipsum sequi. Siciliam et Sardiniam, annonæ pignora,[f] per legatos habet.[96] Nihil hostile [§. 23. erat in Gallia: pacem ipse fecerat: sed ad Hispanienses[g] Pompeii exercitus transeunti per eam duci portas claudere ausa Massilia est. Misera dum cupit pacem,[h] belli metu in bellum incidit: sed quia tutis muris erat,[97] vinci eam sibi jussit absenti.[98] [i] Græcula civitas,[j] non pro [§. 24. mollitie[99] nominis,[k] et vallum rumpere,[1] et incendere ma-

Ven.—89 *Lacerata* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. —90 *Navi* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. Gryph.—91 *Fecit* Ms. Flor. Voss. 3.—92 *Sctm̄* Ed. Lips. 1.—93 *Quod quia* Mss. Duk. plerique, Edd. vett., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Ven. *quod quid* Ed. Par. 1.—94 *Populiromani an̄* Ed. Lips. 1.—95 *Provinciā* Ed. Gryph.—96 Ita Mss. Pall. Ryck. et Duk. fere omnes, Ed. pr. Sed *adit* Ms. Voss. 3. *h3* Ed. Lips. 1. 3. *habuit* Ed. Med. Par. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *hu͂it* Ed. Ven.—97 *Tuti... erāt* Ed. Lips. 2.—98 *Ab̄nti* Ed. Lips. 1.—99 *Mollitia* Ms. Naz. Duisb. Fran. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Gryph. Stad. Pont. *mollicia* Ed. Med. Par. Ven. *molitie* Ed. Lugd.—1 Ita Ms. Naz. Pall. Ryck. Regg. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 2. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *cepere* Ed. Ber. Sab. *sepere* Ed. Lips. 1. 3. *cædere* Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.

NOTÆ

[e] *Sanctum*] Quia erat in æde Saturni. Vel 'sanctum' vocat, quia in eo pecunia belli Gallici causa servabatur, cum execrationibus publicis eam motum non iri, nisi Gallicum bellum incideret. Prior sententia magis placet.

[f] *Annonæ pignora*] Sardinia et Sicilia populum Romanum nutriebant: ideoque eas 'annonæ pignora' vocat Noster quod Urbi annonam certam facerent.

[g] *Hispanienses*] 'Hispanienses' dicuntur qui in Hispania sunt, non vero ex Hispania nati. 'Hispani' vero qui ex Hispania nati, quamvis non sint in Hispania.

[h] *Dum cupit pacem*] Portas enim Cæsari clauserat, ne partes ejus sequi coacta sic bello involveretur; itaque bellum metuens, in bellum incidit.

[i] *Absenti*] A D. Bruto.

[j] *Græcula civitas*] 'Græculam' vocat quod a Phocæensibus condita sit. Vide Justin. lib. XLIII. 3.

[k] *Non pro mollitie nominis*] Hoc est, *quod parum mollitiei nominis convenit.* Græci autem semper molles et effœ-

Digitized by Google

chinas[a] [1] ausa, et congredi navibus:[g] sed Brutus, [§. 25. cui mandatum erat bellum, victos terra marique perdomuit. Mox dedentibus sese ablata omnia, præter, quam potiorem omnibus habebant, libertatem. Anceps, variumque, [§. 26. et cruentum[3] in Hispania bellum[4] cum legatis Cnæi Pompeii, Petreio et Afranio:[5] [m] quos Ilerdæ[6] [n] castra habentes, apud Sicorim[7] [o] amnem obsidere et ab[8] oppido intercludere aggreditur. Interim obundatione[9] verni[10] fluminis[p] [§. 27. commeatibus prohibetur.[h] [11] Sic fame castra tentata[12] sunt: obsessorque ipse quasi obsidebatur. Sed ubi pax [§. 28. fluminis rediit,[13] [q] populationibus[14] et pugnæ[15] [r] campos aperuit: iterum ferox instat: et cedentes ad Celtiberiam consecutus, aggere[16] et vallo, ac[17] per hæc[s] siti ad deditio-

[g] *Græcula urbs ausa* est *vallum* Cæsaris *rumpere, et incendere machinas, et navibus pugnare, non secundum mollitiem* sui *nominis.*

[h] *Interea verna inundatione fluminis commeatibus intercluditur.*

—2 *Machina* Ed. Vetst.—3 *Incruentum* Ms. Pal. 1. Ryck. Regg. Flor. Berol. Duisb. Voss. 1. 2. Fran. Ed. pr.—4 *Certamen* Ms. Reg. Q.—5 *Affranio* Ed. Gryph.—6 *Illerdæ* Ed. Stad.—7 *Sicorin* Ms. Fran. Voss. 2. *Sycorin* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *Sycorim* Ed. Ven. Gryph.—8 *Et oppido* Ed. Stad. Pont.—9 Sic Ms. Reg. F, Voss. 2. Toll. Ed. Stad. Freinsh. Sed *inundatio* Ms. Fran. *obundatio* Ms. Voss. 1. Pal. 2. *obundationem* Ms. Reg. Q. *abundatione* Ms. Naz. Pal. 1. Duisb. Voss. 3. Ed. pr. Par. Blanc. Duk. 1. 2. *abundatio* Ms. Pal. 2. *inundatione* Ms. Ryck. *ab undatione* Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Pont. *ab ĩ undatiõe* Ed. Lips. 2.—10 *Verni* aberat a Ms. Pal. 2.—11 Sic Ed. Med. Par. Sed *prohibet* Mss. omnes, Edd. vett. reliqui, ut Lips. 1. 2. 3. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—12 *Tẽptata* Ed. Lips. 1. *temptata* Ed. Lips. 3.—13 *Redit* Ms. Regg. Fran. Ed. Par. *reddit* Ed. Lips. 1. 3.—14 *Et popul.* Ms. Naz.—15 Sic Mss. Regg. Naz. Malliab. Berol. Voss. 3. Sed *pugna* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst.—16 *Agere* Ed. Lips. 1. 3.—17 *Et* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Lugd.

NOTÆ

minati audivere. Ovid. Fast. lib. III. 'Græcia facundum, sed male forte, genus.'

[l] *Machinas*] Quibus ad oppugnationem Cæsar utebatur.

[m] *Petreio et Afranio*] Afranium Consularem, Petreium Prætorium, vocat Vellei.

[n] *Ilerdæ*] Oppidum in Hispania Tarraconensi quæ citerior dicta est.

[o] *Sicorim*] Fluvium non longe ab Ilerda.

[p] *Obundatione verni fluminis*] Hoc est, obundatione verna fluminis. Alii legunt, *abundatione*, ut apud Virgil. Georg. I. 'Amnis abundans;' sed *obundatione* rectum est; usus stat.

[q] *Ubi pax fluminis rediit*] Legendum profecto *flumini;* videre multi.

[r] *Populationibus et pugnæ* [*pugna*] Legendum *pugnæ*, ut monet Salmasius.

[s] *Ac per hæc*] Per aggerem et vallum, quibus eos cinxerat, ita ut fonti-

Digitized by Google

nem compulit. Sic citerior Hispania recepta est; [§. 29. nec ulterior moram fecit: quid enim una post quinque legiones?[t] Itaque ultro cedente Varrone, Gades, fretum,[u] Oceanus, omnia felicitatem Cæsaris sequebantur. Aliquid tamen adversus absentem ducem ausa fortuna[v] est [§. 30. circa Illyricum[18] et Africam, quasi de industria prospera ejus[w] adversis radiarentur.[i] [19] Quippe cum fauces [§. 31. Adriatici[20] maris jussi occupare Dolabella[21] et Antonius,[x] ille Illyrico,[22] hic Curictico[23] [y] littore castra[24] posuissent; jam maria late tenente Pompeio, repente[25] legatus ejus Octavius Libo ingentibus copiis classicorum circumvenit utrumque.[26] Deditionem fames extorsit Antonio. [§. 32.

[i] *Quasi ex proposito*, ut *ejus felicitas adversitate fulgeret*.



—18 *Illiricum* Ed. Lips. 1. 2. 3. ubique.—19 Sic diserte Ed. Ven. Sed *radiarent* Mss. Regg. *radiantur* Ed. Lips. 1. 3. *traderentur* Ed. Par. *raderentur* Ed. Med. Gryph.—20 *Adriani* Ms. Naz. Reg. F. *Hadriani* Mss. Voss.—21 *Dolobella* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. ubique.—22 *Ille Ille illyrico* Ed. Lips. 1.—23 Sic Ms. Naz. Ryck. Pal. 2. a manu secunda. Sed *Curricti**o* Mss. Vin. *Curictio* Ms. Pal. 2. a manu prima. *Currictico* Ms. Pal. 1. *Curictico*, vel *Carictico*, Ms. Voss. 1. 2. *erictico* Ms. Duisb. Ed. pr. *curritico* Ms. Fran. *cretico* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *Corcyræo* Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Zeu. Vetst.—24 *Castr̄* Ed. Lips. 1.—25 Sic Mss. omnes, Ed. Lips. 1. 2. 3. Sed *rep. castra leg.* Ed. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—26 Ita Mss. omnes. Sed *utrimque circumvenit* Ed. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *utrūque circūvenit* Lips. 1. 2. Med. Ven. *utrumque circumvenit* Ed. Lips. 3. Supra *et Libo* Ed. Stad.

NOTÆ

bus interclusi essent.

[t] *Quid enim una post quinque legiones*] Sensus est: Quomodo una legio resistere posset, postquam quinque non potuere?

[u] *Fretum*] Proprie, fretum Herculeum seu Gaditanum, quod Hispaniam a Mauritania dividit.

[v] *Ausa fortuna*] Ex Lucano, ut alia multa: 'Non eadem belli totum fortuna per orbem Constitit, in partes aliquid sed Cæsaris ausa est.'

[w] *Quasi de industria prospera ejus*] Addo *ut; ausa fortuna est....quasi de industria, ut prospera ejus, &c.* Fortuna et Consilium inter se pugnant, nec se misceri sinunt; tamen eo tempore cum aliquid ausa fuit adversus Cæsarem, consilium adhibuisse visa est, ut, dum adversabatur Cæsari, splendidiorem redderet Cæsarem.

[x] *Dolabella et Antonius*] Meminit Sueton. in Cæsar. cap. 36. 'Omnibus civilibus bellis nullam cladem, nisi per legatos suos, passus est; quorum C. Curio in Africa periit; C. Antonius in Illyrico in adversariorum devenit potestatem; P. Dolabella classem in eodem Illyrico, Cn. Domitius in Ponto exercitum, amiserunt.'

[y] *Curictico*] In al. *Corcyræo:* sed *Curictico*, vel *Curictio*, ex variantium lectionum multitudine legendum monuit Salmas. *Curicta* autem insula est

Digitized by Google

Missæ quoque a Basilo[27] in auxilium ejus[28] rates, quales inopia navium fecerat, nova Pompeianorum[29] arte Cilicum,[z] actis sub mare[30] funibus,[a] captæ quasi per indaginem.[j b] Duas tamen æstus explicuit:[k 31 c] una, quæ Opitergi- [§. 33. nos[d] ferebat, in vadis hæsit, memorandumque posteris exitum[32 e] dedit. Quippe vix mille juvenum manus circumfusi undique exercitus per totum diem tela sustinuit:[33] et cum exitum virtus non haberet, tamen ne in deditionem[34] veniret,[35] hortante Tribuno Vulteio,[36] mutuis ictibus in se concucurrit.[37] In Africa quoque par et[38] virtus, et [§. 34. calamitas Curionis[f] fuit: qui[39] ad recipiendam[40] provin-

[j] *Rates quoque, quales navium penuries fecerat, a Basilo in ejus auxilium missæ novo artificio Pompeianorum nautarum, ductis sub mare funibus, quasi per indaginem captæ* fuere.
[k] *Æstus tamen duas expedivit.*

Freinsh. Pont. *libro* Ed. Ven.—27 Sic Mss. Regg. Ed. Ald. Zeu. Sed *a Basilio* Ms. Ryck. Duisb. in marg. Edd. vett. plerique, ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *ab Basilio* Ms. Pal. 2. *ab Asylio* Ms. Pal. 1. *Ablasio* Ms. Naz. *a Blasio* Ms. Voss. 2. Duisb. *ab Axilio* Ms. Voss. 3. *ab asilo* Ms. Fran. *a Basillo* Ed. Stad. Pont.—28 *Ei* Ed. Amst.—29 *Pōpeiano* Ed. Lips. 1. 3.—30 *Mari* Ms. Naz. Pal. 2. Flor. Malliab. Fran. et Leidd. quatuor apud Audendorp. ad Lucan. IV. 466. Ed. Stad.—31 *Explicavit* Ed. Ven.—32 *Potis exm.* Ms. Ryck.—33 *Substinuit* Ed. Lips. 1.—34 *Indeditionem* Ed. Lips. 1.—35 *Venirent* Edd. vett. ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—36 *Ulteio* Ed. Med. Par. 1. Ven. *Ultero* Ed. Par. 2.—37 Sic Ms. Naz. Sed *concurunt* Ms. Ryck. *concurrunt* Ed. Lips. 2. Junt. Ven. Gryph. *concurrit* Mss. reliqui, Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu.—38 *Par virtus* Ed. Amst. Vetst. *pax et virtus* Ed. Lips. 3.—39 *Que* Ed. Lips. 3.—40 *Recipiendum* Ms. Pal. 1.

NOTÆ

Illyriæ objacens, ut ex Plinio notum.

[z] *Nova Pompeianorum arte Cilicum*] De hoc Lucanus lib. IV. 'At Pompeianus fraudes innectere ponto Antiqua parat arte Cilix.' Ubi quam 'antiquam' ille, Noster 'novam' dicit.—*Cilicum.* Sic nautæ communi cum piratis nomine dicebantur.

[a] *Actis sub mare funibus*] Sic Brutus, cum Xanthum obsedisset, et aliqui fluvium urbe prælabentem, sub aqua tranantes, evaderent, 'retibus excepit transverso alveo in altum demissis, quorum in summo tintinnabula appensa illico irretitum nuntiabant.'

[b] *Per indaginem*] Proprie. Vide notata ad lib. III. 16. 'Quicquid piratarum fuit, quadam indagine inclusum et oppressum.'

[c] *Æstus explicuit*] Mare recurrens altius naves attollendo eas e funibus extricavit.

[d] *Opiterginos*] Opitergium oppidum Venetorum supra sinum Adriaticum.

[e] *Exitum*] Pro *exitum* lego *exemplum*; vera lectio est.

[f] *Curionis*] Ca. Curionem vocat Sueton.

Digitized by Google

ciam missus, pulso fugatoque Varo[41] jam superbus, subitum Jubæ regis adventum, equitatumque Maurorum sustinere non potuit. Patebat victo fuga: sed pudor suasit,[g] ut amissum sua temeritate exercitum morte sequeretur. Sed jam debitum[42] par[43] fortuna flagitante,[h] sedem bello [§. 35. Pompeius Epiron[44] elegerat: nec Cæsar moratur:[45] quippe ordinatis a tergo omnibus, quamvis hyems[46] [§. 36. media prohiberet,[47] tempestate[i] ad bellum[48] navigavit: positisque ad Oricum[49] [j] castris, cum pars exercitus, [§. 37. ob inopiam navium cum Antonio relicta,[50] Brundisii[51] moram faceret, adeo impatiens erat, ut ad arcessendos[52] eos ardente ventis mari, nocte concubia,[k] speculatorio navigio,



Ed. Lips. 1. 2. Ber. Sab.—41 *Varrone* Ms. Fran. Ed. Ald. Gryph. *pulsus fugatusque Varro* Ed. Lips. 1. 2. 3.—42 *Debitam* Ms. Pal. 1. a manu secunda. *debita* Ms. Naz. Ed. Lips. 2.—43 *Pari* Ms. Naz. Ed. Ald. Gryph.—44 *Epyron* Ed. Lips. 2. Med. Par.—45 *Moratus* Mss. Regg. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ald. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—46 *Hyems* Ed. Lips. 2. Med. Par.—47 *Prohibuerunt* Ed. Par.—48 *Belium* Ed. Lips. 1.—49 *Oricon* Ms. Ryck.—50 *Dimissa* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont.—51 *Brundisio*, et *Brundusio*, Mss. omnes, Edd. vett. Duk. *Brundusii* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Fab. Vetst. Duk. 1. 2. *Brundusi* Ed. Par. 1.—52 Sic Mss. Regg. Flor. Ed. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Sed *arcessendos*, omisso τῷ *ad*, Mss. Voss. *ad accersendos*, et *accer-*

NOTÆ

[g] *Sed pudor suasit*] Cæsar de Bello Civ. lib. II. 'Curio nunquam, amisso exercitu quem a Cæsare fidei suæ commissum acceperat, se in ejus conspectum reversurum confirmat, atque ita prælians interficitur.'

[h] *Sed jam debitum par fortuna flagitante*] Salmasius legit: *Sed jam debitum pari fortuna flagitante.* Utinam ne istuc scripsisset vir longe clarissimus; quid enim est *par fortuna*, hoc loco? Nihil. At *debitum par* metaphora est a re gladiatoria. 'Flagitante' quoque sumtum a populo, qui 'paria' aliquot gladiatorum a muneratoribus poscebat; ex Martiale, Suetonio, et aliis passim. Quid igitur? inquies. Hoc inquam: Et Scaligeris interdum, et Casaubonis, et Salmasiis, opus venia est. Homines fuere. Huic exemplo alterum plane geminum est apud Justinum lib. XVII. ubi de Lysimacho et Seleuco agit: 'Ultimum hoc certamen commilitonum Alexandri fuit, et, velut ad exemplum fortunæ, par reservatum.' *Pater.*

[i] *Hyems media prohiberet*, [*prohiberet*] *tempestate*] Refer τὸ *media* ad τὸ *tempestate.* Et hoc voluit Florus: Cum Pompeius Epirum bello egisset, ac Cæsar, qui Brundusii morabatur, illuc optaret trajicere, medio obstaculo, tempestate media, hoc est, quæ inter eum et Pompeium media erat, prohibebatur. Sed tamen, &c.

[j] *Oricum*] Epiri maritima urbs.

[k] *Nocte concubia*] 'Nox concubia'

Digitized by Google

solus ire tentaverit.[l] [53] Extat ad[54] trepidum tanto discrimine gubernatorem[55] vox ipsius: 'Quid times? Cæsarem[56] vehis.' Contractis in unum omnibus undique co- [§. 38. piis,[57] positisque cominus castris, diversa erant ducum consilia. Cæsar pro natura[l] ferox,[m] et conficiendæ rei cupidus, ostentare aciem, provocare, lacessere:[58] nunc [§. 39. obsidione[59] castrorum, quæ sedecim millium vallo obduxerat;[m] [60] (sed quid his obesset obsidio, qui patente mari omnibus copiis abundarent?) nunc expugnatione[61] [§. 40. Dyrrachii[62] [n] irrita; (quippe quam vel situs inexpugnabilem faceret;)[63] ad hoc[64] assiduis in eruptionem[65] hostium præliis; (quo tempore egregia virtus Scævæ[66] centurionis[o] emicuit,[67] cujus in scuto[68] centum atque viginti[69] tela sedere;) jam vero direptione[70] urbium sociarum, cum [§. 41.

[l] *Mari ventis exagitato media nocte speculatoria nave solus ire ausus fuerit.*
[m] *Quæ cinxerat vallo sedecim millium.*

siendos, Mss. et Edd. vett. Duk. ceteri. *ad accersendos* Ed. Lips. 1. 2. 3.—53 *Teptaverit* Ed. Lips. 1. *temptaverit* Ed. Lips. 3. Par. 2.—54 *Exstat trep.* Ms. Naz. et supra scriptum *excitat trep.*—55 *Gubernatorem Amiclatem* Mss. Pall. Malliab.—56 *Tene, Cæsarem* Ms. Is. Vossii.—57 Ita Ms. Pal. 1. 2. Ryck. Reg. F, Ed. Sab. Par. Junt. Ald. Sed *in unum undique omnibus cop.* Ms. Naz. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *undique copiis omnibus in unum* Ms. Voss. 1. *in unum undique copiis* Ed. pr. Grut. Freinsh. Zeu. Vetst.—58 *Lacessere* aberat a Ms. Reg. F, Malliab. Sed in hoc tamen erat manu alia ascriptum.—59 *Nunc lacessere obsidione* Ms. Ryck. Voss. 3. In Ed. Lips. 2. est *lacescere*.—60 *Quæ erant sed. mil. vallo obducta* Ed. Ald. Gryph. Vin. Stad. Lugd. Pont. *quæ sexdecim m. v. obd.* Ed. Par. 2. In Ven. Gryph. est etiam *sexdecim*.—61 *Oppugnatione* Ed. Blanc.—62 *Dyrrachi* Ed. Lips. 1. 3. *dirrachii* Ed. Med. Par. *Dyrachii* Ed. Lips. 2. *Dyrrhachii* Ed. Freinsh. Blanc. Duk. 1. 2.—63 *Facerent* Ed. Par.—64 *Hæc* Ms. Berol. Flor. Voss. 3.—65 *Eruptione* Ms. Pal. 1. Flor. Ed. Zeu. Blanc. *eruptionem* Ed. Lips. 1.—66 *Scene* Ed. Lips. 1. 3.—67 *Enituit* Ms. Ryck. Flor. Ed. Blanc.—68 *Scutum* Ms. Naz.—69 *Quadraginta* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. Grut. Zeu. Vetst.—

NOTÆ

dicitur media nox, qua 'cuncta animalia terris Somnus habet,' ut ait Ille: usus est etiam Liv.

[l] *Pro natura*] Satis dubito utrum istuc *pro* sit a manu Flori necne.

[m] *Ferox*] Hic 'ferox' est, audax, ut apud Virgil. Æn. lib. x. 'Non vivida bello Dextra viris, animusque ferox, patiensque pericli.' Et xii. 'O præstans animi juvenis, quantum ipse feroci Virtute exsuperas.'

[n] *Dyrrachii*] Macedoniæ oppidi quod prius Epidaurus dicebatur, ad littus fere maris Adriatici.

[o] *Centurionis*] 'Centuriones' in exercitu dicebantur qui singulis ordinibus in legione præerant. Qui ordines centum militibus constabant.

Digitized by Google

Oricum et Gomphos,[71] [p] et alia castella Thessaliæ[72] vasta-
ret.[73] Pompeius adversus hæc nectere moras,[q] ter- [§. 42.
giversari, simul ut hostem interclusum undique inopia com-
meatuum tereret,[n] [74] utque ardentissimi ducis consenesce-
ret[75] impetus. Nec[76] diutius profuit duci salutare [§. 43.
consilium.[77] Miles[78] otium,[79] socii moram, principes am-
bitum[r] ducis increpabant. Sic præcipitantibus fatis, præ-
lio[80] sumta est Thessalia:[81] et Philippicis campis[s] Urbis,
imperii, generis[82] humani fata commissa sunt. Nun- [§. 44.
quam uno[83] loco tantum virium populi Romani,[84] [t] tantum
dignitatis fortuna vidit. Trecenta amplius millia[85] hinc[86]
illinc, præter auxilia regum et Senatus.[u] Nunquam [§. 45.

[n] *Contra hæc Pompeius moras nectebat, recedebat, simul ut hostem undique conclusum inopia commeatuum minueret.*

70 *Dirreptione* Ed. Lips. 1. 2. Ven.—71 *Comphos* Ed. Med. Pont.—72 *Tessaliæ* Ed. Lips. 2. *thesaliæ* Ed. Med. ubique.—73 *Vastarent* Ms. Naz. Voss. 3. Edd. vett. præter pr., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Ven. *vastarentur* Ms. Ryck.—74 Sic Ms. Ryck. Voss. 1. 2. Ed. Gryph. Stad. Freinsh. Sed *terreret* Mss. Pall. et Duk. reliqui, Edd. vett., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Vin. Lugd. Pont. *teneret* Ms. Flor.—75 *Senescerest* Ms. Voss. 2.—76 *Ne* Ed. Lips. 2.—77 *Concilium* Ed. Par.—78 Ita Ms. Ryck. Malliab. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Junt. Ven. Grut. Vetst. Duk. 1. 2. Sed *milites* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu.—79 *Ocium* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—80 *Bello* Ed. Lips. 2.—81 *Thessalia sumpta est* Mss. Regg. Ryck. Flor. Fran. Malliab. *functa est Th.* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—82 *Id est, generis* Ed. Blanc.—83 *Ullo* Ms. Naz. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Duk. 1. 2.—84 Ita Ms. Naz. Pal. 2. Toll. Fran. Voss. 2. Edd. vett., ut Lips. 1. 3. Par. Ven. Sed *P. R.* Ms. Pal. 1. *populus Romanus* Mss. Regg. Voss. 1. 3. Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. *Po. Ro.* Ms. Duisb.—85 *Milia armatorum* Ed. Ven.—86 Sic Ms. Flor. Sed *hinc belli, illinc* Ms. Naz. Voss. 1. 2. *hinc vel illinc* Ms. Pal. 2. Regg. Mal-

NOTÆ

[p] *Gomphos*] Oppidum Thessaliæ ab Epiro venientibus.

[q] *Nectere moras*] 'Nectere' pro, nectebat, eleganter. Sic sæpe indefinitos pro imperfectis reperias.

[r] *Principes ambitum*] Quasi de industria moras necteret, ut diutius imperium obtineret. Et 'ambitus' hic pro ambitione ponitur.

[s] *Philippicis campis*] In Thessalia inter Pharsalum et Enipeum fluvium. Hi campi prius Pharsalici dicti sunt.

[t] *Tantum virium p. R.* [*populus Romanus*]. Hic errorem esse nemo non videt. Salmas. legit *populi Romani*; sed omnino delenda sunt hæc verba, *populi Rom.* neque unquam illa scripsit Florus.

[u] *Præter auxilia regum et Senatus*] Ridiculum est; lege *sociorum* pro *Senatus*.

Digitized by Google

imminentis ruinæ manifestiora prodigia,[v] fuga victimarum,[w] examina in signis,[x] interdiu[88] tenebræ. Dux ipse et nocturna imagine[y] theatri sui[z] audiens plausum in modum planctus[a] circumsonare :[89] et mane cum pullo[90] [b] (nefas !)[c] apud principia[d] conspectus.[91] Nunquam acrior [§. 46. neque alacrior[92] exercitus Cæsaris[93] fuit. Inde classica prius, inde tela.[e] Annotatum quoque committentis aciem Crastini[94] pilum :[f] qui mox adacto[95] in os gladio, sic inter

liab. Berol. Duisb. Fran. Voss. 3. Ed. pr. Freinsh. Fab. *hinc et illinc* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *bellatorum hinc illinc* Ms. Ryck. *armatorum hinc illinc* Ed. Junt.—87 *Sociorum* Ed. Blanc.—88 Ita Mss. Pall. Lipsii et Duk. plerique, Ed. pr. Vin. Lugd. Sed *examina, insignes interdum* Ms. Reg. Q. *insignes i. tenebræ*, omisso τῷ *examina*, Ms. Reg. F. *examina in signes interdiu* Ed. Lips. 1. *ex anima: in signes int.* Ed. Lips. 3. Gryph. *ex. insignes interdiu* Ed. Lips. 2. Med. Par. Ven. Stad. Pont.—89 Sic Ms. Flor. Reg. F, Edd. vett. præter pr. Sed *circumsonat* Mss. Pall. et Duk. ceteri, Ed. pr. *circumsact* Ms. Voss. 3. *circumsonare* Ed. Par. Gryph. Lugd. *circūsonuit* Ed. Lips. 3. *circūsonare* Ed. Ven.—90 Sic et Mss. Vin. Sed *cum pullo amiculo* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Vin. Stad. Pont.—91 *Conspectus est* Mss. et Edd. vett. omnes ante Freinsh. ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—92 *Acrior alacriorve* Ms. Voss. 1.—93 *Cæsar* Ed. Med. Par. 1. *Cæsari* Ed. Par. 2.—94 *Crassini* Ed.Lips. 2.—95 *Adactu* Ed.

NOTÆ

[v] *Prodigia*] Idem quod, monstra; quæ eveniunt, ut aliquid portendant.

[w] *Fuga victimarum*] Victimæ ducebantur, non trahebantur; quæ si ductores sponte non sequerentur, vel si ex eorum manibus sese proripuissent et aufugissent, vel elapsæ ictum fefellissent, mali ominis erat, ut contra boni, si ad aram sponte accelerassent, sine tumultu ictum pertulissent, et collapsæ placide animum exhalassent.

[x] *Examina in signis*] Vide notata ad lib. II. 6. 'Insidentia signis examina.'

[y] *Imagine*] Gallice diceres, *Vision*.

[z] *Theatri sui*] Quod dedicaverat septem annis post triumphum suum de Asia. Illud Demetrius, qui ejus libertus erat, ædificavit ad campum Floræ, contiguum circo Flaminio.

[a] *Planctus*] Est proprie cum pectora palmis concutiuntur, quod in luctu fieri solet.

[b] *Cum pullo*] Id est, cum veste pulla, id est, nigra, quod omen infaustum apud Romanos putabatur, qui pullo nisi in luctu non utebantur.

[c] *Nefas*] Quia cum purpura eum decebat conspici.

[d] *Apud principia*] Vide notata ad lib. III. 10.

[e] *Inde classica prius, inde tela*] Ab exercitu Cæsaris prius classica cecinere, et prius tela missa sunt: quod dixit Noster, ut Cæsaris exercitus alacritatem ostenderet.

[f] *Crastini pilum*] Certe hic non possum quin incogitantiæ Flori insimulem, qui hæc nobis ita tradidit, ut plane ignorarentur, ni nos ea alii docuissent. Hic Crastinus, qui Cæsaris partes sequebatur, prælium commissurus, antequam telum torqueret,

Digitized by Google

cadavera repertus,[96] libidinem ac rabiem, qua[97] pugnaverat, ipsa novitate vulneris præferebat.[f] Sed nec minus admirabilior[98] [g] illius exitus belli. Quippe cum Pompeius [§. 47. adeo equitum[99] copia abundaret, ut facile circumventurus sibi Cæsarem videretur, circumventus[1] ipse est. Nam [§. 48. cum diu æquo Marte contenderent,[2] jussuque Pompeii fusus[3] a cornu erupisset equitatus, repente hinc[4] signo dato,[h] Germanorum cohortes tantum in effusos equites fecere[5] impetum, ut illi esse pedites,[i] hi[6] [j] venire[k] in equis viderentur. Hanc stragem fugientis equitatus levis armaturæ[l] [§. 49. ruina comitata[7] est. Tunc terrore latius dato, turbantibus invicem copiis, reliqua strages quasi una manu[m] facta[8] est. Nec ulla res magis exitio fuit, quam ipsa exercitus magnitudo. Multus in eo prælio Cæsar[n] fuit, mediusque [§. 50. inter Imperatorem et militem.[o] Voces quoque obequitan-

[f] *Notatum quoque* fuit *telum Crastini pugnam incipientis, qui mox transacto in os gladio, sic inter mortuos repertus ipsa novitate vulneris rabiem et ardorem quo pugnaverat ostendebat.*



Lips. 2.—96 *Repens* Ms. Pal. 2.—97 *Que* Ed. Lips. 3.—98 *Ammirabilis* Ms. Fran.—99 *Equitatuum* Ms. Pal. 1.—1 *Circumventurus* Ed. Amst. operarum peccato.—2 *Contenderet* Mss. Voss. Naz. Ed. pr. Lips. 2. Med. Par. Gryph. —3 *Fussus* Ed. Ryck.—4 *Hic* Ed. Med. Par. Gryph.—5 *Facere* Ed. Ven.— 6 *Ii* Ed. Med. Par. Ven.—7 *Comita* Ed. Lips. 1. 3.—8 *Fctā* Ed. Lips. 1.—

NOTÆ

Cæsarem aspiciens: 'Faciam,' inquit, 'hodie, Imperator, ut aut vivo mihi aut mortuo gratias agas.' Annotatum ergo est ejus pilum, quia hæc locutus illud in hostes torsit.

[g] *Nec minus admirabilior*] Legendum *nec minus admirabilis.*

[h] *Hinc signo dato*] A Cæsaris exercitu.

[i] *Ut illi esse pedites*] Pompeii equites.

[j] *Hi*] Germani.

[k] *Venire*] Cum impetu in hostem ruere, hic. Quod notandum.

[l] *Levis armaturæ*] Hoc est, militum levis armaturæ.

[m] *Quasi una manu*] Ita facile facta fuit, ut una tantum manu facta videretur. Non temere hoc alibi reperies.

[n] *Multus in eo prælio Cæsar*] Eleganter. 'Multus' hic est, Pro multis, assiduus, diligens. Sic Sallust. in Jugurth. 'Ad vigilias multus esse.' Et infra: 'Tum vero multus atque ferox instare.'

[o] *Mediusque inter Imperatorem et militem*] Hoc est, ut Imperatoris, sic militis, munus obibat. Et sic utriusque muneris particeps, et Imperatoris et militis, medius erat inter utrumque.

Digitized by Google

tis[9] [p] exceptæ,[10] altera cruenta, sed docta, et ad victoriam efficax, 'Miles, faciem feri:' [q] altera ad jactationem[11] composita:[r] 'Parce civibus:' cum ipse sequeretur.[s] Felicem utcumque[12] in malis Pompeium, si eadem ipsum, quæ exercitum ejus, fortuna traxisset! Superstes[13] dignitatis[14] suæ vixit, ut[15] cum majore dedecore per Thessalica[16] Tempe[t] equo fugeret: ut[17] una navicula Lesbon[u] applicaretur:[18] pulsus[19] Syedris[20] in deserto Ciliciæ[21] scopulo,[v] fu- [§. 51.

9 *Ob equitantis* Ed. Lips. 1.—10 *Exsepto* Ed. Ven.—11 *Jactacōem* Ed. Lips. 1. —12 *Utrunque* Ed. Lips. 1.—13 *Superstet* Ed. Lips. 1. 3.—14 Sic Mss. Pall. et Duk. fere omnes, Edd. vett. ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Sed *dignitati* Ms. Reg. F, Malliab. Ed. Ald. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zen. Fab. Vetst.—15 *Vixit cum* Mss. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven.—16 *Tessalica* Ed. Lips. 2.—17 *Et* Ms. Flor. *ut cum* Ms. Pal. 2. omittit Ed. Blanc.—18 *Applicaret* Ms. Reg. Q, Fran. Ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ald. Gryph. Stad. Lugd. Pont. absunt verba *ut una...applicaretur.* —19 *Pulsis* Ed. Lips. 3.—20 Sic Ms. Malliab. Sed *Hedris* Mss. Vin. Naz. Flor. Berol. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Pal. 2. Ed. pr. Grut. Fab. Vetst. *Hesdris* Ms. Pal. 1. *Synedris* Ms. Ryck. *Edris* Ms. Voss. 3. *hearis* Ed. Lips. 1. Ber. Junt. Ven. Gryph. *auris* Ed. Lips. 3. A ceteris Edd. vett., ut Lips. 2. Med. Par. abest. *Larissa* Ed. Stad. Lugd. Pont. Zen.—21 *cilitie* Ed. Lips.

NOTÆ

[p] *Obequitantis*] Hoc est, circum equitantis, huc et illuc circum ordines equitantis.

[q] *Faciem feri*] Hoc est, resistentes feri, parce fugientibus: vel hoc ideo dixit Cæsar, ut, quod maxime ad victoriam efficax, cum hostes oculos ad vitandum ictum averterent, toto corpore patentes facile a suis transfoderentur. Sed prius magis verisimile, immo et magis doctum et efficax. Quasi dixisset Cæsar: Fugientes sinite fugere, et vos ad obsistentes convertite.

[r] *Ad jactationem composita*] Quia per eam Cæsar se cives et amare et colere suadere volebat, seque invitum contra eos tela convertere.

[s] *Cum ipse sequeretur*] Profecto scripserat Florus, *Parce civibus, quos ipse sequeretur*, ut sensus sit, Cæsarem dixisse: 'Parce civibus,' ut eos scilicet ipse sequeretur.

[t] *Per Thessalica Tempe*] Loca nemorosa ad Peneum fluvium sita in Thessalia: 'Thessala Tempe' dixit Horat.' Horum plane mirabilem descriptionem vide apud Ælian. Var. Hist. lib. III. 1.

[u] *Lesbon*] Insulam in mari Ægæo e regione Troadis.

[v] *Pulsus Syedris* [*Hedris*] *in deserto Ciliciæ scopulo*] Optime Salmas. qui legit: *pulsus Syedris deserto Ciliciæ scopulo.* *Syedra* autem est urbs Ciliciæ, quam 'scopulum' vocat Noster, quia maritima est, ita ut longe aspicientibus scopulus videatur. Quidam libri habent: *pulsus Larissa, in deserto Ciliciæ scopulo, &c.* Quod verum esse potest. Sed Salmasii lectio magis placet, cum idem Lucan. lib. VIII. de eadem Pompeii fuga: 'Ad profugum collecta ducem parvisque Synedris.' Ubi quivis videt legendum, *Syedris*, ut idem Salmas. monuit: quidam legunt *Celendris*, sed id manifesto falsum est.

Digitized by Google

gam in Parthos, Africam, vel Ægyptum agitaret: ut [§. 52. denique in Pelusio[22] littore,[w] imperio vilissimi regis,[x] consiliis spadonum,[y] et, ne quid malis desit, Septimii[z] desertoris sui gladio trucidatus, sub oculis uxoris suæ liberorumque moreretur. Quis non peractum esse cum[23] [§. 53. Pompeio crederet bellum? atqui[24] acrius multo atque vehementius[25] Thessalici[26] incendii cineres recaluere.[27] Et in Ægypto[28] [a] quidem adversus Cæsarem sine[29] [§. 54. partibus[b] bellum. Quippe cum Ptolemæus,[30] rex [§. 55. Alexandriæ, summum civilis belli scelus[c] peregisset, fœdusque amicitiæ cum Cæsare, medio Pompeii capite,[d] sanxisset; ultionem tanti[31] viri Manibus quærente fortuna, causa[32] non defuit. Cleopatra regis soror, affusa[33] [§. 56. Cæsaris genibus, partem regni reposcebat.[34] Aderat puellæ forma, et quæ duplicaretur ex illo, quod talis passa videbatur injuriam:[35] odium ipsius regis,[p] [e] qui [§. 57.

[p] *Aderat puellæ pulchritudo, quæ etiam ex eo duplicabatur, quod,* cum *talis* esset, *injuriam tulisse videbatur.* Aderat *odium in regem.*

---

1. 3.—22 Ita Mss. Vin. Naz. Pall. Edd. vett. ante Ald. ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Fab. Sed *Pelusiaco* Ed. Ald. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. Amst. Duk. 1. 2. *pulso* Ms. Ryck. Supra *Ægypton* Ms. Voss. 1. 2.—23 *In* Ms. Reg. Q.—24 *Atquin* Mss. Vin. Ed. Freinsh.—25 *Væhementius* Ed. Med.—26 *Thesalici* Ed. Lips. 1. Med.—27 *Recaluerunt* Mss. Vin. et Duk. plerique, Ed. pr.—28 *egipto* Ed. Lips. 1. 3. In Ven. est *et ægypto quidem.*—29 *Sin* Ed. Lips. 1.—30 *Ptolæmeus* Ed. Med. *Ptolomæus* Ed. Lips. 2.—31 *Clarissimi* Ms. Naz. Ryck. Voss. Ed. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Junt. Ald. Ven. Gryph. Lugd. *Clarissi* Ed. Lips. 1.—32 *Canno* Ed. Ven.—33 *Effusa* Ms. Voss. 2. Ed. Sab. Par. Junt. Ven.—34 *Poscebat* Ms. Voss. 2.—35 *Injuria* Ed. Sab.—

NOTÆ

[w] *Pelusio littore*] Ad Delta Nili.

[x] *Imperio vilissimi regis*] Ptolemæi, Alexandriæ Regis.

[y] *Consiliis spadonum*] Qui plurimi in his regionibus erant, et maxime potentes. Curtius lib. III. 'Spadonum grex haud sane illis gentibus vilis.'

[z] *Septimii*] L. Septimius apud Cæsarem vocatur.

[a] *Et in Ægypto*] Vid. ut plane servat ordinem, quem supra descripsit. 'Totis viribus in Epiro Thessaliaque consedit: hinc in Ægyptum subito transiliit.'

[b] *Sine partibus*] Pompeii scilicet. 'Partes' proprie dicuntur cives unius Reipublicæ in factiones scissæ.

[c] *Summum civilis belli scelus*] Pompeii necem.

[d] *Medio Pompeii capite*] Pompeii nece mediante, conjungente fœdus illud amicitiæ.

[e] *Odium ipsius regis*] Repete *aderat.* 'Odium regis' est, odium in ipsum regem.

Digitized by Google

**Pompeii cædem partium fato,[f] non Cæsari, dederat; haud
dubie idem[36] in ipsum ausurus, si expedisset. Quam [§. 58.
ubi Cæsar restitui jussit in regnum, statim ab eisdem per-
cussoribus Pompeii obsessus[37] in regia, quamvis[38] exigua
manu, ingentis exercitus molem mira virtute sustinuit.
Ac primum ædificiorum proximorum atque nava- [§. 59.
lium incendio,[g] infestorum hostium tela summovit; mox in
peninsulam[39] Pharon[h] subitus evasit: inde depulsus[40] in
maria mira felicitate ad proximam classem enatavit, re-
licto[41] quidem in fluctibus paludamento,[i] seu fato, seu con-
silio:[42] ut[43] illud ingruentibus[j] hostium telis saxisque pe-
teretur. Tandem[44] receptus a classicis[45] suis, undi- [§. 60.
que simul hostes adortus, de imbelli ac[46] perfida gente**

36 *Idem* abest ab Ed. Amst.—37 *Pomdei opsessus* Ed. Lips. 1. *Pompei opsessus* Ed. Lips. 3.—38 *Quanvis* Ed. Lugd. ubique.—39 *In pæne insulam* Mss. Vin. Naz. Ryck. Fran. Voss. 1. 2. Ed. Ber. *in penninsulam* Ms. Duisb. Ed. pr. *impune insulam* Ms. Pal. 1. *in pone insulam* Ed. Junt. *pone insulam*, omissa *in*, Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. *pene in insulam* Ms. Voss. 3. *pēninsulam* Ed. Med. Par. *in pæninsulam* Ed. Lugd. Freinsh. Zeu. ubique.—40 *Pulsus* Ms. Fran. *delapsus* Ms. Pal. 2.—41 *Rejecto* Ed. Par. 1.—42 *Concilio* Ed. Par.—43 *At* Ed. Lips. 2.—44 *Tum* Mss. Pall. Ryck. Toll. Duisb. Voss. Ed. pr. Par. Junt. Ven. *tunc* Ms. Fran. *tamen* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Ald. *tn̄* Ed. Med.—45 *Classibus* Ms. Pal. 1.—46 Sic Ms. Flor. Voss. 3. Ryck. Naz. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Vin. Stad. Pont. Sed *dein belli ac* Ms. Naz. *debellata* Mss. Vin. Pal. 1. 2. Reg. Q, Toll. Duisb. Voss. 1. 2. Fran. Ed. pr. Grut.

NOTÆ

[f] *Partium fato*] Pompeium trucidavit, quia victus fuerat, et ut victoris Cæsaris gratiam iniret. Idemque sibi victo etiam fecisset, Pompeio victore; et sic partium fato, non Cæsari, Pompeii necem dederat.

[g] *Ac primum ædificiorum proximorum atque navalium incendio*] Vide Cæsarem in fine Bellorum Civilium. Navalia hic sunt quæ vulgo dicimus *Arsenal.*

[h] *In peninsulam Pharon*] E regione Alexandriæ, antiquitus Insula fuit, postea vero limus, et alia inter eam et Ægyptum induruere, ut nunc Ægypto ab altera parte contigua sit: quapropter 'peninsulam' eam vocavit Noster, quam Homerus antea 'insulam' vocaverat.

[i] *Relicto quidem in fluctibus paludamento*] Alii dicunt non reliquisse, sed mordicus traxisse, ne hostes spolio potirentur. 'Paludamentum' erat pallium insigne bellicum Imperatorum ducumque proprium; ejus forma erat, ut extrema longitudinis essent utrinque angusta, imis latioribus. Color ejus eximius, et quidem e cocco, interdum etiam album erat, sed non ita sæpe.

[j] *Ingruentibus*] *Qui tomboient en grand nombre.* Dictum 'ingruere' a 'gruibus,' quæ se catervatim fundunt.

Digitized by Google

justa[k] generi[l] Manibus dedit.[47] Quippe et Theodotus[48] magister[m] auctorque[49] totius belli, et ne virilia quidem portenta, Pothinus[50] atque Ganymedes,[51] diversa[52] per mare et terras fuga[53] et[54] morte consumti. Regis ipsius corpus obrutum limo[55] repertum est in aureæ loricæ[56] honore. In Asia quoque novus rerum motus a Ponto, plane [§. 61. quasi de industria captante fortuna hunc Mithridatico regno exitum,[q] ut a Pompeio pater,[n] a Cæsare filius vinceretur. Rex Pharnaces magis discordiæ nostræ fiducia, [§. 62. quam virtutis suæ, infesto in Cappadociam agmine ruebat: sed hunc Cæsar aggressus, uno, et, ut sic dixerim, [§. 63. non toto prælio,[o] obtrivit; more fulminis,[57] quod uno eodemque momento venit, percussit, abscessit. Nec vana de se prædicatio est Cæsaris, 'ante[58] victum hostem esse, quam visum.'[p] Sic cum exteris. At in Africa cum [§. 64.

[q] *Omnino quasi consulto fortuna servante hoc Mithridatico regno fatum.*

Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—47 *Piacula dedit* Ms. Flor. Voss. 3.—48 *Theodotos* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Theodorus* Ed. Med. Par.—49 *Auctor* Ed. Lips. 1. 3. Par. Stad. Pont. *autor* Ed. Gryph.—50 Sic, et *Potinus*, Mss. Vin. Sed *Photinus* Ms. Ryck. Fran. Duisb. Edd. vett. pleræque, ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—51 *Ganymides* Ed. Lips. 3. *Ganimedes* Ed. Zeu.—52 Sic Mss. Vin. Pall. et Duk. omnes, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Junt. Ven. Sed *divisa* Ms. Lipsii. *diversi* Ed. Med. Par. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—53 Sic Ed. pr. Junt. Sed *trasfuga* Ed. Lips. 1. fortasse pro *trāsfuga*. Certe in Ed. Lips. 3. perperam inde factum est *trāsfuga*. Edd. vett. nonnullæ, ut Med. Par. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *transfugio*.—54 *Et* omittit Ms. Lipsii.—55 *In limo* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—56 *Aurea lorica* Ed. Lips. 1. 3.—57 *Fluminis* Ed. Par. Gryph.—58 *Aū* Ed. Lips. 1. Supra *Cæsari*

NOTÆ

[k] *Justa*] Sic proprie dicuntur sacrificia, inferiæ, quæ pro mortuis fiunt.

[l] *Generi*] Pompeii.

[m] *Theodotus magister*] Ptolemæi pueri præceptor fuit; eum Rhetoricam docebat, ut ex Plutarcho patet.

[n] *A Pompeio pater*] Idem Sueton. in Cæsar. cap. 35. 'Ab Alexandria in Syriam, et inde Pontum, transiit, urgentibus de Pharnace nuntiis; quem Mithridatis magni filium, ac tunc occasione temporum bellantem (lego *rebellantem*), jamque multiplici successu præferocem, intra quintum quam affuerat diem, quatuor quibus in conspectum venit horis, una profligavit acie.'

[o] *Non toto prælio*] Quippe quod per quatuor tantum horas duravit. Hic autem 'non toto prælio;' alibi dixit: 'Ne hoc quidem justo prælio.'

[p] '*Ante victum hostem esse, quam visum*'] Ita rem habet Sueton. 'Pontico triumpho, inter pompæ fercula, trium verborum prætulit titulum: 'Veni, Vidi, Vici,' non acta belli sig-

Digitized by Google

civibus[q] multo atrocius,[59] quam in Pharsalia.[r] Huc reliquias partium naufragarum[60] quidam furoris æstus expulerat,[r] nec reliquias diceres,[61] sed integrum bellum. Sparsæ magis, quam oppressæ vires[62] [s] erant. [§. 65. Auxerat sacramentum ipsa clades Imperatoris:[t] nec degenerabat ducum successio.[u] Quippe satis ample[63] sonabant[64] in Pompeiani nominis locum Cato et Scipio. Accessit copiis Mauritaniæ[65] rex Juba, videlicet ut latius vinceret Cæsar.[v] Nihil ergo[66] inter Pharsaliam et [§. 66. Thapson,[w] nisi quod amplior,[x] eoque acrior[67] Cæsarianorum impetus[68] fuit, indignantium[69] post Pompeium crevisse bellum. Denique, quod alias[70] nunquam ante[71] imperium ducis,[72] [y] sua sponte signa cecinerunt. Strages a[73] [§. 67.

[r] *Huc naufragarum partium reliquias quidam furoris torrens ejecerat.*

Ed. Lugd.—59 *Acrius* Ms. Ryck.—60 *Naufraga* Ed. Lips. 1. 3. *Naufragi* Ed. Gryph.—61 *Ne reliquias: sed* Ed. Ven.—62 *Viresdice, erant* Ed. Ven.—63 *Ampla* Ed. Gryph.—64 *Sonabat* Ed. Ven. Stad. Pont.—65 *Mauritanius*, et *Mauritanus* Edd. vett. post pr. *Mauritanus* Ed. Med. Par. Stad. Gryph. *Mauritanius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. *Mauritianus* Ed. Pont.—66 *Ego* Ed. Lips. 1. 2.—67 *Amplior ea acriorque* Ms. Ryck. *amplior eo acriorque* Ed. Blanc. Amst.—68 *Impes* Ms. Is. Vossii.—69 *Indignantibus* Ms. Berol. Dulsh. Ed. pr.—70 *Alīt* Ed. Lips. 1. *aliter* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Gryph.—71 *Ān* Ed.

NOTÆ

nificantem, sicut ceteri, sed celeriter confecti notam.'

[q] *Cum civibus*] Catone et Scipione.

[r] *Pharsalia*] Ad campos Philippicos, qui et Pharsalici dicti fuere, ut supra dictum.

[s] *Sparsæ magis, quam oppressæ vires erant*] Ex Lucano lib. VIII. 'Sparsit potius Pharsalia nostras Quam subvertit opes.'

[t] *Auxerat sacramentum ipsa clades Imperatoris*] Clades Pompeii effecerat, ut se arctius sacramento astringerent ad bellum contra Cæsarem gerendum.

[u] *Ducum successio*] Id est, succedentes duces. Cato et Scipio non degenerabant a Pompeio.

[v] *Videlicet ut latius vinceret Cæsar*] Hæc a se dixit Florus. Gall. *Juba Roi de Mauritanie se joignit aux troupes de Scipion, sans doute pour accroître la victoire de César.*

[w] *Thapson*] Africæ propriæ oppidum.

[x] *Nisi quod amplior*] Certe hic aliquid deest. Sententia postulat ut legas, *nisi quod ibi amplior hostium exercitus.* Nihil discriminis, inquit, inter Pharsaliam fuit et Thapson, nisi quod ibi major hostium numerus, eoque acrior Pompeianorum impetus fuit. Id antecedentia probant et sequentia.

[y] *Ante imperium ducis*] 'Subito dextro cornu, injussu Cæsaris, tubicen a militibus coactus canere cepit:' Hir-

Digitized by Google

Juba cœpit. Ejus elephanti[74] bellorum rudes, et nuper[75] a sylva,[z] consternati subito clangore: statim et in fugam exercitus,[t] [76] et[77] duces fortius, quam ut fugerent,[78] [a] non inconspicua[79] tamen morte omnium. Jam[b] Scipio [§. 68. nave fugiebat: sed assecutis[80] eum[81] hostibus, gladium per viscera exegit: et, 'ubi esset,' quodam requirente; respondit hoc ipsum,[c] 'Bene[82] se habet[83] Imperator.' Juba, cum se[84] recepisset in regiam, magnifice epu- [§. 69. latus est[85] postero[86] die cum Petreio fugæ comite, superque[87] mensas et pocula interficiendum se[88] ei præbuit.[t] Ille et regi suffecit[89] et sibi:[u] [d] cum interim semesi in medio

[s] *Ejus elephanti pugnæ imperiti, et nuper e sylva* extracti, *subito clamore pavefacti, statim*, ut *et exercitus, in fugam* abiere.
[t] *Inter mensas et pocula se ei interimendum dedit.*
[u] *Ille regi satis fuit et sibi.*

Lips. 1.—72 *Ducis* aberat a Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—73 *In* Ms. Ryck.—74 *Et eleph.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Gryph. *et eleppanti* Ed. Med. in quo mox est *glanglore.*—75 *Nuperi* Ed. Blanc. Amstel.—76 *Et exercitus in fugam* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Blanc. Vetst. Amst. Duk. 1. 2. In Lips. 1. scriptum est hic, ut alibi, *exertitus.*—77 Sic Ms. Naz. Pal. 2. et Duk. omnes Edd. vett. omnes. Sed *nec* Ed. Zeu. Blanc. Amst. e conjectura Salmasii.—78 *Effugerent* Ms. Ryck. Malliab. Duisb. Fran. Voss. Edd. vett. omnes, etiam Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—79 *In conspicua* Ed. Par.—80 *Et assecuti* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—81 *Eum* aberat a Ms. Naz. Voss. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven.—82 *Hocipm: bn* Ed. Lips. 1.—83 *hs* Ed. Lips. 1.—84 *Sese* Ed. Freinsh. Zeu.—85 Sic Ms. Ryck. Pal. 1. Sed *epulatus*, omisso *est*, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. In Amst. verba ita sunt distincta: *epulatus est. Postero die, &c.*—86 *Postremo* Ed. Par. Ab Stad. Pont. absunt verba *postero die.*—87 *Super* Ms. Voss. 3. Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—88 Ita Ms. Ryck. Flor. Malliab. Duisb. Fran.

NOTÆ

tius de bello Africo. Semper autem imperium ducis exspectabatur, ut signa canerent.

[z] *Et nuper a sylva*] Eleganter, pro, a sylva recepti; quapropter eos per tempus fingere et ad bella instruere, formare, non licuit.

[a] *Et duces fortius, quam ut fugerent*] Nullum hinc bonum sensum elicias. Verissima est conjectura Salmasii qui legit, *nec duces.* Hoc sensu: Elephanti et exercitus in fugam abiere, nec duces ipsi fortius se gesserunt, quam ut fugerent.

[b] *Jam*] Male qui legi volunt *Nam;* nec *Jam* minus a superioribus pendet, nempe, 'non inconspicua tamen morte omnium;' *Jam* enim est quasi diceret, *Premièrement, D'abord.*

[c] *Hoc ipsum*] *Les mêmes paroles.*

[d] *Ille et regi suffecit et sibi*] Petreius Jubam, seque postea, interemit; alii

Digitized by Google

cibi,[90] et parentalia fercula,[e] regio[f] simul Romanoque sanguine[g] madebant. Cato non interfuit bello: positisque apud Bagradam[91] castris,[x] Uticam,[92 h] velut altera Africæ claustra,[i] servabat. Sed[93] accepta partium clade, nihil cunctatus, ut sapiente dignum erat, mortem etiam lætus accivit.[j] Nam postquam filium comitesque ab[94] amplexu dimisit, in nocte lecto ad lucernam[95] Platonis libro,[k] qui immortalitatem animæ docet, paululum[96] quievit: tum circa primam vigiliam[l] stricto gladio revelatum manu pectus semel iterumque percussit.[*] Ausi post[97] hoc virum medici violare[m 98] fomentis. Ille passus, dum abscederent.[99] Rescidit plagas: secutaque vis[1] sanguinis[n] moribundas manus in ipso vulnere reliquit. Quasi [§. 70. §. 71. §. 72. §. 73.

[*] *Ibi circa primam vigiliam educto gladio detectum manu pectus semel et iterum feriit.*

Edd. vett. omnes.—89 *Sufficit* Ms. Ryck. Voss. 1. 2.—90 *Cyphi* Ed. Gryph. —91 *Bragadam* Ms. Ryck. Pal. 1. *ad bragadam* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Etiam in Stad. Pont. est *ad*.—92 *Uti causa* Ed. Par. 1. Nempe scriptum erat *uticā*. Ex hoc homines inepti fecerunt *uti causa*. Ed. Par. 2. *ut causa*.—93 *Ut causa* Ed. Par. 2.—94 *Amplexu*, *ab* omissa, Ed. Stad. Pont. Fab. —95 *Lucernā* Ed. Lips. 1.—96 *Docuit qui*. Ms. Ryck. *docet paulum qui*. Ed. Par. Gryph.—97 *p*[9] Ed. Lips. 2.—98 *Tentare* Ms. Flor.—99 *Ascēderent* Ed. Lips. 1. 2. 3.—1 *Vi* Ms. Fran., ut conjecerat Gruterus.—2 *Usquam prius* Ms.

NOTÆ

dicunt alterum alterius manu occisum fuisse.

[e] *Parentalia fercula*] Eleganter 'fercula parentalia' vocavit, hoc est, fercula quæ sibi pro parentalibus erant. *Les services qui leur étoient comme les sacrifices qu'on a coutume de faire aux morts.* Et revera, cum inter cibos et pocula occubuerint, fercula illa facile parentalia videri poterant.

[f] *Regio*] Jubæ scilicet.

[g] *Romanoque sanguine*] Petreii.

[x] *Positisque apud Bagradam castris*] Lego, *positis enim ad Bagradam castris*. *Bagradam:* Africæ fluvium non longe ab Utica.

[h] *Uticam*] Africæ urbs maritima, juxta Carthaginem.

[i] *Altera Africæ claustra*] Carthaginem altera, Uticam altera, Africæ claustra fuisse Noster intelligit.

[j] *Mortem etiam lætus accivit*] De hoc Catone sic Horat. Od. lib. II. 1. 'Et cuncta terrarum subacta, Præter atrocem animum Catonis.'

[k] *Platonis libro*] Qui Phædon vocatur.

[l] *Circa primam vigiliam*] De vigiliis dictum alibi.

[m] *Violare*] Usque adeo egregium putabatur facinus propria manu sibi mortem consciscere, ut, qui sic percussos a morte revocare tentarent, eos violare viderentur.

[n] *Secutaque vis sanguinis*] Alii legunt, *secutaque vi sanguinis;* quod magis placet.

Digitized by Google

non esset usquam[a] dimicatum, sic arma rursus et partes: quantoque[3] Africa supra[4] Thessaliam,[5] tanto Africam superabat Hispania. Plurimum quantum[6] [o] favoris [§. 74. partibus dabat[7] fraternitas ducum,[p] et pro uno duos stare Pompeios.[q] Itaque nusquam atrocius, nec tam ancipiti Marte[r] concursum est. Primum in ipso ostio [§. 75. Oceani[8] [s] Varus Didiusque[t] [9] legati conflixere: sed acrius fuit cum ipso mari, quam inter se navibus bellum: siquidem, velut furorem civicum[10] castigaret Oceanus,[11] utramque classem[12] naufragio cecidit.[13] Quinam ille [§. 76. horror, cum eodem tempore fluctus, procellæ, viri,[14] naves, armamenta[15] [u] confligerent?[w] [16] adde situs ipsius formidi-

[w] *Quantus ille terror, cum eodem tempore, undæ, tempestates, viri, naves, elementa, concurrerent?*

Ryck. Ed. Junt. Ven. *usque* Ed. Lips. 3.—3 *Quandoque* Ed. Gryph.—4 *Superat* Ms. Reg. Q.—5 *Thessaliam fuit* Ms. Naz. Pal. 2. Ryck. Voss. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont.—6 Sic Mss. Regg. Voss. Berol. Fran. Malliab. Edd. vett. omnes præter pr. Sed *plurimumque tum* Ms. Duisb. Ed. pr. *plurimum quidem* Ms. Flor. Ryck. Pal. 1. *plurimumque* Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—7 *Addebat* Ed. Stad. Pont.—8 *Hostio occeani* Ed. Lips. 1. *hostio oceani* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par.—9 *Varrus Didius* Ed. Lips. 1. 3.—10 Ita Ms. Pal. 1. 2. Malliab. Regg. Voss. 1. 3. Ed. Lips. 1. 3. Ber. Med. Par. Sed *civium* Ed. Lips. 2. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. Amst. Duk. 2.—11 *Occeanus* Ed. Lips. 1.—12 *Utrumque classe* Ms. Ryck. *utranque classem* Ed. Med. Ven. Lugd.—13 *Cæcidit* Ed. Ven.—14 *Viri* aberat a Ms. Ryck. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Et ab Ed. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. absunt verba *viri, naves.*—15 *Scemeta* Ms. Lipsii.—16 *Profligerent* Ed. Lips. 2.—

NOTÆ

[o] *Plurimum quantum*] Sic 'Immane quantum' dixit Horat. Alicubi ad verbum πλεῖστον ὅσον dixit Callimach. Gall. *Tout autant qu'il se peut.*

[p] *Ducum*] Pompeiorum.

[q] *Pro uno duos stare Pompeios*] Pro Pompeio magno duos Pompeios ejusdem Pompeii filios stare, nempe Sextum et Cnæum. 'Stare' grave verbum. Hic, in armis esse, significat.

[r] *Nusquam atrocius, nec tam ancipiti Marte*] Idem ad verbum Vellei. lib. II. 50. 'Sed nullum unquam atrocius periculosiusque ab eo initum prælium, adeo ut plusquam dubio Marte,' &c.

[s] *In ipso ostio Oceani*] In freto quod Hispaniam inter et Mauritaniam currit, quod veluti claustrum et porta est, qua a mari nostro in Oceanum Atlanticum transitur.

[t] *Varus Didiusque*] Varus Pompeii legatus, Didius vero Cæsaris. Res ex Cæsaris Comment. nota est.

[u] *Armamenta*] In aliis legebatur, *scementa*, quod manifesto ex *elementa* corruptum fuit. Hic igitur malim legere *elementa*, cum τὸ *armamenta* nil

Digitized by Google

nem, vergentia in unum,[v] hinc[17] Hispaniæ, inde Mauritaniæ littora; mare et intestinum[w] et externum;[x] imminentesque[18] Herculis speculas;[y] cum omnia undique simul prælio et tempestate sævirent. Mox circa obsi- [§. 77. diones urbium utrinque[z] discursum est: quæ miseræ[19] inter[20] hos atque illos duces societatis Romanæ pœnas dabant. Omnium postrema certaminum Munda.[a] [§. 78. Hic non pro cetera[21] felicitate, sed anceps, et diu triste[22] prælium: ut plane videretur nescio quid deliberare fortuna.[23] [b] Sane et ipse ante aciem[24] mœstior non ex [§. 79. more[25] Cæsar, sive respectu[26] fragilitatis humanæ, sive nimiam prosperorum suspectam habens continuationem:[27] vel eadem[28] timens, postquam idem esse cœperat, quod Pompeius.[c] Sed in ipso prælio, quod nemo unquam [§. 80. meminerat,[d] cum diu pari Marte acies nihil aliud quam occiderent, in medio ardore pugnantium subito ingens[29]

17 *Hinc in unum* Ms. Ryck. Mall.—18 *Imminētisque* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. —19 *Miser̄* Ed. Lips. 1.—20 *In* Ed. Par.—21 *Procetera* Ed. Lips. 1.—22 *Et triste* Ms. Ryck. Regg. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr.—23 *d' lib'tate futura* Ed. Lips. 1. *de libertate futura* Ed. Lips. 3. *de libertate fortuna* Ed. Lips. 2. Par. 1. —24 *Avē* Ed. Ven.—25 *Exmore* Ed. Lips. 1.—26 *Respectus* Ms. Naz. *respectum* Ms. Pal. 2. *respecū* Ed. Lips. 1.—27 *h. conjurationem* Ms. Pal. 2. *hūs continuationē* Ed. Lips. 1.—28 *Adeē* Ed. Lips. 1. *adesse* Ed. Lips. 2. 3.—29 *In-*

NOTÆ

aliud sonet, quam τὸ *naves.*

[v] *Vergentia in unum*] Hoc est, fere concurrentia; nam Mauritaniæ et Hispaniæ littora fere contigua sunt.

[w] *Mare intestinum*] Mare Mediterraneum.

[x] *Externum*] Mare Atlanticum. Sed quid ad horrorem internum et externum mare? Quia ipse utriusque maris concursus atrociorem ostendit faciem.

[y] *Herculis speculas*] Herculis columnas 'speculas' vocat, quod mari imminebant. Has Hercules in Libya erexit, cum ad Geryona tenderet, ut ejus boves furaretur. Vide Apollod. lib. II.

[z] *Utrinque*] A partibus Cæsaris, et a partibus Pompeii.

[a] *Munda*] Bæticæ urbs in inferiori Hispania. Ex Lucano hoc quoque: 'Ultima funesta concurrunt prælia Munda.'

[b] *Nescio quid deliberare fortuna*] Hæc verba, *nescio quid*, addita fuisse crediderim.

[c] *Postquam idem esse cœperat, quod Pompeius*] Hoc est, postquam ad idem imperii gloriæque culmen ascenderat, quo altius ne fingi quidem poterat. Merito igitur sibi Pompeii fatum verebatur.

[d] *Quod nemo unquam meminerat*] Legendum, *quale nemo, &c.*

Digitized by Google

inter utrosque silentium, quasi convenisset:[30] [e] hic[31] omnium sensus erat.[f] Novissime illud[32] inusitatum [§. 81. Cæsaris oculis[g] (nefas) post[33] quatuordecim[34] annos probata veteranorum[h] manus gradum retro dedit.[35] Quod etsi[36] [i] nondum[37] fugerat,[j] apparebat tamen, pudore magis, quam virtute[38] [k] resistere.[39] Itaque ablegato [§. 82. equo, similis[40] furenti, primam in aciem procurrit. Ibi prensare[41] [l] fugientes, confirmare; per totum denique agmen[42] oculis, manibus, clamore, volitare. Dici- [§. 83. tur[43] in illa perturbatione et de[44] extremis agitasse[45] secum,[x] et ita[46] manifesto vultu fuisse,[47] quasi occupare manu[48] mortem vellet;[m] [49] nisi[50] cohortes hostium quinque per trans-

[x] *Dicitur in ista trepidatione etiam de ultimis secum cogitasse, et sic apertum vultum ostendisse, veluti si manu* sua *mortem vellet prævenire.*

---

gens abest ab Ed. pr.—30 *Convenissẽt* Ed. Lips. 1. *convenissent* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Pont.—31 *Et hic* Ms. Ryck. *et hoc* Ms. Fran.—32 *Alid'* Ed. Lips. 2.—33 *p⁹* Ed. Lips. 3.—34 *XIIII.* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven.—35 *Fecit* Ms. Pal. 1. *retro gradum dedit* Mss. Regg. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr.—36 *Quod si* Mss. Pall. Flor. Mall. Fran. Voss. 2. 3. *quod et si* Ed. Lips. 1. Par.—37 *Nūdū* Ed. Lips. 1. *nudum* Ed. Ven.—38 *Pudorem magis quam virtutem* Mss. Pall. Regg. Flor. Mall. Duisb. Leidd. quatuor (apud Audendorp. ad Lucan. VII. 310.) Ed. pr. Ber. *pudore m. q. virtutem* Ms. Voss. 2. 3.—39 *Resistẽrẽ* Ed. Lips. 1. 2. 3.—40 *Sil'is* Ed. Lips. 1.—41 *Pensare* Ed. Lugd. vitio operarum. In Ed. Ven. est *prẽsare : fugientes conf.*—42 *Agmen* aberat a Mss. Regg. Fran. Voss. 1.—43 *Dr̄* Ed. Lips. 1.—44 *Et cede* Ms. Ryck.—45 *Cogitasse* Mss. Vin. Pal. 2. Regg. Flor. Duisb. Mall. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. quod haud dubie glossema est *τοῦ agitasse.*—46 *Ita* omittit Ms. Ryck.—47 *Prætulisse* Ed. Blanc.—48 *Manu* aberat a Ms. Fran. In Ms. Ryck. Duisb. Regg. Ed. pr. est, ordine inverso, *occupare mortem manu.*—49 *Volet* Ms. Ryck.—50 Sic Ms. Pal. 1. Flor. Ed. Ald. Sed *nisi quod cohortes* Mss. Duk. plerique,

NOTÆ

[e] *Quasi convenisset*] Gallice diceres, *Comme s'ils eussent été d' accord.* Pater.

[f] *Hic omnium sensus erat*] Frigidissima explicatio est Magistelli alicujus, apposita ad ea verba, *quasi convenisset.*

[g] *Illud inusitatum Cæsaris oculis*] Si liceret, libenter legerem, *illud invisitatum Cæsaris oculis.* Et sane facile probaretur, sæpius alibi mendose *inusitatum* pro *invisitatum* legi.

[h] *Veteranorum*] 'Veterani' dicebantur, qui post vicena stipendia dimissi fuerant.

[i] *Quod etsi*] Notanda Latinitas, quam vitiosam esse sentio. Legerem, *Nam etsi.*

[j] *Nondum fugerat*] Fugisse tamen aperte narrat Vellei. lib. II. 56.

[k] *Pudore magis, quam virtute*] Idem Vellei. lib. II. 'Verecundia magis quam virtute acies restitutæ sunt.'

[l] *Ibi prensare*] Vide supra 'Nectere moras,' pro, Nectebat.

[m] *Per transversam aciem*] Per mediam aciem, Pompeii scilicet, non

Digitized by Google

versam aciem[m] actæ, quas Labienus[n] periclitantibus castris subsidio[51] miserat,[o] fugæ speciem[52] præbuissent.[y p] Hoc aut[53] ipse[q] credidit, aut dux callidus[54] arripuit[55] in [§. 84. occasionem: et quasi in[56] fugientem[r] invectus, simul et suorum erexit animos, et hostis[57] perculit.[s] Nam hi,[58 t] dum se putant vincere, fortius sequi: Pompeiani,[59] dum fugere credunt suos, fugere cœperunt. Quanta fuerit [§. 85. hostium cædes, ira, rabiesque victoribus, sic æstimari[60] potest. Hoc a prælio profugi,[u] cum se Mundam[61] recepissent, et Cæsar obsideri statim victos[62] imperasset, congestis[63] cadaveribus agger[64 v] effectus[65] est; quæ pilis jaculis-

[y] *Nisi quinque cohortes hostium, quas Labienus periclitantibus castris ad auxilium miserat, per mediam aciem actæ, fugæ similitudinem dedissent.*

Edd. vett. reliqui, ut pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—51 *Præsidio* Ms. Ryck. Naz. Ed. Ber. Sab. Par. Junt. Ald. Gryph. Stad. Pont. *p̄sidio* Ed. Lips. 1. 2. 3. *presidio* Ed. Med. Ven.—52 *Spem fuge* Ed. Lips. 1. 3. *spem fugæ* Ed. Med. Par. Videlicet scriptum erat *spēm*. Sed *speciem fugæ* Ed. Lips. 2. Ven.—53 Sic et Ms. Flor. Mall. Fran. Voss. 2. Ed. Lips. 3. Sed *aut et* Edd. vett., ut Lips. 1. 2. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Freinsh. Zeu. —54 *Callilidus* Ed. Lips. 1.—55 *Attribuit* Mss. Pall. Regg. Duisb. Fran. Voss. 3. Edd. vett. omnes, ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *tribuit* Ms. Voss. 1. *ut tribuit* Ms. Voss. 2.—56 *In* omittunt Mss. Duk. omnes, præter Flor. Edd. vett. omnes ante Vinetum, Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—57 Ita Mss. Pall. Duk. plerique, Ed. pr. Sed *hostes* Ms. Ryck. Voss. 2. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst. Amst.—58 *Ii* Ed. Ven. *hii* Ed. Lips. 1. 2. 3.—59 *In Pōpeiani* Ed. Lips. 1. *unde Pompeiani* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *et Pompeiani* Ed. Lugd.—60 *Existimari* Ms. Duisb. Ed. pr. Ald.—61 Sic Ms. Pal. 2. Ryck. Ed. Junt. Ven. Sed *Munda* Mss. Vin. Pal. 1. Naz. Regg. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. *in unda* Ms. Voss. 3. *munde* Ed. Lips. 1. 3. *mūdæ* Ed. Med. Par. *Mundæ* Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—62 *Statim victos obsidere* Ms. Ryck.—63 Sic Ms. Naz. Ryck. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Sed

NOTÆ

Cæsaris: probant sequentia.

[n] *Labienus*] Pompeii legatus.

[o] *Subsidio miserat*] Id est, ad subsidium. *Pour les soutenir.*

[p] *Fugæ speciem præbuissent*] Quippe per transversam aciem suam transeuntes, ut periclitantibus castris, quæ a tergo erant, auxilium ferrent, terga hostibus obvertebant, et sic fugere videbantur.

[q] *Ipse*] Cæsar.

[r] *Et quasi in fugientem*] Scribe, *in fugientes.*

[s] *Et hostis* [*hostes*] *perculit*] Alii legunt, *et hostis perculit*, ut ad animos referatur.

[t] *Nam hi*] Cæsaris milites.

[u] *Sic æstimari* [*existimari*] *potest. Hoc a prælio profugi*] Hic errorem esse nemo non videt. Lege igitur: *sic existimari potest, quod a prælio profugi, &c.* Pater.

Digitized by Google

que confixa, inter se tenebantur: fœdum etiam inter [§. 86. barbaros! Sed videlicet[w] victoriam[66] desperantibus Pompeii liberis, Cnæum prælio profugum, crure saucio,[67] deserta et avia petentem, Cesonius[68] apud Lauronem oppidum consecutus, pugnantem (adeo[69] nondum desperabat)[70] [x] interfecit.[71] Sextum fortuna in Celtiberiam[72] interim[73] [§. 87. abscondit; aliisque post Cæsarem bellis[y] reservavit. Cæsar in patriam victor invehitur. Primum de [§. 88. Gallia triumphum transmiserat[z] Rhenus,[74] et Rhodanus,[75] et ex auro captivus Oceanus:[a] altera[76] laurus Ægyptia:[77] [b] tunc in ferculis[c] Nilus, Arsinoë,[d] et ad simulacrum[78] ig-

ex congestis Ms. Pal. 1. 2. et Duk. ceteri, Ed. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. *congest9* Ed. Lips. 2. *congestis undique* Ed. Stad. Pont.—64 *Ager* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—65 *Confectus* Ms. Ryck. Ed. Ven. *factus* Ms. Flor.—66 *Victoriam* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. At Ven. *desperantibus victoriam*, ordine inverso.—67 *Sauctio* Ed. Lips. 1.—68 Sic Mss. Vin. Pall. et Duk. omnes, Ed. Med. Par. Ven. Sed *Cenonius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ald. Gryph. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. *Cesennius* Ed. Stad. Pont.—69 *Adeo* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—70 Sic Mss. Pall. et Duk. plerique. Sed *desperaverat* Mss. Voss. Ed. Lugd. *adeo non desperaverat* Ed. Stad. Pont. Zeu. Vetst. In Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Gryph. est *pugnantem, nondum desperantem*. Etiam in Ven. est *desperantem*.—71 Sic etiam Ed. Lips. 1. 2. 3. Grut. Zeu. Fab. Vetst. Sed *interficit* Ms. Ryck. Ed. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Gryph. Amst. Duk. 1. 2.—72 *Celtiberia* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *Celtiperiam* Ed. Lips. 2.—73 *Iterum* Ms. Flor. ut conjecerat Lipsius.—74 *Rhenus* Ed. Lips. 2. *Renus* Ed. Lugd.—75 *Rhodanus, et* omissa, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. (in qua est *Rodanus*) Pont.—76 Sic Ms. Mall. Voss. 1. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Sed *alterum* Ed. Stad. Grut. Zeu. Vetst.—77 *Egiptia* Ed. Lips. 1. 2. 3.—78 *Simulachrum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—

NOTÆ

[v] *Agger*] Suggestus e terra et arborum truncis, quem paulatim attollebant, et versus urbem producebant; ut ex alto et ex plano cum hostibus, qui pro muris stabant, manum consererent.

[w] *Sed videlicet*] Hæc ad superiora non habent anaphoram: 'sed' est transitio.

[x] *Adeo nondum desperabat*] Si enim omnino desperasset, lubens mortem oppetiisset, nec pugnasset.

[y] *Aliisque post Cæsarem bellis*] Nempe contra Augustum. Vid. cap. 7. infra.

[z] *Transmiserat*] Proprie. Gallice diceres, *Auroit fait passer devant les yeux des Romains.*

[a] *Ex auro captivus Oceanus*] Captivus Oceanus ex auro factus. Jam alibi monuì veteres in triumphis urbes, montes, flumina, maria denique, quæ sibi subjecerant, ex auro, argento, vel ære repræsentare fuisse solitos.

[b] *Altera laurus Ægyptia*] Elegantissime hic 'triumphus,' 'laurus,' 'currus,' pro eodem sumuntur. 'Altera laurus Ægyptia;' hoc est, secundus

nium[79] ardens Pharus.[e] Tertius de Pharnace[80] cur- [§. 89. rus,[81 f] et Ponto. Quartus[82] Jubam[83] et Mauros,[84] et bis[85] subactam ostendebat Hispaniam. Pharsalia, et Thapsos,[86] et Munda nusquam.[g] Et quanto majora erant, de quibus[87] non triumphabat![88 h] Hic aliquando[89] finis armis fuit. [§. 90. Reliqua[90] pax[91] incruenta: pensatumque clementia[92] bellum.[i] Nemo cæsus imperio[93] præter Afranium[94 j] (satis[95]

79 *Ignis* Ms. Ryck.—80 *Pharnacis* Ms. Pal. 1. *Pahrnace* Ed. Lips. 2.—81 *Cursus* Ms. Naz. Regg. Voss. 1. 2. *rursus* Ms. Duisb. Fran. Ed. pr. Librarius Ms. Ryck. a *Pharus* transierat ad *Pharsalia*.—82 *Quarto* Ed. Ven.—83 *Juban* Ed. Par.—84 *Maurus* Ed. Gryph.—85 *Hic bis* Mss. Pall. *et hic* Ms. Reg. Q, Flor. Mall. Voss. 1. 2. Fran. Ed. Vin. Lugd. *his* Ms. Voss. 3. Ed. Gryph.—86 *tharsos* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *tapsos* Ed. Ven. *Thapsus* Ed. Stad. Pont.—87 *deq'b* Ed. Lips. 1.—88 *Triumphabatur* Ms. Flor.—89 *Aliqn* Ed. Lips. 1.—90 *Hic aliqu...Reliqua* aberant a Mss. Vin. Regg. Voss. 1. Fran.—91 *Pars* Ed. Par.—92 *Clementiam* Ed. Ven.—93 *Imperio Cæsaris* Ms. Voss. 1. 94 *Affranium* Ed. Lips. 1. 2. 3.—95 *Cui satis* Ed. Lips. 1. 2. 3.—96 *Ignoverat*

NOTÆ

triumphus Ægyptius fuit, de Ægypto.

[c] *Tunc in ferculis*] 'Fercula' sunt quæ in pompa ferebantur; quo nomine comprehenduntur simulacra oppidorum, Deorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, et alia. Sueton. in Cæsar. cap. 37. 'Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum: 'Veni, Vidi, Vici.'' Sic 'Fercula ludorum,' 'Fercula sacrorum,' id est, quæ in ludis, vel sacris, ferebantur.

[d] *Arsinoë*] Ægypti urbs ad sinum Arabicum, quæ nonnullis *Cleopatris* dicitur.

[e] *Et ad simulacrum ignium ardens Pharus*] De Pharo supra dictum: in ea fuit turris, seu specula, ubi noctu ignis incendebatur, quem nautæ sequerentur. Quare hic Noster dixit *ad simulacrum ignium ardens Pharus*, quia sic repræsentata fuit. Sed ego hunc Flori locum mutilum esse contendo, et legendum, *et ad simulacrum ignium cœlestium ardens Pharus*. Ignibus enim cœlestibus Pharum comparat, non ignibus: nam ridiculum sit dicere quidpiam ardere ad simulacrum ignium, nisi itidem et ad simulacrum aquæ ardere posse diceretur. Neque est quod quis dicat per 'ignes' sic absolute parva illa sidera significari, ut apud Horat. 'Velut inter ignes Luna minores.' Nam hic alia plane res est. Quin et sic supra locutus est Florus, lib. I. 2. 'Focum Vestæ virginibus colendum dedit, ut ad simulacrum cœlestium siderum custos imperii flamma vigilaret.'

[f] *Tertius de Pharnace currus*] 'Tertius currus,' hoc est, tertius triumphus.

[g] *Pharsalia, et Thapsos, et Munda nusquam*] Nusquam, inquit, inter triumphos, Pharsalia, Thapsos, Munda, visebantur, videlicet quia ibi contra cives pugnatum est.

[h] *Et quanto majora erant, de quibus non triumphabat*] Nempe Pharsalia, Thapsos, et Munda; nam ibi atrociora fuere prælia.

[i] *Pensatum clementia bellum*] Gallice diceres, *La guerre fut recompensée par la clémence*.

[j] *Nemo cæsus imperio præter Afranium*] Sed alii ejus imperio occisum fuisse non putant. Sueton. in Cæsar.

Digitized by Google

ignoverat semel)[96] [k] et Faustum Syllam[97] [l] (didicerat generos[98] timere)[m] filiamque Pompeii cum patruelibus[n] ex Sylla[99] (hic posteris cavebatur).[o] Itaque[p] non[1] ingratis civibus omnes unum[2] in principem congesti honores: circa templa imagines;[3] [q] in theatro distincta radiis corona;[r] suggestus[4] in curia;[s] fastigium in domo;[t] mensis in cœlo;[u] [§. 91.

apud Ilerdam semel Ms. Voss. 3. *ignoverat sel'* Ed. Lips. 1.—97 *Fastū Syllam* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—98 Sic Mss. Pall. Toll. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. Stad. marg. Sed *generosum* Ms. Naz. Ryck. Voss. 3. Ed. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ald. Gryph. Lugd. *generosū timēr* Ed. Lips. 1. *generum* Ed. pr. Ven. Stad. Grut. Pont. Zeu. Vetst.—99 *Cum prūdib' ex illa* Ms. Ryck. *cum patruelibus ex illa* Ms. Reg. Q. *cum patruelibus illis Sylla* Ms. Voss. 2. Pro *Sylla, Silla* Ed. Lips. 2. *illa* Ed. Ven.—1 *Nunc* Ed. Ven.—2 *Usum* Ms. Naz. Abest τὸ *unum* ab Ed. Par. In Ed. Stad. Pont. est *omnes honores unum in principem congesti.*—3 *In circo tensa; imagines* Ed. Blanc.—4 *Sugestus* Ed. Lips. 3.

NOTÆ

cap. 75. 'Nec ulli perisse nisi in prælio reperientur, exceptis duntaxat Afranio, et Fausto, et L. Cæsare juvene; ac ne hos quidem voluntate ipsius interemtos putant.'

[k] *Satis ignoverat semel*] Hæc sunt includenda parenthesi: *Nemo cæsus imperio præter Afranium et Faustum Syllam, nam satis ignoverat semel, &c.* Hi enim, ut ex Sueton. et aliis patet, post impetratam veniam rebellavere.

[l] *Et Faustum Syllam*] Cui neptis Cæsaris nupserat. Et sic Cæsaris progener fuit, non gener. Sed generi nomine progeneri etiam continentur.

[m] *Didicerat generos timere*] Per 'generos' Pompeium, cui filia, et Faustum, cui neptis Cæsaris nupserat, intelligit.

[n] *Filiamque Pompeii cum patruelibus*] Refer ad τὸ *Nemo cæsus præter, &c.* Sed hic ab Hirtio diversus noster abit, apud quem 'Pompeiæ cum Fausti liberis Cæsar incolumitatem suaque omnia concessit.' 'Patrueles' autem Pompeiæ vocat ex Fausto Sylla liberos, quos 'consobrinos' potius vocare debuerat.

[o] *Hic posteris cavebatur*] Gallice, *De cette façon il assuroit le repos de la postérité:* dum scilicet Syllæ liberos cædit.

[p] *Itaque*] Refer ad superiora. Pensatum clementia bellum. Nemo cæsus imperio præter Afranium. Itaque non ingratis civibus, &c.

[q] *Circa templa imagines*] Idem est quod ait Sueton. in Cæsar. cap. 76. 'Simulacra juxta Deos.'

[r] *Distincta radiis corona*] Instar numinum quæ cum corona radiis distincta repræsentantur, ut et hodie fit in sanctorum capitibus. Per 'radios' autem splendor significatur, qualem jacere solet solis jubar, aut stellarum fulgor.

[s] *Suggestus in curia*] Per 'suggestum' hic intelligi puto sedem auream reliquis altiorem, de qua Sueton. cap. 76. 'Sedem auream in curia et pro tribunali.'

[t] *Fastigium in domo*] 'Fastigium in domo' Cæsaris, proprie erat ipsa domus altitudo anterior, quæ in acumen pyramidale surgebat ad instar trianguli; Græce ἀετὸς et ἀέτωμα dicitur: meminit Aristoph. Illud autem templis Deorum proprium fuit.

[u] *Mensis in cælo*] Hoc est, 'Appel-

Digitized by Google

ad hoc[5] Pater ipse patriæ,[v] perpetuusque Dictator:[w] novissime, dubium an ipso volente,[6] oblata pro Rostris ab Antonio Consule regni[7] insignia.[x] Quæ omnia, velut [§. 92. infulæ,[8] [y] in destinatam morti victimam congerebantur. Quippe clementiam principis vicit[z] invidia: gravisque erat liberis ipsa beneficiorum[9] potentia.[a] Nec diutius [§. 93. dilatio donata est: sed Brutus et Cassius,[b] aliique[10] patricii,[11] consenserunt[12] in cædem principis. Quanta [§. 94. vis fati![c] manaverat late conjuratio: libellus etiam Cæsari

—5 *Hæc* Mss. Regg. Flor. Voss. 3. Ed. Stad. Pont.—6 *An ipso volente* aberant a Ms. Voss. 2.—7 *rgni* Ed. Lips. 1.—8 *Insule* Ed. Lips. 3. Par.—9 *bnfic.* Ed. Lips. 1.—10 *Aliisque* Ed. Med.—11 *Patres* Ms. Pal. 2. Reg. Q, Mall. Voss. 1. Fran. *patritii* Ed. Gryph.—12 *Consensere* Mss. Regg. Flor. Mall.

NOTÆ

latio mensis e suo nomine,' ut habet Sueton. Est mensis Julius, qui antea 'Quintilis' dicebatur, quod quintus esset dum Mars anno dabat initium. Dixit autem Florus 'in cœlo,' quia menses per cursum siderum diriguntur, quod in cœlo fit: idque ad majorem Cæsaris gloriam.

[v] *Pater ipse patriæ*] Sic ante Cæsarem Cicero dictus fuit, ob assertam a Catilinæ conjuratione Rempublicam.

[w] *Perpetuusque Dictator*] Quod contra leges erat. Dictaturæ enim imperium semestre duntaxat fuit, et nunquam in annum prorogatum invenias, nisi per extremam Reipublicæ necessitatem factum sit. Erat autem dictator summus in urbe, et omnino primus; quippe qui omnia arbitrio suo gerere potuerit.

[x] *Regni insignia*] Diadema scilicet. Quod tamen repulit, atque in Capitolium Jovi Optimo Max. misit.

[y] *Infulæ*] Fascia erant in modum diadematis, unde vittæ laneæ dependebant, quibus caput victimarum redimiri solebat. Virgil. Georg. III. 'Sæpe in honore Deum medio stans hostia ad aram, Lanea dum nivea circumdatur infula vitta, Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.' Has infulas alibi vittas tantum vocavit. Æn. lib. II. 'Vos aræ ensesque nefandi, Quos fugi, vittæque Deum, quas hostia gessi.'

[z] *Vicit*] Hoc est, invidia potior fuit clementia Cæsaris. Clementia Cæsaris invidiam effugere non potuit.

[a] *Gravisque erat liberis ipsa beneficiorum potentia*] Potentia beneficiorum, quam Cæsar præ manibus habebat, odiosa erat et gravis hominibus liberis, quia beneficia Cæsaris servitutis suæ pretium esse putabant. *Les bénéfices, dont César disposoit, étoient odieux aux Romains, amis de leur liberté, parce qu'ils croyoient que par leur moyen César achetoit leur servitude.*

[b] *Brutus et Cassius*] Hi conjurationis duces fuere. M. Brutum quidam ex Servilia et ipso Cæsare genitum putarunt.

[c] *Quanta vis fati*] Quam ineluctabile fatum est! Manaverat late conjuratio, nec tamen Cæsar eam vitare potuit.

Digitized by Google

datus[d] eodem die: nec perlitare[13] centum victimis potuerat:[14] [e] venit in curiam[15] tamen, expeditionem Parthicam meditans. Ibi in curuli sedentem eum Senatus inva- [§. 95. sit: tribusque[16] et viginti vulneribus[17] [f] ad terram datus est. Sic ille, qui terrarum orbem civili sanguine impleverat, tandem ipse sanguine suo curiam implevit.

CAP. III.

CÆSAR AUGUSTUS.[1]

POPULUS Romanus, Cæsare et Pompeio trucida- [§. 1. tis, rediisse[2] in statum pristinæ libertatis[a] videbatur: et redierat, nisi aut Pompeius[3] liberos,[b] aut Cæsar [§. 2. hæredem[c] reliquisset: vel, quod utroque perniciosius[4] fuit, si[5] non collega quondam,[d] mox æmulus Cæsarianæ[6] potentiæ, fax et turbo sequentis[7] sæculi,[8] [e] superfuisset[9] Antonius.

Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr.—13 *Pereclitare* Ed. Lips. 1. *periclitare* Ed. Lips. 2. 3.—14 *Poterat* Ed. Stad. Pont.—15 *Curia* Ed. Lips. 2.—16 *Tribus* Ed. pr.—17 *Vulueribus* Ed. Lips. 1.

1 Sic et Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Sed *Bella civilia sub Cæsare Augusto* Ms. Ryck. Reg. F. *Præfatio in gesta post Julium Cæsarem* Ms. Reg. Q. *Cæsar Octavianus* Ed. Stad. Pont.—2 *Redisse* Mss. Duk. multi, Ed. pr. Lugd. Freinsh. Zeu. Blanc.—3 *ā pomp.* Ed. Lips. 1.—4 *Pernitiosius* Ed. Lips. 2. Ven.—5 *Ei* Ms. Voss. 3.—6 *Cæsariæ* Ms. Naz.—7 *tbo sqntis* Ed. Lips. 1. *trabo sequentis* Ed. Lips. 3.—8 *Secundi* Ed. Med. Par.—9 *Supervix-*

NOTÆ

[d] *Libellus etiam Cæsari datus*] Sueton. 'Libellum insidiarum indicem ab obvio quodam porrectum libellis ceteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus commiscuit.' Libellus est quod nos dicimus, *Un placet.*

[e] *Nec perlitare centum victimis potuerat*] Idem habet Sueton. 'Pluribus hostiis cæsis, cum litare non posset, introiit curiam.' 'Litare' autem et 'perlitare' dicebatur, cum prospero eventu sacrificabant, et cum læta exta victimam Deo gratam esse præferebant. Græci καλλιερεῖν dicunt.

[f] *Tribus et viginti vulneribus*] Hoc factum est anno Mundi 3906. ante Ch. Nat. 42. ab Ur. Cond. 709. die 15. Martii.

CAP. III. Hoc Caput vere ad Augusti gesta Procemium dicas.

[a] *Pristinæ libertatis*] Quam olim habuerant fugatis regibus.

[b] *Liberos*] Sextum et Cnæum Pompeios.

[c] *Hæredem*] Augustum.

[d] *Collega quondam*] Nam cum Cæsare Consul fuit Antonius.

[e] *Sequentis sæculi*] Hoc est, sequentis regni, nempe Augusti.

Digitized by Google

Quippe dum Sextus[f] paterna repetit,[10] trepidatum [§. 3. toto mari:[a g] dum Octavius[11 h] mortem patris ulciscitur, iterum fuit movenda Thessalia:[i] dum Antonius[12] [§. 4. varius ingenio, aut[13] successorem Cæsaris[14] indignatur Octavium, aut amore[15] Cleopatræ desciscit in regem:[j] nam[16] aliter salvus esse non potuit,[k] nisi confugisset ad servitutem. Gratulandum tamen in tanta perturbatione est, [§. 5. quod potissimum ad Octavium Cæsarem[17] Augustum summa rerum rediit: qui sapientia[18] sua atque solertia perculsum[19] undique et perturbatum[20] ordinavit imperii corpus. Quod ita haud[21] dubie nunquam coire et consentire [§. 6. potuisset, nisi unius præsidis[22] nutu, quasi anima et mente,

[a] *Tumultuatum* fuit per *totum mare.*

isset Ms. Flor.—10 *p̄rna r̄petit* Ed. Lips. 1.—11 *Octavianus* Ms. Reg. Q. *Octavi* Ed. Lips. 1. 2.—12 *Anthonius* Ed. Lips. 2.—13 *āt* Ed. Lips. 1.—14 *Cæsarē* Ed. Lips. 1. 2. 3.—15 *ā amor̄* Ed. Lips. 1.—16 *Nam* omittunt Ed. Blanc. Amstel.—17 *Cæralem* Ed. Med.—18 *Sapia* Ed. Lips. 2.—19 *Percussum* Mss. Regg. Fran. *pculsum* Ed. Lips. 1.—20 *Ac perturbatum* Mss. Regg. Fran. Ryck. Berol. Duisb. Voss. 2. Ed. pr. Lips. 2. 3. *ac ptbatum* Ed. Lips. 1. *atque perturbatum* Ms. Flor. Mall.—21 *Ut* Ed. Lips. 1. 3. Num pro *āt*, h. e.

NOTÆ

[f] *Sextus*] Sextus Pompeius.

[g] *Toto mari*] Vide cap. 8. infra.

[h] *Octavius*] Cæsar Augustus.

[i] *Iterum fuit movenda Thessalia*] Vide cap. 7.

[j] *Aut amore Cleopatræ desciscit in regem*] Hoc est, aut amore Cleopatræ in regem declinat, hoc est, se regem facere conatur, ut Regina Rex ipse frueretur. Idem est quod dicit infra cap. 11. de eodem Antonio: 'Totus in monstrum illud, ut mente, ita animo quoque desciverat.'

[k] *Nam aliter salvus esse non potuit*] Quis salvus esse non potuit, nisi ad servitutem confugisset? Antonius? At jam in regem desciverat. Quid igitur? Mutilus locus, quod quivis facile viderit. Aliquid dubio procul excidit post *desciscit in Regem.* Sic igitur legendum suspicor: *dum Antonius varius ingenio, aut successorem Cæsaris indignatur Octavium, aut amore Cleopatræ desciscit in Regem, P. Rom. aliter salvus esse non potuit, nisi confugisset ad servitutem.* Hoc est, Populus Romanus: prima litera *P* deleta, ex reliquis *Rom.* imperiti librarii fecere *nam.* Certum puto. Talis autem sensus est: Dum Antonius secundus hæres prælatum sibi Octavium dolet, vel dum insano amore Cleopatræ totus in Regem degenerat, ut populus Rom. salvus esset, et ne in manus Antonii caderet, illi ad servitutem confugiendum fuit; hoc est, Regem pati necesse habuit, nempe Augustum, qui nepos Cæsaris fuit ex sorore.

Digitized by Google

regeretur.[b 23] Marco Antonio, Publio[24] Dolabella[25] [§. 7. Consulibus,[l] imperium[26] Romanum[27] jam ad Cæsares[28] transferente fortuna,[m] varius et multiplex civitatis motus[29] fuit: quodque in annua cœli[30] conversione[31] fieri [§. 8. solet, ut mota sidera[32] tonent,[n] ac suos flexus tempestate[33] significent; sic cum[34] Romanæ dominationis, id est,[35] humani generis,[o] conversione penitus intremuit, omnique genere[36] discriminum, civilibus, terrestribus, ac navalibus bellis, omne imperii corpus agitatum est.[c]

[b] *Quod procul dubio nunquam ita convenire et consentire potuisset, nisi gubernaretur unius præsidis imperio, quasi anima et mente.*

[c] *Quodque in annua cœli mutatione fieri solet, ut sidera emota tonent, ac revolutiones suas per tempestates aperiant; sic cum mutatione Romanæ dominationis, hoc est, humani generis, totum imperii corpus omni genere discriminum, civilibus, terrestribus, ac navalibus bellis fuit agitatum.*

---

aut?—22 *Præsidiis* Ed. Lips. 3.—23 *Ageretur* Ms. Reg. Q.—24 *Et publico* Ed. Lips. 1. Par. *et P.* Ed. Med. *et Publio* Ed. Lips. 2. 3. Ven. Gryph.—25 *Dolobella* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. Ven. Gryph. ubique. *Do.* Ed. Med.—26 *Communes imperator Rom.* Ed. Par.—27 *Romanum* abest ab Ed. Stad. Pont.—28 *Cesars* Ed. Lips. 1.—29 *Motus civitatis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—30 *Cœli* abest ab Ed. Stad. Pont.—31 *Commersione* Ed. Ven.—32 *Sydera* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. ubique.—33 *Suo flexu tempestates* Ms. Reg. Q, Flor. Berol. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Ven. *suo fluxu tempestates* Ms. Duisb. *suo flexu tempestas* Ed. pr. *suo flexu tempestate* Ms. Reg. F. *suo fletu tempestates* Ed. Par. 1. *suo flexu tempestatem* Ed. Gryph.—34 Ita Ms. Naz. Regg. Voss. 3. Sed in Mss. Duk. plerique, Ed. pr. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—35 *i.* Ed. Lips. 1. 2. 3.—36 *Gener* Ed. Lips. 1.

NOTÆ

[l] *Marco Antonio, Publio Dolabella Cons.*] Anno quo Cæsar cum Marco Antonio Consul fuit, ipse Cæsar, in Parthos cogitans, sibi Dolabellam, si abiisset, Consulem substituit; sed a conjuratis interfectus, aliter quam putaverat in Dolabellam consulatum suum tramisit.

[m] *Imperium Romanum jam ad Cæsares transferente fortuna*] Nam eodem anno et in manus Caii Cæsaris et Octavii Augusti Cæsaris imperium fuit.

[n] *Ut mota sidera tonent*] Hic 'sidera' pro sole: ex annua enim solis mutatione tempestates et tonitrua oriri veteres putabant.

[o] *Id est, humani generis*] Quasi totum, qua patebat, orbem imperio Romani tenuissent.

CAP. IV.

BELLUM MUTINENSE.

PRIMA civilium motuum causa testamentum[1] [§. 1. Cæsaris fuit, cujus secundus[a] hæres Antonius,[3] prælatum sibi Octavium furens, inexpiabile contra adoptionem[4] acerrimi juvenis susceperat bellum. Quippe cum intra [§. 2. decem et octo[5] annos[a] tenerum,[6] obnoxium, et opportunum[7] injuriæ juvenem[b] videret,[8] ipse plenæ[9] ex commilitio[10] Cæsaris[c] dignitatis,[*][11] lacerare[12] furtis hæreditatem,[13][d] ipsum insectari probris, cunctis[14] artibus[15] cooptationem[16] Juliæ

[*] *Ipse plenus dignitate ob commilitium Cæsaris.*

1 *Cā testm̄* Ed. Lips. 1. *causa testiū* Ed. Lips. 3. In Par. est *fuit causa test. Cæs.*—2 *Sed's* Ed. Lips. 1.—3 *Auton.* Ed. Par.—4 *Adopationem* Ed. Lips. 1. *adotionē* Ed. Ven.—5 *X. et VIII.* Ed. Ven.—6 *Tenerum et* Mss. Toll. Ryck. Duisb. Fran. Voss. Edd. vett. præter Ald., ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Zeu.—7 *Oportunum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. 1.—8 *Vider̄t* Ed. Lips. 1. *viderunt* Ed. Lips. 2.—9 Sic Ms. Naz. Ryck. Flor. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Med. Par. Junt. Sed *ipse plene* Ms. Pal. 2. *ipsa plane* Ms. Voss. 3. *ipse plane* Ed. Sab. Stad. Lugd. *se plene* Mss. Vin. Pal. 1. Duk. reliqui, Ed. pr. Ald. Gryph. *se plane* Ms. Voss. 1. Ernst. *se plenæ* Ed. Grut. Vetst.—10 *Excōmilitō* Ed. Lips. 1. 3. *et convitiis Cæsaris dignitatem et furtis hæreditatem lacerare* Ed. Stad. Lugd. Pont.—11 *Dignitatem* Ed. Lips. 2. Med. Par. Gryph. Stad. Pont.—12 Sic Mss. Vin. et Duk. Edd. vett. præter Ald. Sed *et - lacerare* Ed. Ald. Grut. Vetst. *laceraret* Ms. Naz. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. *lacerate* Ms. Ryck. Pal. 2.—13 *Furtis hereditatem lacerare* Mss. Voss. Ernst. Ed. Ald. Grut. Vetst. Amst. *et furtis hæreditatem laceraret* Ed. Gryph. *et furtis hereditatem lacerare* Ed. Stad. Pont. Pro furtis, *furiis* Mss. Vin. Pal. 2. Regg. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. —14 Sic Mss. Regg. Pall. Naz. Sed *et cunctis* Mss. Duk. plerique, Edd. vett. omnes, ut Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—15 Sic Ms. Naz. Pall. Ryck. Sed *artibus cum* Mss. Duk. ceteri, Ernst. Ed. pr.—16 Ita Ms. Naz. Edd. vett. præter pr. ut Lips. 1. 2. 3. Med.

NOTÆ

CAP. IV. *Bellum Mutinense*] Anno Mundi 3907. ante Ch. Nat. 41. ab Ur. Cond. 710. Coss. C. Vibio Pansa et A. Hirtio.

[a] *Intra decem et octo annos*] Cum Floro consentit Eutrop. sed tunc jam fere annum XIX. impleverat.

[b] *Juvenem*] Non solum 'juvenis,' quod et de natu grandioribus dicitur, sed etiam 'puer' tunc temporis vulgo dicebatur, ut patet ex Dione: quanquam et provectiori ætati 'pueri' nomen datur sæpius apud Virgil. et Horatium.

[c] *Ex commilitio Cæsaris*] Quod cum Cæsare consulatum gesserit. Consules 'commilites' vocat, quia per eos bella gerebantur.

[d] *Lacerare furtis hæreditatem*] Antonius HS. septies millies, ab Augusto

gentis inhibere[17] non desineret:[18] denique[19] ad opprimendum[20] juvenem palam arma moliri: et jam[21] parato exercitu in Cisalpina Gallia resistentem motibus suis Decimum[22] Brutum obsidebat:[23] [§. 3. Octavius Cæsar, ætate et injuria favorabilis,[e] et nominis majestate,[f] quod sibi induerat, revocatis ad arma[24] veteranis, privatus[25] (quis crederet?[g]) Consulem aggreditur:[26] obsidio[27] Mutinæ liberat Brutum:[h] Antonium exuit castris. [§. 4. Tum quidem etiam manu pulcher[i] apparuit: nam cruentus et saucius aquilam,[j] a moriente signifero traditam, suis[28] humeris in castra referebat. [§. 5.

Par. Gryph. Freinsh. Fab. Sed *cooptionem* Ed. Ven. *adoptationem* Ms. Pal. 2. Ryck. Regg. Ed. Stad. Pont. *adoptionem* Mss. Vin. Toll. Duisb. Fran. Voss. Ernst. Ed. Amst. Duk. 1. 2. *quum adoptionem* Ed. pr. Grut. Zeu. Vetst. —17 *Cum inh.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—18 Sic Mss. omnes, etiam Ernst. Edd. vett. Sed *desinēt* Ed. Lips. 1. *desinere* Ed. Blanc.—19 *Denique* abest ab Ed. Blanc. hic, sed translatum est post τὸ *juvenem*.—20 *Depremendum* Ms. Naz. *diprimendum* Ms. Ryck. *deprimendum* Edd. vett. præter pr. ut Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven.—21 *Molirīēt parato* Ed. Lips. 1. *moliri et parato* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—22 *Dacium* Ed. Par. 1. *Decium* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Ven. Gryph.—23 *Obsideret* Ed. Stad. Pont.—24 *roma* Ed. Lips. 1.—25 *Privatis* Ed. Lips. 1. 3.—26 *Aggredit?* Ed. Lips. 1.—27 Ita Ms. Naz. Flor. Mall. Regg. Voss. 2. Ed. Ber. Sab. Med. Par. Sed *obsidiōe* Ed. Lips. 1. *obsidione* Ed. Lips. 2. 3. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—28 *Sive* Ed. Lips. 3.

NOTÆ

ad Opis ædem depositum, occupavit. Vid. Vellei. lib. II. 60.

[e] *Ætate et injuria favorabilis*] Hoc est, qui propter ætatem et injuriam, quam pati videbatur, favorem merebatur.

[f] *Et nominis majestate*] Nam Augustus 'Cæsar' salutatus fuerat.

[g] *Quis crederet*] Incredibile enim est hominem privatum contra Consulem, totius fere reipub. viribus subnixum, stare ausum fuisse. Sed cur eum Noster 'privatum' vocet, non video, cum ex Cicer. Sueton. et aliis constet eum comparato exercitui pro prætore præesse jussum fuisse.

[h] *Brutum*] Decimum Brutum.

[i] *Pulcher*] Id est, fortis, ut superius monui.

[j] *Aquilam*] Idem habet Suetonius in August. cap. 10. 'Atque in media dimicatione, aquilifero legionis suæ graviter saucio, aquilam humeris subiisse, diuque portasse.' Quod mirum videbatur, cum certum sit signa militaria tanti fuisse ponderis, ut iis portandis vix valentissimi humeri sufficerent. Nec tantus erat ea ætate Octavius, ut tanto oneri, sine magno conatu, par esse posset.

Digitized by Google

CAP. V.[1]

BELLUM PERUSINUM.[2]

ALTERUM bellum concitavit agrorum divisio,[3] quos [§. 1. Cæsar[4] veteranis in castris[5] [a] pretium militiæ persolvebat. Semper alias[6] Antonii[b] pessimum ingenium Fulvia,[7] [§. 2. gladio cincta virilis militiæ, uxor[c] agitabat. Ergo depulsos agris colonos incitando, iterum[d] in arma ierat.[8] Hic[9] [§. 3. vero jam non[10] privatis,[11] sed totius[e] Senatus suffragiis judicatum hostem Cæsar[12] aggressus, intra Perusiæ[13] [f] muros redegit, compulitque ad extrema deditionis[g] turpi et nihil non experta fame.



1 In Ed. Ald. Gryph. Stad. Pont. Caput hoc rejectum est post Bellum Philippense.—2 *perusium* Ed. Lips. 1.—3 *Disio* Ed. Lips. 1.—4 *Ca.* Ed. Med. —5 *In castris* absunt ab Ed. Blanc.—6 Ita Mss. Pall. Naz. et Duk. plerique, Edd. vett. Duk. omnes. Sed *alias Lucii Antonii* Ms. Reg. F, Voss. 2. Ed. Stad. Lugd. Pont. Zen. *L. Antonii* Ed. Gryph. *alii Antonii* Ed. Lips. 1. *aliter Antonii* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven.—7 *Fulvia* abest ab Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—8 *Erat* Ed. Ven.—9 *Hinc* Ed. Freinsh.—10 *Non* abest ab Ed. pr.—11 *Privatus* Ms. Berol. Mall. Voss. 3. Ed. pr. *Primatus* Ms. Pal. 2. —12 *Cæsari* Ed. Ven.—13 *Perusine* Ed. Par.

NOTÆ

CAP. V. *Bellum Perusinum*] Anno Mundi 3909. ante Ch. Nat. 39. ab Ur. Cond. 712. Coss. L. Antonio et P. Servilio Vatia Isaurico II.

[a] *Quos Cæsar veteranis in castris*] Hæc corrupta sunt, neque enim in castris agros militibus dividebat Augustus. Lege igitur: *quos Cæsar veteranis patris pretium militiæ persolvebat.* Et re vera Julii Imperatoris veterani erant. *Pater.*

[b] *Semper alias Antonii*] Graviter hic Florus lapsus est, qui hoc bellum Marco Antonio tribuit, quod alii omnes de Lucio Antonio narrant. Neque est quod quis dicat Florum de Lucio sensisse; nam voces *uxor*, et *iterum*, quæ sequuntur, contrarium indicant. Fulvia enim Marci, non Lucii, uxor fuit.

[c] *Virilis militiæ, [militiæ] uxor*] Dubito an hoc Latine dici possit, *uxor virilis militiæ*. Lege itaque *virilis audaciæ uxor;* est enim imitatio Sallustii, ubi de Sempronia agit: 'Quæ multa sæpe virilis audaciæ facinora commiserat.'

[d] *Iterum*] Hoc probat Florum de M. Antonio sentire: nam is prius bellum, nempe Mutinense, conflavit. Vide Notam quæ superiorem proxime antecedit.

[e] *Hic vero jam non privatis, sed totius*] Immo et superiori bello Senatus suffragio hostis judicatus fuerat.

[f] *Perusiæ*] Tuscorum mediterranea urbs est intra Thrasimenum lacum et Tiberim.

[g] *Extrema deditionis*] Vide caput 13. lib. II.

Digitized by Google

CAP. VI.

TRIUMVIRATUS.[1]

CUM solus etiam gravis paci, gravis Reipublicæ [§. 1. esset Antonius,[2] quasi ignis incendio Lepidus accessit. Quid[3] contra duos exercitus necesse[4] fuit venire[a] in cruentissimi fœderis[5] societatem?[b] Diversa omnium vota. [§. 2. Incendit[6] [c] Lepidum divitiarum cupido,[7] quarum spes ex turbatione Reipublicæ: Antonium ultionis[8] de his, qui se hostem judicassent: Cæsarem inultus[9] pater, et Manibus ejus[10] graves Cassius et Brutus[d] agitabant.[e] In hoc [§. 3.

[e] *Divitiarum cupiditas, quarum spes ex turbatione Reipub.* orta erat, *Lepidum incitabat; Antonium, vindictæ de his qui se hostem judicaverant;* et *Cæsarem, pater inultus, et Cassius et Brutus patris sui Manibus onerosi.*

1 *Bellum Viratus* Ed. Par.—2 *Auton.* Ed. Par.—3 *Quod* Ms. Pal. 1. *quia* Ed. Lips. 2. Gryph. Stad. Pont.—4 *Necē* Ed. Lips. 1.—5 *Ut cruentissimi viri fœderis* Ms. Naz. *ne cruent. f.* Ms. Pal. 1. *in cru. viri f.* Ms. Ryck. Reg. F, Berol. Duisb. Voss. Ed. pr. *in cruentissimi viri sceleris* Ms. Fran. *icru. fœd.* Ed. Lips. 1.—6 Sic Ms. Voss. 3. ut conjecerat Freinshemius: etiam Ed. Amst. Duk. 2. Sed *vota incendia* Mss. Pall. et Duk. plerique, Edd. Duk. veteres præter Par. et Ald. ut Lips. 1. (in qua tamen est *icēdia*) 2. 3. Ven. Duk. 1. 2. *tota incendia* Ms. Ryck. *nota incendia* Ed. Med. Par. Gryph. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Vetst. *voto incendia* Mss. Regg. Ed. Ald. Stad. Pont.—7 Ita Ms. Naz. Ryck. Voss. 3. Ed. Ald. Sed *cupidum* Mss. et Edd. vett. reliqui, ut pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—8 Sic Ms. Ryck. Reg. F, Mall. Berol. Duisb. Fran. Voss. 2. 3. Ed. pr. Sed *ultio* Ms. Reg. Q, Flor. *ultiōes d' eis* Ed. Lips. 1. *ultiones de eis* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. *ultiones de his* Ed. Gryph. Stad. Grut. Pont. Freinsh. Zeu. Lugd. Fab. Blanc. Vetst.—

NOTÆ

CAP. VI. *Triumviratus*] Eodem anno quo bellum Mutinense. De quo vid. cap. 4.

[a] *Quid contra duos exercitus necesse fuit venire*] Sic distinguenda sunt hæc verba: *Quid contra duos exercitus? Necesse fuit venire in cruentissimi fœderis societatem.* Quasi diceret: Quid Cæsar contra duos exercitus, Lepidi scilicet et Antonii, potuisset? Necesse fuit igitur ut cum iis cruentissimum fœdus iniret. Mirum quantum hic locus torsit interpretes, qui non viderunt, his ita distinctis, planissimum sensum effici.

[b] *In cruentissimi fœderis societatem*] Triumviratus scilicet.

[c] *Diversa omnium vota. Incendit* [*nota incendia*] In Edit. Stadii, *Diversa omnium voto incendia.* Salmasius, *vota incendio.* Quod nihil est. Scilicet non viderunt istud, *incendia*, huc per incogitantiam librarii scriptoris traductum e superioris periodi parte, ubi scriptum est, 'quasi ignis incendio,' &c. Legendum: *Diversa*

Digitized by Google

velut fœdus[e] pax inter tres duces componitur. Apud Confluentes[11 f] inter Perusiam[12] et Bononiam[g] jungunt manus, et exercitus[13] consalutant.[14 h] Nullo bono[15] more Triumviratus invaditur:[i] oppressaque[16] armis Republica,[17] redit Syllana proscriptio:[18 j] cujus atrocitas nihil in se minus habet,[k] quam numerum centum quadraginta[19] senatorum. Exitus[20] fœdi,[21] truces, miserabiles,[l] toto terrarum [§. 4. orbe fugientium. Pro[22] quibus quis[23] pro dignitate[24] rei

9 *Ultus* Ed. Lips. 1. 2. 3.—10 *Ict*[9] Ed. Lips. 1. 2. 3.—11 *fluctes* Ed. Lips. 1. 2. 3.—12 *Mutinam* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven.—13 *Exertitus* Ed. Lips. 1.—14 *Consultant* Mss. Egnat. Mall. Ed. Ber. Sab. Par.—15 Sic Mss. Vin. Pall. et Duk. Edd. vett. omnes, ut pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Freinsh. Pont. Sed *nullo more* Ed. Vin. Grut. Lugd. Zeu. Vetst.—16 *Oppressa* Ed. Par. Gryph. Stad. Pont.—17 *Resp.* Ed. Lips. 2. Pro armis, *ab his* Ed. Lips. 1. 2. 3.—18 *Reddit Syllana proscriptō* Ed. Lips. 1. 3. *rediit S. pr.* Ed. Lips. 2. Ven.—19 *CXL.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—20 *Exitii* Ed. Lips. 1. 2. 3.—21 *Fœdos* Ed. Lips. 2. Ven.—22 *Non pro* Ed. Med. Par.—23 *Equis* Ed. Ven.—24 Ita Mss. Pall. et Duk. Ed. pr. Sed *indignitate* Mss. Egnat. Ed. Lips. 2. Med. Par. 1. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. In Ed. Ber. Sab. est *fugientium pro indignitate rei immiscetur Cæsarem.* Ed. Lips. 1. 3. *fugientium pro īdignitate rei*

NOTÆ

omnium vota. Nil verius. Delendum itaque *incendia.* Pater.

[d] *Et Manibus ejus graves Cassius et Brutus*] Defunctorum Manes ultione placari et placida quiete componi putabantur. Passim apud veteres.

[e] *In hoc velut fœdus*] Gall. diceres, *Sous cette condition.* In hoc fœdus, ut scilicet omnes singulorum causam quasi suam amplecterentur; et sic Lepidus sibi opes pararet, Cæsar et Antonius, Cassium et Brutum prior, Senatum posterior, ulciscerentur.

[f] *Apud Confluentes*] Juxta fluvios qui in unum locum confluebant. Sed quis fuerit is locus incertum est. Nam nimium distantes sunt et Perusia et Bononia, ut aliquid certi statuatur.

[g] *Bononiam*] Galliæ Togatæ urbem; hodie *Bologna.*

[h] *Et exercitus consalutant*] Quod pacis et concordiæ signum erat.

[i] *Nullo bono more Triumviratus invaditur*] Alludit ad triumviratum Crassi, Cæsaris, et Pompeii. Qui Triumviratus fœdere rupto de opprimenda republica cogitavere. Hic autem 'nullo bono more' est, nulla bona consuetudine.

[j] *Oppressaque armis republica, redit Syllana proscriptio*] Ut Sylla, post Rempublicam Marii et Cinnæ armis oppressam, ingentem illam proscriptionis tabulam proposuit, sic Cæsar, Lepidus, et Antonius, post eam armis suis prostratam, rursus eandem proscriptionem excitavere. Unde patet oppressam Rempublicam proscriptionis semper causam fuisse.

[k] *Cujus atrocitas nihil in se minus habet*] Hoc est, quæ usque atrox est, ut nullam minus caput contineat, quam numerum centum quadraginta Senatorum. Gallice diceres, *Dont le moindre article est de cent quarante Sénateurs.*

[l] *Miserabiles*] Non est quod vulgo dicimus, *Misérables,* sed, *Dignes de*

Digitized by Google

ingemiscat,[25 m] cum Antonius[26] Lucium Cæsarem[27] avunculum suum, Lepidus Lucium Paulum[28] suum fratrem,[29] proscripserit?[30] Romæ capita cæsorum proponere[31] in [§. 5. Rostris jam usitatum erat: verum sic quoque[n] civitas lacrymas[32] tenere non potuit, cum recisum[33] Ciceronis caput[o] in illis suis Rostris[p] videretur:[34] nec aliter ad videndum eum, quam solebat ad audiendum, concurreretur.[35] Hæc [§. 6. scelera in Antonii Lepidique tabulis. Cæsar percussoribus patris contentus fuit. Hæc[36] quoque, nisi multa[37] fuisset, etiam[38] justa cædes haberetur.[q]

CAP. VII.

BELLUM CASSII ET BRUTI.[1]

BRUTUS et Cassius sic Cæsarem,[2] quasi Tarqui- [§. 1.

concedente Cæsare avunc.—25 *Ingemescat* Ms. Naz. *ingemiscatur* Ms. Ryck. *non ingemiscat* Ed. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—26 *Anthonius* Ed. Lips. 2. —27 *Concedente Cæsare* Mss. Vin. quidam, Ed. Gryph. Stad. Pont.—28 *Lutium Paull.* Ed. Lips. 1. 3. Ab Ed. Lips. 2. abest τὸ *Lucium*, post *Antonius*.—29 *Fratrem suum* Ms. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr. *suum frem* Ed. Lips. 1.—30 *Proscripserint* Ms. Ryck. Berol. Duisb. Ed. pr. *proscripserunt* Ms. Flor. Fran.—31 *Ponere* Ms. Flor. Pal. 2. *propone͞r* Ed. Lips. 1.—32 *Citas lachrias* Ed. Lips. 1. *civitas lachrimas* Ed. Lips. 3. *civ. lachrymas* Ed. Par.—33 *recissum* Ed. Lips. 1. *rescissum* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont.—34 *Videret* Ed. Lips. 1. 2. 3.—35 *Concurreret* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. Ceterum in Ed. Stad. Pont. *cum* rejectum est post τὸ *audiendum*.—36 *His* Ms. Naz. Pall. Ryck. Reg. Q, Duisb. Fran. Ed. pr.—37 *Invita* Ms. Voss. 3. *invita* Ed. Lips. 2. *ulta* Ed. Gryph.—38 *Etiam* aberat a Ms. Pal. 2. Ryck. Mall.

1 *Brutii* Ed. Lips. 1.—2 *Caium Cæsarem* Ed. Lugd.—3 *Regū* Ed. Lips. 1.

NOTÆ

compassion.

[m] *Quis pro dignitate rei ingemiscat*] In aliis legitur, '*quis pro dignitate rei non ingemiscat*. Sed prior lectio magis placet, et est fortior.

[n] *Verum sic quoque*] Hoc est: Sed, quamvis usitatum fuerit in rostris cæsorum capita cernere, tamen civitas a lacrymis temperare non potuit, cum ibi Ciceronis caput vidit.

[o] *Recisum Ciceronis caput*] A Popilio Centurione, quem in causa capitis olim ipse Cicero defenderat, recisum fuit.

[p] *In illis suis Rostris*] Ad augendam invidiam, in illis Rostris, pro quibus tam sæpe insontes defenderat, et in reos peroraverat, ut illa ipsa sibi uni propria viderentur.

[q] *Nisi multa fuisset, etiam justa cædes haberetur*] Cædes quæ justa sit, si nimia, fit injusta. Sic Ovid. de Ponto lib. I. El. 8. 'Nec prius abscessit, merita quam cæde nocentem Se nimis

nium[a] regem,[3] depulisse regno videbantur: sed libertatem, quam maxime restitutam voluerunt, illo ipso parricidio perdidere.[4 b] Igitur, cæde perfecta,[5] cum veteranos Cæsaris, nec immerito, timerent, statim e Curia[6] in Capitolium confugerant.[7] Nec illis ad ultionem deerat animus, sed ducem non habebant.[8 c] [§. 2. Igitur cum appareret, quæ strages Reipublicæ immineret, displicuit ultio cum Consulis[9] abolitione decreta.[d] [§. 3. Ne tamen publici doloris oculos ferrent, in provincias ab illo ipso, quem occiderant, Cæsare datas,[e] Syriam et Macedoniam, concesserant.[10] [§. 4. Sic vindicta Cæsaris dilata potius, quam oppressa est. Igitur ordinata magis ut poterat, quam ut debebat,[11] [§. 5. Respublica,[12 f] relicto ad Urbis[13] præsidium Lepido, Cæsar

—4 *Perdiderunt* Ed. Stad. Pont.—5 *pfcā* Ed. Lips. 1.—6 *Statim curia* Ms. Naz. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Med. Par. Ven. *statim curiam* Mss. Regg. Fran. *statim curiam* Ms. Voss. 1. 3.—7 Sic Mss. Pall. Ryck. Flor. Mall. Edd. vett. præter pr. Sed *confecerunt* Ms. Voss. 1. 3. *confecerant* Mss. Regg. Fran. *confugerunt* Ed. Gryph. Freinsh. Zeu.—8 *Hēbant* Ed. Lips. 1.—9 *Consulis*, omisso τῷ *cum*, Mss. Regg. Mall. *cum consulibus* Ms. Voss. 1. *consensu consulis* Ed. Stad. Pont. Blanc.—10 Sic Mss. Toll. Ryck. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Edd. vett., in his Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Sed *concesserunt* Ed. Gryph. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—11 *Debebat*, omisso τῷ *ut*, Ms. Reg. Q. *ut decebat* Ms. Ryck. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven.—12 *Inter triumviros res. p.* Ms. Ryck. *in triumviros resp.*

NOTÆ

ulciscens, extitit ipse nocens.'

Cap. VII. *Bellum Cassii et Bruti*] Anno Mundi 3906. ante Ch. Nat. 40. ab Ur. Cond. 711. Coss. L. Munatio Planco et M. Æmilio Lepido II.

[a] *Quasi Tarquinium*] Alludit ad Brutum et Collatinum, qui Tarquinium Superbum regno fugavere.

[b] *Illo ipso parricidio perdidere*] Nam Roma fugere coacti fuere.

[c] *Nec illis ad ultionem deerat animus, sed ducem non habebant*] Pudendum et fœdum dictu, ut Brutus et Cassius *ducem* non habuerint. Quem ducem, quos duces optassent? Nullos; neque enim ipsis duce opus erat, qui tantum in scientia militari possent. Corrige igitur, *exercitum non habebant*. Pater.

[d] *Displicuit ultio cum Consulis abolitione decreta*] Nemo est qui hæc intelligat. Legendum est, *Displicuit ultio, senatusconsulto cædis abolitione decreta.* Nam revera, secundo die post interfectum Cæsarem, ex Ciceronis sententia Senatusconsultum factum fuit de amnestia sancienda. Vide Epit. Liv. 116. et alios. In quibusdam Edit. legitur *consensu consulis*. Quod et corruptum est.

[e] *Ab illo ipso, quem occiderant, Cæsare datas*] Non a Cæsare, sed ab ipso Senatu post interfectum Cæsarem Bruto et Cassio provincias fuisse datas invenio.

[f] *Ordinata Resp.* [*in Triumviros Repub.*] Latinum non est, nec unquam erit. Scribo, *per Triumviros.*

Digitized by Google

cum Antonio in Cassium Brutumque succingitur. Illi [§. 6. comparatis ingentibus copiis, eandem illam, quæ fatalis Cnæo Pompeio fuit, arenam[g] insederant.[14] Sed nec tum imminentia cladis destinatæ[15] signa latuere.[16 h] Nam [§. 7. et assuetæ cadaverum pabulo volucres[i] castra, quasi[17] jam sua,[j] circumvolabant: et in aciem[18] prodeuntibus obvius Æthiops[19 k] nimis aperte ferale[20] signum fuit. Ipsique [§. 8. Bruto per noctem, cum illato[21] lumine ex more aliqua secum agitaret,[22] atra quædam imago[23] se obtulit: et, 'quæ esset,' interrogata:[24] 'Tuus,' inquit, 'malus genius.'[l] Hoc[25] dixit,[26 m] et sub oculis mirantis evanuit. Pari in[27] [§. 9.

Ms. Naz. Ed. Ber. *i triumviros reip.* Ed. Lips. 1. 2. 3. *in triumviros republica* Mss. Duk. reliqui, etiam Mall. (in quo tamen ascriptum erat *res*) Edd. vett. pleræque, ut Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Zen. *in triumviros rei publica* Ed. pr.—13 *Orbis* Ed. Lips. 3.—14 *Eadem illaque...harenam insiderunt* Ms. Ryck. Pro arenam, *haren.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Lugd. Freinsh. Amst. Duk. 1. 2. Pro *insed.* Ed. Par. 1. *insid.*—15 *Imminentis cladis destinata* Ms. Naz. a manu correctrice. Ed. Blanc. *imminentia e cladis destinata* Ms. Ryck.—16 *Latuerunt* Ms. Ryck. Regg. Toll. Fran. Ed. pr. *latuer̄* Ed. Lips. 1.—17 *q̄i* Ed. Lips. 1.—18 *Et* omittunt Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont. *et in acie* Ed. Gryph.—19 *Æthiops obvius* Ed. Stad. Pont.—20 *Fatale* Ms. Pal. 1.—21 *Allato* Ed. Fab. Blanc.—22 *Agitare* Ed. Par.—23 *Ymago* Ed. Lips. 2.—24 *Interrogatus* Ed. Freinsh.—25 *Ohe* Ed. Par.—26 *Dicto* Ms. Voss. 3. Aberat a Ms. Naz.—27 *Dari in* Ms. Ryck. *pa-*

NOTÆ

g *Eandem illam arenam*] Philippicos Campos, ubi Cn. Pompeius a Cæsare victus: cap. 2.

h *Sed nec tum imminentia cladis destinatæ signa latuere*] Dele *imminentia*, quod ridiculum est de signo. At *imminentis* ab aliquo studioso ascriptum fuerat supra vocem *destinatæ*, quasi explicatio scilicet; id deinde corruptum est, et intra textus verba, ut fit, receptum. Salmasii V. Cl. sententiam refellere nil necesse est, qui legit: *Sed nec tum imminentis cladis destinata signa latuere.* Ibi enim corruptionem non tollit, sed in aliud verbum transfert.

i *Volucres*] Vultures.

j *Castra, quasi jam sua*] Quasi in iis non homines in armis stetissent, sed cadavera jacuissent.

k *Obvius Æthiops*] Ferale signum fuit Æthiops, ob nigrum colorem, qui luctui proprius est.

l '*Tuus,' inquit, 'malus genius*'] Singulis hominibus suos præesse Deos, qui 'Genii' vocabantur, putabant veteres; malum alterum, alterum bonum, qui eos per totum vitæ decursum, vel ad bona bonus genius, vel malus ad mala, deducebant.

m *Hoc dixit*] In libro D. Nazarii, quo usus est Salmas. abest τὸ *dixit*. Recte; nam *inquit* et *dixit* tam propinqua non bene sonant. Et elegantius hoc secundum *dixit* subintelligitur.

Digitized by Google

meliora præsagio in Cæsaris castris omnia[28] aves[n] victimæque promiserant:[a] sed nihil illo[29] præsentius,[30 o] quod[31] Cæsaris medicus[p] somnio admonitus est,[32] 'ut Cæsar castris excederet, quibus capi imminebat:'[33] ut factum est. Acie namque commissa, cum pari ardore aliquamdiu [§. 10. dimicatum foret; quamvis[34] duces non essent præsentes,[35] quorum[36] alterum[q] corporis ægritudo, illum[37] metus[r] et ignavia subduxissent, staret[38] tamen pro partibus invicta fortuna et ultoris,[s] et qui vindicabatur;[t 39] primum adeo anceps fuit, et par utrinque[40] discrimen, ut exitus prœlii docuit.[b]

[a] *Æquali* sed *feliciori præsagio in castris Cæsaris aves et victimæ omnia promiserant.*

[b] *Nam incepto prælio, cum pari libidine per aliquod tempus pugnatum esset, et, quamvis duces non essent præsentes, quorum alterum morbus, alterum metus et ignavia* prælio *subtraxerant, invincibilis fortuna et vindicis, et* ejus *qui vindicabatur, staret tamen pro partibus, statim dubium fuit, et par ex utraque parte periculum, ut finis prælii docuit.*

rum Ms. Reg. Q. *Parti* Ed. Lips. 1. 2. *Partim* Ed. Lips. 3.—28 *Omina* Ed. Lips. 1. 2. *oia* Ed. Par.—29 *Illo* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Sed *hoc* Ed. Lugd.—30 *Præstantius* Ed. Ven.—31 *Quam* Ed. Gryph. *cum* Ed. Stad. Pont.—32 *Est* omittunt Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—33 *Căpi immĭebăt* Ed. Lips. 1. *capi imminebăt* Ed. Lips. 2. *campi imminebant* Ed. Lips. 3.—34 Sic Ms. Ryck. Sed *et quăvis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Fab. Vetst. Duk. 1. 2.—35 *Essent tum præs.* Ed. Stad. Pont. *essent tŭc p̄ntes* Ed. Lips. 1. *es. tunc præsentes* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—36 *Cum* Mss. Regg. Mall. Berol. Duisb. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. *cum hinc* Ms. Ryck. Ed. Junt. Ven. *hinc* Ms. Voss. 3.—37 *Alterum* Ms. Ryck.—38 *Starent* Ms. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. *stabat* Ed. Stad. Pont.—39 Sic Ms. Naz. Ryck. Mall. Berol. Duisb. Edd. vett., in his pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Sed *vĕdicabatur* Ed. Ven. *vindicabantur* Mss. Duk. reliqui, Ed. Grut. Vetst. *vindicabuntur* Ed. Lugd.—40 *Utrŭque* Ed. Lips. 1. 2. Med. *utrunque* Ed. Par. *utrunque* Ed. Lips. 3. Gryph. In Ed. Blanc. legitur locus totus sic: *et qui vindicabatur, ut exitus prælii docuit.*

NOTÆ

[n] *Aves*] Ex quorum volatu, gestu, gustuve futura præsentiebant.

[o] *Præsentius*] 'Præsens' sæpe apud bonos auctores pro favente reperias. Ut hic 'præsentius' est, faventius, quod certius demonstret faventes Deos.

[p] *Quod Cæsaris medicus*] In aliis est, *quam Cæsaris;* quod Latinum esse vix puto. Legendum arbitror: *Sed nihil illo præsentius quam quod Cæsaris medicus, &c.* Pater.

[q] *Quorum alterum*] Octavium.

[r] *Illum metus*] Antonium. De quo Plutarch. *Sunt qui scripserunt non interfuisse prælio Antonium, sed post pugnam, consectantibus jam hostem suis, supervenisse.* Sed in Annalibus eum pugnæ interfuisse, et fortiter pugnasse, immo et Cassium vicisse invenies.

[s] *Ultoris*] Octavii.

[t] *Et qui vindicabatur*] Julii Cæsaris. Subintelligendum, ejus.

Digitized by Google

Capta sunt hinc[u] Cæsaris castra, inde[v] Cassii. Sed [§. 11. quanto efficacior[41] est fortuna, quam virtus! et quam verum est, quod moriens efflavit,[42][w] 'Non in re, sed[43] in verbo[44] tantum, esse virtutem!'[x] Victoriam illi prælio error dedit.[y] Cassius, inclinato cornu suo,[45] cum,[46] captis Cæsa- [§. 12. ris[47] castris, rapido impetu recipientes se[48] videret equites,[49] fugere arbitratus, evadit[50] in tumulum:[c] inde pulvere [§. 13. et strepitu, etiam[51] nocte vicina, eximentibus gestæ rei[52] sensum, cum speculator quoque in id missus tardius renuntiaret,[53] transactum de partibus ratus,[d] uni de[54] proximis auferendum præbuit caput. Brutus cum in Cassio [§. 14. etiam suum animum perdidisset,[z] ne quid ex constituti fide

[c] *Cassius fugato cornu suorum, cum videret equites* Bruti *furenti impetu redeuntes* e *Cæsaris castris, quæ ceperant*, eos *fugere putans, ascendit in tumulum.*
[d] *Putans omnino actum* esse *de partibus* suis.

Primum adeo anc. f. et p. v. discrimen. Capta, &c.—41 *Quanta. efficatior* Ed. Lips. 1. 3. *quarto efficatior* Ed. Par. Etiam in Lips. 2. est *efficatior.*—42 *Ubi orius afflavit* Ed. Lips. 1. 3. *ubi oriens afflavit* Ed. Med. Par. Ven. *ubi oriens efflavit* Ed. Lips. 2.—43 *Non residet* Ms. Reg. Q, Fran. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—44 *Sed et in verbo* Ms. Naz. Reg. F, Berol. Duisb. Ed. pr. Ald. Ceterum in Ed. Ber. Sab. Par. est: *verum est, ubi oriens afflavit non residet in verbo tantum, &c.* Ed. Junt. Ven. *v. est ubi oriens afflavit non resedit turbo. Victoriam.*—45 Ita Ms. Ryck. Sed *suorum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Duk. 1. 2.—46 *Et* Ms. Ryck.—47 *Cæsaris* aberat a Ms. Ryck. Ed. Blanc.—48 *Si* Ms. Ryck.—49 *Equites videret* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Amst. Duk. 1. 2.—50 *Evasit* Ms. Pal. 2. Flor. Mall.—51 *Et jam* Ms. Mall. Fran. Ed. Blanc.—52 *Rei gestæ* Mss. Regg. Toll. Ryck. Duisb. Fran. Ed. pr.—53 *Enuntiaret* Ms. Naz. Ryck.—54 *Ex* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3.

NOTÆ

[u] *Hinc*] A parte Cæsaris et Antonii.

[v] *Inde*] A parte Cassii et Bruti.

[w] *Quod moriens efflavit*] Adde, Brutus.

[x] '*Non in re, sed in verbo tantum, esse virtutem*'] Hoc est, virtutem non rem, sed nomen esse. 'Aut virtus nomen inane est,' Horat.

[y] *Victoriam illi prælio error dedit*] Quomodo se in eo prælio res habuerint, oculis subjiciendum arbitror, nam inde hujusce loci intelligentia pendet. Brutus Augusti, Antonius vero Cassii castra devicit; Cassius autem cum videret Brutum revertentem, et eum fugere putaret, se ipsum interemit. Brutus paulo post iterum pugnavit, et victus, ipse etiam sibi manus intulit.

[z] *Cum in Cassio etiam suum animum perdidisset*] Brutus et Cassius convenerant, ut mortuo altero alter etiam moreretur. Et mortuo Cassio, in eo jam suum animum Brutus perdiderat.

Digitized by Google

resignaret[a] (ita enim par superesse[55] bello convenerat)[a] ipse quoque uni comitum suorum[56] confodiendum præbuit latus.[57] Quis sapientissimos viros non miretur[58 b] ad [§. 15. ultimum non suis manibus usos? nisi si[59] hoc quoque ex[60] persuasione defuit,[61 c] ne violarent manus, sed in abolitione sanctissimarum[62] piissimarumque[63 d] animarum judicio suo, scelere alieno,[64] uterentur.

CAP. VIII.

BELLUM CUM SEXTO POMPEIO.[f]

SUBLATIS percussoribus Cæsaris supererat Pom- [§. 1.

[a] *Ne quid ex constituti fœdere remitteret.*

Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Zeu.—55 *Ita enim persuperesse* Ms. Naz. *ita enim superesse* Mss. Pall. Ryck. et Duk. omnes, Ed. pr.—56 *Suorum* aberat a Ms. Fran. At in Mall. erat *sociorum*, sed inductum tamen.—57 Sic Mss. Pall. Sed *præbuit latus*, omisso τῷ *confod*. Ed. pr. Grut. Vetst.—58 *n̄ mir*. Ed. Lips. 1.—59 Sic et Ed. Ven. Sed *nisi hoc* Ms. Ryck. Voss. 2. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Med. Par. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu.—60 *Et* Ed. Ven.—61 *Non defuit* Ms. Pal. 2. Edd. vett. Duk. ut pr. Ber. Sab. Med. Par., etiam Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu. *nō defuit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven.—62 *Oblacōe sciss.* Ed. Lips. 1. *oblatione* est etiam in Lips. 2. 3.—63 Ita Ms. Vin. unus, Mss. Pall. et Duk. omnes, Ed. pr. Sed *pientissimarumque* Edd. vett. ceteræ, ut Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—64 *Al. sc.* Ed. Gryph.

NOTÆ

[a] *Ita enim par superesse bello convenerat*] Multi ad hunc locum multà dixere: at nemo (dicam libere) quicquam attulit, quod se mihi probare possit. Legendum est: *pariter enim superesse convenerat.* Quod dico, *pariter*, idem est ac si scribas, *utrumque superesse*, non alterutrum; et hoc significat *pariter*. Unde autem isthæc corruptio? Ex *Ita par:* sic somniculosi interdum erant veteres Librarii. De Salmasii conjectura piget dicere. Quis enim ferat *præsuperesse?* Istuc puto esse monstrum, nusquam alias in Latio visum.

[b] *Quis non miretur*] Cave sic explices, *qui n'admirera*, sed *qui ne s'étonnera?*

[c] *Nisi si hoc quoque ex persuasione defuit*] Hoc est: Nisi manibus suis uti noluerunt, propter persuasionem Stoicæ sectæ, quæ sibi manus inferre prohibet. Nisi si hoc (manibus suis uti, scilicet) illis defuit ex persuasione.

[d] *Piissimarum*] In Ed. Stadii *pientissimarum*, quod Latinissimum est.

CAP. VIII. *Bellum cum Sexto Pompeio*] Anno Mundi 3912. ante Ch. Nat. 36. ab Ur. Cond. 715. Coss. Appio Claudio Pulchro et C. Norbano Flacco.

Digitized by Google

peii domus. Alter juvenum[a] in Hispania occiderat, alter[b] fuga evaserat: contractisque infelicis belli reliquiis, cum insuper[2] ergastula armasset, Siciliam Sardiniamque habebat.[3] Jam et classe medium mare insederat, o quam [§. 2. diversus a patre! Ille Cilicas extinxerat:[c] hic secum piratas navales agitabat.[4 d] Tanta[5] mole belli penitus[6] [§. 3. in Siculo freto juvenis oppressus est:[e] magnique famam ducis ad Inferos secum tulisset, si nihil[7] tentasset ulterius:[f] nisi[8] quod magnæ indolis signum est, sperare semper.[9] Perditis enim rebus profugit, Asiamque[10] velis[11] petit;[12] [§. 4. venturus ibi in manus hostium, et catenas, et, quod miserrimum est[13] fortibus viris, ad hostium arbitrium sub percussore[14] moriturus. Non alia post[15] Xerxem[16 g] misera-

1 *Cum Sex° Pōpeio* Ed. Lips. 1.—2 *Super* Ed. Zen.—3 *Hēbat* Ed. Lips. 1. —4 *Hic se pirata navalis agitaret* Ms. Naz. *hic cum piratas navales agitaret* Ms. Pal. 1. Reg. F, Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. *hic cum se piratas navales agitaret* Ms. Pal. 2. Mall. *hic se Dirata navalibo agitaret* Ms. Ryck. *hic cum secum piratas navales agitaret* Ms. Flor. Berol. *hic cum p. n. agitarat* Ms. Reg. Q. *hic secum p. n. agitaret* Ms. Voss. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. (in quibus tamen est *pyratas*) Ber. Sab. Junt. Ven. *hic pirata navalis agitaret* Ms. Voss. 3. *hic secum pyratas n. agitarat* Ed. Med. Par. Ald. Etiam in Blanc. est *agitarat*.— 5 *Tamen* Ms. Reg. Q.—6 *Petitus* Ms. Naz.—7 *Si* Ed. Lips. 2. omittit.— 8 *Nihil nisi* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—9 *Sperar̄ sp* Ed. Lips. 1.—10 *asiā* Ed. Lips. 1. 2. 3.—11 *Velis* aberat a Ms. Berol. Duisb. Fran. Reg. Q, Voss. 1. Ed. pr. In Ms. Reg. F, erat manu secunda additum.—12 *Petiit* Ms. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr.—13 *Est* aberat a Mss. Regg. Mall. Fran.— 14 Ita Ms. Naz. Voss. 3. Edd. vett. præter pr. Sed *percussoribus* Mss. Pall. Ryck. et Duk. reliqui, Ed. pr. *percussōr* Ed. Lips. 1.—15 *p°* Ed. Lips. 3.—

NOTÆ

[a] *Alter juvenum*] Cn. Pompeius. Vid. cap. 2. supra.

[b] *Alter*] Sextus Pompeius, de quo hic agitur.

[c] *Ille Cilicas extinxerat*] Vide lib. III. cap. 6.

[d] *Hic secum piratas navales agitabat*] 'Piratæ navales' qui sint, et qua ratione ab aliis piratis differant, haud equidem scio, nisi si et novos piratas, terrestris generis scilicet, invenias. Itaque pro *piratas navales* facile putem scriptum a Floro fuisse *archipiratas*, quod quispiam interpretari studens apposuerat *latrones navales*; quod postremo confusum sit. Qui aliud melius dispexerit, illi favebo; sed valde metuo, ut cuiquam necesse habeam favere. *Pater*.

[e] *Tanta mole belli penitus in Siculo freto juvenis oppressus est*] Lego, *Tota mole*. Fortasse hinc aliquid exciderit: Certe verisimile est.

[f] *Si nihil tentasset ulterius*] Hoc est: Si ab Augusto victus cedendo tempori se ad altera bella reservasset, neque in Asiam aufugisset, ubi in fuga deprehensus turpiter occisus est.

[g] *Post Xerxem*] Qui post pugnam

bilior fuga. Quippe modo[17] trecentarum quinquaginta navium dominus[18] cum sex septemve[19] fugiebat, extincto prætoriæ navis[20] lumine,[h] annulis[21] in mare[22] abjectis,[23] [i] pavens atque respectans,[24] [j] et tamen non[25] timens[26] ne periret.[k]

CAP. IX.

BELLUM PARTHICUM DUCE VENTIDIO.[1]

Quamvis[2] in Cassio et Bruto partes sustulisset; [§. 1. in[3] Pompeio totum partium nomen abolesset: nondum tamen ad pacis stabilitatem profecerat Cæsar, cum scopulus, et nodus, et mora[4] publicæ securitatis superesset Antonius. Nec ille[5] defuit vitiis,[6] quin periret,* immo omnia [§. 2. expertus[7] ambitu[a] et luxuria, primum hostes, deinde cives,[b]

* *Nec stetit per vitia quin ille periret.*

16 *Xerxem* Ed. Lips. 1. 3. Med.—17 *Mō* Ed. Lips. 1.—18 *Dn̄s* Ed. Lips. 1. —19 *Septē ve* Ed. Lips. 1.—20 *Prætorio n.* Ms. Naz. *prætorio lumine* Mss. Vin. quidam, Reg. Q, Fran. Voss. 1. 2. *prætoriæ navalis lumine* Ms. Ryck.—21 *Ann.* Ed. Med. Par. Ven. Cett. *anul.*—22 *Mar* Ed. Lips. 1.—23 *Objectis* Ed. Ven.—24 *rspectans* Ed. Lips. 1.—25 *tn̄ n̄* Ed. Lips. 1.—26 *Metuens* Ed. Stad. Pont.

1 *Duce Ventidio* absunt ab Ed. Lips. 1. 2. 3.—2 *Sub vētidio quamvis* Ed. Lips. 1. 2. *quo Vētidio quamvis* Ed. Lips. 3. *quamvis* Ed. Par.—3 *Et in* Ed. Stad. Pont.—4 *In ora* Ed. Lips. 1. 2. Med. Par. *in hora* Ed. Lips. 3.—5 *Nec unus* Ms. Ryck. Pal. 2.—6 *Vitiis defuit* Mss. Regg. Mall. Duisb. Fran. Ed. pr. *defuit unus* Ed. Lips. 1. 3.—7 *Expertus animo amb.* Ed. Ven. *exp. unus amb.*

NOTÆ

cum Græcis ad Salaminem, victus et profugus, una navicula Hellespontum trajecit, innumerabilium copiarum et navium modo dominus.

[h] *Extincto prætoriæ navis lumine*] In prætoriis navibus lumen accendebatur, quod reliquis prælucerat, ut eas eundem cursum sequerentur. Illud autem Pompeius jussit extingui, ne quo fugeret indicaret.

[i] *Annulis in mare abjectis*] Ne captus agnosceretur.

[j] *Respectans*] Gallice, *Regardant derrière lui;* ut videret an mitterentur qui ipsum retraherent.

[k] *Et tamen non timens ne periret*] Quasi diceret Noster: Pompeius suæ navis lumen extinxit ne fuga proderetur, annulos abjecit ne captus dignosceretur; nec tamen, cæcæ hominum mentes! quod sibi timendum erat, timuit. Non enim timuit ne periret, cum revera ibi ipsi pereundum fuerit.

Cap. ix. *Bellum Parthicum duce Ventidio*] Eodem anno quo inceptum bellum superius.

[a] *Ambitu*] Hic pro ambitione poni-

Digitized by Google

tandem etiam[8] terrore sui[9] sæculum liberavit. Parthi [§. 3. clade Crassiana[c] altius[10] animos erexerant: civilesque populi Romani discordias[11] læti acceperant: itaque ut prima[12] affulsit[13] occasio,[f] non dubitaverunt et[14] erumpere, ultro quidem invitante Labieno: qui missus a Cassio [§. 4. Brutoque (quis[15] furor scelerum!) solicitaverat[16] hostes[17] in auxilium: et illi Pacoro[18] duce, regio[19] juvene, dissipant[20] Antoniana præsidia. Saxa[21 d] legatus, ne veniret in [§. 5. potestatem, a gladio suo[22] impetravit.[23] Denique[24] ablata[25] Syria,[26 e] emanabat[27] latius malum, hostibus sub auxilii specie[28] sibi[f] vincentibus, nisi Ventidius, et hic[29] legatus

Ed. Lips. 2.—8 *em* Ms. Ryck.—9 Ita Ms. Flor. Ed. Stad. Freinsh. Sed *totum t're* Ms. Ryck. *terre* Ms. Ber. Duisb. Fran. Voss. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. *terræ* Ed. Par. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Vetst. Ceterum in Ed. Stad. Pont. verba *quamvis in Cassio...sæculum liberavit* Capiti superiori adjuncta sunt.—10 *Altius* abest ab Ed. Zeu.—11 *Motus* Ed. Stad.—12 *Primum* Ms. Ber. Duisb. Fran. Ed. pr. *patria* Ed. Lips. 3.—13 *Adfulsit*. Sic Ms. Naz. et Duk. plerique, Edd. vett. ante Gruterum: nisi quod in Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. est *affulsit*. *fluxit* Ms. Pal. 1. *affluxit* Ms. Pal. 2. Ryck. Reg. F, Mall. *effulsit* Ms. Voss. 2. 3. Ed. Grut. Zeu. Vetst. *affuit* Ms. Reg. Q.—14 Sic et Ed. Freinsh. Fab. Sed *et* omittunt Ms. Ryck. Ber. Duisb. Fran. Voss. 3. Edd. vett. ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. Amst. Duk. 1. 2.—15 *Qui* Ms. Naz. Voss. 2. Ed. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ald. Gryph. Stad. Pont. *q'* Ed. Lips. 1.—16 Sic Ed. Lips. 1. 3. Cett. *soll*.—17 *Hostem* Ed. Ven.—18 *Pacaro* Ed. Lips. 1. 3. *pacato* Ed. Med. Par.—19 *rgio* Ed. Lips. 1.—20 *Disputant* Ms. Naz. Reg. F, Mall. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr.—21 Sic Ms. Naz. Pal. 1. 2. Duk. plerique, Ed. pr. Stad. et ceteri. Sed *Xaxa* Mss. Vin. Reg. F, Voss. 1. *Saga* Ms. Ryck. *caxa* Ed. Lips. 1. 3. *Casca* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. *Cascha* Ed. Lips. 2.—22 *Suo* aberat a Ms. Voss. 1. 2.—23 *Impetraverat* Ed. Stad. Pont.—24 *Deinde* Ms. Pal. 2. Reg. F, Mall. Ber. Duisb. Fran. Ed. pr.—25 *Oblata* Ed. Lugd.—26 *Suria* Ed. Stad. Pont. ubique.—27 *Emanavit* Ed. Lips. 2.—28 *Spē* Ed. Lips. 1. 3. Par. 2. *spem* Ed.

NOTÆ

tur. Sic initio cap. 11. 'Furor Antonii, quatenus per ambitum non interiret, luxu et libidine extinctus est.'

[b] *Primum hostes, deinde cives*] Primum Parthos, deinde Romanos, tandem sæculum terrore sui liberavit. Vide cap. 11.

[c] *Clade Crassiana*] De qua vid. lib. III. cap. 11.

[d] *Saxa*] Antonii legatus Decidius 'Saxa' vocabatur. Hic, ne in manus Labieni et Pacori caderet, se ipsum interemit: alii ab hostibus interfectum narrant.

[e] *Ablata Syria*] A Labieno et Pacoro.

[f] *Sibi*] Hoc est, in usum et utilitatem suam, non vero Cassii et Bruti. Sic lib. I. cap. 16. 'Bellum Samniticum Pop. Rom. sibi gessit.'

Digitized by Google

Antonii, incredibili felicitate et Labieni copias, ipsumque Pacorum, et omnem Parthicum[30] equitatum, toto[31] inter Orontem[32 g] et Euphratem sinu[33] late cecidisset. Viginti [§. 6. amplius millium[34] fuit:[h] nec sine consilio ducis: qui[35] simulato metu adeo passus est hostem[36] castris succedere,[i] donec, absumto[37] jactus spatio,[38] adimeret usum sagittarum.[b 39] Rex fortissime dimicans cecidit. Mox cir- [§. 7. cumlato[40] ejus per urbes, quæ desciverant, capite,[41] Syria sine bello recepta.[42] Sic Crassianam cladem Pacori cæde pensavimus.[43]

CAP. X.

BELLUM PARTHICUM CUM ANTONIO.[1]

EXPERTIS invicem Parthis atque Romanis, cum [§. 1. Crassus atque Pacorus utrinque[a] virium mutuarum[2] docu-

[b] *Qui simulans metum* fugiendo *usque eo hostem castra* sua *subire passus est, donec, consumto jaculandi spatio, usum sagittarum adimeret.*

Med. Par. 1.—29 *Hinc* Ed. Lips. 1. 2. 3.—30 *pticum* Ed. Lips. 1.—31 *Toto* aberat a Ms. Ryck. Pall. Regg. Mall. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Sed *totum* Ms. Voss. 3.—32 *Orontam* Ed. Freinsh.—33 *Sinum* Ms. Pal. 2. Voss. 1. 2. Reg. Q, Fran. *Atum* Ms. Ryck.—34 *Militū* Ed. Lips. 2.—35 *Quippe qui* Ed. Stad. Pont.—36 *Hostem* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph.—37 *Assūpto* Ed. Lips. 1. *assumpto* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par.—38 *Spacio* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par.—39 *Sagitarum* Ed. Lips. 3.—40 *Circunlato* Ed. Par. 1. *circūlato* Ed. Par. 2.—41 *q̄ desinerāt capte* Ed. Lips. 1. Etiam in Lips. 2. est *desinerant.* At Lips. 3. *desiverant.* Ed. Stad. Pont. *quæ defecerant.*—42 *Recepta fuit* Ed. Pont. *recepta sit* Ed. Stad.—43 *Pagoriæ depensavimus* Ms. Naz. *Pajorie depensavimus* Ms. Voss. 1. *Pagorie dispensavimus* Ms. Fran. Pro pensav. *piav.* Ms. Pal. 2.

1 *Anthonio* Ed. Par. 2. *B. Parthicum Antonii* Ed. Stad. Pont.—2 *Mutuarum*

NOTÆ

[g] *Orontem*] Syriæ fluvium.

[h] *Viginti amplius millium fuit*] Hinc certe aliquid ætas aut incuria abstulerit; neque enim ratio, nec structura sermonis, ut aliter sentiam, sinunt. Sensus esse debuit, et his quidem verbis conceptus: *Viginti amplius millium ea clades fuit.* Idque cur jam primum non omnes viderint, haud equidem video. *Pater.*

[i] *Castris succedere*] Sic apud Virg. 'Succedere stabulis,' 'Succedere tectis,' pro, tecta et stabula subire.

CAP. X. *Bellum Parthicum cum Antonio*] Anno Mundi 3914. ante Ch. Nat. 34. ab Ur. Cond. 717. Coss. L. Gellio Poplicola et M. Cocceio Nerva.

[a] *Cum Crassus atque Pacorus utrinque*] Parthi Crassum, Pacorum Ro-

Digitized by Google

menta fecissent, pari rursus reverentia[3] [b] integrata[4] amicitia; et quidem ab ipso fœdus Antonio[5] cum rege percussum.[c] Sed immensa[6] vanitas hominis, dum[7] titulorum cupi- [§. 2. dine Araxem et Euphratem[8] sub imaginibus suis legi[9] concupiscit:[10] [d] neque causa,[11] nec[12] consilio, ac ne[13] imaginaria quidem belli indictione,[14] [e] quasi hoc quoque ex arte ducis esset, obrepere;[15] [f] relicta repente[16] Syria[17] in Parthos impetum facit. Gens[18] præter armorum fiduciam [§. 3. callida[19] simulat trepidationem, et in campos fugam.[g] Hic[h] statim quasi victor sequebatur: cum subito, nec magna[i]

abest ab Ed. Stad. Pont.—3 *rveręntia* Ed. Lips. 1.—4 *Integra* Ed. Par. 2. Stad. Lugd. Pont.—5 *Antonio fœdus* Ms. Pal. 2. Ryck. Regg. Toll. Duisb. Fran. Ed. pr.—6 *Inm.* Ed. Lips. 1.—7 *Tū* Ed. Lips. 1. 3. *cū* Ed. Lips. 2.—8 *Euphraten* Ed. Lips. 3.—9 *Labi* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Vin. Stad. Lugd. Pont.—10 *Concupiss*; Ed. Lips. 1. *concupisset* Ed. Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad.—11 *Cā* Ed. Lips. 1.—12 *Neque* Ms. Voss. 1. 2. Duisb. Ed. pr. Par. 1. Stad. Pont.—13 *Nec* Ms. Fran.—14 Ita Ms. Naz. Ed. pr. Sed *condictione* Ms. Pal. 1. Ryck. Flor. Mall. Fran. Ed. Lips. 1. *conditione* Ms. Pal. 2. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *conditōe* Ed. Lips. 2.—15 Ita et Mss. Pall. Sed in Ms. Reg. F, Ber. Mall. Duisb. Fran. Voss. 3. Ed. pr. Grut. Lugd. Vetat. est *ex arte ducis præriperet*. In Ms. Reg. Q *prorumperet*. In Reg. F a manu secunda *esset obrepere:* ut erat in Ms. Flor. Voss. 1. 2. Edd. vett. Etiam in Ryck. erat *obrepere*, sed omisso τῷ *esset*. —16 *Repetente* Ed. Lips. 1. 3.—17 *Siria* Ed. Lips. 2.—18 *Quæ gens* Ed. pr. Grut. Zen. Vetst.—19 Sic Ed. pr. Ven. Abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.

NOTÆ

mani interfecerunt; et sic Crassus et Pacorus et Romanarum et Parthicarum virium experimenta dederunt.

[b] *Pari reverentia*] Par fuit reverentia, quia utrinque paria damna accepta fuerant.

[c] *Cum rege percussum*] Quem regem intelligat Florus non video; nam Pacorum Ventidius occiderat, et cum Phrahate, qui post Pacorum in regnum electus fuit, nusquam fœdus percussum invenias. De Orode Pacori patre intelligendum esse certum est.

[d] *Araxem et Euphratem sub imaginibus suis legi concupiscit*] Tituli devictarum gentium, locorum, fluviorum statuis ascribebantur.

[e] *Ac ne imaginaria quidem belli indictione*] Vid. notata ad lib. III. cap. 11. 'Ne imaginario quidem jure.'

[f] *Obrepere*] Hic est, subito in nec opinantes impetum facere.

[g] *Et in campos fugam*] In pugna Parthi fugam simulant, ut insequentes, et sic adversus vulnera incautiores, inversis sagittis facilius transfigant. Virgil. Georg. lib. III. 'Fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis.'

[h] *Hic*] Antonius.

[i] *Nec magna*] Legendum *immanis*, id et res et sequentia probant: 'immanem' enim esse oportuit, quæ velut nimbus erupit, et sagittis duas legiones operuit.

Digitized by Google

hostium[20] manus, ex improviso,[21] et jam[22] in fessos[23] via sub[24] vespere,[25] velut nimbus, erupit: et, missis undique sagittis, duas legiones operuerunt. Nihil acciderat [§. 4. in comparationem[26] cladis, quæ[27] in posterum diem imminebat,[28] nisi intervenisset Deum miseratio.[29] Unus ex clade Crassiana[j] Parthico habitu castris adequitat, et salute Latine data, cum fidem ipso[30] fecisset,[k] quid immineret, edocuit: 'jam affuturum[31] cum omnibus copiis regem: [§. 5. irent retro,† peterentque montes: sic quoque[l] hostem fortasse non defore:' atque ita secuta[32] est minor vis hostium, quam imminebat. Affuit tamen: deletæque reliquæ [§. 6. copiæ forent, nisi urgentibus[33] telis in modum grandinis, quadam forte,[34] quasi docti,[35][m] procubuissent in genua milites; et, elatis[36] super capita scutis, cæsorum speciem præbuissent. Tum Parthus arcus inhibuit. Deinde [§. 7.

Gryph. Stad. Lugd. Pont.—20 *Hostium* aberat a Ms. Voss. 1. 2. Fran.—21 *Improviso* Ed. Lips. 1. 2. 3.—22 *Etiam* Ed. Par. Ald. Ven. *etiā* Ed. Lips. 1. 3.—23 *Insessos* Ed. Lips. 1. 2. 3. omittit *in* Ed. Ven.—24 *Sua* Ed. Ven.—25 *Vespera* Ed. Stad. Pont.—26 *Comparatione* Ms. Ber.—27 *Gladii qui* Mss. Regg. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr.—28 *Imminebant* Ed. Ven.—29 *Dei miseratio* Ms. Reg. Q, Voss. 1. 2.—30 *Ipse* Ms. Ryck. Pal. 2. Mall. Ber. Duisb. Fran. Ed. pr. Ven. Gryph.—31 Sic Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Grut. Vetst. Cett. *adf.*—† *r̄tro* Ed. Lips. 1.—32 *Facta* Ms. Reg. Q, Pal. 2. Mall. Ber. Duisb. Voss. 1. 2. Ed. pr.—33 *Urguentibus* Ms. Naz.—34 Sic Ms. Ryck. Naz. Pal. 2. Vin. quidam, Toll. Voss. 2. Ed. Ber. Med. Par. Junt. Ven. Sed *sorte* Mss. Vin. alii, Duk. ceteri, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Sab. Ald. Gryph. Stad. Pont.—35 Ita Mss. Vin. omnes, Naz. Pall. Reg. F, Flor. Mall. Voss. 3. Edd. Duk. vett. præter pr. Sed *docti*, omisso *τῷ quasi*, Mss. reliqui, Ed. pr. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. *si docti* Ms. Reg. Q. *quasi docte* Ed. Lips. 1. 2. 3. Gryph. —36 *Claris* Ed. Gryph.—37 *Rursus quum se Romani* Mss. Toll. Duisb. Fran.

NOTÆ

[j] *Unus ex clade Crassiana*] Romanus, qui clade Crassiani exercitus a Parthis captus fuit: is cum fortunam non animum mutasset, accessit nocte ad stationem Romanam, prædixitque ne destinatum iter peterent, sed diverso sylvestrique pervaderent. Vellei. lib. II.

[k] *Cum fidem ipso fecisset*] Latinitas jubet ut legas, *Cum fidem eo ipso fecisset.* Eo ipso fidem fecit, quod Latine locutus est.

[l] *Sic quoque*] Hoc est: Et quamvis montes peterent, tamen fortasse et hostes affuturos.

[m] *Quadam forte,* [*sorte*] *quasi docti*] Id ex sorte potius quam militari scientia evenisse vult Florus. Sed quomodo id factum fuerit, scire non licet: forsan quidam ex militibus, dum per prærupta fugiebat, cadens, clypeum supra caput extulit, sicque ingruentia hostium tela vitavit, quod reliqui annotantes imitati sunt.

Digitized by Google

Romani cum se rursus[37] extulissent, adeo res miraculo fuit, ut unus ex barbaris miserit vocem: 'Ite et bene[38] valete Romani: merito vos victores gentium[n] fama[39] loquitur, qui Parthorum tela fugistis.'[40] Non minor ex aqua postea, [§. 8. quam ab hostibus clades.[41] Infesta primum siti[42] regio: tum[43] quibusdam salinacidis[44] fluvius infestior:[45][o] novissime, quia jam[46] ab invalidis et avide hauriebantur,[47] noxiæ etiam[48] dulces fuere.[49] Mox et ardores[50] per Arme- [§. 9.

Ed. pr. *cum se rursus Romani* Ms. Ryck.—38 *Bn* Ed. Lips. 1.—39 Ita Ms. Pal. 2. Mall. Sed *vict. fama gent.* Mss. reliqui, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2.—40 Ita Ms. Flor. Mall. Reg. Q, Voss. 3. Naz. Pal. 2. Edd. vett. omnes præter pr. Sed *fudistis* Ms. Pal. 1. *fugitis* Ms. Ryck. *fertis* Mss. Duk. reliqui, Ed. pr. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—41 Ita Mss. Vin. Pal. 2. Ed. Stad. Freinsh. Fab. Duk. 1. 2. Sed *excepta clades* Ms. Naz. Ryck. Ber. Duisb. Voss. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Grut. Zeu. Vetst. *accepta clades* Ms. Pal. 1. Ed. Gryph. *recepta clades* Ms. Flor.—42 *Sui* Ms. Pal. 2.—43 Sic Mss. Duk. plerique, Ed. pr. Lips. 3. Sed *cum* Ms. Naz. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. Ber. Sab. Med. Par. Ven.—44 Ita Ms. Reg. F, Toll. Voss. 1. Sed *salmacidis* Ms. Pal. 2. Ryck. et Duk. plerique, Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. *Salmadicis* Ms. Fran. *Salmatides* Ms. Voss. 3. *Salmassidis* Ms. Reg. Q.—45 *Infestor* Ed. Lips. 1. 3. Pro fluvius, *fluviis* Ms. Mall.—46 *Novissimeque etiam* Ms. Naz. *novissimeque jam* Mss. Vin. Pal. 1. Voss. 2. 3. Ed. Grut. Lugd. Freinsh. Vetst. *novissime quia* Ms. Ryck. Ed. Blanc. *novissime qui jam* Ms. Pal. 2. Toll. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. *novissimeque qui* Ms. Regg. *novissimeque cum id* Ed. Sab. *novissimeque cum jam* Edd. vett. aliæ, ut Lips. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *novissieque cum jam* Ed. Lips. 1. *novissimeque quum* Ed. Zeu.—47 Sic Mss. Regg. Sed *hauriebatur* Ms. Pal. 2. et Duk. ceteri omnes, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. (in quo est *auriebatur*) Par. Ven. Grut. Fab. Vetst. Duk. 1. 2.—48 Sic Ms. Naz. Edd. vett. præter pr. Sed *cum noxiæ etiam* Mss. Pall. Toll. Regg. Duisb. Fran. Voss. 2. 3. Ed. pr. Vin. Grut. Lugd. Freinsh. *cum māx etiam* Ms. Ryck. *cum noxiæ* Ms. Voss. 1.—49 Sic Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *dulces fiere* Ms. Naz. *dulces fere* Ms. Ryck. *dulces fluere* Ed. Blanc. *dulces fieret* Mss. Pall. Mall. Fran. Voss. 2. Ed. pr. Vin. Grut. Lugd. Freinsh. Fab. Vetst. *dulces fieret* Mss. Regg. *dulces fierent* Ms. Flor. Ber. Voss. 3. *dulcis fierent* Ms. Duisb.

NOTÆ

[n] *Merito vos victores g. f.* [*f. g.*] Dura transpositio: melius in aliis legitur, *Merito vos victores gentium fama loquitur.*

[o] *Tum quibusdam sal.* [*Salmacidis*] *fluvius infestior*] Cave fidem habeas Ortelio, qui hoc loco deceptus fluvium, nomine Salmacis, in Parthia creavit. Omnino corruptus hic locus. Lege igitur ex Salmas. in Solin. et Freinshem. *tum quibusdam Salinacidis fluviis infestior; novissime, cum jam ab invalidis et avide hauriebantur, noxiæ etiam dulces fuere.* Sensu aperto et facili. *Salinacidis* autem, a Salinis. Quanquam non video cur omnino *Salmacidis* rejiciatur; recte enim *Salmacidus* a 'Salme,' quod ab ἅλμη, *salsugo, muria,* et 'acidus' dici possit.

Digitized by Google

niam, et nives per Cappadociam,[51] et utriusque cœli subita[52] mutatio pro pestilentia fuit. Sic vix tertia parte de [§. 10. sedecim[53] legionibus reliqua,[p] cum argentum[54] ejus passim dolabris concideretur:[55] [q] et subinde[56] inter moras[r] mortem a gladiatore suo efflagitasset[57] egregius imperator;[s] tandem perfugit[58] in Syriam. Ibi[59] incredibili quadam mentis vecordia[60] ferocior[61] aliquanto factus est: quasi vicisset, qui[62] evaserat.[t]

CAP. XI.

BELLUM CUM ANTONIO[1] ET CLEOPATRA.

Furor Antonii, quatenus[2] ambitu[3] non interiret, [§. 1. luxu[4] et libidine[a] extinctus est. Quippe post Parthos cum

Voss. 1.—50 *Cardores* Ed. Ven.—51 *Cappadotiam* Ed. Lips. 1. 2. 3.—52 *Subita* aberat a Ms. Reg. F, Duisb. Fran. Ed. pr.—53 *XVI.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—54 Sic et Ed. Ven. Sed *argenti* Ed. Lips. 2. Etiam ab Ed. Lips. 1. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ald. Gryph. abest *τὸ ejus.*—55 *Concideret* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—56 *Sub inde* Ed. Lips. 1.—57 *Flagitasset* Ms. Naz. Pal. 1. Ryck. Flor. Edd. Duk. vett. omnes, etiam Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—58 *Profugit* Mss. Toll. Ryck. Duisb. Fran. Voss. 2. 3. Edd. vett. omnes, ut pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—59 Sic Mss. Regg. Toll. Fran. Ed. Stad. Freinsh. Sed *ibique* Ms. Duisb. Voss. Ed. pr. Grut. Vetst. *ubi* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Gryph. Vin. Lugd.—60 *Væcordia* Ed. Freinsh. Blanc.—61 *Ferotior* Ed. Lips. 2.—62 *Quo* Ed. Lips. 2.

1 *Bellum Actiacum cum Ant.* Ed. Stad. Pont.—2 *q̃i* Ms. Ryck. i. e. *quasi.* —3 *Per ambitum* Ms. Ber. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Freinsh. Fab.—4 *Et luxu* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med.

NOTÆ

[p] *Sic vix tertia parte de sedecim legionibus reliqua*] Velleius tamen scribit, haud minus quarta parte militum, calonum, servitiique desideratum fuisse.

[q] *Dolabris concideretur*] Ut ostendat quantum argenti Antonius ibi perdidit, id ab hostibus dolabris concisum fuisse dicit.

[r] *Inter moras*] Gallice diceres, *De tems en tems.*

[s] *Egregius imperator*] Ironice.

[t] *Quasi vicisset, qui evaserat*] Hanc Antonius fugam suam, quia vivus exierat, 'victoriam' vocabat.

Cap. xi. *Bellum cum Antonio et Cleopatra*] Anno Mundi 3919. ante Ch. Nat. 29. ab Ur. Cond. 722. Coss. Augusto Cæsare iii. et M. Valerio Messala.

[a] *Quatenus amb.* [*per ambitum*] *non interiret, luxu et libidine*] Vid. cap. 9. 'Omnia expertus ambitu et luxuria, primum hostes, deinde cives, tandem etiam terrore sui sæculum liberavit.'

Digitized by Google

exosus arma in otio[5] ageret, captus amore Cleopatræ, quasi bene[6] gestis rebus, in regio se sinu reficiebat. Hæc mulier Ægyptia,[7] [b] ab ebrio[8] imperatore,[c] pretium [§. 2. libidinum Romanum imperium petit. Et promisit Antonius: quasi facilior[9] esset Partho Romanus. Igitur [§. 3. dominationem parare, nec tacite: sed patriæ, nominis, togæ, fascium oblitus,[d] totus in[10] monstrum illud[e] ut mente, ita animo[f] quoque et cultu,[11] desciverat. Aureum in manu baculum;[12] [g] ad latus acinaces;[13] [h] purpurea vestis ingentibus obstricta[14] gemmis; diadema aderat, ut regina rex ipse frueretur. Ad primam[15] novorum motuum famam [§. 4. Cæsar a Brundisio[16] trajecerat, ut venienti bello occurreret: positisque in Epiro castris, Leucadem[17] insulam, montem-

Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—5 *Ocio* Ed. Par.—6 *B̄n* Ed. Lips. 1.—7 *egiptia* Ed. Lips. 1.—8 Pro ebrio, *Ebrio* Ed. Lips. 1.—9 *Felicior* Ms. Duisb.—10 Ita Mss. Pall. Ed. Ald. Sed *ut* Mss. Regg. Voss. Duisb. Ryck. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven.—11 *Istud mente jam animo q̲ et cultuque* Ms. Voss. 3. Etiam in Ed. Lugd. Zeu. est *istud.* Pro et cultu, *cultuque* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—12 *Bacculum* Ed. Lips. 1.—13 *Acinacis* Ms. Naz. Ed. Stad. Pont. *ac in acie* Ms. Duisb. Voss. 3. Ed. pr. *et in acie* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *acinace* Ed. Grut. Lugd. Vetst. Aberat a Ms. Ryck.—14 *Obstructa* Ms. Pal. 2. *estricta* Ed. Lips. 1. *astricta* Ed. Ven.—15 *Prim̄a* Ed. Lips. 1. 3. *primum* Ed. Par. Ven.—16 *brundusio* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Duk. 1. 2.—17 *Castris in epyro Leucadā* Ed. Lips. 1. 2. 3. *castris in epyro Leucadē* Ed. Med. Par. *castris in Epyro Leucadem* Ed. Ven. *castris in Epiro Leucadem* Ed. Gryph. Lugd. Pro Leucadem, *Leucatem* Mss. Regg. Vin. *Leucadam* Ms. Naz. Ryck. Toll. Duisb. Voss. 2. 3. Fran. Pal. 1. 2. a manu secunda,

NOTÆ

[b] *Hæc mulier Ægyptia*] Τὸ *hæc* hic ad contemtum positum est.

[c] *Ab ebrio imperatore*] Ebriosum fuisse Antonium, et eo ipso male audiisse, multorum testimonio patet.

[d] *Sed patriæ, nominis, togæ, fascium oblitus*] Patria, nomen, toga, fasces, ad exaggerationem posita sunt. Et videtur Florus respexisse ad illud Horatii, Od. lib. III. 5. 'Anciliorum, nominis, et togæ Oblitus, æternæque Vestæ.'

[e] *In monstrum illud*] Regem scilicet, qui tunc temporis pro monstro Romanis erat.

[f] *Ut mente, ita animo*] 'Mens' quandoque pro animo sumitur, sed hic nil aliud est quam, voluntas simplex et sola; animus vero est, ipsa indoles. Sic Terent. Andr. act. I. sc. 1. 'Mala mens, malus animus.'

[g] *Aureum in manu baculum*] Hæc apud Ægyptios Regum insignia.

[h] *Acinaces*] Persarum et Medorum gladii acinaces vocabantur. 'Medus acinaces,' Horat.

Digitized by Google

que Leucaten,[18] [i] et Ambracii[19] sinus[j] cornua, infesta[20] classe succinxerat.[a] Nobis quadringentæ amplius naves, [§. 5. ducentæ[21] non minus hostium: sed numerum magnitudo pensabat.[k] Quippe a senis in novenos[22] remorum ordinibus:[l] ad hoc[23] turribus, atque tabulatis[m] allevatæ,[24] castellorum et urbium specie, non sine gemitu[25] maris, et labore ventorum ferebantur:[b] quæ quidem[26] ipsa moles exitio fuit. Cæsaris naves a triremibus in senos, non[27] amplius, [§. 6. ordines creverant: itaque habiles in omnia, quæ usus poscebat; ad impetus, et recursus, flexusque capiendos,[28] illas graves,[29] et ad omnia præpeditas, singulas plures adortæ,[30] missilibus simul, tum[31] rostris, ad hæc[32] ignibus jactis, ad arbitrium dissipavere. Nec ulla re magis [§. 7. hostilium copiarum apparuit magnitudo, quam post victo-

[a] *Classe inimica insederat cornua Ambracii sinus.*

[b] *Nam a senis ordinibus remorum in novenos* crescentes, *insuper turribus atque tabulatis elatæ, quasi castella et urbes ferebantur, non sine labore ventorum et maris gemitu.*



Ed. pr. Ber. *Laucadam* Ms. Voss. 1.—18 *Leucatem* Ms. Ryck. Ed. pr. Med. Par. Junt. *leucatē* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Leucaten* Ms. Fran. *Leucantem* Ms. Voss. 3. *Leucadem* Ed. Gryph. Stad. Pont.—19 *Ambratti* Ed. Lips. 2.—20 *Infesta* abest ab Ed. Amst.—21 *CCCC....CC.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—22 *Nonenos* Ed. Lips. 1. 3.—23 *Hec* Ed. Lips. 1. 2. 3. *hæc* Ed. Med. Par. Ven. Gryph.—24 *Elevatæ* Ms. Ryck.—25 *Genitu* Ed. Par. —26 *q̄ q̄dam* Ed. Lips. 1. *que quidam* Ed. Lips. 3.—27 *Nec* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph.—28 *Faciendos* Ms. Ber. Duisb. Ed. pr.—29 *Gravis* Ed. Med. Par. Ven. *graveis* Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Vetst. Amst. Duk. 1. 2.—30 *Adoratæ* Ms. Naz.—31 *Cum*, omisso *τῷ simul*, Ms. Fran. Ed. pr. *simul cum* Ed. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. Amst.—32 Ita Ms. Ryck. Flor. Berol. Regg. Sed *hoc* Ed. Lips.

NOTÆ

[i] *Leucaten*] Montem et promontorium in Leucade insula. Virg. Æn. VIII. 'Fervere Leucaten auroque effulgere fluctus.' Veteres pro *Leucaten* habent *Leucadam*, ut bene Salmas. *Leucada* autem pro, Leucas, ut 'Persida' pro, Persis; 'Elida' pro, Elis; 'Chalcida' pro, Chalcis, &c.

[j] *Ambracii sinus*] Supra Acarnaniam.

[k] *Sed numerum magnitudo pensabat*] Augustus quadringentas naves habebat, Antonius vero ducentas, sed harum magnitudo illarum numerum æquabat. De magnitudine navium Antonii, vid. Dion. lib. XLIX.

[l] *A senis in novenos remorum ordinibus*] A trinis in denos, ait Plutarch. et Dio, a quaternis in denos. Hi autem ordines remorum alii supra alios collocabantur.

[m] *Tabulatis*] Gallice, *Des étages.*

Digitized by Google

riam. Quippe immensa[33] classis, naufragio belli facto,[34] toto mari ferebat;[35] Arabumque,[36] et Sabæorum,[n] et mille aliarum gentium Asiæ spolia, purpuram aurumque in ripam[37] assidue mota ventis maria revomebant.[c][38] Prima [§. 8. dux fugæ regina, cum aurea puppe veloque purpureo, in altum[o] dedit.[39] Mox secutus Antonius: sed instare vestigiis Cæsar.[p] Itaque nec[40] præparata[41] in Oceanum [§. 9. fuga, nec munita præsidiis[42] utraque Ægypti[43] cornua,[q] Parætonium[44][r] atque Pelusium, profuere: prope[45] manu

[c] *Maria ventis agitata assidue in ripam revomebant purpuram aurumque, spolia Arabumque et Sabæorum, et mille aliarum gentium Asiæ.*

1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Blanc. Vetst.—33 *Inmensa* Ed. Lips. 1.—34 *Fracta* Ms. Ber. Duisb. Ed. pr.—35 Ita Ms. Naz. Pal. 1. Ryck. Regg. Fran. Sed *ferebatur* Ms. Pal. 2. Toll. Duisb. Voss. Ed. pr. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 2. *ferebāt* Ed. Lips. 1.—36 *Arabum* Ms. Pal. 2. *Arabum sabæorumque et mille* Ed. Blanc.—37 *Aurum q̄ inripam* Ed. Lips. 1.—38 *Removebant* Ed. Par. 1. Ven. Vetst.—39 Sic Ms. Naz. Voss. 3. Sed *se in altum tulit* Ms. Ryck. *se in altum dedit* Ed. Lips. 1. 3. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Duk. 1. 2.—40 *Neque* Ms. Pal. 1. Regg. Flor. Mall. Voss. Fran.—41 Sic Ms. Naz. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. Sed *parata* Ms. Pal. 1. Vin. Ed. Lugd. Zeu. *aperta* Ms. Pal. 2. Berol. Duisb. Ed. pr. Grut. Vetst.—42 *A præs.* Ed. Ven.—43 *Nili* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr.—44 *Parethonium* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. *parhetonium* Ed. Ven.—45 *Propere* Ed. Stad. Pont.—

NOTÆ

[n] *Arabumque, et Sabæorum*] Arabes et Sabæos in Antoniana classe fuisse testatur Virgil. Æn. lib. VIII. 'Omnis Arabs, omnès verterunt terga Sabæi.'

[o] *In* [*Se in*] *altum*] Abundat τὸ *se*, neque illud agnoscunt meliores libri. 'In altum dare' quid sit, docti sciunt. Monuit Salmas.

[p] *Sed instare vestigiis Cæsar*] Hoc ex Horatio desumsit Noster: Od. lib. I. 37. 'Mentemque lymphatam Mareotico Redegit in veros timores Cæsar, ab Italia volantem Remis adurgens.' Sed uterque ibi falsi sunt. Nam ex Sueton. et aliis patet Cæsarem ab Actio statim Samum insulam se recepisse.

[q] *Itaque nec præparata in Oceanum fuga, nec munita præsidiis utraque Ægypti cornua*] Hic etiam Noster falsus est, qui in fuga mortuum Antonium, cum jamjam caperetur, Cleopatram vero a Cæsare captam putat, antequam in Ægyptum perveniret, ab ipso Horatio deceptus Ode supra. Nam ex Dione et aliis certum est post pugnam Actiacam quosdam milites a Cæsare ad Antonium et Cleopatram insequendos missos fuisse, sed non assecutos; eosque Alexandriam pervenisse.

[r] *Parætonium*] Urbs Ægypti maritima versus Occidentem.

Digitized by Google

tenebantur.[s] Prior ferrum occupavit Antonius. Regina ad pedes Cæsaris provoluta tentavit oculos ducis: frustra. Nam pulchritudo intra[46] pudicitiam principis[47] fuit.[t] Nec illa de vita, quæ[48] offerebatur, sed de parte regni, [§. 10. laborabat. Quod ubi desperavit a principe,[49] servarique[50] se triumpho vidit, incautiorem[51] nacta custodiam, in Mausoleum[52] se (sepulcra regum sic vocant[u]) recipit: ibi[53] [§. 11. maximos, ut solebat, induta[54] cultus, in differto[55] odoribus solio,[v] juxta suum se collocavit Antonium:[d] admotisque[56] ad venas serpentibus,[w] sic morte,[57] quasi somno, soluta est.[58]

CAP. XII.

BELLA ADVERSUS GENTES EXTERAS.[1]

Hic finis armorum civilium: reliqua adversus [§. 1.

[d] *In sepulcro odoribus repleto juxta suum se Antonium composuit.*

46 *Inter* Ms. Voss. 1. *infra* Ms. Voss. 3. Sarisber. 3. 10. Ed. Vetst. *in* Ed. Ven.—47 *Principi* Ms. Pal. 1. Reg. F, Mall. Berol. Pal. 2. *Cæsaris* Ms. Pal. 1. Reg. F, Duisb. Fran. Voss. 3. Ed. pr. e glossemate.—48 *Qua* Ed. Par.—49 *Apr̄icipe* Ed. Lips. 1.—50 *Privarique* Ed. Ven.—51 *i cautiorē* Ed. Lips. 1.—52 *mauseolū* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par.—53 Sic Ms. Naz. Pal. 1. 2. et Duk. fere omnes, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Sed *recepit ibi* Ms. Flor. Voss. *recepit ubi* Ed. Ald. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zen.—54 *Indi ut solebat inducta* Ms. Pal. 2. *ut sol. inducta* Ms. Ryck. Voss. 1. 2. *Maximocultu* Ed. Med. Par. Gryph. Stad. Pont. male. Sic enim et Plinius Ep. 2. 20. 11. 'Coëgit mulierem aperire tabulas, ac sibi tunicas, quas erat induta, legare.'—55 *i diff.* Ed. Lips. 1. *in disserto* Ed. Ven.—56 *Admotis* Ed. Stad. Pont.—57 *Sic morte* aberant a Mss. Voss. Duisb. Ed. pr. Grut. Zen. Vetst. Etiam ab Lips. 2. abest *τὸ morte.*—58 *Est* aberat a Mss. Voss. Ed. pr. Grut. Freinsh. Vetst. Amst.

1 *Bella...exteras* absunt ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—2 *Districtio*

NOTÆ

[s] *Prope manu tenebantur*] Falsum: vid. Not. superiorem.

[t] *Intra pudicitiam principis fuit*] Hoc est, minor fuit pudicitia principis. Vide notata ad lib. I. cap. 3. 'Facinus intra gloriam fuit.' Legebat Salmas. *intra pudicitiam principi fuit.* Sed non placet.

[u] *Sic vocant*] Ægyptii scilicet.

[v] *Solio*] Hic 'solium' significat loculum quo mortui conduntur, ut apud Q. Curtium et Plinium.

[w] *Admotisque ad venas serpentibus*] Aspidum morsu periisse creditum est.

Digitized by Google

exteras gentes: quæ, districto[2] circa mala sua imperio, diversis[3] orbis oris emicabant.[a] Nova quippe pax: [§. 2. necdum[4] assuetæ frænis servitutis tumidæ gentium inflatæque cervices ab imposito nuper jugo resiliebant.[b] Ad [§. 3. Septemtrionem conversa ferme plaga ferocius[5] agebat: Norici, Illyrii,[6] Pannonii, Dalmatæ,[7] Mysi,[8] Thraces et Daci, Sarmatæ[9] atque Germani. Noricis animos dabant [§. 4. Alpes[10] atque nives, quo bellum[11] non posset ascendere: sed omnes illius cardinis[a] populos, Brennos,[12] Senones[13] atque Vindelicos,[b] per privignum[14] suum, Claudium[15] Drusum,[c] perpacavit.[16 d] Quæ fuerit[17] callidarum[18] gen- [§. 5. tium feritas, facile[19] vel mulieres ostendere; quæ,[20] defi-

[a] *Reliqua* bella *adversus gentes exteras* fuere, *quæ, imperio circa mala sua distracto, diversis terrarum finibus erumpebant.*

[b] *Et colla gentium tumida et inflata, nondum frænis assueta, ab imposito nuper jugo deflectebant.*

Ed. Ven.—3 *Diversi* Ed. Lips. 3. Par.—4 *Nec dü* Ed. Lips. 1. Par.—5 *Ferotius* Ed. Lips. 1. 2. 3.—6 *Illyrici* Ms. Fran. Voss. 1. 2. Ryck. Mall. Berol. Duisb. Ed. pr. Par. *illirii* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. ubique.—7 *Delmatæ* Ms. Naz. hic et mox §. 10.—8 *Mæsi* Ms. Mall. *Mysi vel Mæsi* Ms. Voss. 1. *Mesi* Ed. Lips. 2. *Mysii* Ed. Gryph. Stad.—9 *Sarmates* Ms. Naz.—10 *Alpes dabant* Ms. Naz. —11 *Et in nives b.* Ms. Naz. *et nives quo b.* Mss. Toll. Ryck. Duisb. Fran. Ed. pr. *atque nives, quod* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Lugd.—12 Ita Ms. Pal. 2. et Duk. plerique, Edd. vett. omnes. Sed *Berenos* Ms. Pal. 1. *Brenos* Ms. Ryck. *Brēnos*, Ed. Ven. *Brenuos* Ms. Fran. *Breunos* Ms. Voss. 1. 2. Naz. Ed. Stad. Pont. *Brennones*, et *Breunos*, Mss. Vin.—13 Sic Mss. Toll. Ryck. Sed *sennones* Ed. Ven. *Sennos* Ms. Pal. 2. *Scennos* Ms. Naz. Pal. 1. Regg. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. *Senos* Ms. Flor. Voss. 3. *Senones*, et *Scenos*, et *Scennos* Mss. Vin.—14 *Perprivignum* Ed. Lips. 1.—15 *Claudium* aberat a Mss. Regg. Voss. 1. 2. Fran.—16 *Perpacavit sed Cæsar Augustus* Ms. Voss. 1. *pacavit* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *placavit* Ed. Lips. 2.—17 *Fuit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—18 *Albidarum* Ms. Naz. Ryck. *Alpinarum* Jord.—19 *Facile* aberat a Ms. Voss. 1.—20 *oñder q̄* Ed.

NOTÆ

[a] *Illius cardinis*] Gallice, *De ce climat.*

[b] *Atque Vindelicos*] Gentem Cisalpinam, non longe ab Helvetiis. Hujusce Augusti victoriæ, per Drusum, meminit Horat. Od. lib. IV. 14. ad Augustum: 'Vindelici didicere nuper Quid Marte posses: milite nam tuo Drusus Genaunos, implacidum genus, Brennosque veloces, et arces Alpibus impositas tremendis Dejecit acer plus vice simplici.'

[c] *Per privignum suum, Claudium D.*] Tiberii Claudii Neronis uxorem Liviam in sextum mensem gravidam Augustus sibi duxit, quæ post tres menses Claudium Drusum Neronem peperit, qui sic privignus fuit Augusti.

[d] *Perpacavit*] Anno Mundi 3985. ante Ch. Nat. 19. ab Ur. Cond. 738.

Digitized by Google

cientibus telis, infantes ipsos afflictos humo[21] in ora militum adversa miserunt. Illyrii[22] quoque sub Alpibus [§. 6. agunt, imasque[23] valles earum, ac[24] quædam quasi[25] claustra, custodiunt,[e] abruptis[26] torrentibus impliciti:[e 27] in hos expeditionem[28] ipse sumsit,[f] fierique pontes imperavit.[29] Hic se et aquis et hoste turbantibus, cunctanti ad [§. 7. ascensum militi scutum de manu rapuit: et in via[30] primus, tunc agmine[31] secuto, cum Illyricus[32] multitudine pontem[33] succidisset,[34 g] saucius[35] manibus ac cruribus,[36 h] speciosior[37] sanguine, et ipso periculo augustior,[38] terga hostium

[e] *Illyrii etiam sub Alpibus vivunt, et extremas earum valles, veluti quædam claustra, habitant, abruptis torrentibus impediti.*

Lips. 1.—21 *Adflictos humano* Ms. Naz. et in marg. eadem manu, *adflictos inhumane*. Sed *afflictos humi* Jord. Ed. Lugd. *collisos humi* Oros. et Frec.—22 *Illyrici* Ms. Ryck. Mall. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. Par. ut §. 3.—23 *Unasque* Ed. Ven.—24 Sic Mss. Toll. Ed. Fab. Sed *ad* Ms. Reg. F, Pall. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Vin. Grut. Lugd. Freinsh. Vetst. *et* Ms. Naz. Ryck. Edd. vett. reliquæ, ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. Duk. 1. 2. *quædam*, simpliciter, Ms. Reg. Q.—25 *Quasi* aberat a Ms. Pal. 2.—26 *Abruptis quibusdam torrentibus* Ms. Reg. Q.—27 *Implicati* Ms. Naz. Ryck. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Stad. Pont.—28 *Expeditō*; Ed. Lips. 1.—29 Sic Mss. Vin. Naz. Regg. Voss. Fran. Sed *potentem imp.* Ms. Ryck. *pontes et aquis imperavit* Ms. Duisb. Toll. Pal. 2. Ed. pr. *pontem et aquis imp.* Ms. Pal. 2. *pontē imper.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Lugd.—30 *Invia* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. *inivia* Ed. Lips. 2.—31 *Fuit in agmine et sequuto* Ms. Voss. 3.—32 *Lubricus* Ms. Pal. 2. Naz. Flor. Voss. 3. *subruptus* Jord. *Illyricis* Ms. Ryck. *illiricus* Ed. Lips. 1. Par. 1. *Illyricus* Ed. Par. 2.—33 *Puti* Ms. Naz. et emendatum *sputi*. Sed *pons* Ms. Pal. 2. Flor. *ponte* Ms. Voss. 3.—34 *Succedisset* Ms. Naz. sed correctum erat *succidisset*. Ed. Blanc. *quum subruptus multitudine pons succidisset*.—35 *Sauciis* Ms. Ryck. Duisb. Voss. Ed. pr.—36 *Pedibus* Ed. Lips. 2.—37 Ita Ms. Fran. Toll. et Jord. Sed *speciosiore* Ms. Ryck. Pal. 1. 2. Regg. Duisb. Voss. Ed. pr. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. (in quo tamen scriptum est *spetiosiore*) Grut. Fab. *speciosior e* Ms. Naz. *speciosior et* Ed. Vetst.—38 *Aug.* Ed. Lips. 3.

NOTÆ

[e] *Custodiunt*] Hoc est, habitant. Sic Horat. de Diana: 'Montium custos nemorumque Virgo:' quod ea in montibus perpetuo maneret: ex Callimach. Græci eodem sensu dicunt φυλάσσειν, ἐπιβλέπειν: Homer. Callimach.

[f] *Ipse sumsit*] Augustus 3. ann. ante pugnam Actiacam.

[g] *Cum Illyricus multitudine pontem succidisset*] Illud falsum est et ridiculum. Optime in libris antiquis, quibus usus est Salmasius, legitur *lubricus;* unde ipse sic verba ordinavit: *cum lubricus pons multitudine succidisset*. Nil verius. *Succidisset* autem ita hic usurpatur, ut apud Plautum, 'Genua mihi succidunt:' quale aliquid apud Lucretium est.

[h] *Saucius manibus ac cruribus*] Idem Sueton. in August. cap. 20. 'Dalmatico (bello) etiam vulnera excepit; una acie dextrum genu lapide ictus, altera autem et crus et utrumque brachium ruina pontis consauciatus.'

Digitized by Google

percecidit.[39] Pannonii duobus saltibus, ac tribus [§. 8.
fluviis,[40] Dravo, Savo, Istroque,[41] vallabantur:[42 i] populati[43] proximos, intra ripas se recipiebant: in hos domandos[44] Vibium[45] misit:[j] cæsi sunt in utrisque fluminibus. Arma victorum non ex more[46] belli[k] cremata; sed [§. 9.
capta sunt; et[47] in profluentes data: ut ceteris, qui resistebant,[48] victoria sic[49] nuntiaretur.[50] Dalmatæ ple- [§. 10.
rumque sub sylvis agunt:[51] inde[52] in[53] latrocinia promtissimi. Hos jam quidem Marcius[54 l] incensa urbe [§. 11.
Delminio[55 m] quasi[56] detruncaverat:[n] postea Asinius Pollio[57 o]

—39 *p̄cidit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. *præcidit* Ed. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. —40 Sic Mss. et Edd. vett. omnes. Sed *duobus acribus fl.* Mss. Jord. *fluviis*, simpliciter, Ed. Blanc.—41 *Savo*, omisso τῷ *Istroque*, Mss. Regg. Mall. Duisb. Voss. Ed. pr. *Savoque*, omisso τῷ *Istroque*, Mss. Jord. Pal. 1. 2. Ed. Blanc. *Savo Histroque* Ms. Berol. Fran. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2. *Savo Chistioque* Ms. Ryck. *Savo Christio* Ms. Flor.—42 *Valantur* Ms. Pal. 1. 2. *vallantur* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—43 *ppl'ati* Ed. Lips. 1.—44 *Domando* Ed. Lips. 1. 2. 3.—45 Sic Ms. Mall. Voss. 3. Sed *Vinnium* Mss. Vin. Naz. *Vimuum* Ms. Pal. 1. *Mumium* Ms. Pal. 2. *Verinium* Ms. Ryck. *Vinium*, *Vinnium*, *Junium*, *Urbium*, Mss. Duk. reliqui. *Duennium* Jord. *Urbium* Ed. Par.—46 *Exmore* Ed. Lips. 1.—47 *Et* omittit Ms. Flor.—48 *r̄sistebant* Ed. Lips. 1.—49 *Sic* abest ab Ed. Vetst.—50 *Renunciaretur* Ed. Zeu.—51 *Agebant* Ms. Ryck. Flor. Voss.—52 *Inde* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Ven. —53 *Ad* Ed. Gryph. Stad. Pont.—54 *Martius* Mss. Vin. quidam, Ed. Par. Ven. *Marius* Ed. Gryph.—55 *delivinio* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Delvinio* Ed. Ven. —56 *Quasi* abest ab Ed. pr.—57 *Pollo* Ed. Par.—58 *Armis, agris* Ed. Lips.

NOTÆ

[i] *Pannonii duobus saltibus, ac tribus fluviis, Dravo, Savo, Istroque, vallabantur*] In aliis: *duob. salt. ac fluv. Dravo, Savoque vallabantur*, nulla Istri facta mentione: et melius. Dravus et Savus Pannoniæ fluvii, qui in Danubium incurrunt.

[j] *Vibium misit*] Multimodis hujus ducis nomen corruptum fuit; quare facile viris doctis assentior, qui legunt *Tiberium*, nam facile *TIB* in *VIB* potuit degenerare: et in Annalibus Tiberium Pannonios subegisse reperies, anno Mundi 3940. ante Ch. Nat. 8. ab Ur. Cond. 743.

[k] *Ex more belli*] Fuse docet Livius Romanis usitatum fuisse, devictarum gentium arma ignibus dare.

[l] *Marcius*] Caius Marcius Figulus, qui cum Cornelio Lentulo Lupo Consul fuit anno Mundi 3794. ante Ch. Nat. 154. ab Ur. Cond. 597.

[m] *Delminio*] Delminium urbs Dalmatiæ ad Septemtrionem.

[n] *Detruncaverat*] Recte: nam Delminium Dalmatarum caput.

[o] *Asinius Pollio*] Anno Mundi 3910. ante Ch. Nat. 38. ab Ur. Cond. 713. Quo tempore Consul fuit Pollio cum Domitio Calvino, et de Dalmatis triumphavit. Meminit Horat. Od. l. II. 1. 'Et consulenti, Pollio, curiæ; Cui laurus æternos honores Dalmatico peperit triumpho.'

Digitized by Google

gregibus, agris, armis,[58] mulctaverat,[59] (hic secundus[60] orator,)[p] sed Augustus perdomandos Vibio[61 q] mandat:[62] qui efferum genus fodere terras coëgit, aurumque [§. 12. venis repurgare:[63] quod, alioquin[64] gens omnium cupidissima,[65] studiosa diligentia anquirit:[66 r] ut illud in usus suos servare[67] videatur. Mysi[68 s] quam feri, quam truces [§. 13. fuerint, quam ipsorum etiam barbari barbarorum, horribile dictu est. Unus ducum, ante aciem postulato[69] [§. 14. silentio, 'Qui vos,' inquit, 'estis?' Responsum[70] invicem: 'Romani gentium domini.' Et illi:[71] 'Ita,' inquiunt,[72] 'fiet,[73] si nos[74 t] viceritis.'[75] Accepit omen[u] Marcus[76] Crassus.[v] Illi statim ante aciem immolato[77] [§. 15. equo concepere votum, 'ut cæsorum extis ducum et litarent et vescerentur.' Deos audisse crediderim:[w] nec tu-

1. 2. 3. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zen. Fab. Blanc. Vetst. Duk. 1. 2.—59 Sic Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. ubique.—60 *Scd's* Ed. Lips. 1. Ab Ed. Stad. Pont. Zen. absunt verba *hic secundus orator*.—61 Sic Mss. Duk. plerique. Sed *Vinnio* Ms. Voss. 2. *Ubio* Ms. Naz. *Jubio* Ms. Pal. 1. 2.—62 *Mendat* Ed. Par.—63 *Repugnare* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. 1.—64 *Alioqui* Ed. Gryph.—65 *Cupidissimia* Ed. Lips. 2. *cupitissima* Ed. Lips. 3.—66 Sic Ms. Voss. 2. 3. Ed. Vin. Stad. Lugd. Sed *adquirit* Ms. Naz. Reg. F. *acquirit* Mss. Duk. ceteri, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. *acqrit* Ed. Lips. 1. *conquirit* Ed. Zen.—67 *Servari* Ed. Gryph.—68 *Misi*, *Mysi*, *Misii* Mss. et Edd. Duk. vett. omnes. *Mysi* Ed. Lips. 1. 3. *Misii* Ed. Med. Par. *Mesi* Ed. Lips. 2. *Mysii* Ed. Gryph. Stad. Pont.—69 *Aciem imolato equo concepere votum postulato* Ms. Ryck. e §. 15. In Ed. Ven. est *ostulato*.—70 *Rnsū* Ed. Lips. 1.—71 *Et illi* aberant a Ms. Reg. Q.—72 *Ille...inquit* Jord. Frec.—73 *Fiet* erat in Ms. Naz. Pal. 1. Ryck. Flor. Aberat a Ms. Pal. 2. Mall. Berol. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Stad. Pont. Zen.—74 *Vos* Ed. Lips. 3.—75 *Vinceritis* Ed. Ven. *viceretis* Ed. Par.—76 *Martius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—

NOTÆ

[p] *Hic secundus orator*] Unde tam putidum additamentum huc irrepsit, non video.

[q] *Vibio*] Hic iterum scribendum puto *Tiberio*. Is enim Dalmatas subegit anno sequenti post devictos Pannonios.

[r] *Anquirit*] Hoc est, inquirit, vel circum quærit.

[s] *Mysi*] Mysi vel Mœsi intra Macedoniam et Danubium.

[t] '*Ita,' inquiunt, 'si nos*] Rescribendum ait Salmas. '*Ita,' inquiunt, 'fiet, si nos viceritis.*' Quod a Floro alienissimum puto.

[u] *Accepit omen*] Proprie: nam omen est, cum, quod ex alicujus ore ortum est, id nos præsagium accipimus; ut hic Crassus omen accepit, quod hostes dixerint, 'Si nos viceritis.'

[v] *Marcus Crassus*] Marcus Licinius Crassus Mysos vicit anno Mundi 3921. ante Ch. Nat. 27. ab Ur. Cond. 724.

[w] *Deos audisse crediderim*] Ironice.

Digitized by Google

bam[x] sustinere potuerunt. Non[78] minimum terroris [§. 16. incussit barbaris Domitius[79] centurio,[y] satis barbaræ,[80] efficacis tamen apud paris[81] homines stoliditatis, qui, foculum[82] gerens super cassidem,[4] suscitatam[83] motu corporis flammam, velut ardenti capite, fundebat. Ante hos[z] [§. 17. Thracum maxime[84] populus[a] desciverat.[85] Ille barbarus et signis militaribus, et disciplina, armis etiam Romanis, assueverat:[86] sed a Pisone[b] perdomiti, in ipsa captivitate rabiem ostendere:[87] quippe, cum catenas morsibus tentarent, feritatem suam ipsi puniebant.[c] Daci montibus in- [§. 18. hærent. Cotisonis[88] [d] regis imperio, quoties[89] concretus

[4] *Domitius centurio*, homo *stultitiæ satis barbaræ*, sed *tamen efficacis apud homines barbaros*, qui *foculum gerens super galeam*, &c.

---

77 *Imolato* Ed. Lips. 1. 3. Ven.—78 *Nec* Ms. Ryck.—79 Sic Mss. Regg. Sed *Chonidius* Ms. Naz. Pal. 2. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. *Chomidius* Ed. Ven. *Donidius*, et *Domidius*, Mss. Vin. *Domidius* Ms. Fran. *Canidius* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. *Conidius* Ms. Pal. 1. Voss. 3. Ryck. *Comitius* Ms. Flor.—80 *Barbarie* Ed. Lips. 1. 2. 3.—81 Sic Ms. Flor. Berol. Sed *pares* Mss. ceteri, Edd. omnes ante Græv. ut pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zen. Fab. Vetst. Amst.—82 *Poculū* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *focū* Ed. Gryph.—83 *Succitatā* Ed. Lips. 1. 3.—84 *Ante asse regum maxime dicitur* Ms. Naz. literis majusculis. *apud hos maxime Thracum* Ms. Pal. 1. 2. Lips. Ryck. *apud hos Thracum maxime* Ms. Voss. 3. Toll. *apud hos maxime stragum populos* Ms. Duisb. Ed. pr. *ante hos maxime Thracum* Ms. Flor. *ante hos Thr. maximus p.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Pont. Zen.—85 *Desciverant* Ms. Naz.—86 *Assuerat* Ms. Fran. Mall.—87 *Oñder̄* Ed. Lips. 1.—88 *Contisonis* Ms. Pal. 1. *Conscisonis* Ms. Duisb. *Consosonis* Ms. Fran. *Conscisionis* Ed. pr.—89 *Quotiēs* Ed. Lips. 1. 3. Ven. *quotiens* Ed. Lips. 2. Med.

NOTÆ

[x] *Tubam*] Sonitum tubæ.

[y] *Domitius centurio*] Quis fuerit *Domitius*, ignotum est. Alii legunt *Donidius*, *Domidius*, vel *Cronidius*.

[z] *Ante hos*] Falsum; nam multo post Mysos Thraces rebellarunt, ut patet ex Annalibus.

[a] *Thracum maxime populus*] Hic error est: quid enim istuc *maxime?* In Edit. Stadii, *maximus populus;* quod ipsum et Herodotus scripsit, et vere, sed non secundum recentiorum scriptorum sententiam.

[b] *A Pisone*] L. Piso Thracas perdomuit, anno Mundi 3939. ante Ch. Nat. 9. ab Ur. Cond. 742.

[c] *Ipsi puniebant*] Dum se frustra catenas mordendo macerabant.

[d] *Cotisonis*] Hunc Daciæ regem fecit Noster, Horatium secutus, Od. lib. III. 8. ‘ Occidit Daci Cotisonis agmen.’ Sueton. vero Gętarum regem vocat; sed Plinius scribit, Getas Romanis Dacos fuisse dictos. Justin. etiam Dacos Getarum sobolem vocat.

Digitized by Google

gelu[90] Danubina junxerat[91] ripas, decurrere[92] solebant, et vicina[93] populari. Visum est Cæsari Augusto gen- [§. 19. tem aditu difficillimam[94] summovere. Misso igitur Lentulo,[e] ultra ulteriorem repulit ripam: citra præsidia constituit. Sic tunc[95] Dacia[96] non victa, sed summota atque dilata est. Sarmatæ patentibus campis inequitant:[97] et hos per [§. 20. eundem Lentulum prohibere[98] Danubio satis fuit. Nihil præter nives, rarasque[99] sylvas habent.[1] Tanta barbaries[2] est, ut pacem non intelligant.[3] Germaniam[4] quoque [§. 21. utinam vincere tanti non putasset![5] [f] magis turpiter amissa est, quam gloriose acquisita:[6] sed quatenus sciebat [§. 22. patrem suum Cæsarem, bis trajecto ponte[7] Rheno,[8] [g] quæsisse bellum, in illius honorem[h] concupiit[9] facere provinciam. Et factum[10] erat, si barbari tam vitia[11] nostra,[i] quam[12] imperia, ferre[13] potuissent.[14] Missus in eam [§. 23.

Par. Grut. Lugd. Freinsh. Blanc. Vetst.—90 *In gelu* Ed. Gryph. *imperio* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—91 *Vinxerat* Ms. Naz. Pall. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 3. Par. *vixerat* Ed. Lips. 1. 2. Med.—92 *Discurrere* Ms. Pal. 2. Mall. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Stad. Pont.—93 *Viciniam* Ms. Naz. Pall. Mall. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. *vicinam* Mss. Regg.—94 *Difficillime* Ms. Mall. Berol. Duisb. Fran. Ed. pr. *difficilimã* Ed. Lips. 1. 2. 3. *difficilimam* Ed. Blanc.—95 *Sic hinc* Ed. Gryph. *si tunc* Ed. Stad. Pont. a quibus libris mox abest τὸ *sed*.—96 *Datia* Ed. Lips. 1. 3.—97 *Inqetãt* Ed. Lips. 1. *inqetant* Ed. Lips. 2. *inquietant* Ed. Gryph.—98 *Prohiber̄* Ed. Lips. 1.—99 *Pruinasque et* a. Jord. *ratasque* Ed. Lips. 1. 3.—1 *hñt* Ed. Lips. 1.—2 *Barbarie* Ed. Blanc. *barbaria* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—3 *Intelligant* Ed. Lips. 1.—4 *Germaniam, &c.* Hæc usque ad extremum librum in Ed. Lips. 1. 3. sejuncta a superioribus leguntur, cum hoc titulo: *Bellum contra germanos.*—5 *Putassent* Ed. Gryph.—6 *Acquisitum* Ed. Lips. 3.—7 Ita Ms. Flor. Reg. Q. Sed *bis transvectum pontem* Ms. Naz. Voss. 3. Ryck. Ed. Ber. Sab. *bis trãsvectũ põtẽ* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *bis transvecto ponte* Mss. Duk. ceteri, Ed. pr. *bis transacto ponte* Ms. Pal. 1.—8 *Renum* Ms. Ryck. *Rheni* Ed. Gryph. Stad. Pont.—9 *Concupit* Ed. Ven.—10 *fcm̄* Ed. Lips. 1. *facta* Ed. Blanc.—11 *Vicia* Ed. Par.—12 *Nostraque* Ed. Par.—13 Sic Ms. Naz. Pal. 2. Regg. Mall. Duisb. Berol. Fran. Sed *facere* Ms. Pal. 1.—14 *Maluissent* Ms.

NOTÆ

[e] *Lentulo*] Quis ipse fuerit Lentulus incertum est. Facile crediderim fuisse Cn. Cornelium Lentulum augurem, qui consul fuit anno Mundi 3936. ab Ur. Cond. 739.

[f] *Putasset*] Augustus.

[g] *Bis trajecto ponte Rheno*] Vid. lib. III. cap. 10.

[h] *In illius honorem*] Ne scilicet eos videretur contemnere, contra quos tot annis Cæsar bella gesserat.

[i] *Vitia nostra*] Injurias, avaritiam. Sic apud Tacit. alicubi: 'Frisii pacem exuere, nostra magis avaritia quam obsequii impatientes.'

Digitized by Google

provinciam Drusus,[j] primos[15] domuit Usipetes:[k] inde[16] Tenctheros[17] percucurrit,[18] et Cattos.[19][l] Nam[m] Marcomanorum[20] spoliis insignibus[n] quendam editum tumulum in tropæi modum[21] excoluit. Inde validissimas na- [§. 24. tiones, Cheruscos,[22][o] Suevosque,[23][p] et Sicambros,[24][q] pariter aggressus est: qui, viginti[25] centurionibus incrematis,[26] hoc velut sacramento[27] sumserant[28] bellum, adeo certa victoriæ spe, ut prædam[29] in antecessum[30][r] pactione[31] diviserint.[32] Cherusci equos, Suevi aurum et argentum, [§. 25. Sicambri captivos elegerant: sed omnia retrorsum.[s] Victor namque[33] Drusus equos, pecora, torques eorum, ipsos-

Pal. 1. Regg. Duisb. Mall. Berol. Fran. Ed. pr.—15 *Primo* Ms. Berol. Ed. pr.—16 *In̄* Ed. Lips. 1.—17 *Ceteros* Ms. Ryck. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. *Tenchtheros* Ed. Vetst. *Teneatheros* Ed. Gryph. *Tencteros* Ed. Zeu.—18 Sic Ms. Naz. Flor. Berol. Ed. Lips. 1. 3. Sed *percurrit* Ed. Lips. 2. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—19 *Tactos* Ms. Naz. Ryck. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *suctos* Ms. Duisb. Ed. pr. *cactos* Ms. Fran. *datos* Ms. Voss. 3.—20 *marcemānorū* Ed. Ven. *marcomānorum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—21 *Trophei modn̄* Ed. Lips. 1. *trophei modum* Ed. Lips. 3. Med. Par. Ven. *trophæi modum* Ed. Gryph. Stad. Grut. Pont. Freinsh. Vetst.—22 *chruscos* Ed. Lips. 3.—23 *Suevos* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—24 *Stcābros* Ed. Ven.—25 *XX.* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven.—26 *Concrematis* Ed. Stad. Pont. Zeu. *interceptis* Ed. Ven.—27 *Sacro* Ed. Ven.—28 *Sumpserat* Ed. Par. Ven.—29 *Preda* Ed. Med.—30 *Anticessum* Ms. Naz. Pal. 2. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. pr. Lips. 1. 3. *anticensum* Ms. Ryck. *antecessus* Ed. Med. Par. *anticessam* Ed. Lips. 2. *ancessū* Ed. Ven.—31 *Pactione* aberat a Ms. Voss. 1. 2.—32 Sic Ms. Naz. Pall. Flor. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *dividerent* Ed. pr. Stad. Grut.

NOTÆ

j *Drusus*] Claudius Drusus, Augusti privignus (vid. supra) in Germaniam missus anno Mundi 3938. ante Ch. Nat. 10. ab Ur. Cond. 741. Et ibi quarto quam bellum gessit anno periit.

k *Usipetes*] Germaniæ populi non longe a Rheno.

l *Cattos*] Catti Germaniæ populi, iidem qui Saxones, ut volunt.

m *Nam*] Est transitio.

n *Marcomanorum spoliis insignibus*] Marcomani Germaniæ populi, quos ad Albim coluisse ex Tacito colligere est. Immo et ad Albim tropæa ista, de quibus loquitur Florus, a Druso fixa fuisse testatur Dio alicubi.

o *Cheruscos*] Germaniæ populos. Lunebulgenses putat Junius.

p *Suevosque*] In media Germania fere.

q *Sicambros*] Sicambri Germaniæ populi ad latus Rheni degentes.

r *In antecessum*] Hoc est, ante tempus. Gallice, *Par avance.* Sic lib. III. cap. 21.

s *Retrorsum*] Hoc est, aliter ac ipsi putaverant evenere.

Digitized by Google

que præda[34] divisit,[t] et vendidit. Præterea in tutelam provinciarum[35] præsidia atque custodias[36] ubique disposuit, per Mosam[u] flumen, per Albim,[37] [v] per Visurgim.[38] [w] Nam per Rheni quidem ripam[39] quinquaginta amplius castella[x] direxit. Bonnam et Gesoniam[40] [y] cum[41] pontibus junxit, classibusque firmavit. Invisum[42] atque inaccessum in id[43] tempus[z] Hercynium[44] saltum patefecit.[45] Ea denique in Germania pax erat, ut mutati homines, alia terra,[46] cœlum ipsum mitius[47] molliusque[48] solito, videretur. Denique non[49] per adulationem, sed ex meritis, [§. 26. [§. 27. [§. 28.

Pont. Zeu. Vetst.—33 *Nanque* Ed. Lips. 2. Par.—34 *Prædam* Ed. Blanc.—35 *Provincie* Ed. Lips. 1. 3. *provinciæ* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. *provintie* Ed. Lips. 2.—36 *Provitias* Ed. Lips. 1. 2. Med. *provincias* Ed. Lips. 3. Par. Gryph.—37 *Alabium* Ms. Ryck. *Albium* Ms. Duisb. Ed. pr. *Alpium* Ms. Fran. *Albis* Ed. Lips. 3. Zeu.—38 *Visurgiam* Ms. Fran. *insurgiam* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. *Isurgiam* Ed. Ven.—39 *Nam in reni quidem ripa* Ms. Ryck. *et in reni qu. ripa* Ms. Flor. *per Rh. qu. ripam*, omisso τῷ *nam*, Ms. Mall. Ed. Lips. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. In Ed. Lips. 1. est *isurgiā : perrhēi q. r.*—40 Sic Ms. Ryck. et Duk. plerique, Ed. pr. Ald. Sed *Bonam et Gesogiam* Ms. Naz. *Bonam et Gesoniam* Mss. Pall. *Bonnam et Genosiam* Ms. Voss. 2. Ed. Ber. Sab. Junt. *bonā et genosiā cū* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Ven. *bonam et genosiam cum* Ed. Par. *Bonnam et Geroniam* Ms. Voss. 1. *Bonnam et Gessoniam* Ms. Voss. 3. *Bononiam et Gesoriacum* Ed. Vin. Stad. marg. Grut. Lugd. Zeu. Vetst. Amst. *Bonnam et Geldubam* Ed. Stad. Pont. Fab. *Bonnam et Moguntiacum* Ed. Blanc.—41 *Cum* omittunt Ed. Zeu. Blanc.—42 Sic Mss. Vin. et Duk. Edd. vett. omnes, excepto Ald. Sed *invium* Ed. Ald. Gryph. Stad. Grut. (qui tamen in notis ait se recepisse *invisum* ex Ed. pr.) Lugd. Pont. Zeu. *invitum* Ed. Vetst.—43 *Ad id* Ms. Ryck. *per idem* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. *in*, omisso *id*, Ms. Mall. Fran. *id*, omissa Præp. Ms. Voss. 3.—44 *hirciniū* Ed. Lips. 1. 2. 3. Par. *hyrcinium* Ed. Med. *hercinium* Ed. Ven. quo in libro paulo ante est *fermavit*.—45 *Patefacit* Ed. Lips. 1. 3.—46 *Terra nati* Ed. Ven.—47 *q̄d assueverāt* add. Ed. Lips. 2.—48 *Moliusque* Ed. Lips. 1. 3.—49 *n̄* Ed. Lips. 1.

NOTÆ

[t] *Præda divisit*] Hoc est, in prædam.

[u] *Mosam*] Mosa Galliæ Belgicæ fluvius, qui per mediam Bataviam in mare incurrit.

[v] *Albim*] Fluvium in extrema Germania, ad Cimbricam Chersonesum fere.

[w] *Visurgim*] Germaniæ fluvium, qui in Oceanum aquas evolvit: ab Ovidio 'Isturgis' dicitur.

[x] *Quinquaginta amplius castella*] In iis octo legiones locavit, ut commune in Germanos et Gallos essent subsidium. Ceterum hæc castella sunt origo urbium quæ hodieque in Gallica Rheni ripa visuntur.

[y] *Bonnam et Gesoniam* [*Geldubam*] Oppida ad Rhenum sita. Apud alios aliter legitur hic locus. Sed meliorem lectionem repræsentavimus.

[z] *Invisum atque inaccessum in id tempus*] In eo tamen Cæsar hostem quæsivit. Supra lib. III. cap. 10. 'Sed non penetravit.'

Digitized by Google

defuncto ibi fortissimo juvene,[a] ipsi,[50] quod nunquam alias,[51 b] Senatus cognomen ex provincia[c] dedit. Sed [§. 29. difficilius est provincias obtinere,[52 d] quam facere:[53] viribus parantur,[54] jure[55] retinentur. Igitur breve id gau- [§. 30. dium.[56] Quippe Germani victi magis, quam domiti, erant: moresque nostros magis, quam arma, sub imperatore Druso suspiciebant:[57 e] postquam vero[58] ille defunctus,[59] [§. 31. Vari Quintilii[60] libidinem[f] ac superbiam haud secus, quam sævitiam,[61] odisse cœperunt. Ausus[62] ille agere conventum:[g] et in castris jus dicebat,[63 h] quasi violentiam[64] barbarorum[65] et[66] lictoris virgis, et præconis voce, posset inhi-

—50 *Ipse* Ms. Pal. 2. Voss. 1. et Mall. a manu prima. Ed. Blanc. *defuncto ibi fortissimo juveni, quod, &c.* Etiam in Zeu. est *juveni.*—51 Sic Mss. omnes. Sed *alias alteri* Ed. Vin. Lugd. In Ms. Pal. 2. erat *ipse quidem non alias senatus.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *aliter.* Ed. Ven. Gryph. Stad. Pont. *alteri.*—52 *Retinere* Ms. Ryck. Berol. Duisb. Ed. pr.—53 *Facile* Ed. Par.—54 *Paratur* Ed. Lips. 1.—55 *Brevi* Ed. Lips. 3.—56 *Gaudium fuit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—57 *Suscipiebant* Ms. Naz. Ryck. Flor. Voss. 3. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont. *susceperant* Mss. Duk. ceteri, Ed. pr. Grut. Lugd. Zeu. Vetst.—58 *Vero* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—59 *Defunctus est* Ms. Ryck. Flor. Fran. Mall. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont.—60 Sic Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Cett. *Quinct.*—61 *Scevitiam* Ms. Ryck.—62 *Ausus vero* Ed. Stad. Pont.—63 Sic Ed. Stad. Pont. Freinsh. Fab. Blanc. Sed *in castos ita se direxerat* Ms. Naz. *in castris se direxerat* Mss. Duk. plerique, Edd. vett. præter Ald. etiam Grut. Lugd. Vetst. Duk. 1. 2. *in castris se dixerat* Ms. Ryck. Fran. Ed. Ald. *in castris direxerat* Ed. Gryph.—64 *Violentiū* Ed. Lips. 2. *violenciam* Ed. Lips. 3.—65 *Et*

NOTÆ

[a] *Fortissimo juvene*] Claudio Druso, qui collapsus equo crus fregit, et obiit.

[b] *Quod nunquam alias*] An vult nunquam alias Germanici cognomen reportatum fuisse? An nunquam alias devictarum gentium nomen mortuis Senatum dedisse? Posterius magis placet. Et verum est.

[c] *Cognomen ex provincia*] 'Germanicus' vocatus fuit. Ovid. Fast. 1. 'Et mortem et nomen Druso Germania fecit.'

[d] *Obtinere*] Hic est, fortiter tenere, ita ut eripi nequeat.

[e] *Moresque nostros magis, quam arma, sub imperatore Druso suspiciebant*] Id est, reverebantur. Male in aliis *suscipiebant;* nam etsi *suscipere mores Romanorum* suum sensum habere possit, *arma Romanorum suscipere* nemo homo intelligat.

[f] *Libidinem*] Avaritiam hic interpretor.

[g] *Ausus ille agere conventum*] Gallice diceres, *Tenir les états.*

[h] *In castris jus dicebat*] Pessime in aliis *et in castris se direxerat*, quod viri docti in *jus dicebat* mutavere. Sed his etiam error remansit; nam legendum, *et in castris jus dicere.* Nunc res plana est.

Digitized by Google

bere: at illi, qui jam pridem rubigine obsitos[67] enses, [§. 32. inertesque quærerent[68] equos, ut primum togas,[i] et sæviora armis jura viderunt, duce Arminio[69] arma corripiunt: cum interim tanta erat Varo pacis fiducia,[70] ut ne [§. 33. prædicta quidem, et[71] prodita per Segestem[72] unum principum[73] conjuratione commoveretur.[74] Itaque impro- [§. 34. vidum,[75] et nihil tale metuentem, improviso adorti,[j] cum ille, (o securitas!)[76] ad tribunal citaret,[k] undique invadunt, castra rapiunt,[77] tres legiones opprimuntur.[78] Varus [§. 35. perditas res eodem, quo Cannensem diem[79] Paulus,[l] et fato est et animo[80] secutus. Nihil illa cæde per paludes [§. 36.

barb. Ed. Med. Par.—66 Sic Ms. Voss. 1. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Ald. Ven. Sed Mss. reliqui, Ed. pr. Sab. Par. Junt. omittunt *et*.—67 Ita Ms. Pal. 2. Flor. Mall. Ed. Stad. Pont. Blanc. Duk. 1. 2. Sed *oblitos* Mss. et Edd. reliqui, ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst.—68 *Inertesque ererent* Ms. Naz. *inertesque mererent* Ms. Pal. 1. 2. Ed. pr. *inertesque mærerent* Ms. Berol. Mall. *inertesque mærerent* Ms. Duisb. Voss. 1. 3. Ed. Zeu. Blanc. Duk. 1. 2. *inertesque merente* Mss. Regg. *inertesque merent* Ms. Fran. *inertesque haberent* Ms. Ryck. Flor. *inertesque cernerent* Ms. Voss. 2. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. 2. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. *inertesque cemerent* Ed. Par. 1.—69 *Armenio* Mss. Vin. Mall. Duisb. Fran. Voss. 2. Ed. pr. *Arminio* Ed. Lips. 3.—70 *Fidutia* Ed. Lips. 1. 3.—71 *Præd. quidem et* absunt ab Ed. Lips. 1. 2. 3.—72 *Segestū* Ed. Lips. 1. 2. 3. *segestā* Ed. Par. 2. *segestē* Ed. Med. Par. 1. *Sergestē* Ed. Ven.—73 Sic Mss. Duk. plerique, Ed. pr. Sed *unum principem, ducum* Mss. Vin. Ed. Stad. Pont. *unum principem, conj.* Ms. Fran. *unum ducū* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Lugd.—74 Sic Mss. Pall. Naz. Voss. 3. Sed *moveretur* Mss. Duk. ceteri, Ed. pr. *moneretur* Ms. Duisb.—75 *In providum* Ed. Lips. 1.—76 *Quum ille ad secures et* Ms. Duisb. Ed. pr.—77 *Undique castra invadunt* Ms. Reg. Q. *und. invadunt, castra intercipiunt* Ms. Fran.—78 *Opprimunt* Ms. Flor.—79 *Eodem die, quo Cannensem cladem* Ms. Reg. Q. Pro Cannensem, *canēsē* Ed. Lips. 1. *canensem* Ed. Par.—80 *Et fato et animo est* Ed. pr.—81 Sic Mss. Regg. Voss.

NOTÆ

[i] *Togas*] Quas in jurisdictione induebant Romani.

[j] *Itaque improvidum, et nil tale metuentem, improviso adorti*] Miror neminem vidisse vocem *improviso* hinc removendam esse, quippe quæ ex *improvidum* nata est; videlicet explicatio scholastica apposita in textum recepta est.

[k] *Cum ille, (o securitas!) ad tribunal citaret*] 'Citare' absolute positum neminem adhuc vidisse puto. Videlicet corruptus hic locus. Lege igitur: *cum illos*, et post *adorti* ponenda est major distinctio; sic: *adorti. Cum illos, o securitas! ad tribunal citaret, undique invadunt*. Pater.

[l] *Eodem, quo Cannensem diem Paullus*] Id est, secutus est exemplum Pauli, qui Cannensi die post amissum exercitum sibi mortem conscivit, quod Varus imitatus est. Contigit hæc clades anno decimo nono post mortem Drusi.

Digitized by Google

perque sylvas cruentius: nihil insultatione barbarorum intolerantius,[81] præcipue tamen in causarum patronos. Aliis oculos, aliis manus, amputabant: unius os[82] [§. 37.] sutum,[83] recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus: 'Tandem,' inquit, 'vipera, sibilare desiste.' Ip- [§. 38.] sius quoque Consulis[m] corpus, quod militum pietas humi abdiderat, effossum. Signa et aquilas duas adhuc barbari[84] possident:[n] tertiam signifer prius, quam in manus hostium veniret, evulsit;[85] [o] mersamque[86] intra baltei sui latebras[p] gerens, in cruenta palude sic latuit. Hac clade fac- [§. 39.] tum,[87] ut imperium, quod in littore Oceani non steterat,[88] in ripa Rheni fluminis[89] staret.[q] Hæc ad Septemtrionem. Sub Meridiano tumultuatum magis, quam bellatum, [§. 40.] est. Musulanios[90] [r] atque Gætulos,[s] accolas[91] Syrtium,[t] Cosso[u] duce, compescuit: unde illi 'Gætulici'[92] nomen.[93]

Naz. Ed. Ber. Sab. Par. Ald. Gryph. Freinsh. Fab. Sed *intoleratius* Ms. Pal. 2. *intolerabilius* Mss. Duk. plerique, Ed. pr. Lips. 2. Junt. Ven. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst. *itollerantius* Ed. Lips. 1. 3. Med.—82 *Hos* Ed. Med.—83 *Sitū* Ed. Lips. 2.—84 *Et barb.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—85 *Evulsis* Ms. Naz. et supra correctum *evulsum.* Ed. Zeu. *avulsit.*—86 *Mersaque* Ed. Lips. 1. 3. Par.—87 *Factum est* Ms. Voss. 3. Ed. pr.—88 *Non steterat.* Ita Mss. et Edd. vett. omnes.—89 *Flumīs* Ed. Lips. 1.—90 *Musulamos, Musulanos, Misulanos, Musilianos* Mss. Duk. *Misulanos,* et *Musulanos,* Mss. Vin. *Musulamas* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Musulamos* Ed. Med. Par. *Musulamīas* Ed. Ven.—91 *Accollas* Ed. Par. 2.—92 *gettulici* Ed. Lips. 1. 3. *getulici* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. ut ante *Getulos.*—93 *Cognomen* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.

NOTÆ

[m] *Consulis*] Vari. Sed is Proconsul, non Consul, fuit.

[n] *Adhuc barbari possident*] Dio tamen et Tacitus ambas istas aquilas a Romanis recuperatas fuisse tradunt.

[o] *Evulsit*] Quippe hastæ acumini infixa hærebat, ut mos fuit.

[p] *Intra baltei sui lat.*] Hinc patet aquilas non ita magnas fuisse.

[q] *In ripa Rheni fluminis staret*] Hoc est: Hac clade factum est ut imperium ad Oceanum extendi prohibitum flumine Rheno terminaretur.

[r] *Musulanios*] Musulanii vel Misulanii Africæ propriæ populi ad Ampsam fluvium siti.

[s] *Gætulos*] Africæ populos infra Mauritaniam.

[t] *Accolas Syrtium*] Sic Virgilium secutus est Florus, qui Syrtes Gætulas vocat. Nam falsum est Gætulos ad Syrtes degere, quippe qui mediterranei sunt, et infra Mauritaniam.

[u] *Cosso*] Cosso Cornelio Lentulo, qui Consul fuit cum Calpurnio Pisone Augure anno Mundi 3949. post Ch. Nat. 2. ab Ur. Cond. 752. A devictis Gætulis Gætulicus dictus est.

Digitized by Google

Latius victoria patet. Marmaridas[v] atque Gara- [§. 41. mantas[w] Curinio[94] [x] subigendos dedit. Potuit et ille redire 'Marmaricus,'[y] sed modestior in æstimanda[95] victoria fuit. Ad Orientem plus negotii[96] cum Armeniis:[97] huc [§. 42. alterum[z] ex Cæsaribus,[98] nepotibus suis, misit. Ambo[99] fato breves:[a] sed alter inglorius. Massiliæ[1] quippe [§. 43. Lucius[2] morbo solvitur: in Syria[3] [b] Caius ex vulnere,[4] cum Armeniam ad Parthos se subtrahentem recipit.[5] Armenios, victo rege[6] Tigrane,[c] in hoc unum servitutis genus[7] Pompeius assueverat,[8] [d] ut rectores a nobis acciperent. Intermissum ergo jus per hunc[9] recuperatum, non incruento, nec inulto[10] tamen, certamine. Quippe Domnes,[11] [e] [§. 44.

Stad.—94 Sic Mss. Vin. Pal. 2. Ryck. Regg. Mall. Berol. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr. Sed *Quirino* Ms. Flor. Pal. 2. Jord. Frec. *Cirino* Ms. Voss. 3. *Quirinio* Ms. Pal. 1. *Turmio* Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Lugd. *Turinio* Ed. Lips. 2. *Furnio* Ed. Stad. Pont. Zeu.—95 *Inestim* Ed. Lips. 1.—96 *Negocii* Ed. Lips. 1. Par.—97 *Armenis* Ms. Duisb. Voss. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—98 *Cesar ex nep.* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Cæsar ex nep.* Ed. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—99 *Ambus* Ed. Ven.—1 *Massiniæ* Ms. Naz. *Massinie* Ms. Duisb. Ed. pr. *Massune* Ms. Fran. *maxime* Ms. Pal. 2.—2 *Lutius* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—3 Ita Mss. Vin. Pall. et Duk. omnes, Ed. pr. Sed *in Lycia* Ed. Ber. Sab. Junt. Ald. Gryph. Stad. Pont. *Inlitia* Ed. Lips. 1. 3. *in licia* Ed. Lips. 2. Med. Par. Ven.—4 *Volnere* Ms. Duisb. et hic et s. 44.—5 *Recepit* Ed. Gryph. Stad. Pont.—6 *Victoria de* Ms. Fran.—7 *Servitutis CH. Pomp.* Ms. Ryck. *servitutis Gneus Pomp.* Ms. Voss. 1. 2. *servitutis G. Pomp.* Ms. Fran.—8 *Assuefecerat* Ed. Stad. Pont. *asseruerat* Ed. Ven.—9 *Per hunc* aberant a Ms. Fran. Voss. 1. 2.—10 *Multo* Ms. Ryck. Voss. 1. 2. Ed. Stad. Blanc. Duk. 2.—11 *Donnes* Ms. Voss. 1. Ed. Lips. 2. *dōnes* Ed. Lips.

NOTÆ

[v] *Marmaridas*] Marmaridæ sunt qui Marmaricam, a Nilo usque ad Cyrenem, vel Syrtem majorem, incolunt.

[w] *Garamantas*] Libyæ populos intra Gætuliam et montes Æthiopicos.

[x] *Curinio*] Quis fuerit ille Curinius fateor me ignorare; forsan Q. Quirinius sit, cujus sæpe Tacitus meminit.

[y] *Redire 'Marmaricus'*] Id est, Marmarici cognomen reportare.

[z] *Alterum*] Caium Cæsarem, Juliæ Augusti filiæ ex Agrippa filium, et sic Augusti nepotem.

[a] *Ambo fato breves*] Major vigesimo tertio, minor vigesimo secundo ætatis anno, mortem obiere.

[b] *In Syria*] In Armenia, non in Syria, vulneratus fuit, ut habent omnes historici; et multo post, dum Italiam repetebat, in Urbe Syriæ (Limyram vocant) morbo periit anno Mundi 3953. post Ch. Nat. 4. ab Ur. Cond. 756. cum ante annum et menses quinque frater Lucius obiisset.

[c] *Victo rege Tigrane*] Vide lib. III. cap. 5.

[d] *Pompeius assueverat*] Legendum arbitror *astrinxerat*. Non quod nesciam τὸ *assueverat* esse significationis activæ; sed quod non victoribus mos est, ut victos assuescant, sed ut eos astringant.

[e] *Domnes*] Alii 'Addon.' Sed Pa-

Digitized by Google

quem rex[f] Artaxatis[12] præfecerat, simulata proditione, adortus virum intentum libello, quem, ut thesaurorum rationes[13] continentem, ipse porrexerat, strictus ac recreatus[14] ex vulnere in tempus.[15] Ceterum barbarus [§. 45. undique infesto exercitu oppressus, gladio, et pyra,[16] in quam se percussus immisit,[17] superstiti[18] etiamnum[19] Cæsari satisfecit. Sub Occasu pacata fere omnis[20] [§. 46. Hispania, nisi quam[21] Pyrenæi desinentis scopulis inhærentem citerior[22] alluebat Oceanus.[*][23][g] Hic duæ validissimæ gentes, Cantabri[h] et Astures,[i] immunes[24] imperii agitabant. Cantabrorum et pejor,[25][j] et altior,[26] et magis [§. 47. pertinax in rebellando animus fuit; qui non contenti liber-

[*] *Nisi* ea *quam interior Oceanus ambibat impositam saxis Pyrenæi* montis.

1. *Dominationis* Ed. Med. Par.—12 Sic Mss. Vin. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Ven. et ceteri. Sed *Ariaratis*, *Artaxates*, *Arsaces* Mss. Vin. alii. *ariaratis* Ed. Par. 1. *Artaxates* Ed. Gryph.—13 *Rōnē* Ed. Lips. 1. *rōnem* Ed. Lips. 3. Ven. *rationem* Ed. Med. Par. *rationē* Ed. Lips. 2.—14 Sic Ms. Reg. F. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Sed *stricto ac recreato* Ed. Ven. *strictos arre creatus* Ms. Naz. et emendatum *strictus ac recreatus*. Sed *stricto sarre creatus* Ms. Voss. 1. *strictus serre creatus* Mss. Vin. *stricto sarre cruentus* Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. *stricto inde recreatus* Ms. Pal. 1. 2. *stricto inde ac recr.* Ms. Flor. Mall. *stricto ferro cruentus* Ms. Ryck. Ed. Gryph. *stricto ferro cruentat* Ms. Voss. 2. *ferro cruentus* Ms. Voss. 3. *strictus sed recreatus* Ms. Reg. Q, Ed. Lugd. *stricto recreatur* Ed. Blanc. *stricto ferro cruentat vulnere in tempus* Ed. Stad. Pont. Fab. *stricto ferro cruentat vulnere in tempore* Ed. Grut. Zeu. Vetst. Ceterum ab Ms. Fran. aberant verba: *strictus... tempus.*—15 *In tempore* Mss. Vin. Voss. 1. 2. Duisb. Reg. Q. *in timpore* Ms. Berol. Ed. pr. Grut. *interemtus* Ms. Voss. 3. Ab Ms. Mall. aberant.—16 *Pira* Ed. Lips. 2.—17 *imisit* Ed. Lips. 1. 3.—18 *Superstiti* abest ab Ed. Med. Par. Vetst.—19 Ita Ms. Naz. Flor. Mall. Sed *etiamnunc* Ms. Fran. *etiam Cæsari non* Ms. Ryck. Berol. Duisb. Ed. pr. *etiam non* Mss. Vin. Pall. Voss. Regg. Ed. Stad. Grut. Lugd. Vetst. *etiam Cæsari* Edd. vett. ceteræ, ut Lips. 2. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. *eēt Cæsari* Ed. Lips. 1. 3.—20 Sic Ms. Flor. Berol. Duisb. Ed. pr. Grut. Freinsh. Sed *pacata erat o.* et *pacata erat fere o.* et *pacata fere erat o.* et *pacata fere omnis erat* Mss. Duk. ceteri. *pacata erat omnis* Ed. Gryph. Stad. Pont. *pac. fere erat omnis* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Lugd.—21 *Quod* Ed. Lips. 2.—22 *Citerior* aberat a Ms. Berol. Duisb. Ed. pr. —23 *Occeanus* Ed. Lips. 1.—24 *imunes* Ed. Lips. 1.—25 Sic Ms. Berol. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Sed *prior* Mss. reliqui, Ed. pr. Gryph. Vin. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Vetst.—26 *Alterior* Ed.

NOTÆ

terculus 'Adduum' vocavit.

[f] *Rex*] Rex Parthorum.

[g] *Citerior alluebat Oceanus*] Oceanus Gallicus, sed qui et 'interior' dici posset.

[h] *Cantabri*] Hispaniæ Septemtrionalis populi.

[i] *Astures*] Hispaniæ populi supra Galliciam, e regione Cantabrum.

[j] *Pejor*] Male in aliis *prior*.

Digitized by Google

tatem suam defendere, proximis etiam imperitare tentabant; Vaccæosque,[27] [k] et Curgionios,[28] [l] et Autrigonas,[29] [m] crebris incursionibus fatigabant. In hos igitur, quia vehe- [§. 48. mentius agere nuntiabantur,[30] non mandata expeditio, sed sumta est.[n] Ipse venit Segisamam:[31] [o] castra posuit: inde partito[32] exercitu totam in diem[33] amplexus[34] Cantabriam, efferam gentem, ritu ferarum, quasi indagine, debellabat.[35] [p] Nec ab Oceano quies, cum infesta[36] classe ipsa quo- [§. 49. que terga hostium cæderentur. Primum adversus Cantabros sub mœnibus Belgicæ[37] [q] præliatus est.[38] Hinc[39] fuga in eminentissimum Vinnium[40] [r] montem, quem[41] [s] maria[t]

Par.—27 *vacceosque* Ed. Par. Gryph.—28 *Curmogos* Ms. Naz. Berol. Duisb. Ed. pr. *Curinogos* Ms. Pal. 2. Ryck. Ed. Ven. *Curgonios* Mss. Regg. Voss. Flor. Ed. Med. Par. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Fab. Blanc. Vetst. Duk. 1. 2. *Turgonios* Ms. Mall. *Surgonios* Ms. Fran. *curinogos* Ed. Lips. 1. 2. 3. *Gurgonios* Mss. Vin. *Curgonicos* Ed. Zeu.—29 *Auricomas* Ms. Ryck. Voss. 3. *Aurigonas* Mss. Duk. ceteri, Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Lugd. Freinsh. Zeu.—30 *Nunciabatur* Ed. Lips. 1. 3. Par. Gryph.—31 Sic Ms. Duisb. Regg. Voss. 2. Ed. pr. Med. Par. Stad. Pont. Fab. Blanc. Amst. Duk. 1. 2. Sed *Segissamam* Ms. Naz. *Secusamam* Ms. Flor. Mall. *Sagisamam* Ms. Berol. *Sagisamā* Ed. Lips. 1. 3. *Segisaniam* Ms. Fran. Ed. Lips. 2. *Pagisamam* Ms. Voss. 1. *secus a man* Ms. Voss. 3. *Sagesamam* Ed. Grut. Lugd. Freinsh. Zeu. Vetst. *Sagesama* Ed. Gryph. *Sagesamā* Ed. Ven. In Ed. Blanc. est *ipse ad Segisamam castra posuit*, omisso τῷ *venit*.—32 *Perdito* Ms. Reg. Q, Fran. Voss. 1. 2. et lib. vet. Is. Vossii.—33 *In diem* aberant a Ms. Reg. Q. Sed *indiam* Ed. Par. 1. *inde jam* Ed. Stad. Pont. Zeu. *indidem* Ed. Blanc.—34 *Complexus* Ed. Stad. Pont.—35 *Debellat* Ms. Pal. 1. *debellavit* Ms. Reg. Q.—36 *Ab inf.* Ms. Ryck.—37 Sic Mss. Pall. Vin. Edd. vett. Sed *sub hostibus mœnibus Belgicæ* Ed. pr. *sub mœnibus Vellicæ* Ed. Stad. Pont. Zeu. Blanc.—38 *Pugnatum* Ms. Ryck. *pugnatum* ĩ Ms. Voss. 3.—39 *Hic* Ed. Med. Par.—40 *Junium* Ms. Ryck. *Medullium* Ms. Fran. et supra scriptum *Numium*. Sed *Vinium* Ed. Par. *Vindium* Ed. Stad. Pont.—41 Sic Mss. Pall. Sed *qua* Ms. Naz. Berol.

NOTÆ

[k] *Vaccæos*] Vide lib. II. cap. 7.

[l] *Curgionios*] Populos in Hispania Tarraconensi. Fortasse ab urbe Κουργόνιον, quam in illo tractu nominat Ptolemæus. Veteres libri habent *Curmogos*, forsan et corrupte pro *Turmodigos*.

[m] *Autrigonas*] Hispaniæ Tarraconensis populos. Hodie *Navarræ* regnum esse volunt.

[n] *Sed sumta est*] Ab Augusto scilicet. Anno Mundi 3924. ante Ch. Nat. 24. ab Ur. Cond. 727. Et post quinque annos ad finem perducta.

[o] *Segisamam*] Alii Vaccæorum, Cantabriæ alii, urbem faciunt. In Cantabria potius fuisse crediderim.

[p] *Debellabat*] Legendum *debellat*.

[q] *Sub mœnibus Belgicæ*] Nescio an in Hispania urbs reperiatur, quæ Belgica dicta sit. Libenter legerem, *sub mœnibus Belgidæ;* nam *Belgida* Celtiberorum urbs est.

[r] *Vinnium*] Montem Hispaniæ Tar-

Digitized by Google

prius Oceani,[42] quam arma Romana ascensura esse crediderant.[43] Tertio Aracillum[44 u] oppidum magna vi repugnat. Captum tamen postremo fuit. Medulli montis obsidio[45] (quem perpetua quindecim millium[46] fossa comprehensum cinxit) undique simul adeunte Romano, postquam extrema barbari vident, certatim igne,[47] ferro inter epulas, venenoque, quod ibi vulgo ex arboribus taxeis[48] exprimitur,[f] præcepere[49] mortem: seque pars major a captivitate, quæ[50] videbatur,[v] vindicavere.[51] Hæc per Antistium,[52 w] Furnium,[53 x] Agrippam,[y] legatos,[54] hybernans in [§. 50.] [§. 51.]

[f] In *obsidione Medulli montis (quem fossa perpetua quindecim millium* passuum *clausum undique vallavit, Romano* milite *simul adeunte) postquam ultima vident barbari, certatim mortem occupavere, igne, ferro inter epulas, et veneno, quod ibi communiter ex taxis arboribus exprimitur.*

Duisb. Ed. Lips. 1. 3. Med. Par. Gryph. Zen. *quia* Ed. pr. *q̄ maria* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. *quo maria* Ed. Ald.—42 *Occeani* Ed. Lips. 1.—43 Sic Mss. Pall. et Duk. omnes. Sed *crediderat* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—44 Sic Mss. Regg. Toll. Pal. 1. Duisb. Fran. Ed. pr. Sed *Arachillum* Mss. Vin. *Aracilum* Ms. Ryck. *Arracilium* Ms. Voss. 1. 3. *Dracillum* Ms. Voss. 2. *Arracillum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 2. Ven. Gryph. Stad. Pont. Freinsh. Zen. Lugd. Blanc.—45 *Captum tamen. Postrema fuit Medulli m. obs.* Ed. Junt. Pro Medulli, *Meduli* Ms. Ryck. *in Edulii m. obsidione* Ed. Stad. Pont. *in Medullii obsidione* Ed. Zen. *in Edulii m. obsidio* Ed. Blanc.—46 *XV. miliū* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—47 *Igni* Ed. Par.—48 Sic Mss. Vin. Pall. et Duk. omnes, Ed. pr. Sed *taxis* Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zen.—49 *Præcipere* Ms. Naz. *percepere* Ms. Ryck. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *præripere* Mss. Vin. Voss. 1. 2. Fran. Ed. Stad. marg. *percipere* Ed. Ven.—50 *Quam* Mss. Regg. *qua* Ed. Blanc.—51 *Vindicaverunt* Mss. plerique, Ed. pr.—52 *Antestium* Mss. Vin. Fran.—53 *Firmum* Ms. Ryck. Mall. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. *Firmū* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. *Firmium* Ms. Berol. Voss. 3. Ed. pr. Gryph. *Furium* Ed. Stad. Pont.—54 *Legatos et Agrippam* Ms. Ryck. Mall. Duisb. Fran. Ed. pr. *legatum et Agrippam* Ms. Voss. 3. *legatos Agrippam* Ms. Berol. Flor. *et Agrippam legatos* Ed. Junt. Ald. Ven. *Agrippam,* omisso τῷ *legatos,* Ms. Reg. Q.

NOTÆ

raconensis: cujus pars ad Pyrenæos pertingere dicitur.

[s] *Quem*] In al. *qua.* Unde Salmas. fecit *quo.* Sic supra: 'In nives quo bellum non posset ascendere.'

[t] *Maria*] Poëtice pro aquis.

[u] *Aracillum*] Oppidum in Cantabria.

[v] *Quæ videbatur*] Videbatur, nec talis erat. Quis enim nisi barbarus Augusto servire 'captivitatem' vocet?

[w] *Antistium*] Caium Antistium vocat Vellei. lib. II. cap. 91.

[x] *Furnium*] Meminit Dio, lib. LIV.

[y] *Agrippam*] M. Vipsanium Agrippam.

Digitized by Google

Tarraconis[55] maritimis Cæsar accepit. Ipse præsens[56] hos deduxit montibus: hos obsidibus astrinxit:[57] hos sub corona[z] jure belli venumdedit.[58] Digna res lauro, digna curru[a] senatui visa est: sed jam[59] Cæsar tantus erat, ut posset triumphos contemnere. Astures[60] per idem tempus ingenti[61] agmine a montibus suis descenderant: nec temere[62] sumtus, ut barbaris,[b] impes:[63] [c] positis[64] castris apud Asturam[65] [d] flumen, trifariam diviso[66] agmine, tria simul Romanorum castra aggredi parant.[67] Fuisset et[68] anceps, et cruentum, et utinam[69] mutua clade certamen,[e] tunc tam[70] fortibus, tam[71] subito, tam cum consilio venientibus, nisi Trigæcini[72] [f] prodidissent:[73]

[§. 52.

[§. 53.

[§. 54.

[§. 55.

Agrippā legatos Ed. Lips. 1. 3.—55 *Taraconis* Ed. Lips. 2. Med. Par. 1. *traconis* Ed. Par. 2. *Terraconis* Ed. Pont. *Terratiōis* Ed. Lips. 1. 3.—56 *Pn̄s* Ed. Lips. 1. 2. Ven. *præsagus* Ed. Zeu.—57 *Adstrinxit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—58 *Vendidit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—59 *Et jam* Mss. Pall. Ryck. Flor. Mall. Voss. 3. Fran. Ed. Stad. Lugd. Pont. *et*, omisso *jam*, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven.—60 *Austures* Ed. Lips. 1.—61 *ĩgenti* Ed. Lips. 1.—62 *Timuere* Ed. Lugd. *timere* Ms. Burdig.—63 *Sumpta...spes* Mss. Pall. et Lips. *sumptus...spes* Ms. Flor. *subtus...impares* Ed. Gryph. *nec temuere suos ut barbari impares* Ed. Stad. Pont. Pro *impes*, etiam Ms. Mall. Berol. Voss. 1. 2 Duisb. Ed. pr. Sed *impares* Ms. Burdig. Ryck. Voss. 3. Regg. Ed. Lips. 2. Ber. Ald. Lugd. *impare* Ed. Sab. Par. *ĩpare* Ed. Med. *inspexit* Ms. Fran. *impetus* Ed. Lips. 1. Junt. Grut. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2. Ab Ed. Ven. absunt verba *nec temere sum. ut b. ĩmpes.*—64 *Sed positis* Ms. Naz. Pall. Lips. Voss. 2. 3. Ed. Sab. Junt. Stad. Grut. Pont. Freinsh. Zen. Fab. Vetst. Amst. Duk. 1. 2. *et positis* Mss. et Edd. vett. reliqui, ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Lugd.—65 Sic Ed. Ald. Gryph. Vin. Stad. Grut. Lugd. Zeu. Fab. Vetst. Sed *Scuram*, *Scurram*, *Scuriam* Mss. et Edd. vett. Duk. *Sauram* Mss. Vin. *scurā* Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ven. *Sturam* Ed. Med. Par.—66 *Indiviso* Ed. Lips. 1. 3. *in diviso* Ed. Par.—67 Sic Ms. Naz. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Freinsh. Sed *parabant* Mss. ceteri, Ed. pr. Stad. Grut. Lugd. Pont. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2.—68 Mss. Regg. Ryck. Flor. Mall. Duisb. Fran. Voss. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Med. Par. *et* omittunt.—69 *ūt* Ms. Ryck. *ultimum* Ed. Stad. Pont. Zeu.—70 *Tunc tamen* Ms. Naz. *tunc cum tam* Ms. Pal. 1. Flor. *cum tam* Ed. Ald.—71 *Etiā* Ed. Lips. 1. 2. 3. *etiam* Ed. Med. Par. Gryph. *ēt* Ed. Ven.—72 *Drigæcini*, *Drigecini*, *Drecini*, *Dridecini* Mss. Duk. *drigecini* Mss. Vin. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 1. Ven. *Dirigecini* Ed. Par. 2. *Brigæcini* Ed. Stad. Pont. *Trigecini* Ed. Gryph.—73 *Prodissēt* Ed. Lips. 1. 3. *prodissent*

NOTÆ

z *Sub corona*] Venales servi coronam gestabant.

a *Curru*] Triumpho.

b *Ut barbaris*] Hoc est, ut solent barbari, qui impetum pro virtute habent.

c *Impes* [*Impetus*] Ex veteribus libris antiquam vocem *impes* restituit Salmas.

d *Asturam*] Fluvium apud Astures.

e *Et utinam mutua clade certamen*] Legitur in aliis Edit. (*et ultimum mu-*

Digitized by Google

a quibus præmonitus Carisius,[g] cum exercitu adve- [§. 56. niens oppressit[74] consilia: sic quoque tamen[75] non incruento certamine. Reliquias fusi exercitus validissi- [§. 57. ma[76] civitas Lancia[77] [h] excepit: ubi adeo[78] certatum[79] est, ut, cum[80] in captam urbem faces[81] poscerentur, ægre[82] dux impetrarit[83] veniam,[84] 'ut victoriæ Romanæ stans potius esset, quam incensa, monumentum.' [i] Hic[85] finis[86] [§. 58. Augusto bellicorum certaminum fuit: idem[87] rebellandi finis Hispaniæ. Certa mox fides, et æterna pax; [§. 59. cum ipsorum ingenio in pacis partes promtiore,[88] tum[89] consilio Cæsaris, qui fiduciam[90] montium timens, in quos se recipiebant, castra sua, sed quæ in plano erant, habitare et incolere[91] jussit. Ingentis esse consilii illud ob- [§. 60. servari cœpit.[92] [j] Natura[93] regionis circa se omnis aurifera,

Ed. Lips. 2. Med. Par.—74 *Advenit oppressi sed* Ms. Naz. *adv. oppressisset* Ed. Lips. 1. 3. Par. Gryph.—75 *Sic tn̄ quoque* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—76 *Validissimi* Ms. Naz. Duisb. Voss. 3. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—77 *Lancea* Ms. Voss. 1. Ed. pr. Lips. 2. 3. Ber. *lācea* Ed. Lips. 1. quo in libro paulo ante est *exertitus*.—78 Sic Mss. Duk. fere omnes, Ed. pr. Sed *ubi cum loci* Ms. Naz. *ubi tum loco* Ms. Flor. *ubi loci adeo* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ald. Ven. Gryph.—79 *Pugnatum* Mss. Regg. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. Ed. pr.—80 *Cum* abest ab Ed. Lips. 1. 3. Gryph.—81 *Fasces* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. 1. Ven. Gryph. *falces* Ed. Par. 2.—82 *Ægræ* Ed. Ven.—83 *Impetraverit* Ms. Pal. 2. Ryck. Fran. Ed. Junt. Stad. Pont. Zeu. Fab. Blanc. *impetravit* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Gryph. Grut. Lugd. Vetst.—84 *Veniam* aberat a Ms. Flor.—85 *His* Ed. Stad.—86 *Finis* abest ab Ed. Zeu.—87 *Id est* Ms. Mall. *i.* Ms. Fran.—88 *Promptior:* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par.—89 *Et cum cons.* Ms. Ryck. Duisb. Voss. 2. 3. Edd. Duk. Vett. etiam Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—90 *Fiduliā* Ed. Lips. 1.—91 *icoler̄* Ed. Lips. 1.—92 Sic Ed. Gryph. Vin. Stad. Grut. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. Duk. 1. 2. Sed *in gentis esse consilium illud observari caput consilio* Ms. Naz. Ed. pr. *ingentis esse consilii illud obs. caput consilio* Ms. Ryck. Reg. Q, Flor. *ingentis esse consilium illud obs. capit consilio* Mss. Regg. Fran. a manu prima: sed manus alia correxerat *cepit* Ms. Voss. 1. *ing. esse consilium illud obs. capitis consilio.* Ms. Voss. 2. 3. *ing. esse consilium illud obs. cœpit consilio.* Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. *ingentis esse consilium illud observari caput.* Ed. Junt Ald. Ven. *ingentis esse consilii illud*

NOTÆ

tua clade certamen); quæ lectio melior altera est.

[f] *Trigæcini*] Hispaniæ populi. Sed eorum incerta positio.

[g] *Carisius*] Meminit Dio, lib. LIV.

[h] *Lancia*] Hispaniæ urbs in Asturia.

[i] '*Ut victoriæ Romanæ stans potius esset, quam incensa, monumentum*'] Ex genio Rhetoricæ artis lego, *ut cle-*

Digitized by Google

miniique,[k] et chrysocollæ,[94] [l] et aliorum colorum ferax. Itaque[95] exerceri solum jussit.[m] Sic Astures et latentes[96] in profundo opes suas atque divitias, dum aliis quærunt, nosse cœperunt. Omnibus ad Occasum et Meridiem pacatis gentibus, ad Septemtrionem quoque duntaxat[97] intra Rhenum atque Danubium, item ad Orientem intra Cyrum[98] [n] et Euphratem; illi[99] quoque reliqui,[o] qui immunes imperii erant, sentiebant[1] tamen magnitudinem, et victorem gentium populum Romanum[2] reverebantur.[3] Nam [§. 61.] [§. 62.]

obs. caput.—93 *Nā* Ed. Lips. 1.—94 *Croceo colore* Ms. Voss. 2. *ceruso colore* Ms. Voss. 3. *chrysocolæ* Ed. Par. *chrusocollæ* Mss. Vin.—95 *Igitur* Ms. Ryck. Berol. Duisb. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Pont.—96 *Ut lactantes* Ms. Voss. 1. *elactantes* Ms. Voss. 2. *ut latentes* Ms. Ryck. Berol. Duisb. Voss. 3. Edd. vett. præter Ald. *latentes*, omissa *et*, Ed. Ald. Gryph. Stad. Pont.—97 *Duntaxat* abest ab Ed. Lips. 2.—98 *Intra et Cyrum* Ms. Ryck. *intra Ecirum* Mss. Toll. *intra Etirum* Ms. Voss. 1. 2. *intra Ecyrum* Ms. Pal. 2. Naz. *intra Scirum* Ms. Pal. 1. *intra Eurum* Ms. Voss. 3. Fran. Duisb. Ed. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven. *intra Nilum* Ed. Ald. *intra Taurum* Mss. Regg. Ed. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zeu. Fab. Vetst. *intra Tigrim* Ed. pr.—99 *euphraten: nili* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. *Euphraten nisi* Ed. Par. 2. Ven. *Euphr. Nilum* Ed. Gryph. in quo libro post τὸ *reliqui* repetitur τὸ *quoque*.—1 *Senciebant* Ed. Lips. 2.—2 *Victoriam gentium Populi Romani* Mss. Duk. plerique, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. (in qua est *P. R.*) Gryph. Stad. Pont.—3 *Rever-*

NOTÆ

mentia Romanæ stans potius esset, quam incensa, victoriæ monumentum. Hoc elegantiores homines legent, et, puto, probabunt. *Pater.*

[j] *Ingentis esse consilii illud observari cœpit*] Hæc verba nihil sunt quam mere barbara balbuties; neque isthæc a Floro. Alia conjicit Salmasius, sed quæ nemo unquam probaverit.

[k] *Aurifera, miniique*] Vide lib. XLIV. cap. 1. Justin. ubi fuse de Hispania: 'Nec summæ tantum terræ laudanda bona, verum et abstrusorum metallorum felices divitiæ....Minii certe nulla feracior terra. In hac cursus amnium....plerique etiam divites auro, quod in balucibus vehunt.' Et 3. 'Regio cum æris ac plumbi uberrima, tum et minio, (legendum *minii*,) quod etiam vicino flumini nomen dedit. Auro quoque ditissima, adeo ut etiam aratro frequenter glebas aureas exscindant.'

[l] *Crysocollæ*] 'Crysocolla' est humor qui per venas auri fluit; eo aurum alligatur, agglutinatur: a Græco χρυσὸς, et *κολλάω agglutino.*

[m] *Exerceri solum jussit*] Nam prius non exercebatur, ut ex Justino certum est. Sed iis, si quando fulgure terra proscissa erat, quæ in his locis assidua res est, detectum aurum velut Dei munus colligere permittebatur.

[n] *Cyrum*] [*Taurum*] Armeniæ majoris montem ad Euphratem. Legit Salmas. *intra Cyrum et Euphratem.* Sed cur vulgata lectio rejiciatur, haud equidem video.

[o] *Illi quoque reliqui*] Legendum omnino, *illæ quoque reliquæ, quæ.* Nam

Digitized by Google

et Scythæ misere[4] legatos,[p] et Sarmatæ,[q] amicitiam[5] petentes. Seres[r] etiam,[6] habitantesque sub ipso sole Indi, cum gemmis, et margaritis, elephantes[7] quoque inter munera trahentes, nihil magis, quam longinquitatem viæ imputabant,[s] quam quadriennio[8] impleverant: et[9] ipse hominum color[t] ab alio venire cœlo[10] fatebatur. Parthi [§. 63. quoque, quasi victoriæ pœniteret,[11] rapta clade Crassiana ultro signa[12] retulere.[13] [u] Sic ubique cuncta[14] atque [§. 64. continua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio. Ausus que[15] tandem Cæsar[16] Augustus, septingentesimo ab Urbe condita[17] anno,[v] Janum[18] Geminum claudere,[19] [w] bis

---

tebantur Ed. Par.—4 *Schyte miser* Ed. Lips. 1. 2. 3.—5 *Amicicia* Ed. Lips. 1. —6 *Et* Ed. Lips. 1. *em* Ed. Lips. 2.—7 *Elephantos* Ms. Flor. Berol. Duisb. Voss. 1. Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Stad. Pont. Blanc.—8 *Quadriennii*, omisso *quam*, Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph.—9 Sic Ms. Ryck. Sed *et tamen* Mss. reliqui, Edd. vett. omnes, ut Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Grut. Lugd. Pont. Freinsh. Zen. Fab. Vetst. Duk. 1. 2.—10 *Ab a. v. cælo* Ed. pr. Sed *ab illo v. cælo* Ms. Pal. 2. Ryck. Fran. *ab alio v. sole* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. *eoe ab al v. sole* Ed. Stad. Pont.—11 *Pertineret* Ed. Lips. 1. 3.—12 *Signa ultro* Mss. Regg. Ryck. Flor. Mall. Duisb. Fran. Ed. pr.—13 *Rettulere* Ed. Par. Ven. Zen.—14 *Una* Ed. Blanc.—15 *Ansusque* Ed. Lips. 1.—16 *Caius* Ed. Med. Par. 1. Ven. Gryph. *Casus* Ed. Par. 2.—17 *Ab Urbe condita* aberant a Ms. Voss. 1.—18 *Janum* abest ab Ed. Lips. 1. 2. 3.—19 *Cludē* Ed. Lips. 1. *claudere* Ed.

NOTÆ

de gentibus hic agitur.

p *Scythæ misere legatos*] Idem Sueton. 21. 'Qua virtutis moderationisque fama Indos etiam ac Scythas, auditu modo cognitos, pellexit ad amicitiam suam Populique Romani ultro per legatos petendam.' Scythæ sunt qui ad ultimam Septemtrionis plagam versus Orientem degunt.

q *Sarmatæ*] Remotiores illos Sarmatas intellige, qui ultra Rham fluvium degunt.

r *Seres*] Ii sunt qui supra Sinarum regionem colunt.

s *Nihil magis, quam longinquitatem viæ imputabant*] Gallice diceres, *Ne faisoient rien sonner si haut que, &c.* Nam ea vis est verbi *imputare*. Sic apud Sueton. in Tib. cap. 53. 'Imputavit etiam quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit.' *Il lui faisoit sonner fort haut, lui vouloit faire passer pour une grande grace, de ce qu'il ne l'avoit pas fait étrangler, et jetter après dans les Gémonies.*

t *Et* [*tamen*] *ipse hominum color*] Ridiculum sensum hic efficit vox *tamen*, quæ delenda vere est.

u *Ultro signa retulere*] Aliter tamen Sueton. cap. 21. 'Parthi quoque et Armeniam vindicanti facile cesserunt, et signa militaria, quæ M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt.'

v *Septingentesimo ab Urbe condita anno*] Qui potuerit Augustus Janum claudere anno septingentesimo ab U. C. non video, cum tunc Julius Cæsar

Digitized by Google

ante se clausum;[20] sub Numa rege,[x] et victa primum Carthagine.[21 y] Hinc conversus ad pacem, pronum in [§. 65. omnia mala, et in luxuriam[22] fluens sæculum[23] gravibus severisque legibus multis coërcuit. Ob hæc tot [§. 66. facta[24] ingentia 'Dictator perpetuus,'[z] et 'Pater patriæ,'[a] dictus.[25] Tractatum etiam in Senatu, an, quia condidisset imperium,[b] 'Romulus' vocaretur:[c] sed sanctius et reverentius visum est nomen 'Augusti,'[d] ut scilicet[26] jam

Lips. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu.—20 *Ante reclusum* Mss. Vin. Regg. Voss. Fran. *ante se clausum* Ed. Lips. 1. 2. 3. Med. Par. Ven. Gryph. Stad. Lugd. Pont. Zeu.—21 *Cartagine* Ed. Lips. 2.—22 *Luxum* Ms. Voss. 3. *luxuriem* Ed. Bianc.—23 *Scl'm* Ed. Lips. 1.—24 *Fcā* Ed. Lips. 1.—25 *Dictus* aberat a Mss. Vin. Ryck. Reg. Q, Mall. Duisb. Fran. Ed. pr. Lips. 1. 2. 3. Ber. Sab. Med. Par. Junt. Ven.—26 *Scilicet* abest ab Ed. Lips.

NOTÆ

adhuc esset in vivis, et annos tantum novem natus ipse Cæsar Augustus. Videlicet hic annorum numerum secutus est Florus, quem initio proposuit. Nam a Romulo usque ad Cæsarem Augustum annos totidem, non amplius, interesse voluit. Locum ipsum vide. Ceterum primo ab Augusto Janus clausus fuit anno ab U. C. 723. post devictum Antonium. Secundo, ab U. C. 728. cum ex bello Cantabrico Romam redisset. Tertio, anno ab U. C. 743. post Dalmatas a Tiberio subactos.

[w] *Janum Geminum claudere*] Quod pacis et bona fide cessantium armorum fuit indicium. De Jano alibi dictum est.

Bis ante se clausum] Idem Sueton. cap. 22. 'Janum Quirinum, semel atque iterum a condita urbe memoriam ante suam clausum, in multo breviore temporis spatio, terra marique pace parta, ter clausit.'

[x] *Sub Numa Rege*] A quo is mos claudendi Jani inventus est: is eum clausum tenuit per annos 43.

[y] *Et victa primum Carthagine*] Anno ab U. C. 519. Coss. T. Manlio Torquato et C. Attilio Bulbo. Vid. lib. II. cap. 3. 'Peracto Punico bello tunc primum post Numam clausa fuit porta Jani. Sed statim ac sine mora patuit.'

[z] *'Dictator perpetuus'*] Sed hunc honorem fortiter repulit, tribunicia potestate contentus, ut patet ex Annalibus.

[a] *'Pater Patriæ'*] Patris Patriæ cognomen universi repentino maximoque consensu detulerunt ei, ut habet Suet. Ovid. docet ei hoc cognomen Nonis Februariis datum fuisse: 'Sancte Pater Patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques.' Quomodo autem illi datum fuerit, fuse narrat Sueton. cap. 58.

[b] *Condidisset imperium*] Hoc est, ex integro restituisset, renovasset. Vid. lib. I. cap. 3

[c] *'Romulus' vocaretur*] Idem Sueton. cap. 7. 'Augusti cognomen assumsit Munacii Planci sententia, cum, quibusdam censentibus 'Romulum' appellari oportere, quasi et ipsum conditorem urbis, prævaluisset ut 'Augustus' potius vocaretur.'

Digitized by Google

tum,[27] dum colit terras, ipso nomine et titulo consecraretur.[28] [e]

1. 2. 3.—27 *Tum* omittunt Ms. Voss. 1. Ed. Lips. 1. 2. 3.—28 *Consacraret* Ed. Lips. 1. In Ms. Reg. Q, post verbum hoc scriptum erat ab librario religiose *Amen.* Ed. Lips. 2. *Finis.* Ed. Par. *Romanæ Historiæ per L. Florum quam elegantissime in Compendium redactæ Finis.*

NOTÆ

[d] *Sed sanctius et reverentius visum nomen 'Augusti'*] Rationem reddit Sueton. cap. 7. 'Quod loca quoque religiosa, et in quibus augurato quid consecratur 'augusta' dicuntur. Ab auctu, vel ab avium gestu gustuve.' Et inde est quod subjungit Noster: 'ut ipso nomine et titulo' (Augusti, scilicet) 'consecraretur,' quippe quæ 'augusta' dicuntur ea religiosa, et Diis consecrata sunt.

[e] *Consecraretur*] Vide Notam superiorem.

Digitized by Google

EXCERPTIONES

CHRONOLOGICÆ

AD FLORUM,

Ita concinnatæ, ut prior cifra librum, altera caput, tertia versum, tibi ostendat.

AUCTORE JO. FREINSHEMIO.

A. Ch. N.		A. U. C.	
	Italiæ cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus: post hunc tertio loco Faunus, sub quo		
1230	Evander in Italiam venit 1, 1. 9.	480	Gedeon Israëlis judex moritur.
1221		471	Æetas Ponticis gentibus imperat 3, 5. 1.
1181		431	Troja capta.
1179	Æneas in Italiam venit 1, 1. 9. Lavinium conditur 1, 1. 4.	429	Agamemnon occiditur. Jeptha, Ebzan, Elon, Abdon, Israëlem judicant.
1149	Alba condita 1, 1. 4.	399	
882		132	Dido Carthaginem condit 2, 15. 17.
793	Amulius Numitorem regno pellit 1, 1. 4.	43	
776	Romulus nascitur 1, 1. 1.	26	Usias rex Judæ. Zacharias, Sallum, Menahem, reges Israëlis.
752	Amulium deturbat 1, 1. 5.	2	Ezechias rex nascitur. Micha Propheta.
750	Roma condita 1, 1. 7. cujus ita primus rex ROMULUS regnat per annos XXXVII.		
747	Raptus Sabinarum 1, 1. 10.	3	

Digitized by Google

A. Ch. N.		An. U.	
746	Spolia opima prima 1, 1. 11.	4	
743	Sabini, ex hostibus, Romæ cives fiunt 1, 1. 14.	7	Pekah, rex Israëlis, incurrit in Judæam.
			Hierosolyma obsidetur.
721	Romulus Veientes vincit 1, 1. 11.	29	Salmanassar expugnat Samariam.
713	Romulus moritur 1, 1. 16.	37	
712	NUMA POMPILIUS, secundus rex Romanorum, pacifice regnat per annos XLIII. 1, 2.	38	Nahum Propheta.
			Ezechias, Manasses, reges Judæ.
669	TULLUS HOSTILIUS, tertius rex Romanorum, regnat per annos XXXII. 1, 3. 1.	81	
664	Pugna Tergeminorum 1, 3. 3.	86	
662	Alba diruta 1, 3. 9.	88	
644		106	Tarentus conditur 1, 18. 2.
			Ammon rex Judæ.
637	ANCUS MARCIUS, quartus rex Romanorum, regnat per annos XXIIII. 1, 4.	113	
624	Ostia condita 1, 4. 2.	126	
			Josias rex Judæ.
613	TARQUINIUS PRISCUS, quintus rex Romanorum, regnat per annos XXXVIII. 1, 5.	137	Josias moritur: succedunt filii.
			Nebucadnezar Hierosolymam venit.
599	Tusci vincuntur 1, 5. 5.	151	Daniel interpretatur Nebucadnezaris somnium.
			Jeremias vaticinatur.
588		162	Galli in Italiam veniunt 1, 13. 5.
575	SERVIUS TULLIUS, sextus rex Romanorum, regnat per annos XLIIII. 1, 6.	175	
			Ezechiel vaticinatur.
563	Census instituitur 1, 6. 3.	187	
			Jechonias olim rex Judæ carcere liberatur.
531	TARQUINIUS SUPERBUS, rex Romanorum ultimus, regnat per annos XXV. 1, 7. 1.	219	
			Cyrus Judæos restituit.
			Templum reficitur.
524	Suessa Pometia capitur 1, 7, 5.	226	
519		231	Septem Persæ regnum Magis eripiunt 3, 5. 1.
515	Gabii urbs capitur 1, 7. 7.	235	Darius rex Persarum.
			Haggæus et Zacharias vaticinantur.
514	Capitolium conditum 1, 7. 8.	236	Babylon opera Zopyri capitur.
506	Imperium regibus abrogatur, cum durasset annos CCXLIIII. 1, 7. 11.	244	

Digitized by Google

A. Ch. N.		An. U.	
	Consulatus origo 1, 9. 1.		Bellum Ionicum geritur.
	Brutus filios securi percutit 1, 9. 5.		
	Porsena Romam obsidet 1, 10. 1.		
	Horatius, Mucius, Clœlia, clarent 1, 10. 3.		
	Brutus et Aruns Tarquinius mutuis vulneribus cadunt 1, 10. 8.		Pythagoras moritur.
493	Posthumius dictator Latinos vincit 1, 11. 2.	257	
491	Plebs secedit in Sacrum montem 1, 23. 1.	259	
490	Corioli capiuntur, unde Coriolanus 1, 11. 9.	260	
489		261	Darius exercitum mittit contra Athenienses 2, 8. 2.
488	Coriolanus exulat 1, 22. 3.	262	
482	Spurius Cassius interficitur ob affectatum regnum 1, 26. 4.	268	
481		269	Xerxes montem Athon perfodit 2, 8. 2.
476	Fabii privatum bellum cum Veientibus gerunt 1, 12. 1.	274	
470	Volerone duce fracti cos. fasces 1, 22. 2.	280	
468	Appii exercitus non vult vincere 1, 22. 2.	282	
			Artaxerxes, rex Persarum.
			Esras Hierosolymam venit.
448	Decémviri creantur 1, 24. 1.	302	
446	Decemviratus tollitur 1, 24. 3.	304	Nehemias Hierosolymam venit.
			Herodotus historiam scribit.
425	Spolia opima secunda 1, 12. 9.	325	Thucydides historiam scribit.
410	P. Posthumius Albus trib. mil. consulari potestate lapidatur a militibus 1, 22. 2.	340	
			Bellum Siculum cum Atheniensibus.
			Dionysius major, Siciliæ tyrannus.
401	Veii obsessi 1, 12. 8.	349	
	Stipendia incipiunt *ibid.*		
399	Hyematur sub pellibus *ibid.*	351	Artaxerxes Mnemon, rex Persarum.
392	Falisci Camillo se dedunt 1, 12. 3.	358	
	Fidenæ conflagrant *ibid.*		
391	Veii capti, 1, 12. 9.	359	
			Plato philosophatur.
386	Camillus exulat 1, 22. 4.	364	
385	Roma CAPTA 1, 13. 14.	365	

Digitized by Google

A. Ch. N.		An. U.	
			Pax tota Græcia.
384	Camillus finitimos vincit 1, 13. 19.	366	
			Xenophon historiam scribit.
379	M. Manlius de saxo Tarpeio dejicitur 1, 26. 8.	371	
			Aristoteles nascitur.
362	C. Licinius Stolo senatui consortium consulatus extorquet 1, 26. 4.	388	
355	Galli vincuntur ad Anienem 1, 13. 20. inde Torquatus.	395	Philippus M. rex Macedoniæ.
343	Galli vincuntur in agro Pontino *ibid.* inde Corvini.	407	Templum Dianæ Ephesi conflagrat, dum Alexander nascitur.
			Dionysius Corinthi.
337	Campani concedunt in ditionem Romanorum 1, 16. 2. Unde natum bellum Samniticum, quod duravit annis circiter L.	413	
334	Manlius filium contra imperium pugnantem occidit 1, 14. 2.	416	Alexander M. rex Macedoniæ.
332	Rostra nomen accipiunt ex spoliis Antiatibus 1, 11. 10.	418	
			Darius, Persarum rex, interficitur.
			Hierosolyma capitur a Ptolemæo.
		–	Agathocles, Siciliæ tyrannus.
317	Clades Caudina 1, 16. 9.	433	
			Theophrastus philosophatur.
316	Papirius Samnitibus jugum reponit 1, 16. 12.	434	
307		443	Lysimachia condita 2, 8. 7.
305	Saltus Ciminius penetratus 1, 17. 4.	445	Demetrius Poliorcetes, rex Asiæ.
303	Decius Mus se devovet 1, 17. 7.	457	
			Demetrius Poliorcetes, rex Macedoniæ.
288	Curius Sabinos vincit 1, 15. 2. Hoc anno bello Samnitico finis impositus, cum durasset annis L. 1, 16. 8.	462	
			Pyrrhus, rex Macedoniæ.
284	Plebs secedit in Janiculum 1, 25. 1.	466	
			Ptolemæus Philadelphus, rex Ægypti.
281	Dolabella Gallos vincit 1, 13. 21.	469	
			Regnum Tuscorum finitum.

Digitized by Google

A. Ch. N.		An. U.	
279	Bellum Tarentinum 1, 18.	471	
278	Pyrrhus Tarentinis auxilio venit 1, 18. 6. Pugnat cum Romanis ad Heracleam 1, 18. 7.	472	Ptolemæus Ceraunus, rex Macedoniæ.
276	Iterum ad Asculum 1, 18. 9.	474	Galli in Asiam veniunt, unde Gallogræcia 2, 11. 3.
273	Postremo in Arusinis campis 1, 18. 11. Fabricius censor Rufinum notat 1, 18. 22.	477	Aratus Phænomena scribit. Sacra Biblia translata per LXX. interpretes.
266	Picentes vincuntur 1, 19. 2.	484	
264	Sallentini vincuntur 1, 20. 1.	486	
263	Volsiniensium servi puniuntur 1, 21. 3. Hoc modo Italia facta Romanorum 2, 1. 2.	487	
262	Romani in Siciliam navigant 2, 2. 5. Unde natum bellum Punicum primum, quod duravit annis circiter XXIV.	488	Antigonus, rex Macedoniæ, Gallos vincit. Nicomedia conditur. Zeno Stoicus moritur.
258	C. Duillius Nepos cos. Pœnos navali prælio superat 2, 2. 7. Cn. Cornelius Scipio Asina cos. capitur a Pœnis 2, 2. 11.	492	Antiochus Theos, rex Syriæ.
257	L. Cornelius Scipio cos. in Sardinia et Corsica Pœnos vincit 2, 2. 15.	493	Ptolemæus Philadelphus cum Antiocho bellum gerit.
256	A. Atilius Calatinus cos. in Sicilia Pœnos vincit 2, 2. 12.	494	
254	M. Atilius Regulus cos. bellum in Africam transfert 2, 2. 17.	496	
253	Xanthippus Regulum vincit 2, 2. 23.	497	Antigonus Athenas capit.
248	L. Cæcilius Metellus procos. Pœnos cædit 2, 2. 27. Regulus pacem cum Pœnis dissuadet 2, 2. 24.	502	Aratus Sicyonius, dux Achæorum.
247	P. Claudius Pulcher cos. classem amittit 2, 2. 29.	503	Ptolemæus Euergetes, rex Ægypti.
243	M. Fabius Buteo Cos. Pœnos cædit 2, 2. 30.	507	
239	C. Lutatius Catulus cos. primo bello Punico finem imponit 2, 2. 33. Duravit autem annis XXIV.	511	Attalus Pergamenum regnum constituit. Arsaces Parthorum regnum constituit.
235	Q. Fulvius Flaccus cos. Ligures vincit 2, 3. 5.	515	

Digitized by Google

A. Ch. N.		An. U.	
			Annibal patri jurat ad aram se hostem pop. Rom. futurum 2, 6. 2.
233	Janus clausus 2, 3. 1.	517	
232	Ligures Romanis bellum faciunt 2, 3. 2.	518	
228	Teutana legationem Rom. violat 2, 5. 3.	522	
227	Illyrii vincuntur 2, 5. 4.	523	Demetrius, rex Macedoniæ, Philippi pater, moritur.
226		524	Carthago Hispana conditur, de qua 2, 6. 30.
225	Saguntus fœdere Romanorum et Pœnorum in libertatem excipitur 2, 6. 4.	525	
223	L. Æmilius Pappus cos. Gallos vincit 2, 4. 3.	527	Seleucus et Antiochus fratres, Syriæ reges, moriuntur.
221	C. Flaminius Nepos cos. Gallos vincit 2, 4. 4.	529	Antigonus Tutor, Macedoniæ rex, Spartam occupat.
220	M. Claudius Marcellus cos. de Viridomaro Gallo opima refert 2, 4. 5.	530	Philippus, rex Macedoniæ penultimus.
217	Saguntus deleta 2, 6. 6.	533	Philippus cum Ætolis bellum gerit. Antiochus cum Ptolemæo.
	Romani, legatione Carthaginem missa, dedi postulant Annibalem 2, 6. 7.		Philippus Peloponnesum occupat.
216	Annibal Alpes transit 2, 6. 9. Unde bellum Punicum secundum, quod duravit annis circiter XVI.	534	Attalus cum Gallis contra Achæum pugnat.
			Carthaginiensium classis ad recuperandam Siciliam missa vincitur.
	Cn. Scipio in Hispaniam mittitur 2, 6. 36. 2, 17. 6.		Hiero, rex Syracusanus, Romanos juvat.
	P. Cornelius Scipio, post Africanus, prætextatus adhuc, patrem servat 2, 6. 10.		
215	Annibal Sempronium vincit 2, 6. 12.	535	Cn. Scipio in Hispania classem Carthaginiensium capit, et Mandonium Hispaniæ regulum vincit.
	Et C. Flaminium Nepotem cos. II. 2, 6. 13.		Antiochus vincitur a Ptolemæo.
	P. Scipio procos. in Hispaniam venit 2, 6. 36. 2, 17. 6.		Philippus urbes aliquot Pæonum occupat, et cum Illyriis bellum gerit.
	Q. Fabius Maximus dictator Annibalem cunctando macerat 2, 6. 27.		
214	Clades Cannensis 2, 6. 15.	536	Antiochus Achæum bello persequitur.

Digitized by Google

A. Ch. N.		An. U.	
	Annibal Capuam occupat 2, 6. 21.		Asdrubal in Hispania Carpesios vincit.
	Ad Nolam vincitur a Marcello 2, 6. 29.		Prusias, rex Bithyniæ, Gallos cædit.
213	Iterum.	537	Antiochus Achæum Sardibus obsidet.
	Sardi vincuntur a T. Manlio, ut alii, sive, ut Noster, a Graccho 2, 6. 35.		Hiero, rex Siciliæ, moritur.
	Philippus legatos de societate mittit ad Annibalem 2, 7. 4.		Hieronymus, rex Siciliæ, cum Carthaginiensibus fœdus init.
	Scipiones Asdrubalem vincunt 2, 17. 7.		
212	Tib. Sempronius Gracchus procos. Pœnos in Lucania cædit 2, 6. 30.	538	Hieronymus, rex Siciliæ, interficitur. Saguntus restituitur.
	Marcellus Annibalem ad Nolam tertio vincit 2, 6. 29.		Philippus Aratum veneno tollit.
	Marcellus in Siciliam mittitur 2, 6. 33.		Achæus occiditur ab Antiocho.
210	Syracusæ captæ 2, 6. 33.	540	Annibal Tarentum occupat. Centenium et Fulvium vincit.
	Scipiones cæsi 2, 6. 36.		
209	Annibal cum exercitu Romam contendit 2, 6. 42.	541	
			Antiochus Ptolemæi præfectos ex Syria pellit.
	Capua recipitur *ibid.*		Valerius Lævinus contra Philippum res gerit 2, 7. 6.
	P. Cornelius Scipio, mox Africanus, cum proconsulari imperio in Hispaniam mittitur 2, 6. 37.		
208	Ærario deficiente privati opes suas reip. conferunt 2, 6. 24.	542	Lævinus cos. Siciliam provinciam facit.
			Scipio Carthaginem novam una die expugnat 2, 6. 39. 2, 17. 7.
207	Fabius Tarentum recipit 2, 6. 42.	543	Philippus cum Romanis varia fortuna bellum gerit.
206	Attalus cum Romanis contra Philippum bellum gerit 2, 2. 8.	544	Marcellus cos. insidiis Annibalis interficitur.
			Philopœmen Machanidam Lacedæmoniorum tyrannum occidit.
205	Asdrubal occiditur 2, 6. 49.	545	Scipio Hannonem Pœnorum ducem capit.
202	Scipio in Africam trajicit 2, 6. 55.	548	Ptolemæus Epiphanes rex Ægypti.
			Scipio Syphacis castra incendit.
200	Annibal Italia decedit 2, 6. 56.	550	Vermina Syphacis filius vincitur.

Digitized by Google

A. Ch. N.

Vincitur a Scipione 2, 6. 61. et ita finitur bellum Punicum secundum, postquam duraverat annis circiter XVI.

199 Scipio vocatur Africanus 2, 6. 11 et 37.

Athenienses a Romanis auxilium petunt adversus Philippum 2, 7. 4.

198 Philippus in sepulcra et templa Atheniensium sævit *ibid.*

196 T. Quintius Flaminius cos. Aoum penetrat 2, 7. 10.

195 Philippus vincitur ad Cynocephalas 2, 7. 11.

194 Quintius Bœotos compescit 2, 7. 12.

193 M. Porcius Cato Celtiberos vincit 2, 17. 9.

Quintius Nabin vincit 2, 7. 12.

190 Antiochus in Græciam trajicit 2, 8. 8.

189 Man. Acilius Glabrio cos. Antiochum pellit 2, 8. 12.

188 Æmilius Regillus prætor classem Antiochi vincit 2, 8. 12.

187 M. Fulvius Nobilior cos. Ambraciam obsidet 2, 9. 2.

185 Cn. Manlio negatur triumphus 2, 11. 2.

179 Perseus cum Philippo patre in Hæmum montem ascendit 2, 12. 4.

178 A. Posthumius Albinus cos. Ligures exarmat 2, 3. 5.

177 Tib. Sempronius Gracchus Celtiberos vincit 2, 17. 9.

176 M. Manlius Vulso cos. castris exuitur ab Istris 2, 10. 2.

175 C. Claudius Pulcher cos. rem gerit contra Istros 2, 10. 4.

168 Africani filius Africanum minorem adoptat 2, 15. 12.

An. U.

Carthaginienses pacem petunt, et impetrant a Scipione.

551 Philippus navali prælio vincitur ab Attalo et Rhodiis 2, 7. 8.

552 Plautus poëta moritur.

554 Cato prætor sortitus provinciam Sardiniam, ab Ennio ibidem Græcis literis instituitur.

555 Attalus rex Pergamenus moritur. Succedit Eumenes.

556 Antiochus Lysimachiam instaurat.

557 Annibal ad Antiochum venit 2, 8. 5.

Græcorum libertas in Nemeis proclamatur 2, 7. 14.

560 Philopœmen cum Nabide bellum gerit.

561 P. Cornelius Scipio Nasica cos. Boios vincit.

562 Antiochus vincitur a Scipione 2, 8. 14.

563 Cn. Manlius Vulso cos. Gallogræcos vincit 2, 11.

Bononia colonia deducta.

565 Africanus accusatur Romæ.

Antiochus occiditur. Succedit Seleucus.

571 Fulvius Flaccus prætor Celtiberos vincit.

572 Ptolemæus Epiphanes moritur. Succedit Ptolemæus Philometor.

573 Philippus, rex Macedoniæ, moritur. Succedit Perses.

574 Vestæ ignis extinctus.

575 Gracchus Sardos vincit. Seleucus moritur. Succedit Antiochus Epiphanes.

582 Salondicus, belli Hispanici concitor, opprimitur 2, 17. 13.

Digitized by Google

A. Ch. N.		An. U.	
			Antiochus Ægypto inhiat.
167	Q. Marcius Philippus cos. II. Macedoniam irrumpit 2, 12. 5.	583	Ennius poëta moritur.
			Antiochus Alexandriam obsidet.
166	Anicius prætor Gentium vincit 2, 13.	584	Popilius legatus ad Antiochum.
	L. Æmilius Paulus cos. II. Persen vincit 2, 12. 7.		Antiochus Hierosolymam occupat.
			Polybius in Italiam venit.
164	L. Æmilius Persen in triumpho ducit 2, 12. 12.	586	Judas Maccabæus legem defendit.
			Antiochus moritur. Succedit Antiochus, ejus filius, tutore Lysia.
157	M. Fulvius Nobilior procos. Ligures domat 2, 3. 5.	593	Terentius poëta moritur.
			Judas Maccabæus interficitur. Succedit Jonathas.
154	C. Marcius Figulus cos. II. Dalmatas vincit 4, 12. 11.	596	Jonathas et Simeon Amaræos per insidias cædunt.
			Jonathas pacem facit cum Bacchide.
150	Carthaginienses exercitum contra fœdus comparant 2. 15. 3.	600	Demetrius occiditur. Succedit victor Alexander.
			Andriscus Pseudo-philippus captus Romam deducitur.
149	L. Licinius Lucullus cos. in Hispania res gerit 2, 17. 11.	601	P. Cornelius Scipio Æmilianus singulari certamine hostem superat 2, 17. 11.
147	Bellum Punicum tertium incipit 2, 15.	603	Andriscus, custodiam elapsus, occupat Macedoniam.
	Carthago obsidetur 2, 15. 11.		Cato Censorius moritur.
146	Q. Cæcilius Metellus Andriscum vincit 2, 14. 5.	604	Prusias, Bithyniæ rex, a filio Nicomede interficitur.
			Masinissa moritur.
145	Scipio, contra leges cos. factus, obsidionem Carthaginis urget 2, 15. 12.	605	Critolaus legatos Romanorum violat 2, 16. 2.
144	Metellus Achæos vincit 2, 16. 3.	606	Metellus appellatur Macedonicus 2, 17. 10.
	Triumphat de Andrisco 2, 14. 5.		Viriatus in Lusitania duces Romanos cædit 2, 17. 15.
	Carthago diruitur 2, 15. 16.		Alexander, Syriæ rex, interficitur. Succedit ei Demetrius.
	Corinthus diruitur 2, 16. 5.		Ptolemæus Philometor moritur ex vulnere. Succedit Ptolemæus Physcon.
143	Q. Fabius Maximus Æmilianus cos. contra Viriatum mittitur 2, 17. 17.	607	Jonathas Demetrio auxilium mittit contra Antiochenos.

Digitized by Google

A. Ch. N.		An. U.	
			Tryphon Demetrium pellit. Jonathas occiditur. Succedit Simon. Simon cum Demetrio fœdus init.
141	Q. Cæcilius Metellus Macedonicus res in Hispania gerit 2, 17. 10.	609	Simon arcem Sionis capit.
139	Q. Pompeius Rufus cos. turpe fœdus cum Numantinis icit 2, 18. 4.	611	Tryphon, Antiocho pupillo necato, Syriæ regnum invadit.
138	Viriatus a suis interficitur 2, 17. 17.	612	Antiochus Sedetes ejecto Tryphone Syriam occupat.
136	Dec. Junius Brutus cos. in Hispania res gerit 2, 17. 12.	614	Tryphon interficitur.
135	C. Hostilius Mancinus cos. fœdus cum Numantinis icit 2, 18. 6.	615	Joannes Hyrcanus, Simonis filius, Cendebeum vincit. Brutus Gallæcos vincit 2, 17. 12.
133	Eunus Servile bellum concitat 3, 19. 4. Hypsæus prætor a servis vincitur 3, 19. 7.	617	Simon, Ethnarches Judæorum, occiditur. Antiochus Hierosolymam obsidet.
132	P. Cornelius Scipio Africanus, cos. II. contra Numantinos mittitur 2, 18. 8.	618	C. Fulvius Flaccus cos. contra servos in Siciliam mittitur.
131	Tib. Sempronius Gracchus leges seditiosas promulgat 3, 14.	619	L. Calpurnius Piso Frugi servos vincit.
130	Numantia diruitur 2, 18. 14. M. Perperna prætor ovans de servis Urbem ingreditur 3, 19. 8.	620	P. Cornelius Scipio Africanus triumphat de Numantinis 2, 18. 17.
129	Aristonicus Asiam occupat 2, 20. 4. P. Licinius Crassus Mucianus cos. ab Aristonico capitur 2, 20. 5. M. Perperna cos. Aristonicum vincit capitque 2, 20. 6.	621	Census actus Romæ: censa civium Romanorum 313823, præter pupillos et viduas. Antiochus Sedetes occiditur.
127	Man. Aquilius cos. reliquias Asiatici belli conficit 2, 20. 7.	623	Ptolemæus sorori filium, quem ex ea sustulerat, membratim concisum mittit. Alexander Zebina Syriæ regnum invadit.
123	Massilienses queruntur de Salyis 3, 2. 3. M. Fulvius Flaccus cos. contra Salyos proficiscitur 3, 3. 5.	627	Antiochus Gryphus regnum Syriæ vindicat. Alexander Zebina interficitur. Polybius moritur.

Digitized by Google

A. Ch. N.		An. U.	
121	C. Gracchus seditiosas leges fert 3, 15. Q. Cæcilius Metellus cos. adversus Baleares mittitur 3, 8.	629	Aquæ Sextiæ, quarum mentio 3, 3. 7. conditæ. Carthago colonia deducta.
119	Cn. Domitius Ahenobarbus procos. Allobroges vicit 3, 2. 4.	631	C. Gracchus interficitur 3, 15. 5.
118	Q. Fabius Maximus Æmilianus procos. Bituitum vincit 3, 2. 5.	632	Antiochus Cyzicenus fratri de regno controversiam movet. Ptolemæus Physcon moritur.
113	Jugurtha fratribus insidias struit 3, 1. 3.	637	M. Æmilius Scaurus cos. Ligures vincit.
112	C. Porcius Cato cos. vincitur a Scordiscis 3, 4. 4.	638	Antiochus Cyzicenus a fratre Grypho vincitur.
111	Didius Thraces vincit 3, 4. 5.	639	Cimbri vagantur 3, 3. 1.
110	Jugurtha fratrem Adherbalem necat 3, 1. 5. M. Livius Drusus cos. Scordiscos vincit 3, 4. 5.	640	Antiochus Cyzicenus exercitu reparato Gryphum vincit.
109	L. Calpurnius Bestia cos. contra Jugurtham mittitur 3, 1. 7.	641	Magna pars Urbis conflagrat, una cum æde Magnæ Matris.
108	Jugurtha Romam venit 3, 1. 8. A. Posthumii Albini exercitus corrumpitur a Jugurtha 3, 1. 9.	642	M. Minucius cos. in Thracia res gerit 3, 4. 5. Samaria exscinditur a Joanne Hyrcano.
107	Q. Cæcilius Metellus cos. contra Jurgurtham proficiscitur 3, 1. 10.	643	M. Junius Silanus cos. vincitur a Cimbris 3, 3. 4.
106	Metellus Thalam capit 3, 1. 11.	644	
105	C. Marius cos. Capsam capit 3, 1. 14. Jugurtham et Bocchum reges vincit 3, 1. 15.	645	Metellus triumphat ex Numidia, et appellatur Numidicus.
			L. Cassius Longinus cos. vincitur et occiditur a Cimbris. Pompeius Magnus nascitur.
103	Bocchus Jugurtham Syllæ tradit 3, 1. 17. Marius Jugurtham in triumpho ducit 3, 1. 17.	647	Cn. Manlius cos. et Q. Servilius Cæpio procos. vincuntur a Cimbris 3, 3. 4. Joannes Hyrcanus pontifex moritur. Succedit Aristobulus, qui pontificatum in regnum commutat.
102	C. Marius cos. II. adversus Cimbros movet 3, 3. 5.	648	Aristobulus Judæorum rex moritur. Succedit Alexander.
101	Lucius Licinius Lucullus castris exuitur a servis 3, 19. 11.	649	C. Lucilius, Satyrarum scriptor, moritur.

Digitized by Google

A. Ch. N.	An. U.
100 C. Marius cos. IIII. Teutonos cædit 3, 3. 7.	650 Archias poëta Romam venit.
99 Man. Aquilius cos. cum servis debellat 3, 19. 11.	
C. Marius cos. v. Cimbros cædit 3, 3. 14.	
98 C. Marius cos. VI. Saturninum fovet 3, 16. 2.	652 Saturninus occiditur 3, 16. 7.
	C. Julius Cæsar nascitur.
Metellus Numidicus exulat 3, 16. 2.	Ptolemæus Lathurus a matre regno pellitur.
	Alexandrum Judæum vincit.
92 P. Rutilius damnatur repetundarum 3, 17. 3.	658 Antiochus, Cyziceni filius, Seleucum regno Syriæ exuit.
	Antiochus, Seleuci frater, occiditur.
90 M. Livius Drusus leges fert 3, 17.	660 Alexander, rex Judæorum, VI. m. eorundem occidit.
89 Interficitur 3, 17. 9.	661 Alexander, rex Judæorum, L m. eorundem occidit.
88 Bellum Sociale exoritur 3, 18.	662 Alexander, rex Ægypti, matrem occidit.
P. Rutilius Lupus cos. vincitur ab Italis 3, 18. 12.	Alexander, rex Judæorum, Pharisæorum seditionibus premitur.
87 L. Sylla vincit Samnites 3, 18. 14.	663 Demetrius Eucærus capitur a Parthis.
86 Bellum civile Marianum oritur 3, 21.	664 Cives Romani in Asia jussu Mithridatis occiduntur 3, 5. 7.
85 L. Cornelius Cinna cos. Urbe pellitur 3, 21. 9.	665 C. Marius cos. VII. moritur 3, 21. 17.
Marius et socii Urbem occupant 3, 21. 13.	Cicero Moloni Rhodio rhetori dat operam.
84 Sylla Mithridaticos vincit 3, 5. 11.	666 Athenæ captæ 3, 5. 10.
	C. Sallustius Crispus, Historiæ Romanæ princeps, nascitur.
81 Sylla redit in Italiam contra Marianos 3, 5. 11. 3, 21. 18.	669 Templum Delphicum incenditur a Thracibus.
	Capitolium conflagrat.
80 C. Marius, Marii filius, cos. opprimitur 3, 21. 23.	670 L. Licinius Murena bellum Mithridaticum renovat.
Pontius Telesinus opprimitur. *ibid.*	Sylla Tribunorum potestatem minuit.
	Ptolemæus Lathurus moritur. Succedit Ptolemæus Auletes.
77 Ap. Claudius Pulcer cos. in Thracia res gerit 3, 4. 6.	673 Cicero Athenas navigat, Antiocho philosopho operam daturus.

Digitized by Google

A. Ch. N.		An. U.	
	P. Servilius Vatia cos. Isauros vincit 3, 6. 4.		Sylla sponte dictaturam deponit.
76	M. Æmilius Lepidus cos. civile bellum movet 3, 23.	674	Alexander, rex Judæorum, moritur. Succedit uxor Alexandra.
75	Cn. Pompeius contra Sertorium mittitur 3, 22. 5.	675	Cicero e Græcia Romam redit.
74	C. Scribonius Curio cos. in Thracia res gerit 3, 4. 6.	676	Capitolium restituitur.
			Cicero quæsturam petit.
			Nicomedes, Bithyniæ rex, moritur, hærede relicto pop. Rom.
72	M. Antonius vincitur a Cretensibus 3, 7. 3.	678	Sertorius cum Mithridate fœdus init 3, 22. 4.
71	C. Licinius Lucullus Mithridatem vincit ad Cyzicum 3, 5. 16.	679	Ariovistus, Germanorum rex, in Galliam transit.
	Spartacus cum gladiatoribus bellum pop. Romano facit 3, 20.		Pompeius prospere res gerit contra Sertorium 3, 22.
70	Cn. Cornelius Lentulus Clodianus cos. vincitur a Spartaco 3, 20. 10.	680	Lucullus Mithridatem in Pontum fugat.
69	Sertorius interficitur a suis 3, 22. 9.	681	Mithridates in Armeniam fugit.
			Virgilius nascitur.
	C. Cassius Varus procos. vincitur a Spartaco 3, 20. 10.		Alexandra, Judæorum regina, moritur: filius ejus minor Aristobulus fratre dejecto succedit.
66	Q. Cæcilius Metellus in Cretam mittitur 3, 7. 4.	684	Lucullus Nisibin capit.
			Triarius Mithridatem vincit.
65	Pompeio bellum Piraticum decernitur 3, 6. 7.	685	Mithridates Triarium ingenti clade afficit.
			Cicero præturam petit.
64	Pompeius contra Mithridatem proficiscitur 3, 5. 21.	686	Pompeius Mithridatem nocturno prælio vincit 3, 5. 23.
	M. Terentius Varro triumphat de Thracibus 3, 4. 6.		Lucullus ob magnificentiam et luxuriam Xerxes togatus appellatur.
63	Pompeius in Iberos, Albanos, &c. movet 3, 5. 28.	687	Hyrcanus Aristobulum fratrem obsidet Hierosolymis.
62	Proficiscitur in Syriam 3, 5. 29.	688	Cicero consulatum petit.
61	Pompeius Hierosolymitanum templum intrat 3, 5. 30.	689	Mithridates moritur 3, 5. 26.
	Catilinæ conjuratio discutitur 4, 1.		Augustus Cæsar nascitur.
			Julius Cæsar fit Pontifex Maximus.
			Lucullus triumphat.

Digitized by Google

A. Ch. N.		An. U.	
60	Metellus Creticus appellatur 3, 7. 6.	690	P. Clodius uxorem Cæsaris violat.
			Helvetii de invadenda Gallia deliberant 3, 10. 2.
57	Julia, Cæsaris filia, Pompeio nubit 4, 2. 13.	693	Messala Corvinus orator nascitur.
			Titus Livius nascitur.
56	Cæsar Helvetios et Ariovistum vincit 3, 10. 2 et 11.	694	Cicero exulat.
			Clodius Pompeium insidiis petit.
55	Item Belgas 3, 10. 4.	695	Cicero redit.
54	Et Venetos 3, 10. 5.	696	Orationem habet pro Sextio, &c.
53	Rhenum transit 3, 10. 14.	697	Gabinius Ptolemæum regno pulsum restituit.
	In Britanniam trajicit 3, 10. 16.		Alexander, Aristobuli filius, Judæam subigere tentat frustra.
52	M. Crassus in Parthos movet 3, 11. 3.	698	Gabinius Nabathæos vincit.
	Cæsar iterum in Britanniam trajicit 3, 10. 18.		Romam reversus accusatur, primum a Cicerone, mox defenditur: damnatur tamen.
51	M. Crassus interficitur 3, 11. 9.	699	Cassius superstites cladis Crassianæ in Syria colligit 3, 11. 11.
	Julia Pompeii conjux moritur 4, 2. 13.		Labienus, Cæsaris legatus, Treviros vincit.
	Cæsar ponte facto Rhenum penetrat 3, 10. 15.		
			Cicero creatur Augur.
			Clodius occiditur a Milone.
50	Cæsar media hyeme in Galliam redit 3, 10. 22.	700	Lucretius poëta per furorem manus sibi infert.
	Cæsari conceditur absenti petere consulatum 4, 2. 16.		Cicero libros scribit de finibus.
49	Cæsar consulatum more majorum petere jubetur. *ibid.*	701	Cicero in provinciam Ciliciam proficiscitur.
			Censa civium capita 320000.
47	Cæsar Brundisii Pompeium obsidet 4, 2. 19.	703	Scribonius Curio Siciliam occupat pro Cæsare 4, 2. 22.
			Occiditur in Africa 4, 2. 24.
46	Cæsar Pompeium vincit 4, 2. 48.	704	M. Cælius et Milo occiduntur.
45	Et Ægyptios 4, 2. 60.	705	Cicero Cæsari obviam progreditur.
44	Item Jubam regem et Scipionem 4, 2. 65.	706	Cicero orationes habet ad Cæsarem pro M. Marcello et Q. Ligario.
	Cæsar triumphat 4, 2. 88.		

Digitized by Google

A. Ch. N.		An. U.	
	Creatur dictator perpetuus 4, 2. 91.		Herodes Galilææ præficitur ab Antipatro patre.
43	Cæsar ad Mundam Pompeii liberos vincit 4, 2. 78.	707	C. Caninius in paucas horas cos. fit.
42	Interficitur 4, 2. 95.	708	Octavius Romam venit.
	Amnestia decernitur 4, 7. 3.		Sex. Pompeius bona paterna repetit 4, 3. 3.
41	Brutus et Cassius in provincias suas abeunt 4, 7. 4.	709	C. Trebonius, unus ex percussoribus Cæsaris, a Dolabella interficitur.
	Cæsar Octavianus Antonium ab obsidione Mutinæ repellit 4, 4. 5.		Cassius Judæam spoliat.
			Ovidius nascitur.
			Antipater, Herodis pater, interficitur.
	Triumviratus Cæsaris, Antonii, et Lepidi 4, 6.		
	Cicero occiditur 4, 6. 5.		
40	Cassius et Brutus pereunt 4, 7. 13. et 14.	710	Sextus Pompeius Siciliam occupat 4, 8. 1.
39	L. Antonius cos. obsidetur ab Augusto Perusiæ 4, 5. 4.	711	Pacorus Hierosolymam occupat.
			Antigonus patruo Hyrcano auriculas præcidit, ne receptum haberet ad pontificatum.
36	Ventidius Pacorum occidit 4, 9. 6.	714	Asinius Pollio Dalmatas vincit 4, 12. 11.
	Bellum cum Sex. Pompeio exoritur 4, 8.		Augustus Liviam ducit.
			Herodes Hierosolymam capit.
			M. Vipsanius Agrippa Gallos vincit.
34	Pompeius Sicilia pellitur 4, 8. 4.	716	Lepidus triumvir ab Augusto omni potentia exuitur.
	Antonius rem male gerit in Parthis 4, 10. 3.		Hyrcanus, qui hactenus apud Parthos commoratus erat, ad Herodem venit.
33	Sex. Pompeius occiditur 4, 8. 5.	717	Pannonii vincuntur 4, 12. 8.
32	Octavius vulneratur in Illyriis 4, 12. 7.	718	Antonius Artavasdem, Armeniæ regem, dolo irretitum capit.
			Sallustius moritur.
30	Bellum civile inter Cæsarem et Antonium 4, 11.	720	Herodes cum Arabibus bellum gerit.
			Atticus, amicus Ciceronis, moritur.
29	Pugna Actiaca 4, 11. 6.	721	Agrippa Bogudem, Mauritaniæ regem, occidit.
28	Antonius et Cleopatra se perimunt 4, 11. 9. et 11.	722	Catullus poëta moritur.

Digitized by Google

A. Ch. N.		An. U.	
			Ægyptus provincia facta per Equites Rom. administratur.
27	M. Crassus Mysos vincit 4, 12. 14.	723	Augustus triumphat.
			Senatum purgat.
25	Octavius appellatur Augustus 4, 12. 66.	725	Herodes Mariamnem, conjugem suam, occidit.
24	Augustus Cantabros bello petit 4, 12. 48.	726	Cornelius Gallus poëta, præses Ægypti, mortem sibi conscicit.
	His post quinquennium perdomitis, tota denique pacatur Hispania, cum in ea dimicatum esset Romanis per annos cc. circiter, 2, 17. 5.		Herodes Alexandram socrum interficit.
23	C. Antistius Cantabros vincit 4, 12. 51.	727	Terentius Varro Salassos vincit.
	Templum Jani clauditur 4, 12. 64.		M. Vinicius Germanos superat.
20	Cantabri semet ipsos perimunt 4, 12. 50.	730	Pantheon ab Agrippa ædificatur.
			Virgilius moritur.
17	Indorum legatio ad Augustum venit 4, 12. 62.	733	Herodes templum instaurat.
	Parthi signa reddunt 4, 12. 63.		Augustus Caium et Lucium nepotes adoptat.
			Horatius Carmen Sæculare scribit.
13	Drusus Rhætos vincit 4, 12. 4.	737	Cyzicenis libertas redditur.
			Drusus Frisios subigit.
9	L. Piso Thracas vincit 4, 12. 17.	741	Drusus, Rheno et Lupia transmissis, ad Visurgim usque procedit.
8	Drusus Cattos et Sicambros superat 4, 12. 24.	742	Claudius imperator nascitur.
			Tiberius Juliam, Augusti filiam, uxorem ducit.
7	Drusus mortuus Germanici cognomine honestatur 4, 12. 28.	743	Tiberius Dalmatas et Pannonias subigit.
			Herodes filios suos interficit.
		750	Jesus Christus nascitur. Herodes moritur.
An. Ch.			
2	C. Julius Cæsar cos. vulneratur in Armenia 4, 12. 44.	752	Tiberius ex secessu Rhodiensi Romam redit.
3	Lucius Cæsar moritur 4, 12. 42.	753	Asconius Pædianus floret.
	C. Cornelius Lentulus Cossus Gætulos vincit 4, 12. 40.		Athenodorus, philosophus Stoicus, floret.
			Tiberius in Germania res gerit.
10	Quintilius Varus occiditur a Germanis 4, 12. 21.	760	Pannonii rebellant ducibus Batonibus.

Digitized by Google

Atque hæc Chronologica ex accuratissimis temporum et annalium scriptoribus adjecimus, ut essent unde quæ prius, quæve posterius eorum, quæ ab hoc auctore memorantur, gesta sint, citra laborem cognosceres. Addidimus autem ex alienis quoque historiis, sacris præcipue, notissima quæque, ut ad aliquod instar synchronismi memoria certius confirmaretur. Ea quidem quæ eodem tempore evenerunt, statim e numerorum suorum regione; alia inter id spatium, quo gesta sunt, annorum numero non accurate signato. Tempora autem ipsa, ad annos ante natum Salvatorem, item ab Urbe condita, retulimus: qui tamen aliquot fere mensibus discrepant, quin et ipse conditæ Urbis annus controvertitur. Sed hæc non utique magnum, in hoc proposito, quo rerum apices non exquirimus, impedimentum afferent. Sicut nec istud, quod æra Christiana non plane respondet receptæ consuetudini.

Digitized by Google

Digitized by Google

LUCIUS AMPELIUS

EX BIBLIOTHECA

CL. SALMASII.

CUM NOTIS DUKERI.

Digitized by Google

Digitized by Google

TYPOGRAPHUS

BENIGNO LECTORI.

"Cum in eo strenue laboremus semper, ut aut Editionem reliquis castiorem adornemus, aut nova quædam addamus, quibus et existimationi nostræ et Auctori recte consulatur, consuetæ in bonos Scriptores curæ nostræ ne nunc quidem defuimus. Quo enim auctior et ornatior fieret hæc, quam nunc publicamus, Editio Flori, Lucium Ampelium adjecimus; Auctorem, ob res, quas tractat, varias, vulgoque vix cognitas, non contemnendum: eoque magis commendandum, quod ex Bibliotheca Nobilissimi Cl. Salmasii, Viri, dum viveret, Incomparabilis, in lucem proferatur. Propter affinitatem vero argumenti, quia multa de Romanis attingit negotiis, et propter styli concinnitatem, rerumque adeo plurimarum, quas aliunde non liceat sumere, novitatem, visus est idoneus, qui Floro comes adderetur, atque in ejus comitatu lucem publicam usurparet. Sed de hoc Auctore judicium Clarissimi Viri Salmasii, ita disserentis, audiamus:

'Quis ille fuerit, quo tempore vixerit, juxta me scire dicam cum ignarissimis, si mihi eripias, eum esse quem suspicor, cujus meminit Sidonius Apollinaris in Excusatoria ad Felicem, his versibus:

Sed ne tu mihi comparare tentes,
Quos multo minor ipse plus adoro,
Paulinum, Ampeliumque, Symmachumque,
Messalam ingenii satis profundi.

Digitized by Google

Recenset in sequentibus plures, qui circa illam ætatem fuere, viros ingenio, doctrina, et eloquentia celebres. Sed, cur ille Ampelius hic noster non erit? Dices; Quæ ratio nos cogit ita cogitare, præter idem nomen? Certe alia etiam sunt, quæ hanc suspicionem augeant. Eo ævo vixisse constat quo Cæsares Augusti adhuc in Occidente imperitabant. Ita enim ipse scribit eo capite, quo tangit quas commutationes status populi Romani habuerit: 'Donec exortis bellis civilibus inter Cæsarem et Pompeium, et oppressa per vim libertate, sub unius Cæsaris potestatem redacta sunt omnia. Ex eo perpetua Cæsarum dictatura dominatur.' Doctum præterea hominem fuisse, ac disertum politumque, ut erat eorum temporum captus, nec indignum testimonio illo et elogio Sidonii, apparet ex ipso hoc ejus, quod damus, scripto. Notavit porro Sirmondus ad eum Apollinaris de Ampelio locum, se olim a P. Pithœo audivisse, L. Ampelii ad Marinum fragmenta quædam prolixioris operis extare Divione in Bibliotheca S. Benigni, et præfationem etiam sibi ostendisse. Codex Jureti,[1] quo usus sum, nescio an ex Bibliotheca S. Benigni Divionensis fuerit; et potest fieri ut ita sit, qui sciam multos ex ea Bibliotheca libros aliquando utendos accepisse eundem clarissimum Juretum. Exemplar tamen illud vetus non *ad Marinum*, sed *ad Macrinum*, habuit inscriptum, quod præfationis vicem huic Ampelii opusculo præfixum est, ἐπιστολίδιον. An fragmentum sit majoris operis, cujus hæc Epitome videatur esse, ne id quidem possum affirmare. Verisimilius tamen, si conjecturæ locus sit, arbitrarer, non aliud opus prolixius auctorem fuisse meditatum, cum id vulgavit. Mos quippe fuit eruditorum illius sæculi, quo literæ jam in barbariam ibant, ejusmodi doctrinarum et historiarum sectari et affectare compendia. Quibus tum vacabat evolvere integra Veterum scripta, ut pauci admodum numero erant qui id possent, cum et ipsos paucissimos esse scirent, quos

NOTÆ

1 Ex Jureti Bibliotheca se accepisse Ampelium scribit ad Solin. p. 610.

Digitized by Google

curâ legendi et discendi tangeret, quæ fusissime ab antiquis tractata fuerant, ipsi contrahebant, quia fastidio sui temporis, vel potius inertiæ, rem se gratam facere intelligebant. Lecturos quippe sua non aliter habuissent. Ut autem præcipuus est finis eorum qui aliquid literis mandant quod victurum opinentur, famam apud populum, quo docti videantur, mereri, idque unum aucupantur; totum id pendere cum cernerent a gustu et judicio lectorum, satis facere eis conabantur. Alia via id obtineri non poterat, quam ut scriberetur quod legere aliquis dignaretur. Nam pro captu legentium, ut fata libri habent, ita et librorum auctores. Hinc desidia nata est scribentium ex ignavia studentium. Imperitia deinde ex eodem fonte ebulliit. Qui docti eo tempore videri volebant, et qui id nomen ex merito habere etiam poterant, cum antiquos scriptores jacere viderent, ob grandiora operum volumina, quæ reliquerant, remedium aliquod ex necessitate quæsierunt, quo illos vulgo traderent noscendos, seque eadem opera notos in vulgus darent. Nec uno modo omnes in eo negotio versati sunt, ut id quod captabant consequerentur. Quidam ipsos auctores in epitomen redegerunt, ipsis auctorum verbis servatis, aut paulum immutatis. Alii breviaria quædam proprio stylo confecerunt, ex variis scriptoribus excerpendo quod in rem videretur. Nonnulli quasi centones consarcinarunt ex pluribus scriptoribus qui rem eandem tractabant, alia ab his, alia ab illis sumendo, ac corpus unum, hinc inde collectis alienis membris aut membrorum particulis, condiderunt. Ita Digesta contexuit Tribonianus, ex plurimis Jurisconsultorum commentariis et scriptis. Alii per locos communes digesserunt quicquid præclari in auctoribus occurrebat, et sub certos ac generales titulos, quæ ex variis defloraverant, congesserunt. Hoc modo universam Historiam Græcanicam concerpsit Constantinus Porphyrogeneta. Cujus laboris beneficio aliquot fragmenta Polybii, ac Nicolai Damasceni, et aliorum, nobis, tanquam ex incendio erepta, servata sunt in duobus titulis, quos ab injuria temporum vindicavit eruditorum curiositas, uno περὶ πρεσβειῶν, altero

Digitized by Google

περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. Quartum et eorum genus fuit, qui, ad privatum studiorum usum, inter legendum laudabilia loca ad oram notabant, quæ ὡραῖα et χρήσιμα Græci Critici appellant, eaque etiam interdum, ut firmius memoriæ inhærerent, describebant. Nec insignes tantum sententias plerique in adversaria sua referre soliti, sed etiam, ut iidem Critici loquuntur, ὅλα τὰ καταβατὰ, si historiam aliquam egregiam continerent, aut luculentam alicujus loci, rei aut personæ descriptionem. Quinimmo, et consueverant multi studiosi, si quem auctorem legerent, retento lectionis ordine, quicquid ex eo judicarent excerpendum, in codicem suum regerere, et sibi servare. Unde factum, ut hæc in bibliothecis privatorum reperta, sæpe a librariis pro integris auctorum operibus descripta fuerint, ac ad posteritatem, aliis subinde ea excipientibus ac describentibus, propagata. Ita conservatus est elegantium nequitiarum curiosis Petronius Arbiter. Quod enim ex ejus Satyrico habemus, mera excerpta sunt alicujus studiosi, qui quæ ad gustum suum in illo auctore invenerat, eodem quo opus legebat ordine, adversariis suis commendavit ac commisit. Qui putant, a monachis sic eviratum esse, vehementer errant. Qualis hæc castratio foret, quæ, resectis a reliquo corpore membris, vel potius ipso corpore abjecto, solas pudendas partes reliquisse videatur? Certe, quæ desiderantur, vix videri possunt salaciora ac nequiora fuisse his quæ relicta sunt. Immo ista nullam procacitatis et protervitatis ὑπερβολὴν vel ipsis lenonibus usurpandam reliquam faciunt. Sed his excerptorum concinnatoribus facile ignoscendum, si quid ea causa detrimenti passa est Resp. literaria. Non enim hoc propositum videntur habuisse, ut excerpta, quæ ad usum suum exscripserant, posteris legenda, loco auctorum ipsorum, substituerent. De reliquis, quibus apparet hanc animi mentem fuisse, ut pro auctoribus legerentur, quos compilaverant, videndum, an omnino hi extra culpam. Nonnemo certe eos accusat, reosque peragit illius incuriæ quæ tot præclaros nobis abstulit scriptores. Ego vero Epitomatores, et omnes ejusmodi Breviariorum compositores, et

Digitized by Google

compilatores centonum, non adeo literis censeo nocuisse ut autumant nonnulli. Quod enim ita existimant, eos in causa fuisse, cur ipsis auctoribus, quos abbreviarunt et excerpserunt, careamus, ego in alia sum sententia. Ea secordia fuit illorum temporum, quibus barbari literatum et Romanum orbem inundare cœperunt; ut, nisi extitissent qui nobis has tanquam ex naufragio tabulas servarunt, certum sit, nihil prorsus ex illorum monumentis ad nos fuisse perventurum. Atqui præstat hæc qualiacumque nos habere, quam nihil. Malo certe, quod ad me attinet, eos majore sui parte esse deperditos, quam si toti funditus periissent. Qui reliquias sanctorum corporum consectantur, ac studiose religioseque eas requirunt, satis habent si vel uno ossiculo potiri queant. Beatiores certe se judicarent, si totum corpus aliunde nancisci possent. Hoc cum non liceat, saltem eo, quod licet, contenti sunt. Ita ergo nos affectos esse oportet erga illas veterum reliquias scriptorum, quæ nobis remanserunt, gratiamque illis habere, nisi maxime ingrati velimus esse, per quos eæ hoc qualicunque modo ad nos salvæ fuere transmissæ. Hoc autem Ampelii Opus ex eorum genere est, quæ a plerisque tum solebant conscribi et edi. Non Epitome est, non fragmentum longioris Operis, sed veluti collectaneum rerum toto Orbe memorabilium, ex variis auctoribus brevitate summa, sed qualem in omnibus ea tempora expetebant, compilatum. Memorialem eum se librum scripsisse in paucis illis verbis, quæ vice præfatiunculæ præfixit, profitetur. Quos libros Memoriales ea ætas vocaverit, non latet viros doctos qui versati sunt in monumentis illius ævi. Non dissimili genio, etsi dissimili argumento, scriptus Theodori Manlii liber de rerum natura, causisque naturalibus, de astris, et aliis ejusmodi, qui adhuc in Bibliothecis extat, manu exaratus et pedestri sermone compositus. Is est Theodorus Manlius, cujus consulatum celebravit carmine Claudianus, ut et opus ipsum. Inde occasionem arripuit vir quidam doctissimus, transcribere illud Manilio, sive Manlius sit, cujus hodie Astronomicon habemus, ut idem sit Manlius ille Claudiano lauda-

Digitized by Google

tus. Nos alibi pluribus pugnavimus rationibus, et quidem invictissimis, non posse ita esse, cum tot argumenta sint, quibus probari queat, eum Manilium vixisse sub Augusto. Exemplar porro, unde Ampelium descripsi, ab imperito librario vitiosissime scriptum fuisse indicare hic debeo, ne, qui tam multas adhuc superesse in eo mendas animadvertit, nihil a nobis, quoad emendationem, præstitum esse arguere possit. Non pauciora in illo codice errata fuere, quam verba. Quæ potuerunt sine magno negotio et citra nimiam libertatem castigari, ea correximus omnia. Plurima tamen etiam reliquimus, quæ facillimum erat restituere, et mutari tuto poterant; sed intacta ideo prætermisimus, quia tantum nobis licere noluimus, et non tanti visa sunt nonnulla eorum, ut scripturam veterem solicitandam putaremus. Fatendum est, et non pauca haberi, quæ sine ope melioris Codicis vix a quoquam possint emendari.'

"Huc usque SALMASIUS. Accipe igitur, quisquis es, LECTOR, hunc, quem tibi hic sistimus, Auctorem, non elegantem minus, quam brevem: atque conatus nostros, ad Reip. literariæ bonum destinatos, adjuva; hoc, atque aliis e Typographia nostra quotidie prodeuntibus, in omni Eruditionis genere, libris, in studiorum tuorum commodum, utere, fruere. VALE."

Digitized by Google

LUCIUS AMPELIUS

MACRINO SUO SAL.

VOLENTI tibi omnia nosse scripsi hunc Librum memorialem, ut noris, quid sit mundus, quid elementa, quid orbis terrarum ferat, vel quid genus humanum peregerit.

CAP. I. DE MUNDO.

Mundus est universitas rerum, in quo omnia sunt, et extra quem nihil, qui Græce dicitur κόσμος. Elementa mundi IV. Ignis, ex quo est cœlum. Aqua, ex qua mare oceanum. Aër, ex quo venti, tempestates. Terra, quam propter formam ejus orbem terrarum appellamus. Cœli regiones sunt quatuor: oriens, occidens, meridies, septemtrio. Cœlum dividitur in circulos quinque: Arcticum et Antarcticum, qui ob nimiam vim frigoris inhabitabiles sunt: Æquinoctialem, cui subjacet regio quæ catacecaumene dicitur, neque incolitur, ob nimiam vim ardoris: Brumalem et Solstitialem, sub quibus habitatur: sunt enim temperatissimi, per quos obliquus circulus vadit, cum XII. signis, in quibus Sol annuum conficit cursum.

CAP. II. DE DUODECIM SIGNIS.

Signa sunt in cœlo duodecim. Aries beneficio Liberi, quod, is cum exercitum in Indiam per Libyam duceret per loca sicca et arenosa, cum aquæ inopia esset, et exercitus

Digitized by Google

ejus siti affligeretur, aries eis aquam demonstravit; et ob id a Libero Jovis Ammon est appellatus, eique fanum magnificum fecit, ad eum locum ubi aquam invenit. Quod abest ab Ægypto et Alexandria millia passuum novem.[1] Ob eam rem a Jove petiit, ut in sidera reciperetur. Alii putant, eum esse, qui Hellen et Phryxum vexerit. Taurus beneficio Jovis, quem Jupiter a Neptuno fratre per gratiam abduxit, qui sensum humanum figura Tauri continebat, isque Jovis jussu Europam Agenoris filiam, Sidonia[2] alludens decepit, et eam Cretam deportavit. Ob eam rem Jupiter in sideribus eum dignatus est immortali memoria. Gemini, qui Samothraces nominantur esse, quorum argumentum nefas est pronuntiare præter eos, qui in his præsto sunt. Alii Castorem et Pollucem dicunt, quod hi principes mare tutum a prædonibus præstitissent. Sunt qui dicant Herculem et Theseum, quod similia athla sint adepti. Cancer, Carcinus, receptus beneficio Junonis, quod ejus jussu, cum Hercules missus esset ad Hydram Lernæam, quam nos Excetram dicimus, interficiendam, Carcinus ingressus, Herculis pedes et crura lanians, incommodiorem faciebat eum, quam ipsa Excetra. Idque malum Hercules difficillimum habuit, Carcinumque Cancrum ob id factum Juno sideribus est dignata. Leo, Leon,[3] qui educatus est Nemeæ, Junonis consilio ad Herculis interitum missus, in terra Argiva diu spelunca latitavit, quem Hercules dicitur interfecisse cum Molorcho hospite suo, cujus clavam ei tributam tum principio est adeptus, qua Leonem interfecit, ejusque pellem postea pro tegumento habuit. Ob id factum Junoni odio esse cœpit, Leonemque cœlesti dignitate est honorata.[4] Virgo, quam

NOTÆ

1 *Novem*] Hoc corruptum est: nam sex dierum itinere a Mareoti palude abfuisse colligitur e Curtio. Freinsh. ad Curt. IV. 7. 15.

2 *Sidonia*] *Sidoniam*, Heins.

3 *Leo, Leon*] *Leo Cleonæus*, Idem. Sic Auctor Epistol. Paridis ad Œnon. vs. 46. Lucan. IV. 612. Claudian. I. in Rufin. 287. et alii. Vid. Barth. ad Claudian. et Cellar. II. Geogr. Ant. 13.

4 *Est honorata*] Pro, honoravit. Plura hujusmodi vid. ap. Salmas. ad Solin. p. 38. Add. quæ ad Flor. II. 17. 11. annotata sunt.

Digitized by Google

nos justitiam dicimus, fuit cum hominibus. Sed postquam homines malefacere cœperunt, Jovis eam inter signa posuit. Sunt qui Erigonem Icarii filiam Atheniensem dicunt, cujus patri Liber vinum dedit, ut hominibus ad suavitatem[5] daret. Quibus dedit, ebriati sunt, et lapidibus eum occiderunt. Canis, qui cum illo erat, vidit hominem[6] occisum, et cum ululatu ad Erigonem rediit, quem ut mœstum et singularem vidit, solicita proficiscitur cum eo. Venere ad locum ubi Icarius jacebat. Vidit corpus patris. Magna lamentatione in Hymetto monte sepelivit. Ipsa vero se suspendit laqueo. Canis ad pedes ejus discumbens diutius, et sine alimentis deficiens, post aquam anhelans in puteum se projecit. Tum Liber a Jove petiit, quod suo imperio deficerent,[7] ut inter siderum cursus poneretur Virgo. Icarius autem Arcturus nominatus est, cujus stella cum exoritur, continuas tempestates facit. Canis, Canicula. Libra quam Græci Zygon appellant, virile nomen est adeptus. Is omni clementiæ justitia Mochos dictus; qui primus dicitur libræ pondus hominibus invenisse, quæ utilissima mortalibus æstimantur, ideoque in numerum stellarum receptus est, et Libra est dictus. Scorpius, qui dicitur ad perniciem Orionis in insula Chio in monte Pelenæo[8] voluntate Dianæ natus. Orion autem dum venatur, visa Diana, stuprare eam voluit. Illa Scorpionem subjecit, qui eum vita privaret. Jupiter et Scorpionem et Orionem inter sidera recepit. Sagittarius, Crotopi filius, nutricius[9] Musarum, quæ Musæ semper dilexerunt eum, quod plausu et lusu sagittarum eas avocaret. Alii Chironem dicunt, quod justus et pius, doctus, hospi-

NOTÆ

5 *Ad suavitatem*] Videtur descriptum ex Hygino Fab. CCXX. Ubi forte nihil mutandum est.

6 *Hominem*] *Dominum* Heins. Hygin. II. Poët. Astronom. 4. 'Ululans, ut videretur obitum domini lacrymari.'

7 *Deficerent*] Forte *defecerant:* nempe, quod illis causa mortis extiterat.

8 *Pelenæo*] *Pelinæo*, vel *Pelinnæo:* Salmas. ad Solin. p. 607. Bochart. Chanaan. I. 9.

9 *Crotopi filius, nutricius*] Leg. *Croton, Euphemes nutricis*. Muncker. ad Hygin. Fab. CCXXIV. Non credo enm voluisse tolli vocem *filius*, quæ cur deleri debeat, nulla causa est.

Digitized by Google

talis fuerit. Ab eo Æsculapius medicinam, Achilles citharam, et alia multa. Capricornus, cui nomen Pan. Quo tempore Python[10] speluncas incolens in monte Tauri, Ægyptum profectus est ad bellum, Pan se in capræ figuram convertit. Igitur Dii immortales, postquam Pythonem digna pœna affecerunt, Pana astrorum memoria decoraverunt. Aquarius, qui putatur esse Ganymedes, dicitur Deucalion Thessalus, qui maximo cataclysmo cum uxore Pyrrha solus evasit, et hic pietatis causa inter sidera locatus est. Pisces, ideo pisces, quia bello Gigantum Venus perturbata in piscem se transfiguravit. Nam dicitur et in Euphrate fluvio ovum piscis in ora fluminis columba[11] adsedisse dies plurimos, et exclusisse deam benignam et misericordem hominibus ad bonam vitam. Utrique memoriæ causa pisces inter sidera locati.

CAP. III. DE SIDERIBUS.

Præter duodecim signa, potentissima sidera in cœlo. Septemtriones duo, major et minor, qui nunquam merguntur: ideoque navium cursus regunt, quorum alter Cynosura dicitur. Bootes, idem Arcturus. Orion, qui magnitudine sua dimidiam cœli obtinet partem. Pliades, quæ Latine Virgiliæ dicuntur. Hyades, quæ a nobis Suculæ dicuntur, quarum ortus et occasus a nautis et ab agricolis observantur. Canicula, cujus vis præcipue Solstitio est. Stellæ potentissimæ in cœlo sunt septem, Saturnus, Sol, Luna, Mars, Mercurius, Jupiter, Venus, quæ a Græcis planetæ, a nobis erraticæ dicuntur, quia ad arbitrium suum vagantur, et motu suo hominum fata moderantur. Item adverso cursu contra cœlum feruntur.

NOTÆ

10 *Python*] *Typhon*, et mox *Typhonem*, pro *Pythonem*. Heins. et Muncker. ad Hygin. Fab. CXCVI.

11 *Columba*] Adi Salmas. ad Solin. p. 199. et Hygin. Fab. CXCVII. ubi Munckerus non male pro *adsedisse* emendat *insedisse*, e Scholiaste Germanici.

Digitized by Google

CAP. IV. QUIBUS PARTIBUS SEDEANT XII. SIGNA DUODECIM VENTORUM.

Aries, in Africum. Taurus, in Circium. Gemini, in Aquilonem. Cancer, in Septemtrionem. Leo, in Thrasciam. Virgo, in Argesten. Libra, in Zephyron. Scorpius, in Africum. Sagittarius, in Austrum et Africum. Capricornus, in Austrum. Aquarius, in Eurum et Notum. Pisces, in Eurum.

CAP. V. DE VENTIS.

Venti fiunt ex aëris motu et inclinatione. Sunt autem generales quatuor. Eurus, idem Apeliotes, idem Vulturnus, ab oriente. Ab occidente, Zephyrus, idem Corus, idem Favonius. Aquilo, Boreas, Aparcias idem, a septemtrione. Notus, idem Libs et Auster, et Africus, a meridie. Hi sunt quatuor generales: ceteri speciales adscribuntur. Ut Iapyx Zephyro, qui ab Iapygio Apuliæ promontorio flat. Leuconotus Noto, cum serenior flat. Caurus Aquiloni, cum vehementior Gallias perflat. Item Etesiæ, qui statis diebus flant per æstatem.

CAP. VI. DE ORBE TERRARUM.

Orbis terrarum, qui sub cœlo est, quatuor regionibus incolitur. Una pars ejus est, in qua nos habitamus. Altera huic contraria, quam qui incolunt, vocantur Antichthones. Quarum inferiores duæ ex contrario harum sitæ, quas qui incolunt, vocantur Antipodes. Orbis terrarum, quem nos colimus, in tres partes dividitur, totidemque nomina. Asia, quæ est inter Tanain et Nilum. Libya, quæ est inter Nilum et Gaditanum sinum. Europa, quæ est inter fretum et Tanain. In Asia clarissimæ gentes: Indi, Seres, Persæ, Medi, Parthi, Arabes, Bithyni, Phryges, Cappadoces, Cilices, Syri, Libyi.[12] In Europa clarissimæ gentes, Scythæ, Sarmatæ, Germani, Daci, Mœsi, Thraces, Macedones,

NOTÆ

12 *Libyi*] Fort. *Lydi*, vel *Lydii*; aut *Lycii*.

Digitized by Google

Dalmatæ, Pannonii, Illyrici, Græci, Itali, Galli, Spani.[13] In Libya gentes clarissimæ, Æthiopes, Mauri, Numidæ, Pœni, Getuli, Garamantes, Nasamones, Ægyptus.[14] Clarissimi montes in orbe terrarum; Caucasus, in Scythia. Emodus,[15] in India. Libanus, in Syria. Olympus, in Macedonia. Hymettus, in Attica. Taygetes in Lacedæmonia, et Citheron Eleon[16] in Bœotia. Parnassus, Acroceraunia, in Epiro. Mænalus, in Arcadia. Apenninus, in Italia. Eryx, in Sicilia. Alpes, inter Galliam et Italiam. Pyrenæus, inter Galliam et Spaniam. Atlas, in Africa. Calpe, in freto Oceani. Clarissima flumina in orbe terrarum: Indus, Ganges, Hydaspes in India. Araxes, in Armenia. Thermodon et Phasis, in Colchide. Tanais, in Scythia. Strimon et Hebrus, in Thracia. Sperchios, in Thessalia. Hermus et Pactolus, auriferi.[17] Mæander et Caystrus, in Lydia. Cydnus, in Cilicia. Orontes, in Syria. Simois et Xanthus, in Phrygia. Eurotas, Lacedæmone. Alpheus, in Elide. Ladon, in Arcadia. Achelous et Inachus, in Epiro. Savus et Danubius, qui idem Ister cognominatur, in Mœsia. Eridanus et Tiberinus, in Italia. Timavus, in Illyrico. Rhodanus, in Gallia. Iberus et Betis, in Spania. Bagrada, in Numidia. Titron, in Getulia. Nilus, in Ægypto. Tigris et Euphrates, in Parthia. Rhenus, in Germania. Clarissimæ insulæ in mari nostro undecim: Sicilia, Sardinia, Creta, Cypros, Eubœa, Lesbos, Rhodos, duæ Baleares, Eubusus,[18] Corsica, Gades. In Oceano ad orientem, Taprobane. Ad occidentem Britannia. Ad septemtrionem Thyle. Ad meridiem, Insulæ Fortunatæ. Præter has in

NOTÆ

13 *Spani*] Pro, Hispani: ut 'Spania,' pro, Hispania. Vid. Casaub. ad Spartian. Adrian. I. Salmas. ad Capitol. Anton. Philos. I. et Cerd. ad Virgil. IX. Æn. 582.

14 *Ægyptus*] Cur non *Ægyptii?* ut cetera omnia.

15 *Emodus*] 'Hemodus' apud Melam III. 7. Qui hic 'Taygetes,' aliis est 'Taygetus,' et plural. 'Taygeta.'

16 *Eleon*] Fort. *Helicon* Heins. Etiam *et* loco motum, et *Citharon et Helicon* legendum puto: ut mox, 'Thermodon et Phasis,' et alia. Excidit etiam nomen regionis, in qua Parnassus, quæ *Phocis* est.

17 *Aurifeni. Mæander*] Distinguo, *auriferi, Mæander*.

18 *Eubusus*] *Ebusus:* Perizon.

Digitized by Google

Ægæo mari, Cyclades duodecim:[19] Delos, Gyaros, Myconos, Andros, Paros, Pharos, Tenedos, Cythnos, Melos, Naxos, Donusa. Præter has Sporades innumerabiles; ceterum celeberrimæ: Ægina, Salamina, Coos, Chios, Lemnos, Samothracia. In Ionio Echinades, Strophades, Ithaca, Cephalenia, Zacynthos. In Adriatico, Ciriteæ[20] circiter mille. In Siculo Æoliæ[1] VIII. In Gallico Stœchades tres: in Syrtibus Cercina, et Menynx, et Girrha.[2]

CAP. VII. DE MARIUM AMBITU.

MARE, quo cingimur, universum vocatur Oceanum. Hoc quatuor regionibus irrumpit in terras. A septemtrione, vocatur Caspium. Ab oriente, Persicum. A meridie, Arabicum, idem Rubrum et Erythræum. Ad occasum, Magnum mare, idem Atlanticum, quod commerciis totius generis humani peragitur.[3] Hoc intrat in fretum Gaditanum inter duos montes clarissimos Abinnam[4] et Calpen, ob impositas Herculis columnas. Dein latissime simul et longissime fusum medium terrarum orbem inundat, et nomina acquirit. Balearicum, quod Hispaniam alluit. Gallicum, quod Gallias tangit. Ligusticum, quod Liguribus infunditur. Tuscum, Tyrrhenum, idem inferum, quod dextrum Italiæ latus circuit: Hadriaticum, idem supremum,[5] quod sinistrum Italiæ

NOTÆ

19 *Duodecim*] Deest una in enumeratione. Oudendorp. ad Obseq. Cap. c. post 'Myconos' supplet *Cimolos*. Et mox pro *Pharos, Tenedos*; legit *Olearos, Tenos*; vel *Syros, Tenos*. Add. Muncker. ad Hygin. Fab. CCLXXVI.

20 *Ciriteæ*] *Crateæ* legendum suspicor, quas in Adriatico memorant Scylax pag. 17. et Plin. III. H. N. ult. Neque tamen has mille fuisse credibile est. Itaque fortassis scripserat *Crateæ, et circiter mille aliæ*. Plin. l. d. 'Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur.'

1 *Æoliæ*] Plinius, Mela, aliique 'septem.' Sed vid. Cellar. II. Geogr. Ant. 12.

2 *Girrha*] *Girba*, puto: quæ apud Jul. Honorium et Æthicum 'Girbe' est. Sed si de hac loquutus est, ex una Menynge duas fecit; nisi legas, *et Menynx, quæ et Girba*; vel, *et Menynx: eadem Girba*. Nam 'Menynx' deinde 'Girba' dicta est. Vid. Ortel. Thesaur. Geogr. et Cellar.

3 *Peragitur*] An *peragratur*?

4 *Abinnam*] Aliis 'Abyla.' Vid. Salmas. ad Solin. p. 208.

5 *Supremum*] 'Superum' vocant alii omnes.

Digitized by Google

latus circuit. Siculum, in quo Sicilia. Creticum, in quo insula est Creta. Ionium et Ægæum, quæ Achaiam, eandem Peloponneson, simul ambiunt; ut interveniente Isthmo pæne insulam faciant. Myrtoum et Icarium, quæ adhærent Ægæo mari, illud a Myrtilo, hoc ab Icaro cognominata. Euxinum, Ponticum, quod ingenti sinu Scythis infunditur. Hellesponticum fauce transmissum, inter duas celeberrimas urbes, Seston Asiæ,[6] Abydon Europæ. Tanaiticum, quo Asia alluitur. Ægyptium ab Ægypto, Libycum a Libya cognominatur. Syrticum, a duabus Syrtibus, reciprocis æstibus retorquetur.

CAP. VIII. MIRACULA MUNDI.

MIRACULA quæ in terris sunt. Ab Apollonia Athamantia[7] millia passus quinque, in monte Nymphæo, ibi ignis est, et de terra exit flamma. In silva Panis symphonia in oppidum auditur. Item sub eo monte in campo lacus aquæ pleni, unde pix exit,[8] et bitumen. Cum manibus supplodas, pix alte attollitur, et quasi ab aqua bullescit. Ambraciæ in Epiro in pariete sunt picti Castor et Pollux et

NOTÆ

6 *Seston Asiæ*] Immo *Seston Europæ, Abydon Asiæ.*

7 *Athamantia*] Hoc corruptum credo. Athamania vicina erat Ætoliæ, et remotior ab Apollonia, quam ut hæc in Athamania poni possit. Fortassis aliquid de Taulantiis scripserat. Nam Apolloniam in Taulantiis, vel certe in Taulantiorum finibus, fuisse constat e Ptolemæo, Strabone III. p. 326. et Aristotele π. θαυμασ. ἀκουσμ. Quamquam etiam de Amantibus dixisse potuit, quos Apolloniam accolere scribit Plin. III. H. N. 23.

8 *Unde pix exit*] Hoc pro miraculo memorant cum alii, tum Ælian. XIII. V. H. 16. Καὶ ἐν τοῖς πλησίον αὐτῆς χωρίοις ἀσφάλτου ἐστὶν ὀρυκτὴ, καὶ πιμπλᾷ τὸν αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς ἀνατέλλουσα τρόπον, ὃν καὶ αἱ πλεῖσται πηγαὶ τῶν ὑδάτων. In hoc loco, quem corruptum esse apertum est, interpretando miror se torsisse Viros Eruditissimos, quum præsertim ante oculos habuerint Aristotelem, e quo Ælianus hæc prope ad verbum descripsit. Verba καὶ πιμπλᾷ ita supplent, καὶ πιμπλᾷ τὴν ὀρυκτὴν ἡ ἄσφαλτος, *et implet fodinam bitumen.* Atqui ὀρυκτὴ non est substantivum, sed adjectivum verbale, ut dicunt Grammatici. Legendum est ex Aristotel. l. d. primum, ἄσφαλτός ἐστιν ὀρυκτὴ, *est bitumen fossile*, quod etiam Palmer. I. Græc. Antiq. 27. 28. et Scheffer. in Ind. Æliani viderunt. Deinde pro πιμπλᾷ substituendum est πίσσα, *pix.* Nam ita Aristoteles: Ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ φασὶ γίγνεσθαι ἄσφαλτον ὀρυκτὴν, καὶ πίσσαν.

Helena, manu Autochthonis, et nemo invenire potest quis pinxerit. Arcis in Epiro, quod Ippaton appellatur: ibi pons magnus columnatus duplex, quem Medea ædificari imperasse fertur. Ibi picta sunt gubernacula Argonautarum, quæ cœpta navis; ibi Jovis templum Hyphenis,[9] unde est ad Inferos descensus ad tollendas sortes. In quo loco dicunt, duo qui descenderunt, Jovem ipsum videre. Leucade mons; unde se Sappho dejecit propter virum: in summo monte fanum est Apollinis, ubi sacra fiunt. Et, cum homo inde desiluit, statim excipitur lintribus. Sicyone in Achaia, in foro ædes Apollinis est. In ea sunt posita Agamemnonis clypeus et machæra, Ulyssis chlamys et thoracium, Teucri sagittæ et arcus, Adrasti arca, quam deposuit,[10] in qua quid sit, ignoratur; sed et olla ærea, in qua Pelias coctus dicitur. Item Palamedis cithara. Marti autem quoque corium remi Argonautarum, et gubernaculi brachia, cauculus quem Minerva sortita est. De Orestæ cervice una proci parasiti palla pendet: quam si quis halitu afflaverit, tota patefit. Penelopæ tela: ibi de terra[11] oleum scaturit. Argis Inachiæ Junonis templum magnifice ornatum, quod Asylum vocant. Olympiæ templum Jovis nobile; ubi athletæ initiantur. Corintho balænæ costa est magna secundum mare, quam homo complecti non potest. Eodem in loco fanum est Veneris; in quo vas marmoreum Laidos. Bœotiæ lacus sacer; ubi Amphiaraus devoratus in eo lacu est. Urceus fictilis fractus pendet, testa inter se composita, unde autem pendeat, non apparet, nisi a vento moveatur. Athenis Minervæ ædes nobilis, cujus ad sinistram Clypeus appositus, quem digito tangit. In quo Clypeo medio Dædali est imago, ita collocata, quam si quis imagi-

NOTÆ

9 *Hyphenis*] Sub hoc latere nomen *Trophonii* suspicatur Oudendorp. ad Obseq. cap. CX.

10 *Deposuit*] Heinsius legebat, *quam Medea deposuit*. Idemque, et Muncker. ad Hygin. Fab. CLXV. mox *Marsyæ*, pro *Marti*. Deinde *Ossa de Orestæ cervice*. Perizonius: *calculus, quem Minerva sortita est de Oresta*.

11 *Ibi de terra*] *Ibidem de terra*. Heins.

Digitized by Google

nem e Clypeo velit tollere perit totum opus, solvitur enim signum. Ipsa autem Dea habet hastam de gramine. Ilio lapis quadratus, ubi Cassandra fuit alligata, quem si ante tangas aut fricueris, lac demittit: ex altera autem parte similiter si frices, ac si sanguinem remittit.[12] Juxta autem mare, qui locus Rhœte[13] vocatur, ibi est Achillis et Patrocli vultus, et flumen Scamandras. Epheso Dianæ fanum nobilissimum, maximum, pulcherrimumque orbis terrarum. Introitu dextra sinistra postes marmorei monolithi, longi cubitis XX, qua super templum ascensu sunt CXL. millia. Samo in templo Junonis scyphus factus ex hedera, cujus capita foras IV. arietina magna, cornibus miræ magnitudinis contortis. Pergamo ara marmorea magna, alta pedes XL. cum maximis sculpturis. Continet autem gigantomachiam. Rhodo signum Dianæ marmoreum pulcherrimum, quod stat sub divo cœlo, nec, cum pluit, aqua tangitur. Argyro est fanum Veneris super mare: ibi est lucerna super candelabrum posita, lucens ad mare sub divo cœlo,[14] quam neque ventus aspergit, nec pluvia extinguit. Sed et Herculis ædes antiqua; ibi columna pendet[15] cavea ferrea rotunda, in qua conclusa Sibylla dicitur. Ibi jacent ossa balænæ, quasi lapides quadrati. Marmesiæ[16] apud Sipilum columnæ sunt IV. inter has columnas est victoria ferrea, pendens sine aliquo vinculo, in aëre ludens. Sed quotiens ventus aut pluvia fuerit, non movet. Ædis Dianæ[17] Epheso, quam

NOTÆ

12 *Ac si sanguinem remittit*] *Est ac si sanguinem remittat*. Periz.

13 *Rhœte*] *Rhœteon:* Salmas. ad Solin. p. 610. Idemque *vultum* exponit imaginem ore vel pectore tenus in clypeo. Sed Heinsius et Perizonius pro *vultus*, conjecerant *tumulus*, et hic *Scamandros*, pro *Scamandras*.

14 *Sub divo cœlo*] Sic ante, 'quod stat sub divo.' Isidorus XVI. 4. hanc fabulam memorans dicit, 'lucernam sub divo sic ardentem.' Hinc Munckerus ad Lactant. Fab. XIV. 4. suspicatur *cœlo* hic glossema esse. Sed Caper in lib. de Orthograph. p. 2246. Grammatic. Putschii veteres 'sub divo cœlo' dixisse scribit. Pro *aspergit* Munck. ibid. legit *dispergit*.

15 *Ibi columna pendet*] Fort. *ibi e* vel *a columna pendet*. Muncker. l. d. *in columna*.

16 *Marmesiæ*] *Magnesiæ apud Sipylum:* Voss. ad Vellei. I. 4.

17 *Ædis Dianæ*] Hoc, et quæ deinde usque ad 'Agartus' scribuntur, pæne iisdem verbis in Hygino Fab.

Digitized by Google

constituit Amazon. Ibi et sepulchrum Icari stertentis quasi dormiat, miræ magnitudinis, ex orichalco et ferro. Rhodo Colossi signum Solis altum super columna marmorea cum quadriga. Columna vero habet cubitos centum. Cypro signum Jovis Olympii æreum, facies ex auro, quem fecit Phidias in cubitis centum quinquaginta, et lata cubitis sexaginta. Domus illic[18] Cyri regis ædificata lapidibus candidis, et nigellis, auro vinctis: ubi sunt columnæ diversis coloribus, et innumerabiles lanceæ ferreæ, fenestræ ex argento, et tegulæ ex lapide prasino. Murus intus medio Babyloniæ, quem Memnon ædificavit lapide cocto,[19] id est, calce et sulfure, ferro intermixtus ut sunt juncturæ. Latitudo ejus cubitis XXX. altus cubitis CXXX. cingitur millia passuum XXX. Hunc cepit Semiramis, filius ejus perfecit. Pyramides in Ægypto, quas ædificavit. Agartus oppidum: ibi est Nilus fluvius ære factus, plexilis in cubitis CCC. cujus facies smaragdo limpido, brachia ex ebore magno, cujus aspectu et bestiæ terrentur. Athenis signum Jovis Olympii, Alexandriæ flumen Nilum maxime colunt.

CAP. IX. QUOT FUERE JOVES, VEL ALII IN LOCO DII DEÆQUE.

JOVES fuere tres. Primus in Arcadia Ætheris filius,[20] cui etiam Ætherius cognomen fuit. Hic primum Solem procreavit. Secundus abinde in Arcadia, qui Saturnius cognominatur, qui ex Proserpina Liberum patrem procreavit primum victorum. Tertius Cretæ, Saturni et Opis filius, optimus maximusque est appellatus. Martes fuere duo.

NOTÆ

CCXII. et Vibii Sequestris Appendicula legi, observavit cl. Hesselius ad Vibium.

18 *Domus illic*]. Immo in Ecbatanis. Hygin. Fab. CCXXIII. 'Domus Cyri regis in Ecbatanis, quam fecit Memnon lapidibus variis et candidis, vinctis auro.'

19 *Lapide cocto*] Muncker. ad Hygin. l. d. mavult *latere cocto:* sic Vibius: deinde Muncker. *ut sint juncturæ.* Fort. *ubi sunt junctura.* Vel *ut* pro, ubi, ut sæpe apud alios. Vid. Gifan. Ind. Lucret. Stat. ad Catull. c. X. et LXIII. et Cerd. ad Virgil. v. Æn. 328.

20 *Ætheris filius*] Vid. Cic. III. de N. D. 21. et ibi Davies.

Digitized by Google

Primus ex Enoposte,[1] ut eum Homerus ait, et noster est Mars Leuçarpis et aliter Marsenius. Secundus ex Jove et Junone. Soles fuere quinque. Primus Jovis filius. Secundus Hyperionis. Tertius Nini[2] filius, cui Ægyptus est consecrata. Quartus qui et Rhodi natus est, cujus etiam Zemintus[3] est filius. Quintus Colchi filius,[4] ex quo Circe et Medea et Phaëthon nati sunt. Volcani fuere quatuor. Primus Crio[5] et Joppe natus. Secundus Nili filius.[6] Tertius Saturni et Junonis.[7] Quartus in Sicilia Miletis[8] filius. Mercurii IV. Primus Cœli et Diei filius. Secundus Jovis et Cronice[9] filius, vel Proserpinæ. Tertius Croni[10] filius et Maiæ, qui est inventor lyræ. Quartus Quilleni[11] filius; qui Ægyptiis literas et numerum dixit. Apollines quinque. Primus Vulcani et Minervæ. Secundus ex Corybante. Tertius, Jovis filius ex Latona. Quartus, Sileni filius in Arcadia. Quintus,[12] Ammonis filius, in Libya natus. Dianæ III. Prima, Jovis vel Croni filia ex Proserpina, quæ est

NOTÆ

1 *Enoposte*] Hoc nomen in Homero legi non puto. Matrem ejus 'Enyo' quidam tradiderunt apud Phurnut. de Nat. Deor. c. XXI. et Schol. parv. Homeri in Il. E. 333. De Marte 'Leucarpi' et 'Marsenio' quoque nihil apud alios inveni. *Leucaspis* convenire Marti posset, qui 'Chalcaspis' est Pindaro, et 'Marmessus' Lycophroni. Vid. Girald. Histor. Deor. Syntagm. X.

2 *Nini*] Cicer. l. d. 'Tertius Vulcano, Nili filio,' natus. Sic quoque Arnob. IV. p. 135.

3 *Zemintus*] Forte *Zmintheus* rescribendum. Muncker. ad Hygin. Fab. CVI.

4 *Colchi filius*] Cic. 'Quintus, qui Colchis fertur Æetam et Circen procreavisse.' Arnob. 'Quintus Scythici Regis, et versipellis habetur Circæ pater.'

5 *Crio*] Cic. l. d. c. 22. 'Cœlo.'

6 *Nili filius*] Cic. ib. c. 23. 'In Nilo natus.' Ita Gruterus cum Victorio. Sed rectius alii *Nilo natus*. Nam sic ipse Cic. paullo ante 'Vulcano Nili filio.' Vid. Casaub. et Menag. ad Diog. Laërt. Procem.

7 *Saturni et Junonis*] Cic. 'Tertius ex tertio Jove, et Junone.'

8 *Miletis*] Idem: 'Quartus Menalio natus, qui tenuit insulas propter Siciliam.'

9 *Cronice*] Id. 'Alter Valentis et Phoronidis F.'

10 *Croni*] Id. et Arnob. 'Jove tertio natus et Maia.'

11 *Quilleni*] 'Quartus Nilo patre.' Id. et Arnob. *Cyllenii* hic legit Muncker. ad Fulgent. Mythol. I. 24. e Servio ad Virg. IV. Æ. 577. et Schol. Statii ad III. Th. 483. quamquam ibi, et ad Albricum cap. XXII. vulgatum quoque retineri posse putat.

12 *Quintus*] Sic et Clemens Alexandr. Protrept. p. 17. ex Aristot. Vid. Bochart. Phal. I. 2. Cicero tantum quatuor numerat.

Digitized by Google

Liberi soror. Secunda, Jovis et Latonæ, Apollinis soror. Tertia, quæ vocatur Ops,[13] de Glauco. Æsculapii tres.[14] Primus, Apollo dictus, Vulcani filius. Secundus, Lai filius. Tertius, Aristeti et Alcippei filius. Veneres IV. Prima, Hacdeli[15] et Diei filia. Secunda, quæ ex spuma nata esse dicitur, et Aëris et Oceani filia. Tertia, quæ Vulcano nupsit; quæ cum Marte se miscuit: unde Cupido natus esse dicitur. Quarta, Cypri et Syriæ[16] filia, quam Adon habuit. Minervæ quinque. Prima, Vulcani filia, unde Athenarum est civitas. Secunda, Nili filia, quam Ægyptii colunt. Tertia, Jovis filia, quæ in fecillis rebus[17] se exercuit. Quarta, Solis filia, quadrigas junxit. Quinta, Pallantis et Titanidos filia. Hæc patrem occidit, pro suæ virginitatis observatione, qui ejus cupidus fuit. Unde et Pallas dicta est. Liberi quinque. Primus ex Jove et Proserpina. Hic agricola, et inventor vini: cujus soror Ceres. Secundus Liber ex Merone,[18] et Flora, cujus nomine fluvius est Granicus. Tertius de Cabito,[19] qui regna-

NOTÆ

13 *Ops*] Cic. 'Tertiæ pater Upis traditur, Glauce mater. Eam Græci sæpe Upim paterno nomine appellant.'

14 *Æsculapii tres*] De duobus primis aliter Cic. de tertio, 'Arsippi et Arsinoæ F.' Pro *Alcippei* Perizonius conjecerat *Alcippes*. Sed quærendum est, an quisquam veterum Alcippen matrem Æsculapii fuisse dicat. Alii eum Apolline et Arsinoë filia Leucippi, alii Apolline et Coronide filia Phlegyæ natum prodiderunt: v. Apollodor. III. 10. 3. et Pausan. II. 26. Gronovius ad Cic. l. d. hic in alterutro nomine errorem esse putat. Mihi in utroque videtur esse.

15 *Hacdeli*] *Cœli* Perizon. et Davies. ad Cic. qui 'Cœlo et Die' natam dicit.

16 *Cypri et Syriæ*] Cic. 'Quarta Syria Tyroque concepta, quæ Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est.'

17 *In fecillis rebus*] *In bellicis rebus.* Cic. l. d. c. XXI. 'Qui genuisse Minervam dicitur, quam principem et inventricem belli ferunt.' Arnob. IV. p. 137. 'Quæ usum excogitavit armorum.' Clemens l. d. τὴν πολέμου εὑρέτιν. Sed Arnob. et Clemens hanc Saturni filiam faciunt. *In bellicis* hic jam ante emendarat Muncker. ad Albric. cap. VIII. Et sic deinde etiam Davies. ad Cic. l. d. Paullo post Muncker. legit, *quæ quadrigas j.* Et Davies. pro *Solis filia*, *Jovis filia*.

18 *Merone*] *Melone:* Muncker. ad Hygin. Fab. CLV. et ad Fulgent. II. Mythol. 15. i. e. Nilo, cujus filium eum facit Cic. l. d. c. XXIII.

19 *Cabito*] 'Caprio:' Cic. l. d. c. 23. Gronovius non dubitat, quin et ibi et hic legend. sit *Cabiro*. Sed vid. Davies.

Digitized by Google

vit in Asia. Quartus ex Saturno et Semela,[20] dicunt. Quintus Nisi et Hesionæ[1] filius. Hercules sex. Primus Jovis et Ætheris filius. Secundus Nili filius, quem principem colunt Ægyptii. Tertium[2] conditorem loci sui Hellenes[3] dicunt. Quartus Croni filius, et Cartheres,[4] quem Carthaginienses colunt, unde Carthago dicta est. Quintus Joab[5] filius, qui cum rege Medorum pugnavit. Sextus Jovis filius ex Alcemena, qui Atlanta docuit.

CAP. X. DE IMPERIIS.

Imperia ab ineunte ævi memoria fuerunt septem. Primi rerum potiti sunt Assyrii, deinde Medi, postea Persæ, tum Lacedæmones, dein Athenienses; post hos inde Macedones, sic deinde Romani.

CAP. XI. REGES ASSYRIORUM.

Ninus Rex; qui primus exercitu prope totam Asiam sub se redegit, et clarissimam urbem nominis sui condidit Ninon. Belus Rex, Jovis filius, cujus posteri primum[6] Asiæ regnaverunt: per Ægyptum Libyæ, per Darium[7] Europæ. Semiramis, Circetis[8] nymphæ filia, a columbis educta, uxor Nini regis. Cujus post mortem regnum Nini ampliavit:[9] armis Indiam quoque prospera expeditione tentavit. Hæc urbem pulcherrimam omnium, quæ unquam fuerunt, Babylona constituit, supra flumen Euphraten. Sar-

NOTÆ

20 *Saturno et Semela*] 'Jove et Luna' Id.

1 *Nisi et Hesionæ*] 'Niso natum et Thyone:' Id. e quo Munck. hic emendat *Thyonæ*, probante Daviesio. De *Thyone* etiam Diod. Sic. III. p. 117.

2 *Tertium*] Cic. l. d. c. 16. 'Tertius est ex Idæis Digitis.' 'Idæos Dactylos' vocant Græci, quorum unus, Hercules nomine, primus Olympiæ ludos instituisse dicitur. Pausan. I. Eliac. 7. et Diodor. V. 230.

3 *Loci sui Hellenes*] Fort. *Ludi sui Elei dicunt:* e Pausan. l. d.

4 *Croni filius, et Cartheres*] *Carthereres:* Perizon. Cic. 'Jovis et Asteriæ, Latonæ sororis, qui Tyri maxime colitur; cujus Carthaginem filiam ferunt.'

5 *Joab*] Id. 'Quintus in India' natus, 'qui Belus dicitur.'

6 *Primum*] *Per Ninum.* Nam Ninus Beli F. Perizon.

7 *Per Darium*] *Per Danaum.* Id.

8 *Circetis*] *Dercetis:* Muncker. ad Hygin. Fab. CCXXV.

9 *Ampliavit*] Distingue: *ampliavit armis. Indiam.* Perizon.

Digitized by Google

danapalus, qui ob nimias delicias et luxuriam perdito regno, ne in potestatem hostium veniret, cum exoletis suis venenum bibit, et igni subjecto cum regia sua conflagravit.

CAP. XII. REGES MEDORUM.

ARSACES,[10] primus Rex, qui eversas Assyriorum opes luxuria Sardanapali transtulit,[11] eosque justissime rexit. Astyages, vir fortis et justus, qui per insidias victus a Cyro est, et dissolutum est Mediæ regnum.

CAP. XIII. REGES PERSARUM.

CYRUS rex fortissimus, qui majore parte Asiæ subacta, Europam quoque irrupisset, ni a Tomyre Scytharum regina victus oppressusque esset. Cambyses, filius æque Cyri; qui, cum LXX. millia hominum subegisset in Ægypto, et regem ejus Amasin, Æthiopiam[12] profectus, magna parte militum per famem amissa, irritus rediit. Urbem tamen ibi condidit Meroën. Is, quia Apin sacrum bovem interfici jusserat, ira Deorum ex equo præceps super gladium suum ruit, extinctusque est. Darius rex, unus ex septem Persis, hinnitu equi, regnum assecutus, cum CCLXX. millibus Europam transivit. Victus ab Atheniensibus ducenta millia[13] apud Pseudomarathona decessit. Xerxes, Darii filius, cum recessisset pater ejus, aliquantis navibus armatis militibus in Europam transivit. Contabulato[14] Hellesponto, et forato Atho monte, nequicquam aliud egit, quam ut Athenas incideret mari. Victus a Lacedæmoniis et Atheniensibus, in Asiam rediit, ibique suorum fraude interfectus est.

NOTÆ

10 *Arsaces*] *Arbaces*: Perizon.

11 *Transtulit*] *Transtulit in Medos*: Id.

12 *Æthiopiam*] Ferri potest. Sed et negligi potuit *in*, quod erat in fine vocis præcedentis.

13 *Ducenta millia*] *Ducente Miltiade*: Perizon. De 'Pseudomarathone' nihil scio.

14 *Contabulato*] Puto tollendam esse distinctionem, quæ est ante hanc vocem, et legend. *in Europam transivit, contabulato Hellesponto, et forato Atho monte.* Perizonius quoque, distinctione maxima post *monte* posita, sequentia ita constituerat: *Nec quidquam aliud egit, quam ut Athenas incenderet. Mari victus.*

Digitized by Google

CAP. XIV. DUCES ET REGES LACEDÆMONIORUM.

Eurysthenes et Procles gemini, qui genus ab Heraclidis deducentes primis, parte regna regnaverunt.[15] Lycurgus legumlator, cui Lacedæmonii principes Græciæ per annos septem invisi[16] fuerunt. Theopompus et Polydorus Reges, qui Messenium bellum xx. annis gesserunt. Othryades vir bellator, qui Messenio bello, quo centeni, id est,[17] quinquageni, concertaverunt, et trophæum suo sanguine scripsit, tertiusque[18] Messenio bello, ex oraculo Apollinis, dux ab Atheniensibus per ludibrium missus, pœnateas vota,[19] militum animos concitavit, ut tam diuturnum prælium victoria consummarent. Leonidas, dux Persico bello, qui cum trecentis Lacedæmoniis apud Thermopylas totam vim Persici belli morte sua ac suorum obtinuit. Pausanias, qui Persico bello Mardonium præfectum Xerxis cum pedestribus copiis apud Asopum Bœotiæ flumen debellavit: mox proditionis a rege suspectus[20] idem Mardonius, ideoque accusatus, in asylum Minervæ confugit, et ibi fame confectus est. Leander[1] dux, qui dominantem toto mari classem Atticam apud Ægeos primus[2] oppressit, et victis Atheniensibus xxx.

NOTÆ

15 *Primis, parte regna regnaverunt*] *Primi Spartæ regnaverunt.* Meursius de regno Lacedæmon. c. ix. et Perizon. *Eurysthenes* cum aspiratione scribi neminem fugit. Sic mox *trophæum*, et alia hujusmodi contra rectam rationem scribendi, quæ ab ipso Auctore proficisci potuerunt.

16 *Invisi*] Fort. *innisi:* Periz.

17 *Id est*] Videtur excidisse *utrimque*, ante 'quinquageni.' Periz. *quo trecenteni, infesto utrinque agmine concertaverunt.* Wass.

18 *Tertiusque*] *Tyrtæusque.* Meurs. Miscell. Lacon. ii. 2. Bernoccer. ad Justin. iii. 5. Heins. ad h. l. Wass. ad Sall. Ju. xii. et Bentl. ad Horat. A. P. 402. *Tyrtæus, qui* Perizon. Hoc præfero; nam hinc nova periodus inchoanda videtur.

19 *Pœnateas vota*] *Poëmate suo ita* Meurs. Heins. et Bentl. ad Horat. A. P. vs. 402. Periz. *Poëmate noto:* Bern. *Pede altero claudo* Wass. Heinsius putabat etiam emendari posse *pæane sua.*

20 *Idem Mardonius*] Dele *Mardonius:* nisi erraverit ipse Ampelius. Nam hæc acciderunt Pausaniæ. Periz. Errasse Ampelium etiam Oudendorp. ad Obsequent. c. cx. putat. Mihi *Mardonius* non videtur ab Ampelio esse.

1 *Leander*] *Lysander* Periz.

2 *Apud Ægeos primus*] *Apud Ægos pot.* Id. Sed Latini fere ubique 'Ægos flumen,' non '*Ægos potamon*' dicunt. *Apud Ægospotamos* Oudendorp. ad Frontin. ii. 1. 18.

Digitized by Google

tyrannos imposuit. Xanthippus, vir Lacedæmoniorum fortissimus, qui bello Punico primus[3] Carthaginiensibus dux missus Regulum cepit. Agesilaus, cujus inventum est, in hostili, quam in sua terra, pugnare; ideoque in Asiam missus, vastata ea, cum jam Regi immineret, revocatus Athenienses apud Crotonem[4] vicit. Postea apud Corinthios flevit, quod decem millia Græcorum occisa cognovisset, nec voluit Corinthum delegare[5] cum posset.

CAP. XV. CLARISSIMI REGES ET DUCES ATHENIENSIUM.

Cecrops rex, qui urbem condidit Athenas, et ex suo nomine Cecropidas appellavit cives. Idem fabulose, quia indigena fuit, ab inguinibus serpens fuisse narratur. Erichthonius rex, qui mysteria Eleusinæ constituit. Celeus cum Eubuleo[6] sacerdote, filiabus virginibus ministris, Treptolemo frugum præfecto; qui fame laborantem Græciam circumlate frumento restituit. Pandion rex, qui filias suas Procnen et Philomelam Thraciæ regibus tradidit, ut barbaras sibi gentes affinitate sociaret. Theseus, Ægei filius, qui Minotaurum interfecit. Demophontes, ejus filius, qui cum Græcis Ilium expugnavit. Codrus rex, qui pro salute et victoria patriæ, secundum oraculum Apollinis, bello Peloponnesio se devovit. Pisistratus, vir fortis et sapiens, qui adversus principes populari causa tyrannidem invasit, eamque justissime administravit. Armodius et Aristogeiton, homines plebeii, qui Hippian et Hipparchum Pisistrati filios sæve dominantes facta conjuratione oppresserunt, ideoque ut conservatoribus divini honores eis sunt constituti. Miltiades dux, qui LXXX. millia militum Persarum Darii regis, præfectis Date et Tisapherne,[7] in saltu Mara-

NOTÆ

3 *Primus*] Melius *primo*.

4 *Crotonem*] 'Coroneam:' Xenoph. IV. Græc. 3. C. Nep. Ages. 4. et alii.

5 *Delegare*] *Delere:* Periz.

6 *Cum Eubuleo*] Forte *Eumolpo*. Unde 'Eumolpidæ' ap. Athenienses. Vid. Meurs. Eleusin. c. II.

7 *Date et Tisapherne*] 'Dati et Artapherne:' Herodot. VI. 94. VII. 74. C. Nep. Milt. 4. Suid. in Ἱππίας. Perperam Idem in διεξιφίσω, Δάτις

thonio superavit. Aristides Dicæos, qui hoc agnomen moribus est consecutus, ob id ipsum exilio mulctatus est. Cimo dux, qui Persico bello Xerxis copias, pedestres simul atque navales, in ipsa Asia apud Eurymedonta flumen uno die vicit. Alcibiades dux, vir genere, copia, opibus, illustris; qui propter detruncatos nocte Mercurios reus factus ad Lacedæmonios confugit Peloponnesi[8] bello, et, cum fecisset eos superiores, afflictorum civium misertus, rediit in patriam, et dux creatus, iterum victores Athenienses fecit. Thrasybulus, qui triginta Magistratus Lacedæmonios tyrannidis dominatione sævientes facta conjuratione afflixit, et libertatem Atheniensibus reddidit. Conon dux, qui omnes Lacedæmoniorum copias apud Cnidum insulam cepit, et imperium maris Athenis restituit. Dion, qui octo onerariis navibus Dionysium regem Siciliæ centum rostratas habentem, dum in Italiam abest, regno expulit, occupatis Syracusis. Hiphicrates, rei militaris peritissimus, qui arma habiliore pondere et modo fecit. Phocion, qui vir[9] bonus cognominatus est, neque ulla pecunia a Philippo potuit solicitari ut ad eum discederet. Qui admonentibus amicis, ut liberis suis consuleret, Si boni, inquit, erunt, hic agellus eis sufficiet: si mali, nihil. Chabrias dux, qui gladiatoria arte pugnare militem docuit: Cypron et Naxon et omnes Asiaticas insulas Athenis adjunxit, et circa Thion[10] navali bello occidi maluit, quam abjectis armis enatare. Demetrius Phalereus, vir bonus existimatus, ideoque ob insignem justitiam statuis ccc. est honoratus, quas ei pro libertate posuerunt in facie[11] publica.

NOTÆ

καὶ Ἀρτάβαζος, e Schol. Aristoph. ad Equit. 778.

8 *Peloponnesi*] *Peloponnesio*, vel *Peloponnensi*.

9 *Vir*] Nihil opus erat hoc addito. C. Nep. Phoc. 1. 'Ex quo cognomine Bonus est appellatus.' Et Aristid. 1. 'Ut unus cognomine Justus sit appellatus.'

10 *Thion*] 'Chion.' Id. Chabr. 4.

11 *Facie*] An *arce*? Perizon.

Digitized by Google

CAP. XVI. REGES MACEDONUM.

PHILIPPUS, Amyntæ filius, primus Macedonum obtinuit Thraciam, redegitque in suam potestatem: et, cum transire in Asiam vellet, sub ipso belli apparatu in theatro a Pausania est interfectus. Alexander Philippi et Olympiadis filius, ex urbe Pella Macedoniæ cum XL. millibus militum in Asiam transisset, Darium regem Persarum primum apud Granicum flumen, tum apud Issum Ciliciæ, tertio apud Arbela, tribus præliis,[12] triginta peditum legionum, equitum bis mille falcatorum curruum vicit. Mox regem Indorum, et omnes Asiæ gentes sub potestate sua redegit, et nobilissimas urbes Asiæ cepit, Sarbactran,[13] Susa, Babyloniam, ubi etiam defunctus, dubium vinolentia an veneno, cum tamen prius et Africam peragrasset usque ad Jovem Ammonem, et Oceanum primus omnium navigasset. Philippus, qui post Alexandrum Macedonem septimo gradu Macedoniæ regnavit, invictus in Græciam cum sæve dominaretur, a Sulpicio consule in Phocide victus est, mox a Flaminio[14] in Macedonia, Thessalia apud Cynocephalas, ubi dato obside filio Demetrio regni parte mulctatus est. Perses Philippus,[15] Philippi filius, cum maximis copiis[16] Macedoniis esset, et cum impetum in Græciam fecisset, cum inanibus[17] elephantorum simulacris a Marco[18] consule apud Scyriam

NOTÆ

12 *Tribus præliis*] Freinsh. ad Curt. IV. 9. 4. *Apud Arbela, tertio prælio, trecenta peditum regiorum M. equitum C. M. bis mille f. c. v.* Nondum ita sanatus est locus.

13 *Sarbactran*] Non inveni, qui hanc memoraverit. Forte *Ecbatana*, vel *Zariaspan*, quod alterum nomen urbis Bactrorum erat.

14 *Flaminio*] Sic et inf. aliquoties, pro 'Flaminino.' Et mox 'Cynocephalas' pro, 'Cynoscephalas.'

15 *Philippus*] Hoc fortassis supervacuum, et a sequenti 'Philippi' ortum est. Sic cap. XLIV. 'Persen, Philippi filium.'

16 *Cum maximis copiis*] Cuper. Exerc. II. c. 5. de Elephant. in Numm. *cum cum maximis copiis.* Si quid mutandum esset, potius tollerem *cum* ante 'impetum.'

17 *Cum inanibus*] Hoc quid sit, Idem e Polyæno IV. 20. et Diod. Sic. II. 74. exponit: quod etiam ante viderat Bochart. Hieroz. P. I. l. 2. c. 25.

18 *Marco*] *Marcio:* Cuper. ib. et Freinsh. ad Flor. II. 12. 5. Pro *Scyriam* porro legend. est *Ascuridem*, vel *Ascurida.* Vid. ad Flor. l. d.

Digitized by Google

paludem victus, præcipitatis in mare thesauris, profugit; mox ab Æmilio Paulo tota Macedonia fugatus, Samothracam confugit in asylum: unde, data fide cum se Paulo commisisset, ante currum ejus in triumphum productus, mox libera custodia in Albano consenuit. Pseudophilippus, vir plebeius et degener, cum ex similitudine formæ Philippi filium se persuasisset, et Macedonas in bellum excitasset, inter initia tumultus comprehensus, sub custodia missus est Romam, ubi cum ex custodia aufugisset, concitata rursus Macedonia, Thraciam bello recepit. In arce regni paludatus jus dixit: mox a Cæci filio[19] Metello ingenti prælio victus, cum profugisset in Thraciam, a regibus deditus, et in triumphum deportatus.

CAP. XVII. REGES ET DUCES ROMANORUM.

Romulus, qui urbem condidit. Numa Pompilius, qui sacra constituit. Tullus Hostilius, qui Albam diruit. Ancus Martius, qui leges plurimas tulit, et Hostiam coloniam constituit. Servius Tullius, qui primum censum egit. Priscus Tarquinius, qui insignibus magistratus adornavit. Tarquinius Superbus, qui ob nimiam superbiam regno pulsus est.

CAP. XVIII. CLARISSIMI DUCES ROMANORUM.

Brutus, qui pro libertate publica liberos suos interfecit. Valerius Publicola, qui propter eandem libertatem adversus Tarquinios bellum exercuit. Idem jus libertatis dando populum ampliavit. Manlius Torquatus, qui ad confirmandam castrorum disciplinam filium suum interfecit. Quintius Cincinnatus, idem Serranus,[20] cui aranti dictatura delata est. Camillus, qui, Senonum gente deleta Gallorum, incensam ab eis urbem restituit. Fabii duo; quorum alter una pugna Etruscos, Samnitas, Umbros, Gallosque subo-

NOTÆ

19 *A Cæci filio*] *A Cæcilio*: Periz.

20 *Idem Serranus*] In eod. errore versari Scholiasten Persii ad I. Sat. 73. observat Perizon. Animadv. Hist. c. I. p. 22.

Digitized by Google

git, Libertinos e tribubus repurgavit, ideoque Maximus cognominatus: alter Fabius Hannibalem mora fregit, ex quo Cunctator est cognominatus. Papirius Cursor; hic Samnites, qui Romanos sub jugum pugnando miserant, victos ignominia pari affecit, et a velocitate Cursor est appellatus. Curius, cum in foco rapas torreret, offerentibus,[1] Malo, inquit, in fictilibus meis et aurum habentibus imperare. Fabricius Luscinus, qui Cornelium Rufinum consularem virum senatu amovit, luxuriæ et avaritiæ damnatum, quod decem pondo argenti possideret. Claudius Marcellus, qui Annibalem primus in Campania prælio vicit, idemque docuit, in bello quomodo equites sine fuga cederent. Scipiones duo; quorum alter prior, Africanus, qui Annibalem et in eo Africam debellavit; alter Scipio Numantinus, qui Carthaginem et Numantiam diruendo, in hac Africam, in illa Hispaniam fregit. Quintus[2] Nero, qui, Annibale in Apulia relicto, venientem ab Hispania Hasdrubalem excepit, copiasque ejus uno die apud Metaurum flumen devicit, qui sese cum Annibali[3] junxisset, dubitari non potest, paria eis præstaturum non fuisse. Paulus, qui cum Macedoniam vicisset, et Græciam liberasset, et opulentissimum triumphum reportasset, inter ipsos triumphi dies, amissis duobus liberis, pro concione dixit, gratias se agere fortunæ, quod in suam potius domum, quam in remp. sævisset. Duo Metelli; quorum alter Macedonicus, devictis Macedonibus; qui Contrebiam inexpugnabilem Hispaniæ civitatem, jussis testamenta scribere, et vetitis redire nisi vicissent militibus, occupavit; alter Numidicus, victa Numidia; qui cum perniciosas reip. leges ferret Apuleius tribunus plebis, totusque senatus in eas jurasset, maluit in exilium ire, quam jurare. Hujus filius, Pius cognominatus est, quod patrem[4]

NOTÆ

1 *Offerentibus*] Hæc descripta videntur ex Aur. Vict. c. XXXIII. de Vir. Ill. e quo supplendum est, *legatis Samnitium aurum offerentibus, Malo, inquit, hæc in fictilibus meis esse.*

2 *Quintus*] Livio et aliis 'Caius.'

3 *Qui sese cum Annibali*] *Qui si se cum Annibale*: Perizon. et Freinsh. ad Flor. II. 6, 50. Idemque mox, *parem eis P. R. futurum non fuisse.*

4 *Quod patrem*] Perizonius his notam apposuerat, tanquam suspectis.

Digitized by Google

in exilium secutus est. Gaius Marius, qui in Africa Numidis, in Gallia Cimbris Teutonibusque superatis, a caliga pervenit usque septimum consulatum. Sylla, qui bello civili victoria perpotitus, Romanum primus invasit imperium, solusque deposuit. Sertorius, qui proscriptus a Sylla cum in exilium profugisset, quam brevissimo tempore prope totam Hispaniam redegit in suam potestatem, et ubique adversante fortuna insuperabilis fuit. Lucullus, qui Asiacæ provinciæ spoliis maximas opes est consecutus, et ædificiorum tabellarumque pictarum studiosissimus fuit. Pompeius, qui Armenios sub rege Tigrane, Ponticos sub rege Mithridate, Cilicas toto mari dominantes, intra quadragesimum diem vicit, et magnam partem Asiæ inter Oceanum, Caspium, Rubrumque[5] victoriis suis triumphisque peragravit. Gaius Cæsar, qui Gallias Germaniasque subegit, et primus Romanorum navigavit Oceanum; in quo Britanniam invenit, et vicit. Julius Cæsar Augustus, qui perpacatis omnibus provinciis exercitus toto orbe terrarum disposuit, et Romanum imperium ordinavit. Post cujus consecrationem perpetua Cæsarum dictatura dominatur.

CAP. XIX. ROMANI QUI IN TOGA FUERUNT ILLUSTRES.

MANIUS[6] AGRIPPA, qui dissidentem populum senatui colligavit atque conciliavit. Appius Cæcus, qui pacem Pyrrhi diremit, ne populus, qui suis parere noluerat, sub externis regibus regeretur. Tiberius Gracchus, qui Scipionem Asiaticum, quamvis inimicum haberet, non est passus a tribunis in carcerem duci, quod diceret[7] nefas, ibi esse Scipionem, ubi captivi illius adhuc alligati tenerentur. Hic est Gracchorum pater, qui in tribunatu, cum agrariis legibus seditiones excitarent, interfecti sunt. Decimus Brutus

NOTÆ

Et aliter scribunt Appian. II. Civ. 373. Aur. Vict. c. LXIII. et Val. M. V. 3. 7.

5 *Caspium, Rubrumque*] E Floro III. 5. 31. e quo addi potest *mare*. Vid. etiam infra cap. XLVII.

6 *Manius*] *Menenius*.

7 *Diceret*] Perizonio placebat *duceret*. Mihi nihil mutandum videtur. Vid. Liv. XXXVIII. 57. et 60.

Digitized by Google

Calæcius,[8] qui Gracchum[9] generum[10] agrariis legibus Reip. statum turbantem cum Opimio consule oppressit. M. Brutus, qui Pompeii partes secutus, mox a Cæsare restitutus, in mortem ejus conjuravit, quod affectare nomen regium videretur. Lucius[11] Drusus, qui agrariis legibus promulgatis, summum pro eo[12] favorem consecutus, ne promissa perficeret, per insidias a Philippo Cons. domi suæ interfectus est. Lutatius Catulus, qui Lepidum acta Syllæ rescindere volentem admoto exercitu[13] Italia fugavit, et solus omnium sine sanguine bellum civile confecit. Cato Censorius, qui totiens accusatus est, quoad vixit, nocenteis accusare non destitit. Hic est omnium rerum peritissimus, et, ut Sallust. Crispo videtur, Romani generis disertissimus Cato. Cato Prætorius, qui bello civili partes Pompeii secutus mori maluit, quam superstes esse reip. servienti. Scaurus, qui vetuit filium in conspectum suum venire, quia bello Cyprico[14] deseruerat. Scipio Nasica,[15] quia non rite inauguratus Consul videretur, consulatu se abdicavit, et domitis Dalmatis oblatum a Senatu triumphum repudiavit, statuasque, quas sibi quisque in publico posuerat, in censura sua sustulit. Censuit in Senatu tamen, Carthaginem non esse delendam: propterea optimus[16] judicatus. Cornelius Ce-

NOTÆ

8 *Calæcius*] *Callæcius*, inf. c. XXVI. vel *Callaicus*, ut recte cap. XXIII. v. Freinsh. ad Flor. II. 17. 12.

9 *Gracchum*] *C. Gracchum*: Heins. ad Vell. II. 2.

10 *Generum*] Sic rursus c. XXVI. Sed errat. Ab Opimio occisus est C. Gracchus: hujus autem uxorem fuisse Liciniam constat e Plutarcho; ad quam in l. 66. pr. D. Solut. matrim. pertinet disputatio JCtorum de dote Liciniæ. Bruti Callaici filiam Ti. Graccho nuptam fuisse quidam tradiderunt apud Plutarch. sed plerique App. Claudii.

11 *Lucius*] *Livius*.

12 *Pro eo*] Forte *P. Ro.* vel, *P. Ro. pro eo*: i. e. Populi Romani.

13 *Admoto exercitu*] An *admoto urbi exercitu?* ut hoc ad Lepidum referatur, e Flor. III. 23. 5. Sed sic rursus infr. c. XXVII.

14 *Cyprico*] 'Cimbrico:' Val. M. v. 8. 4.

15 *Nasica*] Ex Aurel. Vict. cap. XLIV. Sed de triumpho repudiato falsum est. Vid. Pigh. ad A. U. 591. 595. et 598.

16 *Optimus*] Confundit patrem cum filio, quemadmodum et Aurel. Victor, cujus errorem notavit Pighius. Nam plane certum est, patrem Nasicæ, de quo superiora illa refert Ampelius, optimum judicatum fuisse. Eundem autem Carthaginem non delendam censuisse, etiam alii prodiderunt.

Digitized by Google

thegus, qui fratrem suum Cethegum, quod cum Catilina conjurasset, morte mulctandum censuit. Tullius Cicero, qui in consulatu suo Catilinæ conjurationem fortissime oppressit.

CAP. XX. QUI PRO SALUTE SE OBTULERUNT.

HORATIUS trigeminus,[17] qui adversus Curiatios Albanorum; qui de summo imperio dimicaverunt. Fabii, qui trecenti, cum omnes patriciæ stirpis essent, bellum Veiens peculiariter sibi depoposcerunt. Mucius Cordus, qui ignibus manus imposuit. Horatius Cocles, qui ponte rescisso Tiberis armatus transiit navitans.[18] Trecenti sub Calpurnio Flamma contra Pœnos; qui in Siciliensi saltu, mortuo[19] exercitu, populum Romanum liberaverunt; ut plane CCC. Lacedæmoniorum apud Thermopylas gloriam adæquarent. Duo Decii; quorum alter Latino bello, alter Samnitico, Diis manibus se devoverunt. Fulvius[20] Pontifex; qui, urbe a Gallis Senonibus incensa, se aliosque senes Diis manibus devovit. Regulus; qui tormenta Carthaginiensium maluit pati, quam ut inutilis pax cum eis fieret, aut ipse jurisjurandi fidem falleret. Curtius; qui se in hiatum terræ immisit, cum ex oraculo, quod optimum esset in urbe Romana,

NOTÆ

Hoc propter rationem temporis parum probabile quidem videtur Ruperto III. 2. ad Pompon. de O. J. Sed ea non omnino repugnat. Nam potuit ab A. U. 550. quo optimus judicatus est, cum nondum esset quæstorius, ut scribit Liv. XXIX. 14. vitam produxisse usque ad A. U. 602. qui præcessit obsidionem Carthaginis: quemadmodum et ipse Cato, contrariæ sententiæ auctor, qui, cum A. U. 540. quæsturam gessisset, decessit A. U. 604. Manilio et Censorino Coss. quo obsidio Carthaginis inchoata est. Itaque firmiora argumenta quærenda fuerant Ruperto.

17 *Horatius trigeminus*] Sententia postulat legi: *Horatii Trigemini*, et mox tolli *qui* post 'Albanorum.' In Inscriptione etiam legendum, *Qui pro salute populi*, vel *Pop. Rom.* s. o.

18 *Navitans*] Hoc valde insolens est, nec puto, quemadmodum 'navita' et 'nauta,' sic etiam 'navito' et 'nato' dici.

19 *Mortuo*] Freinsh. ad Flor. II. 2. 13. legit *moritur*. Sed hoc parum prodest ad purgandum locum. Nam nihilominus nulla est sententia in his, *exercitu Romanum liberaverunt*. Malim *mortui exercitum Populi Romani liberaverunt*. Vel, *morte sua exercitum P. R. l.*

20 *Fulvius*] *Fabius:* Periz. Animadv. c. V. in fin.

Digitized by Google

posceretur. Spurius Posthumius; qui a Pontio Telesino, Samnitum duce, sub jugum missus cum exercitu, auctor fuit rumpendi fœderis, seque hostibus censuit esse dedendum. Gaius Metellus[1] pontifex, ardente templo Vestæ, Palladium extulit, et oculos amisit.

CAP. XXI. QUI SPOLIA OPIMA RETULERUNT.

Romulus de Acrone Ceninensium[2] rege. Cossius Cornelius de Larthe Tolumne Veientium rege. Claudius Marcellus de Virodomaro rege Gallorum.

CAP. XXII. QUI PROVOCATI AB HOSTIBUS MANU CONTENDERUNT.

Mallius Torquatus; qui Gallo torquem detraxit, eumque sibi circumdedit. Valerius Corvinus; qui a Gallo provocatus cum pugnaret, corvus galeam ejus insedit, et hostem perturbavit. Scipio Æmilianus, cum esset legatus ab Lucullo imperatore apud Intercatiam Vaccæorum urbem, provocatorem barbarum occidit. Lucius Opimius, sub Lutatio Catulo Consule, in saltu Tridentino provocatorem Cimbrum interfecit.

CAP. XXIII. QUI PRO ROMANIS[3] GENTES SUPERAVERUNT.

Scipio Africanus, Scipio Numantinus, Scipio Asiaticus, Mummius Achaicus, Servilius Isauricus, Brutus Callaïcus, Paulus Macedonicus, Metellus Creticus, Cæsar Germanicus, Cæsar Dacicus.

CAP. XXIV. QUOT ILLUSTRES SCIPIONES QUI MAGNIS REBUS GESTIS COGNOMINATI SUNT.

Scipio magnus Africanus, qui vicit Annibalem. Scipio minor Numantinus, qui Numantiam et Carthaginem diruit. Scipio Asiaticus, qui de Antiocho triumphavit. Scipio

NOTÆ

1 *Gaius Metellus*] Aliis 'Lucius.'

2 *Ceninensium*] *Cæninensium*. Et mox, *Cossus*, et *Larte Tolumnio*.

3 *Qui pro Romanis*] Lemma non est rectum. Fort. *Qui quod p. R. g. s. ex eo cognominati sunt*. Perizon.

Digitized by Google

Nasica, qui a Senatu vir optimus est judicatus. Scipio, qui occiso Pompeio partes restituit, et victus se interfecit.

CAP. XXV. SECESSIONES PLEBIS.

SECESSIONES plebis a partibus[4] fuerunt quatuor. Prima secessio propter impotentiam fœneratorum, cum in montem[5] plebs armata secessit. Secunda propter impotentiam Decemvirum, cum interfecta filia sua Virginius Appium et totam ejus factionem in Aventino monte circumvenit, effecitque ut abdicato magistratu accusati atque damnati variis suppliciis punirentur. Tertia propter matrimonia plebei, ut ne patriciis nuberent, quam Canuleius concitavit in monte Janiculo. Quarta secessio in foro, propter magistratus, ut plebei Consules fierent, quam Sulpicius Stolo[6] concitavit.

CAP. XXVI. SEDITIONES.

SEDITIONES in urbe quatuor. Prima seditio, Tiberii Gracchi; quem, de judiciariis et agrariis legibus statum civitatis moventem, Scipio Nasica facta manu in Capitolio oppressit. Secunda seditio, Gracchi[7] fratris ejus; quem ob similes largitiones novos motus excitantem Opimius Consul, cum Decimo Bruto Callæcio socero ejus, convocatis ad pileum servis, in Aventino monte oppressit. Tertia seditio, Apuleii Saturnini Tr. Pl. et Glauciæ Consulis; quos, comitia in campo cædibus perturbantes, Marius in Capitolium persecutus obsedit, et conficiendos fustibus saxisque curavit. Quarta seditio, fuit Livii Drusi et Quinti Cæpionis, cum ille Senatus[8] equestrem ordinem adsideret. Præcipua tamen ad motus excitandos fuit causa, quod Drusus civitatem omnibus Italicis pollicebatur; sed tum a Philippo Consule in domo sua interfectus.

NOTÆ

4 *A partibus*] *A Patribus:* Periz. et Heins.

5 *In montem*] Videtur excidisse *sacrum*. Totum caput descriptum est e Flor. I. 23. seqq. cum quo in nonnullis errat.

6 *Sulpicius Stolo*] Confundit duos generos Fabii, et unum e duobus facit. Freinsh. ad Flor. I. 26. 2. et Periz. Animad. c. I. p. 21.

7 *Gracchi*] Vid. ad Cap. XIX.

8 *Cum ille Senatus*] *Cum ille Sena-*

Digitized by Google

CAP. XXVII. QUI ADVERSUS PATRIAM NEFARIA INIERE CONSILIA.

CORIOLANUS, ob asperiorem annonam in exilium actus, Volscorum exercitu admoto patriam expugnare voluit; sed Veturiæ matris precibus victus, tum ab exercitu suo confusus[9] est. Marcus Melius,[10] frumentaria largitione cum videretur,[11] jussu Quintii Cincinnati dictatoris a Magistro equitum in rostris[12] occisus est. Spurius; cum Agrariis legibus factione dominationem pararet. Manlius Capitolinus, cum pecunia conturbatores liberaret, suspectus regni affectati de Tarpeio Saxo præcipitatus est. Catilina cum in cædem Senatus, in incendium urbis, direptionem ærarii conjurasset, et in id facinus Allobrogas solicitasset, ab Cicerone in Senatu accusatus, ab Antonio in Apulia[13] debellatus est.

CAP. XXVIII. QUI REGES VEL DUCES CUM ROMANIS BELLA GESSERUNT.

POPULUS Romanus sub Romulo pugnavit cum Sabinis, prius[14] propter virgines raptas. Sub Tullio cum Albanis.

NOTÆ

tum, hic equestrem ordinem adsereret. Perizon. Adi Flor. III. 17. 4.

9 *Confusus*] *Confossus*, puto. Liv. II. 40. 'oppressus est.' Aur. Vict. XIX. 'occisus est.'

10 *Marcus Melius*] 'Spurius Mælius' Livio et aliis.

11 *Videretur*] *Uteretur* Freinsh. ad Flor. I. 26. 7. et Periz. *Niteretur* Heins. Et Perizon. paullo post *factionem et dominationem*. Rupertus I. 5. ad Pompon. de O. J. totum locum ita constituit: *Spurius Melius, quum frumentaria largitione, agrariis legibus, factione dominationem parare videretur, jussu Q. C. d. a M. e. i. r. o. est. Marcus Manlius*....Vel, *Sp. Melius, quum frumentaria largitione videretur, agrariis legibus, factione dominationem parare, jussu Q. C. d. a M. e. i. r. o. est. Marcus Manlius*....Hæc descripta sunt e Flor. I. 26. 7. cujus omnia exemplaria Mss. quum ibi corrupta sint, facile adparet, nec Ampelium hunc meliora habuisse, et frustra operam sumi in hoc loco conjecturis sanando.

12 *In rostris*] Liv. IV. 14. et Flor. l. d. 'in foro.' Rupertus per prolepsin dictum putat, pro, in eo loco, ubi postea Rostra fuerunt.

13 *Apulia*] *Etruria* Freinsh. ad Flor. IV. 1. 11.

14 *Prius*] Perizonius conjiciebat *primis*. *Tullo*, non *Tullio*, scribendum nemo ignorat.

Digitized by Google

Pontius Telesinus, dux Samnitum; qui ad Caudinas furculas Romanos sub jugum misit. Pyrrhus, Rex Epirotarum; qui pro Tarentinis bellum cum Romanis gessit, vastataque Campania ad vicesimum ad urbem[15] pervenit, mox a Curio et Fabricio victus in patriam concessit; et cum Achaiam armis sub se redegisset, Macedoniam quoque Antigono regi eripuisset, dum Argos expugnat, occisus est. Omnium Græcorum sapientissimus, et militaris disciplinæ peritissimus fuit. Annibal; qui novem annorum patrem in Hispaniam secutus, minor annorum quindecim[16] imperator factus; triennio in Hispania vicit, et eversione Sagunti rupto fœdere, per Pyrenæum et Alpes in Italiam venit, Scipionem ad Ticinum, Tiberium Claudium[17] apud Trebiam, Flaminium apud Thrasymenum, Paulum et Varronem apud Cannas, Gracchum in Lucania, Marcellum in Campania,[18] superavit.

CAP. XXIX. STATUS POPULI ROMANI QUAS COMMUTATIONES HABUERIT.

POPULUS Romanus primum sub regibus fuit. Deinde, post superbiam Tarquinii, et illatum Lucretiæ stuprum, expulsis regibus, tutelam sui Consulibus Tribunisque commisit. Deinde tribunitiis seditionibus agitatus, abdicatis omnibus magistratibus, Decemviros, legum ferendarum et Reip. constituendæ causa, paravit. Horum quoque dominationem et libidinem detestatus, rursus ad Consules rediit. Donec, exortis bellis civilibus inter Cæsarem et Pompeium, et oppressa per vim libertate, sub unius Cæsaris potestatem redacta sunt omnia. Ex eo perpetua Cæsarum dictatura[19] dominatur.

NOTÆ

15 *Ad urbem*] *Ab urbe lapidem* Heins. v. Flor. I. 18. 24. et inf. cap. XLV.

16 *Quindecim*] 'Quinque et viginti:' C. Nep. Hannib. III.

17 *Claudium*] Erat is 'Ti. Sempronius Longus.'

18 *In Campania*] Marcellus semel ab Hannibale in Apulia, non in Campania, victus, ac deinde in eadem per insidias interfectus est. Liv. XXVII. 12. 25. et seqq.

19 *Dictatura*] Sic in fin. Cap. XVIII.

Digitized by Google

CAP. XXX. INITIUM REGNI MITHRIDATIS.

Cyrus, Rex Persarum primus, imperium Medis ademit. Duos filios reliquit, Cambysen et Smerden. Horum Cambyses, defuncto patre,[20] quod major esset, Smerden in solio sedentem, capite cœlum pulsare per somnium videns, occidendum eum curavit ipse: et deinde,[1] revertens ab Æthiopia, rebus perfractis,[2] cum in Ægyptum venisset, incolasque ejus loci lætantes advertisset; ratus, illos adversis suis insultare, Apin in femine vulneravit, eodemque ictu occidit. Interim Magus quidam Smerdes, Patibiatæ[3] frater, abutens nomine ex formæ[4] similitudine, filium se Cyri professus, regnum Persicum invaserat. Quod ubi Cambysi nuntiatum est, regredi in patriam maturans, oblitus est gladium, quo Apin interfecerat, vaginæ reddere. Quod cum conaretur efficere, femen suum vulneravit, et eam partem, qua Apin vulneraverat. Ex eodem vulnere in paucis diebus obiit. De cujus morte postquam certior nuntius ad Persas venit, Potanes Pedimam[5] filiam suam, qua cum Smerdes consuetudinem habebat, edocuit, ut, cum ille sopitus esset, utrum aures tectas comis haberet, periclitaretur. Sciebat enim, a Cyro Smerdi Mago ademtas aures. Ille[6] falsum esse Smerden confirmavit. Tunc septem nobilissimi Persæ inter se conjuraverunt. Eorum nomina hæc sunt, Potanes, Hydanes,[7] Aspatines, Saphernes, Megaboius Gobies, Darius.

NOTÆ

20 *Defuncto patre*] Hic excidisse *regnavit* suspicabatur Perizonius. Et apertum est hujusmodi aliquid desiderari.

1 *Curavit ipse: et deinde*] Idem legebat, *curavit. Ipse deinde.* Vel, *Ipse etiam deinde.*

2 *Rebus perfractis*] Fortassis putavit hic Scriptor, hoc æque dici posse, ac 'rebus fractis.' Suspicor tamen scriptum fuisse *rebus infectis.* Nam irriti fuerunt conatus Cambysis adversus Æthiopas, Herodot. III. 25.

3 *Patibiatæ*] 'Patizithæ:' Id. III. 61. 63.

4 *Ex formæ*] *Et formæ:* Periz.

5 *Potanes Pedimam*] *Otanes Phædymam.* Ex Herod. III. 68.

6 *Ille*] *Illa:* nam loquitur de filia Otanis.

7 *Potanes, Hydanes*] Horum nomina in Herodot. l. d. c. 70. sunt: 'Otanes, Hydarnes, Aspathines, Intaphernes, Megabyzus, Gobryas, Darius.'

Digitized by Google

Deinde, Mago Smerde interfecto, constituerunt, uti, excepto[8] posthac Potane, ex illis regnaret cujus equus primus in loco, quem delegissent, hinnisset. Tunc Hiberes,[9] agaso Darii, equum domini ad locum prædictum duxit: illic alia equa ab suo initur. Tunc equus Darii magnum hinnitum dedit. Ita Darius regnum obtinuit. A quo Artabanes[10] originem ducit; quem conditorem regni Mithridatis fuisse, confirmat Sallustius Crispus.

CAP. XXXI. REGES PARTHORUM.

SELEUCUS, Alexandri Macedonis amicus. Hujus post mortem Abarrida, frater ejus,[11] jussus Babylonem obtinere, finitimos sub se redegit, unde Nicator est appellatus, et tres validissimas urbes constituit, Abarridam, Seleuciam, Laodiciam. Arsaces forma et virtute præcipuus, cujus posteri Arsacidæ cognominati sunt; qui pacem cum Sylla imperatore fecit. Orodes; qui fœdus cum Cn. Pompeio percussit, Crassum cum legionibus apud Carras funesta clade delevit. Pacorus; qui filium[12] suum ejusdem nominis misit in Syriam, ut Romanas provincias popularetur; atque ipse a Ventidio legato Julii Cæsaris occisus est.

CAP. XXXII. REGES CAPPADOCIÆ ET ARMENIÆ.

TIGRANES, qui jam scriptus est;[13] qui tertio Punico bello[14] perdomuit sub Mancino Cons. et Scipione Æmiliano.

NOTÆ

8 *Excepto*] Ibid. c. 83.

9 *Hiberes*] 'Œbares:' ibid. c. 85.

10 *Artabanes*] Vid. ad Flor. III. 5. 1.

11 *Abarrida, frater ejus*] *Ab Arridæo fratre ejus:* Perizon. Vellem tam bene emendare potuisset, quod mox dicitur de urbe *Abarrida.*

12 *Pacorus; qui filium*] *Pacorum filium.* Sed errare videtur ipse Auctor. Perizon. Hoc verius est. Nam verba *ejusdem nominis* non admittunt conjecturam. Etiam perperam Ventidium facit legatum Julii Cæsaris, qui fuit Antonii.

13 *Scriptus est*] Cap. XVIII.

14 *Tertio Punico bello*] In hoc capite omnia, sive ipsius Auctoris, sive aliorum vitio, falsa vel prodigiose corrupta sunt; exceptis his, quæ de Timoleonte traduntur. De Tigrane rursus cap. XLVI. Freinshem. ad Flor. III. 5. 27. putat Ampelium secutum esse Auctorem aliquem, apud quem corrupte scriptum fuerit Tigranem *tertio Punico bello* perdomitum, pro *tertio Pontico bello.* De 'Bello' quæ scribit, pertinent ad Brennum, Ducem Gallorum, quem templum Delphicum vo-

Digitized by Google

Bellus, Rex Armeniæ; qui cum impetum in Græciam fecisset, et Pythii Apollinis templum incendisset, tempestate et frigore exercitum amisit. Polycrates, Rex Cappadociæ; qui somniavit Solem et Lunam uri: qui a præfecto Darii regis occisus est. Epaminon,[15] ejus filius, Rex; qui Thebas Græcorum pugnando vicit. Periander Rex, qui Corinthi regnavit; omnia terra et mari Romanis subjugavit. Timoleon, qui Corinthi fratrem suum regnantem interfecit. Idem et Dionysium Siciliæ Regem expulit, neque ipse ab offerentibus regnum accepit, sed arcem quoque demolitus est. Hic cum convitia mala audiret, ait, Tota vita mea id egi, ut omnes liberi essemus.

CAP. XXXIII. REGES ASIÆ ET PERGAMI.

EUMENES Carduenus[16] Philippi Alexandri armiger bellicosissimus, sed parum prospera fortuna usus; adeo tamen terribilis, ut vivente eo nemo ausus sit Rex appellari. Antiochus jam scriptus est. Eumenes alius, qui Romanos Macedonico bello juvit cum milite suo. Attalus, qui pro Romanis sæpe pugnavit. Nam testamento[17] suo populum Romanum hæredem fecit.

CAP. XXXIV. REGES PONTI ET BITHYNIÆ.

PHARNACES, Rex Bithyniæ, filius Mithridatis; qui bello civili, quod in Pharsalica gestum est, milite patris sui Syriam invasit, et adventu Cæsaris, antequam in congressum ejus veniret, ipso terrore nominis sui victus refugit in Pontum. Prusias Rex, amicus populi Romani; ad quem

NOTÆ

luisse diripere, vel e Justino notum est. De somnio non Polycratis, sed filiæ illius, vid. Herodot. III. 124.

15 *Epaminon*] Heinsius et Perizon. emendaverant *Epaminondas*. Ego neque hunc neque illum puto filium fuisse Polycratis. Fortassis tamen de Epaminonda Thebano aliquid dixerat.

16 *Carduenus*] *Cardianus:* Freinsh. ad Curt. X. 10. 1. In his, quæ sequuntur, videtur scribendum, addita copula, *Philippi et Alexandri*.

17 *Nam testamento*] *Tandem testamento*. Sed errat. Perizon.

Digitized by Google

Annibal victo Antiocho confugit, et, cum a Rege exposceretur per legatos, veneno se liberavit. Nicomedes, socius et amicus populi Romani, in cujus amicitia prima ætate Cæsar fuit. Qui moriens testamento et ipse Pop. Rom. hæredem dimisit.

CAP. XXXV. REGES ALEXANDRIÆ.

POST mortem Alexandri Macedonis regnaverunt Alexandriæ Ægyptum[18] octo Ptolemæi nomine, multi clarissimi viri. Ptolemæus Euergetes; qui Alexandrum apud Ozydacras[19] objecto clypeo protexit. Ptolemæus, filius Philadelphi,[20] literatissimus; qui plurimos libros Græcos scripsit. Ptolemæus Soter; qui ingenti classe Rhodios vicit. Ptolemæus Tryphon;[1] qui seditiosos in theatro sagittis occidit, alios flammis dedit. Hujus filius Cypris[2] pro Romanis multa bella gessit, adversus Garamantas et Indos. Ptolemæus, Pupillus dictus; qui Pompeium tutorem a Senatu accepit, donec pubesceret, et postea civili bello Pontino[3] interfectus est.

CAP. XXXVI. DUCES ET REGES CARTHAGINIENSIUM.

HANNO et Mago; qui Punico bello Cornelium Cons. apud Liparas[4] ceperunt. Hamilcar; qui Boccor[5] cognomi-

NOTÆ

18 *Ægyptum*] *Per Ægyptum:* Heins.

19 *Ozydacras*] *Oxydracas.* Vid. Freinsh. ad Curt. IX. 4. 26. Nam varie traditum est. Sed qui, præter hunc, 'Euergetæ' cognomen Ptolemæo Lagi tribuerint, non scio.

20 *Ptolemæus, filius Philadelphi*] Si historiæ rationem habere voluit, debuit scribere: *Ptolemæus, ejus filius,* vel, *Ptolemæi filius,* vel denique, *Ptolemæus, filius illius, Philadelphus.* Sed multis locis aberrat a veritate historiæ.

1 *Tryphon*] Quæ de hoc scribit, conveniunt in Ptolemæum, qui aliis est 'Physcon.' Vid. Val. M. IX. 2. 5. ext.

2 *Cypris*] Fort. *Grypus:* Perizon. Sed nullus hoc cognomine inter Ptolemæos memoratur. Tota periodus non nisi una litura emendari potest. Sequentia quoque partim falsa, partim corrupta sunt.

3 *Pontino*] Heinsius et Perizonius conjiciebant *a Pothino.* Malim *Pompeiano:* ne omnino videatur repugnare historiæ. Hæc conjectura debetur Freinshemio ad Flor. IV. 2. 60. quod antea non videram.

4 *Liparas*] Sic etiam Florus II. 2. 9.

5 *Boccor*] *Barcas:* Perizon.

Digitized by Google

natus est, primo Punico bello magnam partem Hispaniæ sub imperium Carthaginiensium redegit, relictis filiis quatuor, Asdrubale, Annibale, Hamilcare, et Magone. Asdrubal, frater Annibalis; qui secundo Punico bello, cum ingentibus copiis ab Hispania veniens, antequam se fratri conjungeret, a Claudio Nerone expoliatus[6] est.

CAP. XXXVII. REGES NUMIDIÆ.

SYPHAX; quem Scipio Africanus victum in triumphum traxit, regnoque ejus imposuit Masinissam. Masinissa Rex; qui Scipionem adversus Carthaginem et Syphacem equitatu adjuvit. Ab eo, inter præmia commilitii, Numidiæ regno donatus est. Jugurtha; qui scriptus est.[7]

CAP. XXXVIII. REGES MAURITANIÆ.

JUBA Rex; qui Curionem legatum Cæsaris oppressit: mox, occiso Pompeio, Catonis et Scipionis partes firmare conatus, cum se in regiam recepisset,[8] post magnificam cœnam interficiendum se dedit. Juba, rex literatissimus; qui Cæsaris Augusti jussu regnavit, et magnificentissimam urbem Cæsaream condidit.

CAP. XXXIX. QUI ADVERSUS POP. ROM. ARMA SUMSERUNT.

TATIUS, Rex Sabinorum; qui occupata arce Tarpeia in ipso foro cum Romulo decertavit, et interventu Sabinarum pacem cum Romulo fixit. Mettius Suffetius, Rex Albanorum; qui, contra fœdus, a Fidenatibus destitutus, et jussu Tulli Hostilii deligatus ad currum, et in adversa[9] actis equis, laceratus est. Porsenna, Rex Etruscorum; qui Romanos ad Janiculum obsedit, propterque Tarquinios.

NOTÆ

6 *Expoliatus*] Fort. *superatus*, vel *exsuperatus*.

7 *Qui scriptus est*] De bello Jugurthino est Cap. XVIII. Sed Jugurthæ nomen non legitur in superioribus.

8 *Cum se in regiam recepisset*] Vid. ad Flor. IV. 2. 69.

9 *Adversa*] *Aversa*, vel *diversa*: Perizon.

Digitized by Google

Tiridates; qui Corbulone Consulari viro victus et restitutus est.

CAP. XL. BELLA CIVILIA QUOT.

CIVILIA bella quatuor mota sunt in urbe a Romanis. Civile bellum primum Sulpitius Tribunus excitavit, quod subscriptam[10] provinciam Mithridaticam Sylla in Marium transferre noluisset. Secundum bellum Lepidus contra Catulum, ob metum Siciliæ[11] exspoliatæ. Tertium bellum Cæsar et Pompeius. Belli species magis, quam causa fuit, negatus a Senatu Cæsari consulatus. Ceterum utriusque æmulatio et cupiditas imperii occupandi. Nam, cum secundum mores legemque majorum dimisso exercitu venire in urbem Cæsar deberet, et docere Senatum de rebus a se gestis, atque ita triumphum consequi; simulans se gratiam timere Pompeii, negavit se missurum exercitum, nisi consularibus comitiis ratio absentis sui posita[12] fuisset. Quamobrem hostis a senatu judicatus, statuit id bello vindicare. Ac sic non consulatum modo ac triumphum, sed totum Populi Romani imperium redegit in suam potestatem. Quartum bellum Cæsar Augustus adversus complures duces: contra Pompeium juvenem bona paterna repetentem: mox adversus Cassium et Brutum in ultionem interempti patris: deinceps adversus Antonium et Cleopatram ultro bellum patriæ inferenteis.

CAP. XLI. QUOT GENERA BELLORUM.

BELLORUM genera sunt quatuor.[13] Gentile; quod cum

NOTÆ

10 *Quod subscriptam*] *Quod sibi ereptam provinciam M. S. i. M. transferri noluisset.* Freinsh. ad Flor. III. 21. 6. Perizonius pro *noluisset* scripserat *voluisset*, cetera intacta reliquerat. Ita legendum foret, *quod ereptam p. M. Syllæ i. M. transferre voluisset.* Vid. inf. c. XLII.

11 *Ob metum Siciliæ*] Freinsh. ad Flor. III. 23. 1. *metu Syllæ*. Probabile est de Sylla egisse Auctorem. Sed quid faciemus verbo *exspoliatæ?*

12 *Posita*] *Proposita:* Perizon. Nihil tentandum arbitror.

13 *Quatuor*] Et tamen tantum tria enumerat. Si Florum sequi voluit, quem et cap. præcedenti et deinde sæpe ante oculos habuit, a 'Servili' distinguere debuit 'Gladiatorium.' Vid. Flor. III. 19. et 20.

Digitized by Google

externis geritur; ut Romani cum Latinis, Athenienses cum Lacedæmoniis. Servile; quod Romani adversus fugitivos gesserunt, et contra duces eorum, Spartacum, Crixum, et Œnomaum. Civile; quo inter se certant, sicut Marius[14] et Sylla, Cæsar et Pompeius, Augustus et Antonius.

CAP. XLII. ORDO BELLI MARIANI.

INEXPLEBILIS honoris[15] Marii cupiditas decretam Syllæ Ponticam provinciam voluit eripere per rogationem Sulpicii tribuni plebis. Sylla indignatus continuo ad exercitum porrexit, et eum urbi admovit; et in patriam ingressus, Capitolium occupavit. Quo terrore victus Senatus, Mario totique factioni ejus interdixit. Profecto deinde in Asiam Sylla, Marius exul[16] cum profugisset, ac primum Minturnis in palude latuisset, tum conjectus in carcerem evasisset, interim Cinna et Octavius in urbe essent; ob hoc, occasione data, Marius redit, et se cum Cinna adjunxit, victis Octavianis partibus. Septies consul creatus sævissimis cædibus totam urbem funestavit. Sylla interim victo Mithridate in urbem reversus, prope totam Italiam in armis invenit, sub juvene Mario, Marii filio: sed omnes ejus copias partim in Etruria ad Sacriportum, partim ad Collinam portam prostravit; et reliquias adversariorum eorum, qui se dediderant, in villa publica trucidavit. Qui diffugerant, in tabula proscripsit, jure permisso ut interficerentur.

CAP. XLIII. ORDO BELLI INTER CÆSAREM ET POMPEIUM.

CÆSAR, et Pompeius, et Crassus, inita societate, imperium Romanorum possidebant. Cæsar Gallicos, Crassus Syriacos exercitus habebat. Pompeius, horum viribus fretus, in Senatu dominabatur. Post Crassi mortem apud Parthos Musus[17] Barbarus Asculanus, Quintus Lutatius Catulus.

NOTÆ

14 *Certant, sicut Marius*] Fort. *certant cives, sicut Marius.*

15 *Honoris*] 'Honorum' Flor. III. 21. 6. quem hic descripsit. Vid. ibi Freinsh.

16 *Exul*] Heinsius addiderat *Italia.*

17 *Musus*] Superiora e Flor. IV. 2.

Digitized by Google

CAP. XLIV. DE BELLO MACEDONICO.

POPULUS Romanus cum Macedonibus bellum ter gessit. Sub Flaminio Consule regem eorum Philippum vicit. Sub Paulo Persen Philippi filium. Sub Metello Macedonico Pseudophilippum. Primi belli causa, quod de injuriis Macedonum Græci querebantur. Secundi, quod fœdus cum patre suo percussum ruperit Perses. Tertii, quod falso nomen regum Macedonum Pseudophilippus invasit.

CAP. XLV. DE VARIIS CLADIBUS POPULI ROMANI.

ETRUSCO bello; cum Porsenna rex Janiculum obsedit. Gallico bello; cum Galli Senones, exercitu apud Alliam deleto, urbe incensa, Capitolium obsederunt. Tarentino bello; cum Pyrrhus ad vicesimum lapidem totam Campaniam populatus accesserat. Punico bello; cum Annibal, Cannensi exercitu fuso, ad tertium lapidem castra posuit. Cymbrico bello; cum Cymbri Tarentinas[18] Alpes occupaverunt. Servili bello; cum Spartacus, Crixus, et Œnomaus gladiatores, populata prope Italia, cum ad incendendam[19] urbem pergerent, in Lucania a Crasso, in Etruria a Pompeio Consule,[20] opprimuntur.

CAP. XLVI. DE TRIBUS PUNICIS BELLIS.

POPULUS Romanus cum Carthaginiensibus[1] dimicavit. Primum Punicum bellum navalibus copiis gestum est. Causa motus prætendebatur duplex. Altera, quod Carthaginienses Tarentinis adfuissent. Altera, quod Mamertini adversus Pœnos auxilium poscerent. Cæterum, revera præmium fuit Siciliæ et Sardiniæ possessio, fertilissimarum

NOTÆ

descripta sunt; hæc unde sumta sint non liquet. Sed mutila et corrupta esse apertum est.

18 *Tarentinas*] *Taurinas* Heins. *Tridentinas* Perizon. Ita supr. c. XXII. et Flor. III. 3. 11.

19 *Cum ad incendendam*] *Una ad incendendam:* Heins.

20 *Pompeio Consule*] Immo antequam Consulatum gesserat. Plutarch. Pomp. et Crass.

1 *Cum Carthaginiensibus*] *Ter cum Carthaginiensibus.*

Digitized by Google

insularum. Appius Claudius bellum in Siculo freto commisit; Manlius et Regulus in ipsa Africa profligaverunt; Duillius Consul apud Liparas[2] insulas; Lutatius Catulus apud Ægates, mersis hostium classibus, consummaverunt. Secundum Punicum bellum longe omnium cruentissimum fuit. Causa, quod Annibal contra fœdus Saguntum evertisset. Prima clades hujus belli apud Listernum,[3] vulnerato Patre Scipione; quem Publius Scipio, nondum pubes, protexit ac liberavit. Secunda clades apud Trebiam, vulnerato Flacco[4] Consule. Tertia apud Thrasymenum, vastato Flaminii exercitu. Quarta apud Cannas, deletis duobus exercitibus Pauli Consulis morte, Terentii fuga Varronis. Postea vero quatuor duces Punici belli gloriam sibi vindicant. Fabius sive Cunctator; qui imminentem urbis excidio Annibalem mora fregit. Marcellus; qui primus Annibali apud Nolam restitit, et inclinatam ejus aciem pæne ictus[5] cruciavit. Claudius Nero; qui venientem ab Hispania Asdrubalem cum ingentibus copiis, priusquam se Annibali jungeret, excepit, et ingenti prælio vicit. Tertium Punicum bellum majoris gloriæ quam operis fuit. Nam, Manilio Consule, inchoatum excidium Carthaginis Scipio Æmilianus consummavit; una cum Tigrane[6] cum incensa Carthagine totius Africæ urbes[7] in perpetuum repressit, quod contra fœderis pactionem Carthaginienses reparassent classes, et arma finitimis intulissent.

CAP. XLVII. USQUE IMPERIUM TRAJANI QUI VICTI SUNT ET PER QUOS, CCIV.[8]

PER Flaminium Consulem Macedonas vicit sub rege

NOTÆ

2 *Liparas*] Sic etiam Florus II. 2. 9.

3 *Listernum*] *Ticinum* conjicit Freinsh. ad Flor. II. 6. 10. vid. supra cap. XXVIII.

4 *Flacco*] Ti. Sempronio Longo. Vid. ad c. XXVIII.

5 *Pæne ictus*] *Penitus:* Heins. *Cruciavit* quoque corruptum esse arbitror. Fort. *trucidavit*, vel *prostravit*, ut c. XLII.

6 *Tigrane*] Cap. XXXII.

7 *Urbes*] *Vires:* Heins.

8 *CCIV.*] Non intelligo, quo hoc pertineat.

Digitized by Google

Perse[9] bellantes. Per Scipiones Africanos, Carthaginienses. Per Paulum[10] Consulem, Persen in Syria vicit regem Antiochum. Per Scipionem, Æmilianum Celtiberos et Numantiam. Per eundem Scipionem,[11] Lusitaniam et ducem Viriatum. Per Decimum Brutum, Galliam.[12] Per Mummium Achaicum, et Corinthum et Achæos. Per Fulvium Nobiliorem, Ætholos et Ambraciam. Per Marium, Numidas et Jugurtham. Per eundem, Cymbros et Teuthones. Per Sillam, Ponticos et Mithridatem. Per Lucullum, item eosdem Ponticos et Mithridatem: item Cilicas[13] piratas, et Armenios cum rege Tigrane, et plurimas Asiacas gentes. Sub hoc enim ad Indicum Oceanum et Rubrum mare usque pervenit. Per Caium Cæsarem, Gallias et Germanias. Britanniam sub hoc duce non tantum vidit, sed etiam navigavit Oceanum. Per Cæsarem Augustum, Dalmatas, Pannonios, Illyricos, Ægyptios, Germanos, Cantabros, totumque orbem perpacavit, èxceptis Indis,

NOTÆ

9 *Perse*] *Philippo.* Nam mox sequitur Persen a Paulo victum: quod et supr. c. XVI. et XLIV. et ibid. Philippum a Flaminino victum, ipse dixerat. Pro *bellantes* Heinsio placebat *rebellantes.* Hoc probari posset, si hic recte scriptum esset *Perse.*

10 *Per Paulum*] Freinsh. ad Flor. II. 8. 1. *Per Paulum Consulem Persen; in Syria vicit regem Antiochum per Scipionem. Per Scipionem Æmilianum*...Heinsius quoque distinctionem posuerat post 'Persen.' Dubito an post 'Persen' scriptum fuerit *Per Scipionem*, idque propter adfinitatem vocis præcedentis exciderit. Nam ita toto capite nomina Ducum ponit in principio periodi.

11 *Per eundem Scipionem*] Tribuit 'Scipioni,' quod debebat 'Cæpioni:' nam Lusitani a Q. Servilio Cæpione victi sunt. Causa erroris fuit, quod scribæ pro *Cæpione* sæpe posuerunt notius nomen *Scipionis.* Perizon. Anim. Histor. c. x.

12 *Galliam*] *Galliciam:* Heins. Vid. Flor. II. 17. 12.

13 *Item Cilicas*] Freinsh. ad Flor. III. 5. 21. post 'Mithridatem' excidisse quædam putat, eaque hunc in modum supplet: *Per Pompeium, item eosdem Ponticos et Mithridatem, item Cilicas piratas.* Nomen *Pompeii* desiderari ex ipsa re, et iis, quæ supr. c. XVIII. scribuntur, manifestum est. Sed puto sufficere, si, quæ desunt, ita suppleantur: *Per Pompeium, eosdem, item Cilicas piratas.* Heinsius *per Pompeium* posuerat post *Tigrane;* quod mihi melius videtur legi in capite periodi. Idem pro *Asiacas* legebat *Asiaticas.* Ita sane loquuntur probati Scriptores. Sed tamen sic quoque supr. c. XVIII. Et fortassis putarunt quidam sic posse dici, ut ab 'Adria,' 'Adriaticus' et 'Adriacus.'

Digitized by Google

Parthis, Sarmatis, Scythis, Dacis, quod eos fortuna Trajani Principis triumphis reservavit.

CAP. XLVIII. DE COMITIIS.

COMITIA dicuntur a comitatu et frequentia, quod Patres et Classes ad suffragia vocantur, creandorum magistratuum vel sacerdotum causa. Comitiorum autem triplex ratio est. Hæc curiata, hæc tributa, hæc centuriata dicuntur; quia hæc per curias, et per tribus, et per centurias explicantur. Si translatitium sit et solitum, de quo populus, curiatis transigitur. Si amplius, tributis. Si in summo discrimine est, tum miles ad suffragia vocatur,[14] et Comitia centuriata dicuntur.

CAP. XLIX. DE POPULI ROMANI DISTRIBUTIONIBUS.

ANTIQUISSIMA Populi Romani distributio triplex est, quam Romulus fecit: in regem, in senatum, in populum. Qui populus in tres tribus dividebatur; Titiensem, Lucerem, Ramnetem. Sequitur Populi Romani distributio sub Servio Tullio rege; qui eum in tribus, classes, centurias, divisit. Ab iteratione[15] census, ut optimus et locupletissimus quisque in suffragiis, id est, in Populo Romano plurimum valeret. Et tertia divisio est in Patronos et clientelas, qua inferiores superiorum se fidei committebant.

CAP. L. DE REBUSPUBLICIS.

RERUMPUBLICARUM tria genera sunt; Regium, optimatum, populare. Aut enim sub regum sunt potestate; ut Seleucia Parthorum. Aut Senatus; ut Massilia Gallorum. Aut se ipsi regunt; ut Athenienses solebant. Est et quar-

NOTÆ

14 *Miles ad suffragia vocatur*] 'Exercitum imperare,' et 'exercitum urbanum convocare,' dicunt Veteres. Vid. Gronov. I. Observ. I.

15 *Ab iteratione*] Hoc nihil est. Fort. *institutione*.

Digitized by Google

tum genus, quod Romani[16] commenti sunt; ut ex his tribus unum efficerent. Nam et regiam potestatem Consules habent, et plebs habet suffragiorum potestatem.

NOTÆ

16 *Romani*] Immo dudum ante eos Spartani, aliique. Sequentia mutilata videntur: nam debebat addi, quæ in Republ. Romana fuerint partes Senatus.

Digitized by Google

NOTÆ VARIORUM

IN

L. ANNÆI FLORI

EPITOMEN

RERUM ROMANARUM.

Digitized by Google

COMPENDIA SCRIPTURÆ, QUIBUS DESIGNANTUR LIBRI SCRIPTI ET EDITI FLORI.

Naz. et N. Nazarianus.
Pall. duo Palatini.
Pal. pr. et P. 1. Palatinus primus.
Pal. post. et P. 2. Palatinus secundus.
Ryck. et R. Ryckianus.
Regg. duo Regii.
Reg. F Regius in Fol.
Reg. Q Regius in Quart.
Toll. tres sequentes, quos contulit Tollius.
Flor. et Fl. Florentinus.
Magl. et M. Magliabecchianus.
Berol. et B. Berolinensis.
Duisb. et D. Duisburgensis.
Fran. et F. Franequeranus.
Voss. tres ex Bibliotheca Is. Vossii.
Voss. 1. et Voss. pr.
Voss. 2. et Voss. sec.
Voss. 3. et Voss. tert.
V. E. V. e. et vet. ed. Vetus, id est, prima omnium editio.
Ed. B. Editio Beroaldi.
Ed. S. et S. Editio Sabellici.
Ed. J. Editio Juntina.
Ed. P. Editio Parvi.
Ed. A. Editio Aldi.
O. s. et e. vel, om. sc. et ed. omnes scripti et hi sex editi.
In notis Gruteri et Freinshemii,
I. impressi.
I. q. impressi quidam.

Digitized by Google

NOTÆ VARIORUM

IN

L. ANNÆI FLORI

EPITOMEN

RERUM ROMANARUM.

EX EDITIONE C. A. DUKERI,
Lugd. Bat. 1744.

LIBER I.

Lucii Annæi, sive Flori, &c.] In antiquioribus libris, teste Salmasio, varie nomen hoc legitur, ita tamen, ut semper *Annæus* vocetur, nisi quod in aliquibus *Julium* invenit Lipsius, quibus tamen fidem non habet. *Julius* etiam Schotto citatur. Nobis ea de re nihil compertum est; nec enim quicquam sine libris veteribus vel aliorum auctorum testimoniis eruere promptum sit, quibus utrisque deficimur. Illud videtur, cognomen Flori, si alienum sit, adjectum errore, quo multis idem cum epitomatore Livii Noster habetur. *Freinshemius.* Pleræque recentiores Edd. hunc titulum præferunt, *L. Annæi, sive Senecæ*, eo quod hic Scriptor in aliis Mss. *Florus*, in aliis *Seneca* vocatur. Cur ergo non etiam priorem partem ita dederunt, *L. sive Annæi, sive Julii?* quum in nomine gentilii itidem varient scripti. Itaque prætuli titulum Ed. Græv. et aliarum quarumdam, quem etiam Nazar. et Vineti Mss. item Ryck. et Vet. Ed. habent. In aliis olim impressis, et in scripto Duisb. *L. Florus* vocatur, omisso nomine *Annæi*.

Prooem. §.1 *Populus Romanus*] Auctor Flori Francici Francis hoc aptat, cothurnum Herculis. *Fr.*

Usque Cæsarem] Ita vetustissima editio, quam potuissemus hoc quidem in loco non sequi, nam scripti omnes, quos vidimus, habent: *in Cæsarem.* Et hanc loquutionem Annæo familiarem esse scimus, quod nemo potest ignorare, qui totum legerit. Cap. 6. hujus libri: 'Substitutus in locum regis quasi in tempus.' Vulgati: *ad tempus.* Salmasius.

In Cæsarem] Alii *usque Cæsarem*, quod præferrem, nisi scripti, quos Gruterus et Salmasius videre, repug-

Digitized by Google

narent, quibus etiam suffragatur non indiligens editio, quæ decimo superioris sæculi anno prodiit. Ita loquitur Noster infra, fine præfationis: 'In sæculum nostrum.' *Fr.* Sic mox n. 6. 'In App. Claudium,' et II. 17. 5. 'In Cæsarem Augustum.' Suet. Vesp. 6. 'Deposita simultate, quam in id tempus ex æmulatione non obscure gerebat.' Add. Salm. in Solin. p. 786. a. F. Justin. XII. 4. 'Quæ consuetudo in successores quoque Alexandri mansit.' Hoc Tanaq. Fabro durius et insolentius videtur, nisi addatur *usque:* sed vid. quæ adnotat Cl. Burmannus ad Vellei. I. 8. Horat. Epist. II. 1. 159. 'Sed in longum tamen ævum Manserunt, hodieque manent, vestigia ruris.' Ovid. Fast. V. 33. 'Hic status in cœlo multos permansit in annos.'

Septingentos] Novem adjiciunt Eutropius lib. VII. in princ. et Fasti Consulares, decem Orosius VI. 18. Velleius II. 65. 4. Tacitus post DCCXX. urbis annum, solum Augustum imperasse, principio Historiarum scribit. Dio princ. lib. LII. post DCCXXV. post Actiacam nempe victoriam, quam Panvinius ex Fastis in vicesimum secundum supra DCC. refert, qui numerus, duodecim annis, quibus cum Antonio Rempub. tenuit, recisis, idem cum Orosiano fuerit. Dionysius Halicarnasseus I. 71. bellorum civilium finem in mediam Olympiad. 187. refert, cum Roma apud eundem I. 71. et 74. et II. 2. primo septimæ Olympiad. condita fuisset: fuerint ergo anni DCCX. quot etiam subinnuere videtur Livius in præfat. n. 5. Etiam Solinus cap. 1. ad primum Augusti consulatum annos DCCX. computat. Sed Noster maluit uti rotundiore numero, quod aliis etiam auctoribus familiare est. Livius IX. 18. 8. 'P. R. octingentesimum annum bellare,' scribit: et apud Tacitum H. IV. 79. 9. 'Octingentorum annorum fortuna disciplinaque compagem eam (imperium Rom. dicit) coaluisse' ait Petilius Cerialis. Ita Justinianus in l. III. C. de V. I. enucl. ab U. C. ad suum usque imperium pene MCCC. (nam quod in Constit. ad Tribonian. §. 5. MCCCC. anni sunt, scribentis, aut describentis, error est) annos elapsos ait. Ita etiam in enarrandis cladibus, ubi cæsorum numerus refertur, rara centenorum mentio est, sed tot fere millia cæsa dicuntur. Tales enim minutas diligentias ab historico non requirimus. Sed nec communis casus observat: ex quo v. g. centumviri dicebantur Romæ, qui erant 105. postea etiam 180. Vide Bernegger. Quæst. in Tacit. 64. Sic de Geographis Strabo lib. I. Καὶ γὰρ ὁ γεωγραφῶν ὄντως πολλὰ παρίησι τῶν ἐν μέρει. Vide etiam notam ad I. 12. 2. *Fr.*

Tantum operum] *Opera gerere* plerumque dicitur de rebus bellicis. Vid. Freinsh. Indic. Add. Vell. II. 104. Curt. VIII. 1. Sueton. Domit. II. Sed sunt tam pacis, quam belli opera. Liv. I. 16. 'His immortalibus editis operibus:' quod paullo ante dixerat: 'Hæc ferme Romulo regnante domi militiæque gesta.' *Tantum opum* Voss. 3. ut *Opibus* pro *Operibus* in Cæs. Civil. I. 32. ubi vid. Clar. Oudendorp.

Ætatem ultra putet] Hoc est, putet, tantum operum tam brevi temporis spatio geri non potuisse: nam quod Stadius 'putare' pro, computare et numerum inire, exponit; id quidem alias probum est: sed huic loco parum convenire videtur; cum hic non de inquirenda vel computanda ætate sermo sit, sed jam inventa et computata cum rebus in ea gestis comparetur. Hæc eadem Flori verba ad ectrapelos, (sicut Plinio lib. VII. c. 16. in fin. vocantur) venuste refert Berneggerus, præsertim ad eum, cujus Gregoras meminit Histor. lib. II. c. 12. et Seneca ad Marciam cap. 23. fin. *Fr.* *Ætatem ultra putet*] I. e. putare possit ætatem Pop. Rom. vel imperii

Digitized by Google

extendi ultra terminum illum 700. annorum, atque adeo, ut Freinshem. tantum operum tam brevi spatio temporis geri non potuisse. Auctor Consolat. ad Liviam, comparans magnitudinem rerum gestarum Drusi cum ejus annis, hanc sententiam ita expressit vs. 339. 'Vix credent tantum rerum cepisse tot annos.' Clar. Perizonius ad oram exemplaris sui adscripserat: *Ultra* absolute, pro, ultra id spatium. Sic Plin. Panegyr. XLVII. 'Superatisque jam mille liminibus, ultra semper aliqua dura et obstantia.' Et *citra* ap. Tacit. H. III. 23. 'Tela hostium citra cadebant.'

§. 2 *Ita enim late ubique per orbem terrarum*] Optimæ et vetustissimæ S. Nazarii membranæ legunt: *Ita late per orbem terrarum*. Nec multum aliter edidit doctiss. Vinetus, nisi quod legit: *Ita enim*: sed illud *enim* nos salva sententia jubemus abesse, ut et illud *ubique*. In altero Palatino est: *Ita enim ubique per orbem terrarum*. Sed ille ut vetustate inferior, ita et bonitate. *Sal.* Recepi scripturam, quam libri et docti viri probant. Aliæ edd. *Ita enim late ubique*, duabus vocibus additis, quæ commode absunt. *Fr.* *Enim* retinent alii omnes scripti, et V. E. nec additum quidquam obest sententiæ. Quia tamen non solum a Nazar. sed etiam ab al. vett. Edd. abest, secutus sum Salmasium, Freinshemium, et Grævium. *Late* non erat in uno e Pall. Flor. Fran. et Voss. pr. *Ubique* addunt Pall. Regg. Duisb. Fran. Voss. 1. et v. e. In Magl. pro eo est *utique*. In Regg. non post *late*, sed post *arma* scriptum est. Videtur esse glossa τοῦ *late*.

Generis humani] Ita magnitudine Romana totus prope orbis involvitur, ut ei nihil accidere possit, quin universos contingat. Sic infra IV, 3, 8. 'Cum Romanæ dominationis, id est, humani generis conversione.' Sic Suetonius, Calig. 13. 1. 'Pop. Rom., vel, ut ita dicam, hominum genus.' Apud Tacitum, III. 59. 5. 'Sic imbui rectorem generis humani.' *Fr.*

Facta] Codex vetus, quem Christoph. Puteanus, et Regius, quem Samuel Sciassius, nec non Serenissimæ Suecorum Reginæ Christinæ, quem olim Antwerpiæ vidi, *generis humani fata* scribunt: verissime. Qui populi, inquit, Romani res gestas cognovit, omnium regnorum et rerum publicarum fortunam et conditionem cognovit: is scit et videt, quæ sit omnium gentium et populorum fortuna et status, qui a Romano imperio pendebat, victis plerisque orbis habitabilis et antiquis cogniti gentibus. Non nego vulgatam lectionem posse defendi et exponi; sed hæc vetustorum librorum scriptura elegantior est, et ingenio hujus Scriptoris accommodatior. L. I. c. 3. 'Horatiis Curiatiisque, tergeminis hinc atque inde fratribus, utriusque populi fata permissa sunt.' Et lib. IV. c. 2. 'Philippicis campis Urbis, imperii, generis humani fata commissa sunt.' Rutil. Itinerar. lib. I. de ipsa Roma: 'Excedis factis grandia fata tuis:' ut recte viri docti. Ubi male quoque in multis editis legitur *grandia facta*. Licet fortuna tua magna sit, majora tamen sunt tua facta. Sic et alibi loquitur. *Grævius.* Codicibus, quos Celeberr. Grævius laudat, adsentiuntur Voss. 1. Regg. Berol. Magl. Duisb. et V. Ed. Et ita quoque legendum videbatur Perizonio. *Fatum* et *factum* sæpe permutata sunt, ut ostendit ad Sil. Italic. I, 277. et XI, 9. Cl. Drakenborch. Add. Cujac. Obs. XVI. 9. Forner. Rer. Quotid. VI. 9. Heins. ad Ovid. Trist. III. 6, 36. et Salmas. ad Capitol. Gordian. v. et sic liber Ryck. I. 3. 3. *facta* pro *fata*. Hoc loco vulgata scriptura facile defendi posset, ut recte Græv. si non obstarent libri scripti. Sed non probo, quod Scheffarus in Justin. XXXIX. 5. pro *quo facto* legendum putat *quo fato*.

Nam] Puto legendum esse *Jam*. Fr.

Digitized by Google

Idem conjecerat Nic. Heinsius, adscriptis etiam locis Flori e lib. I, 18, 9. III. 1, 18. et III, 12, 11. quibus add. I, 8, 5. Nec absurde: nam *jam* et *jam vero* inserviunt transitioni, et connectendæ orationi. Vid. Scheff. et Græv. ad Justin. XLI. 5. Et sic Græv. infr. IV, 12, 28. pro *nam* substituendum censet *jam*. Sed omn. scrr. et edd. Flori et hoc et illo loco habent *Nam*. Et hanc particulam sæpe eamdem vim habere ostendit Manut. ad Cicer. Ep. Famil. III. 11, et V. 20. Add. Gronov. ad Liv. XXIX, 8. et Cl. Noodt. Probabil. II. 8. Dioclet. et Maxim. XIV. et de Pact. et Transact. XIII. In postrema Ed. Amstelod. Flori adnotationi Freinshemii hæc adsuuntur, 'Ms. Reg. *nam tot in laboribus*:' quæ unde sumta sint non scio.

Contendisse] Simile hoc Plutarchi est in Demosth. cap. 4. Εἰ γένοιτο τῇ φύσει καὶ τῇ τύχῃ καθάπερ τεχνίταις ἅμιλλα. Fr.

Virtus et fortuna] Tam ergo parum sine fortuna virtus effecerit, quam sine virtute fortuna. Sensit hoc Brutus, cum exclamaret, apud Nostrum 4, 7, 11. 'Non in re, sed in verbo tantum esse virtutem:' et Pausanias, quum scriberet lib. I. Τοὺς ὑπὸ Ἑλλήνων καλουμένους ἀνδρείους τὸ μηδὲν ἄνευ τύχης εἶναι. Et Maxim. Tyr. Dissertat. 24. Ἀρχούσης μὲν τῆς τύχης στρατηγοῦ δίκην· adeoque verum est interdum illud: 'Vitam regit fortuna, non sapientia:' quod firmat Sallustius, Cat. 8. 1. 'Profecto fortuna in omni re dominatur.' Et illud alterum Italorum: *Non val virtu, a chi fortuna incontra.* Sic in bello civili, quod ut ait Tacit. Hist. 3, 59, 3. 'Vitellium retro fortuna vertit, quæ Flavianis ducibus non minus sæpe quam ratio adfuit:' et Curtius 10, 5, 35. fatetur, 'Alexandrum, cum multum debuerit virtuti, plus debuisse fortunæ.' Contra 'Inguiomerum fortuna magis quam virtus deserebat,' apud Tacit. 2, 21, 3. Nam 'ei, qui ad virtutem tendit, etiamsi multum processit, opus est tamen aliqua fortunæ indulgentia,' inquit Seneca cap. 16. de Vita Beata. Hinc Plinius 'plurimum referre' putat, 'in quæ cujusque virtus tempora inciderit; in multis enim virtutis opera magna fuisse, sed majora fortunæ:' 7, 28. Hæc ergo sæpissime Pop. Rom. juvit, erexit, restituit, ut passim legimus. Unicum Taciti locum H. 3. 46, 6. annotasse sufficiat: 'Affuit, ut sæpe alias, fortuna Pop. Rom.' Ceterum Marcellinus 14, 14. nostrum imitatur, quem vide si lubet, et Plutarchi librum de fortuna Populi Romani, et Albericum Gentilem de armis Rom. 2. 12. et 13. Item Sitzman. in Rutilii Itiner. lib. I. vers. 62. *Idem.* Add. Lips. de Magnit. Pop. Rom. IV. 1. et Spanhem. ad Julian. Orat. I. p. 300.

Videantur] Optimi libri legunt hic: *viderentur*. Quod magis probo ex genio Flori: *ut ad constituendum ejus imperium contendisse virtus et fortuna viderentur.* Sic infra cap. 9. 'Ut plane publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi populum videretur.' *Sal.* Ita Reg. F, Flor. Berol. Duisb. et om. ed. Et confirmant hanc scripturam Voss. 2. 3. Ryck. et Magl. quorum in illis est *videretur*, in hoc *viderentur*. Nec tamen deteriorem putem vulgatam.

§. 3 *Quare quum præcipue hoc quoque, sicut cetera*] Optimus S. Nazarii liber: *Quare quum si præcipue hoc quoque operæ pretium sit cognoscere:* omissis illis, *sicut cetera*. Forte legendum: *Quare quum præcipue hoc quoque operæ pretium sit cognoscere.* Sal. Duo illa postrema verba absunt a quibusdam etiam optimæ notæ: sed quia in omnibus quas videre contigit editionibus retinentur, ipse etiam loco movere nolui. Salmasius ex Nazariano, qui habet, *quum si præcipue*, facit, *quumvis præcipue*. Fr. Retinet quidem liber Ryckianus has duas voces, sicut

Digitized by Google

cetera; sed cum nec Vinetus in suis libris, nec Puteanus nec Sciassius in Regio, nec Salmasius in omnium optimo antiquissimo Nazariano illas repererit, merito censuerunt homines doctissimi delendas esse; quibus adstipulor. Nec sic tamen locus hic est perpurgatus. Nam binæ hæ voculæ perperam inculcatæ præbuerunt ansam majorem labem aliis adspergendi. Codex Ryckianus: *quare cum tam de si præcipua hoc quoque sicut cetera operæ pretium sit, cognoscere: sigilatim tm̄.* Vocem *sigillatim* memini quoque præ se ferre membranas pervetustas Augustæ Christinæ, Suecorum Reginæ. Manus Flori fuit: *Quare cum præcipua quæque operæ pretium sit cognoscere sigillatim, tamen quia ipsa sibi obstat magnitudo.* Vides detersis sordibus, quas invexerant aut librarii aut scioli, omnia nunc liquida esse. Cum intrusissent *sicut cetera,* interponendum etiam *hoc* fuit, et *quæque* transformandum in *quoque,* ut et *præcipua* in *præcipue,* ne sensu omni careret hic locus. Sic vara vibiam sequitur. *Græv.* Grævius et Amst. omiserant *sicut cetera.* Sed existimavi vulgatam scripturam, quam in plerisque sc. et om. ed. ante Grævianam inveni, exprimendam esse. Si placet retineri *sicut cetera,* ea verba non aliter videntur posse exponi, quàm, *sicut cetera imperia, Quæ Romanum præcesserunt:* ut Gruter. Sed non temere est, quod ea non leguntur in multis Mss. cum quibus consentiunt Voss. 1, 2. Fran. et libri Vineti, quorum in uno tantum inter versus scripta erant; nec dubium est, quin locus sit contaminatus. In libro Ryck. sæpissime *de* scribitur pro *et.* Ita paullo ante, *Virtus de fortuna:* infr. c. I. *Primus ille de Urbis, de imperii conditor.* Et sic compluribus aliis locis. Itaque suspicor in libro illo *tam de si* scriptum esse pro *tametsi; cum* autem per errorem ortum e sequenti *tam,* et in eo codice, unde hic descriptus est, fuisse, *Quare tametsi præcipue hoc quoque, sicut cetera, operæ pretium sit cognoscere sigillatim, tamen. Tametsi,* et *tamenetsi,* sequente *tamen,* sæpe ponuntur pro, quamvis. Vid. Cæs. B. G. VII. 43. Cicer. Epist. Famil. IV. 15. et Cujac. Obs. I. 14. Et solet particulæ *tamen* aliquid hujusmodi præmitti. Unde et Perizon. inter alias conjecturas pro *quum* posuerat *quamvis;* quæ etiam Salmasii conjectura fuerat in primis curis; et adscripserat, 'sequitur enim *tamen.*' Ita partim e libro Ryck. partim ex aliis, partim e conjectura Grævii locus hunc in modum constitui posset: *Quare tametsi præcipua quæque operæ pretium sit cognoscere sigillatim; tamen, quia ipsa sibi obstat magnitudo.*

Rerumque diversitas] Sic apud Aristidem in Panathen. 'Multæ eorumdem temporum res,' &c. *Fr.*

Obrumpit] Nazarianus cum duobus Palatinis: *abrumpit.* Profecto, *abrumpit* cum vetera haberent excusa, Vinetus ex suis libris *obrumpit* reposuit: omnes tamen libri, quibus usi sumus, *abrumpit* uno consensu legunt. *Sal.* Et sic om. sc. et ed.

Faciam quod solent] Alia comparatione utitur Sex. Rufus initio breviarii. *Fr.*

Pariter atque in semet] Quomodo hic *in semet* exponi possit, nullus video. Quid enim *in semet?* Omnino emendandum *in semel.* Quod in hoc auctore hominum imperitia depravatum, ter aut quater reposuisse memini, ex veterum librorum fide. 'Insemel,' 'Insimul,' 'Ininstar,' dixerunt veteres, pro simplicibus Semel, Simul, et Instar: ut nos alibi pluribus docebimus. Posset etiam legi, *pariter atque insimul,* et magis placet quam *insemel.* 'Insimul' infra dixit. *Pariter atque insimul,* ut 'Statim e vestigio,' et 'Statim ac sine mora,' quæ sunt familiares Annæo loquutiones. 'Insemel' in Pandectis Florentinis pro, semel. *Sal. Insimul*] Vocem qua

et alias usus est Noster, et hoc in loco doctissimis viris usus putatur, restituere natalibus non dubitavi. Hactenus editi *in semet*, ex quo Gruterus *in semel*, melius quidem, sed melius adhuc illi. *Fr.* Pro *insemet*, quod et Regius et Ryckian. retinet, recte reposuerunt *insimul*. Dicitur enim eadem forma qua 'Incoram,' 'Inante,' 'Insemel.' Nec mirum *pariter* ac *insimul* συνώνυμα conjungi ab Annæo, cum hoc isti scriptori ut et aliis non sit infrequens, ut ostendit ὁ πάνυ Salmasius. Codicum tamen veterum lectionem tuendam censet vir magnæ dignitatis, ingenii, et doctrinæ, Marquardus Gudius, cujus judicio in primis multum tribuo. *In semet* autem ostendi magnitudinem, cum tanquam hominis in brevi tabella tota ejus imago ostendatur, ut sic statim *in semet* possit conspici, qualis sit. *Græv.* Quidam libri Vineti et Voss. 1. *insemel*, alii om. sc. et ed. *in semet*, quod propius accedit ad *insemel*, quam ad *insimul*. Reg. Q etiam *in semet ipso*. Locus Pandectarum, quem hic laudat Salmasius, est in l. 35. §. 7. de Contrah. emt. 'Nec interest, unum pretium centum metretarum insemel dictum sit, an in singulos eos.' Ita ibi a manu vetere fuisse, sed id deinde mutatum in *insimul*, quod alii Mss. et Vulg. habent, me docuit Vir doctiss. mihique amicissimus Henricus Brencmannus Jctus. Sed in Floro sententia loci potius videtur postulare *insimul*, quam *insemel*, ut infr. II. 17. 2. 'Simul pariter.' Idque etiam placet Bernartio ad Stat. Theb. I. 440. apud quem ad ejusdem poëtæ Silv. I. 6. 36, et ap. Racvard. Var. III. 3. plura vid. hac forma composita. De *insimul* Freinsh. in Ind. et Cellar. Cur. Poster.

§. 4 *Quasi hominem*] Nam sicut homines, ita civitates quoque et urbes nascuntur, crescunt, decrescunt, moriuntur: bellissima igitur hæc comparatio est. Eadem ratione Papirius Fronto in l. 40. D. de pec. peculium homini comparat. Marcellinus cit. loco eandem ex nostro similitudinem suo operi inserit, quam Lactantius ex Seneca (sicut ipse laudat auctorem) aliter paullo recenset. Eadem figura Plinius, 3, 5. 'Morientis Casilini reliquias' dicit. Cicero de Fin. 5. 14. pari similitudine utitur. 'Earum,' inquit, 'etiam rerum, quas terra gignit, educatio quædam et perfectio est, non dissimilis animantium. Itaque et vivere vitem, et mori dicimus, arboremque et novellam et vetulam, et vigere et senescere.' Florum imitatus videtur Nauclerus in præfat. *Fr.*

5 *Prope ducentos quinquaginta per annos*] Mirum quam diverse hic numerus concipiatur in antiquis libris. S. Nazarii membranæ *CCCC per annos*. Quod et a plurimorum veterum sententia et a vero longius abest. Alter Pal. *CC.* Alter vero cum Nazariano consentit. Nullus certe agnoscit editam lectionem. Vetusti Jordanis Codices *CCXLIII.* Quibus ratio nos cogit assentiri et scriptorum consensus. In Anacephalæosi, de regibus: 'Hæc est prima ætas populi Romani et quasi infantia, quam habuit sub regibus septem, per annos, ut diximus, CCCXIII.' Legendum est: *CCXLII.* Hoc est, quod ait heic Florus, *prope ducentos quinquaginta.* Sal. Iterum numerum non exacte definit, (vide quæ supra ad n. 1. notavimus) quem ex auctoribus cum cura eruerunt Camers et Stadius: quibus adde Livium fine lib. 1. Halicarnass. fine lib. 4. Eadem ratio temporum est apud Appianum in præfat. *Fr.* Vineti libri hic quoque valde variabant. Nam alii cccc. alii ccc. alii cc. habebant. Voss. omnes, Ryck. et Regg. conveniunt cum Nazariano. Duisb. et V. E. cum altero Pal. in Fran. est *ducentos XLIIII.* In Flor. et Magl. Tollius videtur invenisse *CCL.* Nam nihil adnotarat, nisi in Berol. deesse

Digitized by Google

numerum annorum. Idem paullo ante non male legebat *ut adoleverit*, rejecta copula *que*. Sic Liv. I. 6. 'Originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti essent...ostendit.' Et Justin. I. 5. 'Scribit ei, ut ablegatus in Persas fuerit,' cet. ubi quater repetitur *ut* sine copula. Nec necesse erat eam in medio poni.

Circum ipsam matrem suam] Quis hactenus huic lectioni controversiam movere ausus esset, vel saltem de ejus fide et sinceritate dubitare? Nemo sane. Nec quisquam quidquam ex suis libris prompsit, quod diversum esset ab edita scriptura. At omnium optimæ Nazarianæ schedæ legunt: *circum ipsam cum ipsa cum finitimis, &c.* quæ est mera balbuties: ex qua tamen expeditius loqui docebimus hunc vulgum. Legimus enim, *circum ipsas cunas cum finitimis luctatus est:* omnino eleganter: ab infantibus, qui, minus pedibus firmi, longius non audent a suis cunis discedere, et circum ipsas lusitant: sic Romani illo tempore circa mœnia hærentes sua, longius progredi non ausi, cum finitimis hinc inde lacessentibus luctabantur; cum ipsis nulla patrii soli gleba esset, sed statim hostile pomœrium, ut infra narrat. Si cui libebit vulgatam amplecti, per me liceat. *Sal.* Nazarianus Salmasii, *circum ipsam cu ipsa*, ex quo facit *circum ipsas cunas*. Gruterus et Pontanus *circum ipsam mammam*, quæ omnia ratione non carent. Verum cum vulgata lectio sine vitio sit, non immerito tuemur; alias enim forte nihilo secius legi posset, *circum ipsa mœnia sua*, quod propius ad Marcellinum accederet, quem, cum similitudine Flori uteretur, nec a verbis longius recessisse credibile est: ille enim 'Circummurana bella.' *Fr.* In chirographo Salmasii e Nazar. erat *circum ipsam cum ipsam cum finitimis*. A Voss. 1. abest *suam*.

Hæc erit] In Ed. Grævii et Amstel. *erat*. Revocavi *erit* ex sc. et ed.

§. 6 *Appium Claud.*] Non intelligit Appium Claudium cæcum, de quo infra cap. 18; sed eum cui cognomen 'Caudex,' de quo lib. 2. c. 2. *Camers.* *Quintum Claudium* perperam habent Regg. Fran. et Voss. 1.

Q. Fulvium] M. Fulvium Fasti præferunt, quod etiam Stadius notavit. *Fr.* Vid. Pighium ad A. U. 489.

Ducentos annos] Unde unde hæc scriptura? certe a nullo scriptorum exemplarium nostrorum agnoscitur, quorum optimum Laurissanum habet *CL.* Cui consentit alter Palatinus infimæ vetustatis. Sed alter de nota meliore plane exhibet *CCL.* Nec contradici potest, quo minus hæc sit vera et sincera lectio, cum Livius et Dionysius Halicarnassæus, tempus, quod sub regibus fuit, ducentis et quadraginta quatuor annis definiant, alii etiam quadraginta tribus. Hic Annæus, ut numerum rotundum efficeret, ducentos quinquaginta posuit, quos annos imperii Romani infantiæ assignavit, mox totidem ejusdem adolescentiæ tribuit. Ut igitur quingenti anni integri exorirentur infantiæ et adolescentiæ populi Romani, sex annos adjicere non est veritus præter veterum sententiam, atque adeo ipsam veritatem. Neque hoc præcise damnandum est. Cum enim primus et jucundissima et suavissima imagine urbis Romanæ tempora distribuerit in ætates, ut Lactantius loquitur, ita illos gradus et ætates partitus est, ut pene per omnia faceret æquales. Dat ducentos quinquaginta annos infantiæ, a qua imbecilli ætate transitum facit ad adolescentiam, cui totidem annos adscribit. Hæc a Bruto Collatinoque Coss. incipiens, in Appium Claudium, Q. Fulvium, Coss. desinit. Deinde juventam ipsam ab istis Consulibus usque ad Cæsarem Augustum totidem annorum, nempe ducentorum et quinquaginta, esse fingit. Quam hæc composite et

eleganter? Ab Augusto robusta illa maturitas, ut ipse vocat, cœpit consenescere: et hanc imperii quasi senectutem esse statuit, quam in Trajani tempora, quibus etiam vixit, ducentos annos patere scribit. Ut ceteris ætatibus vel potius ætatum gradibus ducentos quinquaginta annos attribuerat, ita huic extimæ ætati senescentis imperii tot assignare non potuit, nec enim ulterius vixit, et ad suam tantum ætatem perducere debuit, id quod ipse scire poterat. Præterea, etiamsi diutius vixisset, videbatur senium exuere sub Trajano, et hic erat ponendus veluti terminus ejus senectutis. Et hæc quidem hactenus. *Sal.* Adeo non displicet Stadii et Salmasii conjectura, qui *CCL.* hic, et infra n. 7. *CC.* legunt, ut etiam in textum recipere ausus sim, quam et Noster firmare videtur infra, 2, 1. *Fr.*

Patet] Frustra sollicitat lectionem hanc Camers, quæ omnino proba est. 'Patere' dicitur ætas, hoc est, habere tot annos, per tot annos extendi. Vide, si lubet, Indicem, in quem talia conjecimus. *Fr.* Add. hic Vinet. et Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 605. Herc. Œt. 165. et ad Liv. XXV. 23. *Habet* nusquam inveni nisi in Ald. Camert. et Stadii Edd.

Hoc fuit tempus viris armisque incitatissimum] Ryckianus sine copula: *Hoc fuit tempus viris armis incitatissimum.* Est hoc priscæ elegantiæ. Cic. Philipp. VIII. 'Putabam fore, ut omnes inflammati odio, excitati dolore, armis, equis, viris Decimo Bruto subveniremus.' Idem ad Fam. IX. 7. 'Nunc cum confecta sint omnia, dubitandum non est quin equis, viris.' Sic Flor. I. 1. 'Pulsi, fugati Veientes:' sic Ms. Reg. Vulgati, *Pulsi fugatique Veientes.* Græv. Voss. I. *viris armatis.* Sed correctum *armis.* Fran. *viris, armis,* et deinde *ideoque quis.* Sententia horum verborum est: Hac secunda ætate Pop. Rom. miro quodam ardore ad bella gerenda incitatus, et ad arma streuue movenda promptissimus fuit. 'Tempus' pro hominibus qui sunt in tempore. Hoc infr. I. 22. ita dicit: 'Hac ætate P. R. quodam flore virtutis exarsit ac ferbuit.' Gronov. Observ. I. 2. sed hæc interpretatio non placebat N. Heinsio, qui ad oram libri sui adscripserat *inclitissimum,* ut Columell. I. 4. 'Primo Punico bello dux inclitissimus Atilius Regulus.' Gell. ex Catone III. 7. 'Claritudo inclutissima:' et Idem XIII. 7. 'Inclutissimi poëtarum.' Sane phrasis Flori insolens est, et fortassis nemo præter eum sic loquutus est.

§. 7 *Ducenti anni*] Vide notam ad n. 6. et infr. 2, 19, 2. *Fr.* Chronologiæ rationem, et Flori ipsius locum a Freinshemio laudatum postulare, ut deleatur *quinquaginta,* recte adnotarat Perizonius.

Hæc jam ipsa juventa] Lege: *Hic jam ipsa juventa imperii, et quædam quasi robusta maturitas.* Ita Nazarianus concinnius quam vulgati: *et quasi quædam.* Sal. Quis *hic?* Nam ut de adverbio cogites cum nonnullis editoribus nihil est, cum id in sententia hujus loci Latinæ respuant aures. Repone ex Ryckiano sine mora: *Hæc ipsa juventa imperii,* ut ante: 'Hæc erit ejus infantia.' Et: 'Hoc fuit tempus viris armisque incitatissimum.' Inferius lib. III. 12. 'Hæc est illa tertia ætas populi Romani transmarina.' *Græv.* *Hæc* non displicebat Perizonio. Et sic etiam in Fran. est, et in Epist. Herm. Buschii quæ est XXXVI. inter Epistolas Philolog. Goldasti. Nec tamen id paucorum librorum auctoritate recipiendum visum fuit. Nam et *Hic* potest dici pro, tunc, hoc tempore. Vid. Interpr. Phædri ad Fab. 14. l. I. Pro *juventa* Voss. 1. 2. Regg. et Berol. habent *juventas,* de quo vid. ad II. 1. ubi itidem variant libri. *Quædam quasi* habent plerique scripti. Ita-

Digitized by Google

que id retinui cum Grævio, qui primus, quod sciam, ita edidit: etsi non video cur, quod Begero videtur, concinnius sit, quam *quasi quædam*, quod est in quibusdam sc. et om. ed.

Maturitas] Hæc vox sæpe dicitur de juventa, et constanti illa ætate, quæ et viribus corporis et prudentia superat adolescentiam. Cicero Orator. ad Brut. c. XXX. 'Sunt enim omnia, sicut adolescentis, non tam re, et maturitate, quam spe et exspectatione laudati.' Add. Nic. Heins. ad Vellei. II. 116.

§. 8 *Haud multo minus*] Libri quidam, *aut non multo minus anni ducenti:* male. Nazarianus *aut* habet; *aut* pro, *haut*, vel *haud:* nam hæc vera lectio est. *Sal. Haud multo* Ryck. Toll. Voss. Reg. Q et Fran. *aut m.* Reg. F et unus Pal. *haud non multo* Duisb. et v. e. Hæc præteriri potuissent, nisi Salmasio visum fuisset monere de scriptura Cod. Nazar.

Anni ducenti] Secundum computationem Eusebii, ab initio imperii Augusti, usque ad finem Trajani, sunt fere anni 178. et menses 6. *Cam.* Tacitus G. 37, 4. ab U. C. ad alterum Trajani consulatum 850. annos colligit. Salmasius autem putat Florum sub Hadriano vixisse, et per *seculum* istud *suum* Hadriani tempora intelligere: quapropter etiam mox *movit*, non *movet lacertos*, legendum ait. Voss. de Histor. Lat. I. 30. mavult corrigere, *anni CL.* Fr. Vossius sequutus est libros, qui tertiæ ætati P. R. itidem ut duabus prioribus, adsignant CCL. annos, ob eamque caussam putavit ab ultima ætate quinquaginta detrahendos; cum illos potius debuisset demere de annis CCL. tertiæ ætatis, ut apparet ex iis, quæ dicta sunt ad n. 7. Sunt autem ab A. U. 700. a quo quartam ætatem inchoat Florus, ad excessum Trajani anni 170. secundum calculos Petavianos.

Inertia Cæsarum] Cæsares curam imperii abjiciebant, partim ne a voluptatibus suis avocarentur; partim quia subditos imbelles esse malebant. *Zevecot.*

Quasi consenuit] Ms. Gudii: *insenuit:* non sperno. Quintil. Orat. Instit. X. 3. 'Quomodo sufficere civilibus officiis possit, qui singulis actionum partibus insenescat?' Ceterum ipsa Roma tanquam effœta Matrona queritur apud Claudianum bello Getico: 'Ipsa ego, quæ terras humeris pontumque subegi, Deseror; emeritæ jam præmia nulla senectæ.' *Græv.* Sed alia significatione homo dicitur 'insenescere alicui rei;' alia imperium, vires, opes, aliaque 'senescere' et 'consenescere,' i. e. paullatim debilitari, et minui, ut vires hominum minuuntur senio. Multa hujus generis congessit Doctiss. Wass. ad Sallust. Catil. c. XXI.

Decoxit] Hoc est, decoctum est, activo verbo quasi neutraliter usurpato, qua loquendi ratione nulla Tacito frequentior, ut merito facessat inde corrector ille cum novis suis cogitationibus. Sed et alii auctores passim ita loquuntur. Hoc ipso verbo Tertullianus ita utitur, adversus Gentes cap. 42. 'Templorum vectigalia quotidie decoquunt.' Ita Livius verbo 'Abolevit,' I. 23, 4. Vide quæ congessit Barthius in notis ad nonum versum Cynegetici Gratii. Item, si lubet, Indicem nostrum Justinianum in *Convertit*. Et Agell. 18, 12. *Fr.* Non est, ut doctissimo placet Freinshemio, decoctum est: sed decoxit suas vires, hoc est, minuit, detrivit populus Romanus, sicut *decoxisse* dicitur qui opes suas decoxit, hoc est, perdidit, et dilapidavit. Sæpe casui quarto additur. Pers. Sat. V. 'Hic campo indulget: hunc alea decoquit: ille In Venerem putret.' Quintil. II. 4. 'Materiam primam esse volo vel abundantiorem, atque ultra quam oporteat fusam. Multum inde decoquent anni, multum ratio

Digitized by Google

limabit, aliquid vel usu ipso deteretur.' Symmachus: 'Senectus nihil decoquit firmitatis.' Sæpe casus omittitur: Colum. XI. 1. 'Nam quamvis interdum emendatum sit perperam factum vel imprudentia, vel negligentia, res tamen ipsa jam domino decoxit:' scilicet fructus ei debitos. Plin. XXXIII. 10. 'Postea divites cognominati, dummodo notum sit, eum, qui primus accepit cognomen, decoxisse creditoribus suis:' scilicet pecuniam, quam illis debebat. Est translatio a liquidis, quæ decoquendo minuuntur. Nota est 'Decocta' Neronis apud Suetonium. Non hæc tot verbis persecutus essem, nisi viris insignibus hic aquam hæsisse vidissem. *Græv.* Add. quæ de hoc verbo adnotarunt Casaub. ad Pers. Sat. I. 125. et Perizon. ad Sanct. Minerv. IV. 4. 107. Barthius ad Claudian. Consul. Mallii Theod. vs. 181. 'Decoxit' in h. l. Flori itidem accipit pro, decoctum est, et alia nonnulla adfert, quæ eodem modo dici putat. Sed videndus est de his Sanctius in Minerv. IV. 3. et ibi Perizon. n. 13.

Nisi quod sub Trajano Principe movet lacertos] Lectionem Nazariani Codicis hic revocamus: *movit lacertos.* Ex qua colligimus, Annæum Florum hanc epitomen scripsisse atque edidisse sub Adriano, non sub Trajano. Sane hujus scriptoris plurimam sub Adriano Imperatore mentionem, sub Trajano nullam invenio. Vide Ælium Spartianum in Adriano, ubi etiam Florus Poëta vocatur. Apud Charisium, multis in locis, scripti cujusdam, sive epistola sit, occurrit mentio ad Divum Adrianum. Adriani igitur temporibus hunc floruisse pro comperto habeo. Sub Trajano vixisse etsi non negem, imo vixisse etiam censeam; sub eo tamen admodum notum fuisse, aut aliquid scripsisse non puto. Id maxime evincit, quod hoc loco scribit, ducentos annos in seculum suum ab Augusto numerari. Qui numerus annorum tempora Trajani multis annis excedit, et ultra Adriani ultima etiam tempora excurrit. Verum est igitur, hoc loco legendum esse: *sub Trajano movit lacertos.* Sal. *Movit* legendum putat Camers, et multis defendit Salmasius: nec ratio Gruteri, qua Camertis lectionem improbat, satis in diversum valet, ideoque in textum recipienda videbatur, præsertim cum in Nazariano ita legatur, Salmasio teste. Sed quoniam in præsenti loqui pergit, *revirescit*, vix dubito quin illud alterum verum sit. Præsertim, quia nec Hadriani mentionem omissurus erat Florus, si ipso jam imperante scripsisset. *Fr. Movet* etiam Vossius l. d. et Gruter. ac Rupert. ad h. l. tuentur multis rationibus, sed non omnibus, ut mihi quidem videtur, æque validis. Putant Voss. et Grut. repugnare inter se, quod dicit Florus *in sæculum nostrum*, et *movit lacertos:* sed non necesse est verba *in sæculum nostrum* referri ad res et tempora Trajani, quippe quæ non minus de Flori ætate, ac tempore, quo eum scripsisse putat Salmasius, accipi possunt. Nec quidquam obstat, quo minus conjungi possint *movit* et *revirescit*, hoc sensu: Postquam sub Trajano movit lacertos, nunc sub Hadriano revirescit. Majorem vim ad tuendam scripturam vulgatam habet argumentum Freinshemii, Florum, si Hadriano imperante scripsisset, non videri omissurum fuisse illius mentionem; quod pluribus urget Rupertus. Et in ea sententia erat etiam Is. Vossius, qui ita adnotaverat: 'Optimus Ms. *movet*, et sequitur *revirescit*. Unde manifestum sub Trajano scripsisse.' Itaque non muto vulgatam, quam consensus aliorum Mss. præterquam Voss. 3. qui cum Naz. conspirat, et Vett. Edd. tuetur. Verum quidem est, quod dicit Salmasius, terminum 200. annorum post Augustum et A. U.

Digitized by Google

700., etiam ultra ultimam ætatem Hadriani, qui obiit sub A. U. 891. excurrere. Sed Florus in hoc prooemio non conficit rationes Chronologicas, nec præcise 200. annos, verum non multo minus quam 200. ab Augusto ad sæculum suum esse dicit.

Præter spem omnium] Fit tamen nonnunquam. Claud. de bello Getico: 'O quantum mutata tuo fortuna regressu! Ut sese pariter diffudit in omnia regni Membra vigor, vivusque redit color urbibus ægris.' *Græv.*

Revirescit] Simili verbo et sensu Curtius 10, 9, 5. 'Non revirescit solum, sed etiam floret imperium.' *Fr.* Sic Ovid. Metam. VII. 305. de sene, cui restituitur vigor juventæ: 'Arte suum parili revirescere posse parentem:' quem locum adscripserat Perizon. Et apud eumdem Met. IX. 430. in duobus scriptis: 'Fatis revirescere debent Callirhoë geniti.' Sed contra alios, in quibus est *juvenescere*. Vid. ibi Heins. Columell. de R. R. II. 1. 'Quum semel invasit senectus, regressum non habet, nec revirescere aut repubescere potest.'

CAP. 1 *De Romulo primo Romanorum Rege*] Historiam Romuli præter Nostrum invenies apud Livium 1. Justin. 43. Solin. in princ. Victor. de Viris illustrib. cap. 2. Sex. Ruffum de vita regia, Entrop. 1, 4. Oros. 2, 5. Plutarch. Dionys. Halicarn. 1. et 2. Valer. Max. 3, 2. et 5, 3. Plinium 8, 17. 14, 12. 15, 18. et 29. 16, 45. 18, 2. 34, 6. Augustinum de Civit. Dei 2, 17. 3, 6, 13, 15. Lactant. 1, 20. et 2, 7. Virgil. Æn. 8, 635. Ovid. 3. et 4. Fastorum. et 14. Metam. Horatius Carm. 3, 3. Propert. lib. 4. *Cam.* Addatur Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴ apud Scaligerum in edit. Eusebii, item alia excerpta Græca ibid. pag. 387. f. Varro de Re Rust. 3, 1. *Fr.*

§. 1 *Primus ille*] *Illi* legi mavult Pontanus, ut ad P. R. referatur. Mihi vulgata verior est; ita infra 3, 10. 20. 'Ille corpore, armis, spirituque terribilis, &c. Vercingentorix:' quamvis nec illa sensu vel ratione careat. *Fr.*

Romulus] A 'ruma,' hoc est, mamma ita dictus a quibusdam; quod refert et damnat Festus. Est autem a 'ruma' Ruminus Jupiter apud Augustin. de Civ. D. 7, 11. *Id.*

A Marte genitus] Leve hoc quidem est, et vix dignum notatu, expungendam esse præp. *a.* *Conditor Romulus fuit, Marte genitus et Rhea Silvia:* ita lege ex consensu veterum omnium Codicum. Nec aliter duo vetustissimi Jordanis, quorum alter Longobardico charactere scriptus est. *Sal.* Hanc scripturam, cum in libris reperta etiam viris doctis probetur, et Flori genium sapiat, recepi lubens, alii *a Marte.* Fr. His ludibriis natalium dedecus occultabant. Herculis pater Juppiter, Alexandri Magni, Seleuci Nicatoris, et Octaviani Augusti draco. Vere Ausonius: 'Martem, Remumque, et conditorem Romulum, Primos parentes nuncupans: Credo quod illi nec pater certus fuit, Et mater est vere lupa.' Spurii sæpe viri maximi evaserunt. Sic Jugurtha: Sallust. Jugurt. c. 6. Exempla alia non pauca sunt in promptu. *Græv.* De nominibus matris Romuli sunt epistolæ Ryckii et Perizonii, ab hoc ad finem lib. VII. Æliani Histor. Var. publicatæ.

§. 2 *Hoc de se sacerdos gravida confessa est*] Ita legit Gruterus ex Mss. et in Jordane reperiri testatur. *Fr.* Nullam huic lectioni controversiam moveo, munitæ præsidio veterum librorum, quotquot ipse allive inspexerunt. Non tamen de nihilo est, quod apud Jornandem, qui Flori ipsa verba descripsit, legatur: *Hoc sese Vestæ sacerdos gravidatam confessa est.* Non hæc ex Jornandis penu. *Gravidare* pro, implere, gravidum reddere, vox est optimi seculi, sed vulgo minus nota. Cicero II. de Natura Deorum:

'Profecto ipsa terra eadem vi continetur et arte naturæ: quippe quæ, gravidata seminibus, omnia pariat et fundat ex sese.' Cæcilius Titthe apud Nonium: 'Per mysteria hic inhoneste gravidavit probro.' Ubi Nonius: *gravidavit*, implevit; nimirum puellam. Hanc locutionem in Floro cum non intelligerent, mutarunt eam in sibi magis familiarem, qui rudibus illis seculis istum scriptorem aut descripserunt, aut ad captum suum interpolarunt. *Græv.* Lipsius quoque in Recitationibus ad Florum scribit, *gravidare* esse purissimam et latinissimam e Latio vocem, nec improbat scripturam quæ est in Jordane. Ea etiam Petronius videtur fuisse usus apud Sarisber. Policr. VIII. 7. de cœna Trimalchionis: 'Porcum sic gravidari posse miraberis.'

Abjectus in profluentem] Ita Severus Albini filios 'cum matre percussit, et in profluentem abjici jussit.' Capitolin. in Albino cap. 9. *Fr.* Plane iisdem verbis de Romulo Quintil. Inst. Or. III. 7.

§. 3 *Amnem repressit*] Ita legendum. Nec quicquam mutamus. Alter tamen Palatinus habet: *agmen repressit*: quod si cui placet, poëticum erit: 'Leni fluit agmine Tybris.' Nimis poëticum, nec probum. *Sal.* Est hoc poëticum, et in historico non ferendum. Tiberinus Deus Tiberis. Claud. Consulatu Olybrii et Probini: 'Accepit sonitus curvis Tiberinus in antris, Ima valle sedens.' Vide sequentia, ubi eleganter describitur. *Græv.* In Floro et alia poëtica sunt, in bono Historico non ferenda. Et possit hoc scribens videri respexisse ad illa Virgilii, a quo non pauca sumsit, quæ Salmas. adnotat e Virg. Æn. II. 781. 'Ubi Lydius arva Inter opima virum leni fluit agmine Tibris.' Itaque non tam ob hanc rationem præfero vulgatam, quam quod ea auctoritate plurimorum et optimorum Mss. et om. ed. nititur.

Ubera admovit] Libri quidam et Jornandini veteres: *uberam movit*. Forte: *uber admovit*. *Ammovit* pro, *admovit*, ut *ammoveo*, et similia sexcenta passim in scriptis libris. *Sal.* Concinnius veteres, *lupa sequuta vagitum uber admovit*. Id. in Append. Est ex vett. Salmasii hæc lectio, quam ipse probat, nec quisquam improbaverit. Utrum autem vera lupa fuerit Romuli nutrix, dissentiunt auctores. Affirmant Plutarchus Parall. cap. 65. Virgil. Æn. 1, 279. Cic. de Divin. 2, 20. Naso Fast. 3, 53. sed et Plinius 8, 17. et 15, 18. Justinus 43, 2, 6. qui similia recenset de Cyro 1, 4, 10. de Hierone 23, 4. 7. de Habide 44, 4, 5. ad 11. Sic de Ægistho Procop. lib. 2. versu th. pag. 236. de Iamo Pindarus Olymp. Hymn. 6. Contra Livius 1, 4, 8. diversam opinionem refert, quam omnino amplectitur Lactantius lib. 1. cap. 20. in pr. Eutropius 1, 3. in fin. Vide Constant. Manassem rerum 1613. Item Excerpta Nicolai Damasc. apud Valesium. *Fr.* *Sequuta vagitum* est in plerisque scriptis, et edd. V. nec non Freinshemii et Grævii.

Matremque se gessit] Nazarii Codex: *se cessit*. *Cessit* pro *gessit*. Jordanes more suo explicavit: 'matrisque gessit officium.' Potuit et simplicius loqui Florus: *matremque gessit*. Sic Statio 'Hominem gerere.' Apuleius: 'Ædilem gerit.' Ita passim optimi auctores loquuti. *Sal.* De permutatione literarum *c* et *g*, vid. etiam ad II. 2. 27.

Arborem] Ficum nempe, sub qua mammas dederat infantibus lupa, quæ 'Ruminalis' est appellata ex argumento, nempe a ruma, ('Rumen' appellat Plin. 15, 18. 'Rumis' est Varroni de Re Rust. 2, 1.) quod est, mamma. Festus et Plutarch. Quæst. Rom. 57. Livius 1, 4, 5. 'Romularem vocatam ferunt,' ut ita a Romulo nomen acceperit. Meminit ejus Tacitus extremo Annali 13. *Fr.*

Digitized by Google

Regis pastor] Quis non damnet scripturam optimi Nazariani, *gregis pastor?* Eamdem tamen etiam retinet non pessimæ notæ alter Palatinus. Jordanes melius: *regii gregis pastor:* et parum abest, quin ita scribendum esse existimem, cum propter similitudinem duæ illæ voces facile in unam potuerint coalescere. *Sal.* Nazarianus, ut jam olim monuimus in Notis, *gregis pastor*. Jordanes veram lectionem nobis conservavit, quæ est *regii gregis pastor:* quod cunctanter olim ponebamus, nunc dubitatione prorsus carere nobis videtur. Addunt quidam libri nomen pastoris: *Faustulus regis pastor:* quod nescio an Flori sit. Saltem id moris minime habere illum scio, ut multos nominatim designet. Lib. IV. ‘Exstat vox ejus ad trepidum gubernatorem:’ quidam etiam libri loco illo addunt, *ad gubernatorem Amiclatem*. Paullo infra: ‘Spolia insuper opima de rege:’ Jordanes habet, *de rege Acrone*. Hæc non Flori sunt, sed aliorum: qui, cum hæc nomina ex historia tenerent, illa huc intruserunt, præter auctoris voluntatem. *Id.* in Append. Nicolao Damasc. in Excerptis a Valesio editis συοφορβὸς *subulcus*. Fr. Reg. Gud. prim. Excerpta Put. Ryck. æque ut Nazar. et Pal. *gregis pastor*. Nimirum altera vox propter affinitatem litterarum intercidit, quam servavit Jornandes, in quo recte scribitur, *regii gregis pastor*. Græv. Voss. Fran. Regg. Toll. Duisb. et V. E. *gregis pastor*. Freculph. Chron. T. I. lib. 3. c. 12. et omnes Edd. post primam *regis pastor*. Hoc probabat Gerardus G. J. F. Vossius, et Perizon. adscripserat eam lectionem publicam esse. Nec tamen inconcinnum est *regii gregis pastor*. Quod non sine ratione præferunt Viri Docti. Justin. I, 4. ‘Pastor regii pecoris.’ Liv. I, 4. ‘Magister regii pecoris.’ Histor. Misc. lib. I. ‘Regii pastor armenti.’ *Faustulus* addunt Nazar. Ryck. Florent. Berol. Duisb. Jord. et o. e. v. Et ita e Ms. suo legit Ernstius ad Valerii Probi Notas cap. XVII. Sed recte Salmasius.

§. 4 *Lavinium*] De quo Livius 1, 3, 3. Ælian. Histor. Anim. 11, 16, 3. ubi pro ῴκησε malim legere ἔκτισε. *Fr.*

Contempserat] Non voluerat Lavinii habitare, Albam sedem Lavinio prætulerat, ut Juven. XII. 71. ‘Atque novercali sedes prælata Lavino.’ *Contemnere* rem aliquam, interdum est, ea non delectari. Vid. Græv. ad hæc Ciceronis de Offic. I. 1. ‘Quorum uterque (Aristoteles et Isocrates) suo studio delectatus contemsit alterum.’ Cicer. ad Attic. II. 16. ‘Te in Arpinati videbimus, et hospitio agresti accipiemus; quoniam maritimum hoc contemsisti.’

Jam bis septima sobole] Primus advertit Camers, hic *bis* desiderari, et mirum in re tam clara, in tanta luce historiæ, ita illud *bis* potuisse intercidere. Nam sane neque duo antiquissimi Jordanis Codices Bibliothecæ Palatinæ, nec Flori calamo exarati libri, nullæ veteres editiones *bis* repræsentant. Quid igitur? putamus olim exaratum fuisse: *Ab his Amulius II. septima prole regnabat.* Hoc est, *bis septima:* quod imperitis librariis imposuit, qui pro eo *jam* substituerunt. Legendum igitur, ut diximus, expuncto illo *jam*, quod ad sententiam nihil facit: *Ab his Amulius bis septima prole regnabat fratre pulso*. Sal. *Jam bis septima*] Ita legit Camers, et probant Viri docti. Salmasius etiam vocem *jam* ejicit. *Fr.* *Ab his Amulius jam bis septima sobole regnabat*] In hanc scripturam conspirant omnes libri veteres Annæi. Ineptam tamen eam esse et non convenientem Latinæ civitati, qui animum advertet Latine doctus, non inficiabitur. Quis enim diceret: *Ab his quarto decimo filio regnat Amulius?* Jam pridem vidi legendum esse so-

Digitized by Google

boles, et hanc lectionem a multis annis probavi hominibus doctissimis. Nunc tamen cum hisce notis conscribendis manum admoveo, deprehendo sic Jornandem recte legisse: *Ab his jam bis septima soboles regnabat;* hoc est: Quartus decimus erat rex, ad quem ab Ænea et Iulo regnum per ordinem successionis descenderat. Quin sic legi apud Jornandem video notasse doctissimum Vinetum, quod miror non advertisse tot viros summæ doctrinæ, qui in hoc edendo et corrigendo scriptore desudarunt. *Græv.* *Jam* est in om. sc. excepto Fran. in quo est *nam VII. sobole:* et ed. Nec facile illud auctoritate Salmasii ejecerim. Nam æque suspicari licet *II.* notam numeri consulto a librariis omissam, quod eam supervacuam et ex ultima litera voculæ *jam* repetitam existimaverint, quam pro *II.* ab iis *jam* substitutum fuisse. *Soboles* haud dubie melius est, quam *sobole:* sed putavi exprimendum, quod erat in om. sc. et ed. Flori. *Bis* recipiendum postulat ipsius rei veritas, etsi ab om. sc. et Vett. edd. abest. V. Ed. hic singularis est: nam habet *septimus sobole.* Non habeo quo id defendam. Quærant alii.

§. 5 *Face*] De translata hujus vocabuli significatione, pro omni vehementi adfectu animi, quo quis incitatur, plura Barth. ad Claudian. Consul. Olybr. et Prob. vs. 155. et de Bell. Get. vs. 499. Freinshem. Ind. Flori: et Interpretes Phædri ad l. I. Fab. 1. qui et ad Fab. 2. ejusd. lib. docent, 'arcem' sæpe dici pro violenta dominatione, quæ libertatem opprimit. 'Patruum' hic dici pro patruo magno observavit Ferrandus: Add. lib. 2. Explication. in l. 1. D. de Success. Ed. Sic 'Avunculus' pro avunculo magno. Vid. ad Liv. Epit. CXVII.

Fluminis amator] Natale solum summe diligi, omnia auctorum loca clamant; etiam iste, cui addatur Sueton. Calig. 8, 13. Vespas. 2, 3. Cicero de Il. 2. 1. Ammian. 22, 21. f. *Gruterus.* Adde l. 1. §. 15. Si quid in fraud. patroni. Leunclav. Annal. Turc. pag. 405. Albæ relictæ causam addit Plutarch. in Rom. c. 12. quod nimirum neque privati volebant Albæ vivere hi gemelli; neque regno avum maternum exuere. *Fr.*

§. 6 *Uter auspicaretur, et regeret*]. Freinshem. in Ind. v. *Auspicari*, supplet Urbem, et *auspicari Urbem* exponit, inchoare. Florus hoc vult, opinor: Uter auspicato, vel suis auspiciis, Urbem conderet, et regnum in ea teneret. Liv. I. 6. ita: 'Ut Dii, quorum tutelæ ea loca essent, auguriis legerent, qui nomen novæ Urbi daret, qui conditam imperio regeret.' Dionys. Halic. I. 86. 'Ut Deorum judicio permitterent, utrius colonia dicenda esset, et penes quem futurum esset, imperium.' Ennius ap. Cicer. de Divinat. I. 48. de eorum contentione: 'Certabant Urbem Romam, Remoramne vocarent. Omnibus cura viris, uter esset Induperator.' Et Ovid. Fast. IV. 811. 'Mœnia ponere utrique Convenit: ambigitur nomina (N. Heins. *mœnia:* sed alteri lectioni aliquid præsidii esse videtur in locis prolatis) ponat uter.' Eadem sunt, 'uter nomen urbi daret,' et 'uter eam auspicato, vel suis auspiciis, conderet.' Nam nomen urbi dabat is, cujus auspiciis ea condita erat. Hoc Florus *auspicari* dicit, satis obscure, et inusitate. Nam aliis *auspicari* est, auspicia petere, auspicio operam dare: quod utrique fecerunt. Nam vulgus pastorum eos æqualiter præfecerat imperio, sed ita, ut de regno pararent inter se, ut apud Diomed. Grammat. Lib. I. p. 379. scribit Cassius Hemina, cujus verba e Ms. emendat Gronov. Obs. I. 10. Hoc autem illi judicio Deorum et augurio permiserunt. Ennius l. d. 'Curantes magna cum cura, concupientes Regni, dant ope-

ram simul augurio auspicioque.' Et sic Lipsius in Recitationib. interpretatus fuerat: *Uter auspicaretur*, i. e. uter auspicato conderet, vel condere inciperet, Urbem.

. *Adhibuere piacula*] Aut nos nescimus quid sit 'piaculum,' aut vox *piacula* hoc loco omnino aliena, et vocis hujus τὸ ξένον in hac significatione miramur. Jordanes Episcopus etiam in vetustissimis libris habet: *adhibere placuit Deos*. Quod an repererit in libris, an ipse excogitaverit, divinare non possumus. Livius: 'Ut Dii, in quorum tutela ea loca essent, auguriis legerent, qui novæ urbi nomen daret.' *Sal.* Quid sibi velit hæc vox, eo excusatius ignoro, quod et Stadio et ipsi Salmasio peregrina videtur. De re nulli dubium: sed quod in hujus locum verbum substitui oporteat, ambigitur. Ego, cum in Jordanis libris reperiatur *adhibere placuit Deos*, ec ab ea sententia nec a nostræ lectionis vestigiis longe abiturum puto, si hic rescribatur: *adhibuere oracula*. ''Oracula' enim ex eo ipso appellata sunt, quod inest in his Deorum oratio,' secundum Ciceronem in Topicis cap. 20. Eadem igitur loquendi figura fuerit 'adhibere Deos,' et 'adhibere oracula:' hoc est, orationem Deorum. Cur autem Deos adhibuerint, ratio in præcedentibus verbis est, 'Gemini erant,' et ita nulla ætatis prærogativa, quam in tali casu observari gentium juris est. Vide Justin. xxi, 1, 1. et ibi not. Berneggeri. Quanquam enim per naturam simul edi non possunt, sed ut alter antecedat necesse sit: tamen interdum ita ambigua ea res est, 'ut nec judiciali subtilitate exquiri possit,' l. 10. §. 1. de reb. dub. quod multo magis hic accidisse oportet, ubi partu remotis arbitris edito, mater, quæ sola scire poterat, jam pridem vita concesserat. Adde l. si fuerit legatum: in fin. de reb. dub. Joh. Andr. in addit. ad Speculat. l. 4. par. 3. C. de feudis. *Fr.* Nullus dubitavi submovere hanc lectionem nullius sententiæ, jam pridem damnatam a doctis editoribus, quamvis pro illa pugnent Veteres libri. Reposui autem quæ in Jornande Episcopo, qui melioribus usus est codicibus, quam nunc supersunt, reperiuntur verba, *adhibere placuit Deos*, hoc est, Deos consulere per aves. Id enim simpliciter *adhibere* notat eleganter, ut ostendi, et pluribus hanc lectionem asserui olim in notis ad Luciani Solœcistam. *Græv.* Pag. 749. Ed. Amstel. ubi idem placuisse J. F. Gronovio scribit. De significatione verbi *adhibere* aliquem, pro, in consilium adsumere, vid. Victor. ad Cicer. Ep. Famil. xi. 7. Jo. Schultingium, quem ibid. laudat Grævius, ad Senec. Suasor. iii. p. 25. qui et ipse scripturam, quæ est in libris Jordanis, probat. Et sic *adhibere Deos* pro, consulere, voluntatem eorum auspiciis exquirere, dicit Liv. xxxviii. 48. 'In ea civitate, quæ ideo omnibus rebus incipiendis gerendisque Deos adhibet, quia nullius calumniæ subjicit ea, quæ Dii comprobaverunt.' Etsi autem non dubito, quin præferendum sit, quod habet Jordanes; tamen scripturam vulgatam submovendam non putavi; quum et Salmasius, et alii Viri docti, qui idem censebant, eam retinuerint, contenti sententiam dixisse in adnotationibus. Nam quod scribit Grævius ad Lucian. etiam in antiquis Flori Edd. legi *adhibere placuit Deos*, id quale sit non intelligo: nondum enim ullum vel scriptum vel editum Flori exemplar exstare comperi, in quo non legatur *adhibuere piacula*. Heinsius ita multa loca Veterum de hac voce congesserat, ut videatur dubitasse an defendi posset vulgatum.

Aventinum] Ita appellatum ab Aventino rege Albano, ibi sepulto. Livius 1, 3, 12. Dionys. Halicarn. 1, 71. Ab Avente fluvio regionis Sabinæ ita vocatum scribit Varro in

Digitized by Google

libris de gente P. R. Ab hac historia, loco in summo Aventino, ubi res ea gesta est, 'Remoria' nomen mansit, teste Festo in *Remurinus*. 'Remonium' appellat Plutarch. Romulo cap. 13. et cap. 15. 'Remoniam,' quod alteri præfero. *Fr.* Locus Varronis est apud Servium in Virgil. Æn. VII. 657. ubi et aliæ sententiæ adferuntur.

Hic Palatium occupat] Ita præferunt Codices quos contulit acer et diligens Vinetus, quam lectionem sequuti sunt doctissimi viri. Nec damnamus scriptos Jordanis Codices, Palatinos, et Flori quos inspeximus, qui *Palatinum* habent, aut *Pallatinum*: sed parum interest, utro modo legatur. Livius habet 'Pallatinos.' *Sal.* *Palatinum*] Alii *Palatium*. Quamvis utraque lectio bona sit: tamen illam concinniorem puto, ut ad 'montem' referatur. *Fr.* *Palatium*, si recte vidi, habet solus Fran. ceteri o. s. et e. *Palatinum*. Præter eos, qui scripserunt de Urbe Roma, vid. quæ Docti adnotarunt ad Liv. I. 5, et 6. ad Justin. XLIII. 1. et ad Ælian. V. H. XII. 11.

Prior ille sex vultures] Non respuenda forte vetus lectio, quam nos docuit antiquissimus Jordanis Codex Longobardicis literis scriptus: *Prius ille sex vultures, hic postea, sed duodecim videt*. Habetur etiam *videt* in Nazarii schedis. *Sal.* Vide Plutarch. Romulo: cap. 13. Simile augurium Augusto consuli, urbem intranti, oblatum notat Appian. Civil. III. pag. 586. et Obsequens de prodig. c. 128. *Fr.* Regg. Flor. et Edd. excepta prima, habent *occupavit*, ut congrueret, credo, cum sequente *vidit*: nam ita Jordanes vulgatus, cum sc. et vett. ed. om. non *videt*, quod est in recens editis, et Naz. Salmasii, qui tamen ἐν τῷ κειμένῳ reliquit *vidit*.

§. 7 *Sanguine et præda*] Ita in edd. Salmasii et Gruteri. Sic infr. 4, 12, 17. 'Signis militaribus et disciplina, armis etiam Romanis adsueverat.' Ita Curt. 6, 3, 9. 'Gentes alterius imperio ac nomine assuetas.' *Fr.* Confirmant hanc scripturam Mss. Vineti, aliique om. et V. E. Vid. Gronov. ad Liv. XXXI. 35. Scheffer. ad Justin. XXXI. 1. Schulting. ad Senec. Controv. p. 86.

Pollicebantur] Simile loquendi genus infr. 1, 6, 1. 'Clarum fore visa circa caput flamma promiserat.' *Fr.* Vid. Ind.

§. 8 *Cujus dum irridet angustias Remus, idque increpat saltu*] Locus hic nos aliquantum exercuit potius quam vexavit. Suspectum sane semper habuimus; jure an injuria nondum videre potuimus. Expositio Vineti acuta quidem, vera non mihi videtur, qui hunc sensum elicit: Cum vallum transilisset Remus, occisum fuisse, incertum an jussu Romuli, an casu, an acuto vallo, in quem se induerit. In vetustis Jordanis Codicibus ita scriptum reperi: *cujus dum angustias increpat, saltu transilivit*. In Longobardico, *et saltu transilivit*. Neutrum probamus, quæ manifesto ita mutilata sunt ab ipso Jordane. Nunc culpa vacare excusam lectionem censemus. Hoc sensu: Cum vallum ut nimis angustum irrideret Remus, ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον, saltu etiam transilivit, simul verbo increpans, et re ipsa demonstrans eas valli angustias, ut etiam levi saltu transiliri possent. Hæc mens verborum illorum, *idque increpat saltu*. Sal. Male Vinetus hunc locum exponit, nec satis accurate maximus Salmasius, qui ait, cum vallum nimis angustum irrideret Remus, ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον, saltu etiam transilivit, simul verbo increpans, et re ipsa demonstrans eas valli angustias, ut etiam levi saltu transiliri possent. Sententiam quidem vidit, sed *increpare* minus recte refert ad verba. Nam *increpare saltu* est, transiliendo ostendere reprehendi hoc vallum et contemni, licet nulla vocula contem-

tum præ se ferens emittatur. Venuste meliores apud scriptores quæ sunt orationis traducuntur ad res seu facta. Sic apud Propert. 'Increpare boves stimulo.' Tibull. Eleg. I. 1. 'Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem, Aut stimulo tardos increpuisse boves.' Sic et objurgamus voce; *ferulis* tamen et *flagris objurgare* dixit Sueton. Cal. 20. 'Eos autem, qui maxime displicuissent, scripta sua spongia linguave delere jussos, nisi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi, voluissent.' Oth. 2. 'A prima adolescentia prodigus ac procax, adeo ut sæpe flagris objurgaretur a patre.' Et 'Solea rubra objurgare' apud Pers. Sat. v. Aspernamur et laudamus ore et verbis; Tacitus tamen dixit *fremitu aspernari* et *armis laudare*. De Moribus Germ. 11. 'Si displicuit sententia, fremitu aspernantur, sin placuit, frameas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est, armis laudare.' 'Admonere' quoque orationis est; Columella tamen dixit 'Admonere flagello,' et Virgilius 'Admonere telo.' 'Refutare' et 'confutare' est, redarguere verbis. Cic. tamen de Provinciis Consularibus; 'Semper illas nationes nostri Imperatores refutandas potius bello, quam lacessendas, putaverunt.' Idem in Tuscul. Quæst. 'Refutetur ac rejiciatur Philocteteus ille clamor;' id est, reprimatur. Cato apud Gell. VII. 3. 'Ne quid in consulendo adversi eveniat, quod nostras secundas res confutet.' *Græv.*

Prima certe victima fuit] Lucanus, 1, 95. 'Fraterno primi maduerunt sanguine muri.' *Fr.*

Consecravit] Simili figura D. Hieronym. in Epist. ad Rusticum: 'Roma, ut condita est, duos fratres Reges habere non potuit, et parricidio dedicatur.' In hoc dentem stringit Justinianus Const. ad Tribon. §. 10. ibi: 'Romam autem.' *Id.* De nece Remi varie prodiderunt Veteres: Liv. I. 7. Dionys. Halic. I. 87. Plutarch. Romul. Ovid. Fast. IV. 837. et Serv. ad Virg. Æn. VI. 780. Veram causam aperire videtur Cicero de Offic. III. 10. Add. Augustin. de C. D. XV. 5. Ceterum hinc deinde muri sancti habiti sunt, ut est in l. ult. D. de Divis. rer. et §. 10. Inst. eod. quod ab ipso Romulo constitutum indicat Liv. I. 7.

§. 9 *Imaginem Urbis*] Ita apud Appian. de Bell. Punic. legatis Carthaginiensium respondet Censorinus: *Vos, non vestrum solum, putamus esse Carthaginem*. Ita Themistocles ait: 'Patriam municipes esse, non mœnia:' apud Justin. 2, 12, 14. ubi notam Berneggeri vide. Eodem sensu infra 2, 2, 49. Hinc apud Tacitum H. 1, 84, 1. 'Quid? vos pulcherrimam hanc urbem, domibus et tectis, et congestu lapidum stare creditis?' *Fr.* Speciem aliquam Urbis, sed vanam, et sine re, quod incolæ deerant. Liv. XXV. 36. 'Ut tamen aliquam imaginem valli objicerent, clitellas illigatas oneribus circumdabant.' Vid. Heins. ad Vell. II. 30.

Asylum] De Romuli asylo nota res ex Livio 1, 8, 6. Dionysio 2, 15. et aliis. Juvenalis in falsos nobiles fin. Sat. 8. 'Et tamen ut longe repetas, longeque revolvas Nomen, ab infami gentem deducis asylo.' De abusu autem asylorum per urbes Græcas sub Tiberio vide Tacitum 3, 60, 2. et deinceps: quæ etiam ad nostros mores accommodari possunt, quando passim similis abusus invaluit. In sacris literis 'urbes perfugii' dicuntur asyla, quæ Deus ipse constituit certis quibusdam casibus. Hæc Rittershusius ad Guntheri Ligurinum 3, 386. 'Ex laribus parvis, et primi regis asylo:' fateri enim oportet, per quos profecerimus. Meminerunt hujus asyli, locique ubi conditum fuit, præter citatos Victor de Vir. illustr. cap. 2. Virgil. Æn. 8, 342. Lactant. 2, 7. Tacitus H. 3, 71, 6. Suet. Tiber.

27, 7. Plutarch. Rom. cap. 22. Augustinus contr. Crescon. 2, 13. tom. 6. Gotfrid. Histor. Brit. 2, 17. et alii. Simile asylum, sed dispari eventu apud Joseph. 18. cap. ult. *Fr.*

Latini Tuscique pastores] Alter Palatinus: *Tuscorumque pastores.* Quod ne quis ut sincerum et inculpatum arripiat, quod ita etiam habeatur in excusis Jordanis, sciat, optimos et antiquos ejusdem scriptos codices legere, *Latini Tuscique pastores;* nec aliter legendum esse. Variant etiam in sequentibus libri. Quidam ita concipiunt: *Latini Tuscique pastores, etiam transmarini Phryges, &c.* alii quidam: *transmarini,* abjecta voce *etiam.* Sed quis finis futurus esset, si omnia grandia, parva, quæcunque variant, vellem miseris chartis illinere? quod cum interdum facimus, non tam ingenio nostro obsequimur, quam voluntati quorundam, quibus id gratum esse scio, morem gerimus. *Sal.* Ejusdem generis sunt hæc in Voss. 1. *illæ adsuetæ,* et *mira vix omnium;* in Voss. 3. *rex erat unius;* in Fran. *vallum videbat....invidet angustias....atque increpat;* et alia alibi tam in scriptis, quam in editis: quæ, quum scribarum errata esse nemo non videat, prætereunda duxi.

Phryges, Arcades] Similiter Sallust. Catil. c. VI. scribit, primos incolas Romæ fuisse Trojanos et Aborigines: non quod hi tum nominibus illis distinguerentur a Latinis, sed quod gens Latinorum, quæ tum erat, e veteribus Latii incolis, Aboriginibus scil. qui ante Evandri et Æneæ adventum in Italiam Latium tenuerant, Arcadibus et Trojanis mista erat. Nam Aborigines et Phryges annis plus 400. ante Romam conditam abolitis veteribus nominibus in unam gentem nomenque Latinorum coaluerant, ut Cato Origin. I. ap. Serv. ad Virgil. Æn. I. 10. et Liv. I. 2.

Ipse fecit] Ut ingenue fatear, ignoro quid faciam hoc loco, nec enim mendo vacare certo persuasum habeo, mirorque intactum huc usque mansisse. *Fr.* Hic Freinshem. notavit: Ut ingenue fatear, ignoro quid faciam hoc loco, &c. Difficultas non est in sententia totius loci, sed in hac locutione *facere populum;* quam tamen probam esse, et idem significare quod, colligere populum, ut 'Exercitum facere' apud Sallust. olim ostendimus in lectionibus nostris Hesiodeis. Sic 'Corpus facere' est, corpulentum fieri, apud Phædrum; ut contra 'Corpus amittere' apud Cic. in Epist. est, macilentum fieri: et 'Ventrem facere' JCtis dicitur paries cum corrumpitur et incipit prominere. Gen. XII. 5. *Animas facere.* Non est ergo ut hic locus in posterum ulli sit suspectus mendæ. *Græv.* 'Facere,' 'Conficere,' et 'Efficere' infinitis locis ponuntur pro, congregare, colligere, contrahere. Vid. Gebhard. ad Corn. Nep. Hannib. c. X. Gronov. ad Liv. XXIII. 15. et XXIX. 35. Freinsh. ad Flor. III. 19. 6. Sed si *fecit* hic simpliciter est, collegit, nihil aliud dicit Florus, quam, quod jam dixerat, 'congregavit.' Præfero alteram interpretationem, quam Clar. Grævius adfert ad Hesiod. c. 13. Ex variis elementis congregando corpus unum Pop. Rom. condidit: et ipse quasi genuit, ejusque parens fuit. Eaque confirmatur verbis Ennii ibid. ab eo prolatis: 'Tu produxisti nos endo luminis oras, O pater! o genitor! o sanguen Dis oriundum!' *Parentem* et *creatorem* Urbis alii vocant. Liv. I. 16. 'Deum Deo natum, regem parentemque urbis Rom. salvere universi Romulum jubent.' Cic. pro Balb. c. XIII. 'Creator hujus urbis Romulus.' De usu vocis 'corpus' vid. Indic. et Heins. ad Vell. II. 109.

§. 10 *Res erat*] Pulcra huic sententiæ adstruas ex Stobæi titulo de nuptiis; visatur quoque Senecæ Hippolytus vs. 477. *Grut.* Talis populus fuit Ea-

senorum, apud Joseph. et Plinium 5, 17. Hoc intuitu multa privilegia matrimoniis concessere legislatores, quæ longius exequi, nostri instituti modus non patitur. Videatur l. I. et ibi Dd. D. solut. matr. *Fr.* Liv. I. 9. ' Penuria mulierum hominis ætatem duratura magnitudo erat.'

Manu capta sunt] Objicit hoc etiam Mithridates apud Sallust. in Epist. ad Arsacem: 'Romanos' nihil 'a principio nisi partum (armis) habere: domum, conjuges, agros, imperium.' Sic Silonicæ virgines choreas ducentes raptæ sunt, Judic. 21, 22. Ne idem auderent Picti in Scotorum filias, horum prudentia vetuit, qui Pictis licet novo populo matrimonia tandem non denegarunt. Joh. Monipen. in compendio Chronic. Scot. Angliæ excuso 1612. *Fr.* 'Matrimonia' pro uxoribus, et 'manum' pro vi dici notum est. De illo Casaub. ad Suet. Aug. c. XL. Bernart. ad Stat. Theb. VI. 759. et Græv. ad Justin. XLI. 2. De hoc Rupert. ad Pompon. de Or. Jur. 1. 2. et Broekhus. ad Propert. III. 16. 5. Sed vocem *capta* suspectam fuisse N. Heinsio ex eo intellexi, quod exemplari suo adscripserat ex Ovid. Art. I. 260. ' Partaque per gladios regna nocente manu:' et e Varrone in fin. lib. IV. de Ling. Lat. ' Præda est ab hostibus capta, quod manu parta.' Si quid mutandum sit, malim *rapta*. Nam quæ voluntate aliorum impetrari non possunt, melius videntur dici illis invitis *rapi*, quam *capi*, aut *pari;* et Livius, Sallustius, Ovidius, Virgilius, aliique quam plurimi in hac re narranda utuntur verbo *rapere*, non *capere*. Justin. XXVIII. 2. ' Qui cum uxores non invenirent, vi publica rapuerint.' Augustin. de C. D. III. 13. ' Ut ea (conjugia) dolo raperent.' Sed et *rapere, raptor*, et *raptus* propria sunt in hac re verba, et *rapere* et *capere* sæpe permutantur; v. infr. II. 6. 2. Scio recte dici *manu capere*, ut ap. Sallust. Jug. c. V. ' Pop. Rom. quascumque urbes et agros manu ceperat, regi dono dedit,' et, quem ibi Rivius laudat, Liv. III. 71. ' Quem agrum miles pro virili parte manu cepisset.' Sed hoc fere de vi bellica et hostili, quod aliter ' pugnando capere' dicitur; de quo Ciaccon. ad Sallust. Catil. VII. Verum sc. et ed. om. retinent *capta*.

Præda fuere] Nazarianus: *prædæ fuere*. Palatini: *præda*. Jordanei veteres: *præda fuere. hæc statim causa bellorum:* quæ omnes lectiones tolerari possunt, nec habet altera cur alteri invideat, aut se præferre illi postulet. In quibusdam libris *et* deest: in aliis *hæc*. Ex his variantiis lectionem eruebamus, quam veram putamus esse, *præda fuere, et statim causa bellorum*. Eleganter. *Sal.* Alii *prædæ;* neutrum male. De re auctores supra citati. Numerus raptarum apud Dionys. 2, 31. est 683. apud Plutarch. Rom. cap. 22. Totidem raptas Juba scribit. Valerius Antias 527. alii 30. tantum. Salmasius hoc loco legit: *præda fuere, et statim causa bellorum:* eleganter certe, et ita Gruterus in duobus Palatinis suis legi attestatur. *Fr.* Plane Rycklanus *præda fuere, et statim caussa bellorum*, ut Salmasius volebat. Recte. Excerpta Put. *prædæ fuerunt, et hæc statim caussa bellorum*. Paullo ante Reg.: *Simulatis equestribus*. Quod ferri potest. Sic ' In equestribus sedere' sc. subselliis seu locis. *Græv.* Consentiunt cum Ryck. etiam Toll. Duisb. Fran. Pall. Voss. 1. 2. et V. E. Itaque potui excludere pronomen *hæc*, quod et postrema Edit. Amst. omiserat: etsi nonnihil dubito an potius retinendum sit ex more Flori. V. Freinsh. ad n. 13. hujus cap. et Salm. ad I. 13. 6. *Præda*, an cum Nazar. Voss. 3. et edd. vett. excepta prima, *prædæ* dicas, parum interest. Illa forma Liv. XLIV. 6. Justin. IV. 3. et XXXIV. 2. et Ovidius sæpe. Vid. Passerat. ad Propert. II. 4. Hac Liv. XXIV. 36. Sallust. Jug. LXIX. et Justin. XXXI. 1. Sed

Digitized by Google

sequutus sum, quod habebant plures libri.

§. 11 *Pulsi fugatique Veientes*] Vir doctus, qui emendat *Pulsi fugatique vi hostes*, non est audiendus. Florus ipse confundit bellum Veiens cum bello quod cum Sabinis, Cæninensibus, Crustumerinis et Antemnatibus gessit Romulus. Cum Fidenatibus et Veientibus multis annis post Sabinum bellum Romanis res fuit, longeque alia fuit hujus belli caussa. Vide Plutarchum in Romulo et Livium libro primo. Sed v. cl. et doctissimus Perizonius existimat, *Veientes* imperitia scribarum irrepsisse; Flori manum fuisse: *Pulsi fugatique Cæninenses: captum ac dirutum est oppidum*, nimirum Cæninensium, sive Cænina, ut Liv. I. 11. 'Fusi igitur primo impetu et clamore hostes: oppidum captum;' scilicet hostium Antemnatium. Vide Animad. Hist. c. 10. ubi pluribus hanc emendationem asserit. *Græv.* Perizonii emendatio congruit cum veritate historiæ. Sed dubitari potest, an Florus hic quoque, ut alibi, ordinem rerum gestarum confuderit. Vir doctus apud Grævium est Behotius, Apophoret. I. 5.

Cæninensium] Jordanis scripti libri. *Geniensium* pro *Ceniensium*, ut videtur. Sed *Cæninenses* quam *Cænienses* dicuntur melius: caput ipsorum *Cænina*, a qua *Cæninenses*. Frustra sunt illi qui apud Solinum reponunt *Cænitenses* ex Stephano, qui Καινῖται vocat. Stephanus: Καινίνη πόλις Σαβίνων, ἡ ἀπὸ 'Ρωμύλου ἁλοῦσα· τὸ ἐθνικὸν Καινῖται. Legendum Καινινῖται. Ut a *Cænina* Latini *Cæninensis* formarunt, ita Græci a Καινίνη Καινινίτης. Igitur illi falsi sunt. *Sal.*

Opima] Vide infr. ad 2. 17, 11. *Fr.* De his videndus est Perizon. Animad. Hist. c. VII.

Feretrio Jovi] De Jove Feretrio lege præter alios Valerium III. 2, 3. et seqq. Plura Propertius IV. 11. *Cam.* Servius ad illud Æn. VI. 859. Lege Numæ prima opima spolia Jovi Feretrio debere suspendi, Secunda Marti (belli præsidi, cujus templum extra urbem), Tertia Quirino (id est, Marti qui præest paci). Sed Plutarchus, qui idem narrat in Marcello cap. 8, quod Servius, et plura addit, obtinuisse ait, ut omnia Jovi Feretrio spolia suspensa credantur. Feretrium autem illic Plutarch. dictum putat vel παρὰ τὸ φέρειν, quod ad eum 'ferantur' hæc spolia, vel a 'feriendo,' quod fulmine 'feriat' Jupiter, et quod 'ferire' sit, manu graviter vulnerare et occidere: unde in bello Romani milites clamant: 'Feri, feri.' Festus in *Feretrius*: 'A 'ferendo,' quod pacem 'ferre' putaretur, ex cujus templo sumebant sceptrum, per quod jurarent, et lapidem silicem, quo fœdus ferirent.' Dionysius II. 34. dici posse ait τροπαιοῦχον, aut σκυλοφόρον, aut quod supra omnem rerum naturam emineat, ὑπερφερέτην. Scaliger hic addit a 'feretro' pompæ triumphalis dictum. Valer. Flaccus: 'Has, precor, exuvias, et opima cadavera nostro Linquite, ait, feretro.' Hæc Passeratius in Propertium. Mihi ea opinio, qua a 'ferendo' deducitur, magis placet. Apud Livium I. 10, 8. 'Hæc tibi rex regia arma fero.' Unde Apuleius de mundo 'Trophæophoron' vocat.' *Fr.*

§. 12 *Sabinis prodita porta*] Una saltem porta prodita fuit Sabinis; imo, si credimus Dionys. Halicarnass. portula tantum postica: Φυλάσσουσα τὰς ὑποσχέσεις ἡ Τάρπεια τοῖς μὲν πολεμίοις ἀνέῳξε τὴν συγκειμένην πυλίδα: *Servans promissa Tarpeia hostibus condictam portulam aperuit.* Clare Plutarchus in vita Romuli: Συνθεμένου δὲ τοῦ Τατίου νύκτωρ ἀνοίξασα πύλην μίαν, ἐδέξατο τοὺς Σαβίνους: *Pacta cum Tatio unam noctu reseravit portam, qua recepit Sabinos.* Hinc et Christ. Puteanus conjicit hic legendum esse *Sabinis prodita porta.* Potest tamen omnium librorum lectio defendi et

retineri, quia Dionys. Halicarnass. in eodem loco commemorat portulam quidem illam fuisse apertam, sed non per illam admissos hostes, sed Tarpeiam custodes illius loci excitasse, portamque apertam ostendisse, simulque significasse arcem esse captam, quemque suæ, qua ratione posset, debere saluti consulere: *Διαφυγόντων δὲ τούτων, τοὺς μὲν Σαβίνους ἀνεῳγμένας εὑρόντας τὰς πύλας κατασχεῖν τὸ φρούριον ἔρημον φυλάκων*: *His dilapsis Sabinos invenisse portas apertas, occupasse arcem sine custodibus.* Græv. Fortassis Florus loquutus est more Poëtarum, qui *portas* de una porta dicunt. Virg. Æn. VI. 631. 'Adverso fornice portas.' Æn. IX. 308. 'Quos omnis euntis Primorum manus ad portas juvenumque senumque Prosequitur.' Et Æn. XI. 499. 'Portisque ab equo Regina sub ipsis Desiluit.' Hoc Græcorum est. Nam, ut scribit Eustath. in Homer. Il. I. p. 758. Græci veteres *πύλας πληθυντικῶς* dicebant, non *πύλην ἑνικῶς*. Vid. Casaub. ad Theophr. Char. c. XV. Sic rursus apud Virgilium more Græco Æn. II. 612. 'Portæ Scææ,' et Stat. Thebaid. VIII. 353. seqq. 'Portæ Ogygiæ,' 'Homoloides,' &c. Nec tamen soli Poëtæ ita loquuntur: nam sic quoque accipi potest in Livio V. 45. et XXV. 15.

Per virginem] Valer. Max. IX. 6. 1. 'Romulo regnante, Sp. Tarpeius arci præerat; cujus filiam virginem aquam sacris petitum extra mœnia egressam.' *Fr.*

Pretium rei, quam] Ita magno consensu vetustiores edd. Aliæ *quæ*; sed illud *quam* pendet adhuc ex præcedente voce *rei*, quæ duplicem hic significationem complectitur; *pretium rei*, hoc est, proditionis, et rem, *quam gerebant in sinistris*; nec exemplo caret, ut una vox duobus sensibus serviat. Vide notam Berneggeri ad Justinum 11, 9, 14. *Id.* Clypei et armillæ non sunt pretium rei, quam gerebant in sinistris, sed ipsa res quam gerebant in sinistris. 'Pretium rei' pro, pretium proditionis nemo dixerit. Imo licet sic loquerentur idonei scriptores, hic tamen esset ineptum. Quid enim poterat dici ineptius: Puella petierat pretium rei, rem quam gerebant in sinistris? Nihil igitur certius emendatione magni Doctoris mei Joannis Frederici Gronovii, quam olim adolescens ab eo accepi, qui sic legebat: *puella pretium rem, quam gerebant in sinistris, petierat.* Est *ἐπεξήγησις*, quæ sæpe occurrit. Justin. II. 4. 'Hercules post victoriam Menalippen captivam sorori reddidit, et pretium arma reginæ accepit.' Flor. IV. 11. 'Pretium libidinum Romanum imperium petit.' Mox *intra mœnia* firmat quoque Ryckianus. Et statim *oraret ut fœdam* tuetur idem codex. Ceterum armillæ, quibus olim viri utebantur, dicebantur proprie *viriolæ*. Isidor. XIX. 3. 'Armillæ proprie virorum sunt collatæ victoriæ caussa militibus ob armorum virtutem. Unde et quondam 'viriolæ' dicebantur.' Nam Romani quoque utebantur armillis. Hinc inter dona erant militaria, et sæpe legimus in antiquis Inscriptionibus 'Donis donato, torquibus, armillis, phaleris.' *Græv.* Ryck. Fran. et plerique olim editi *pretium rei, quam.* Jord, *pretium rei, quod.* Libri Vineti, Regg. Toll. Duisb. Voss. V. E. et Sab. *pretium rei, quæ.* Et sic ediderunt Gruter. et Salmas. qui, quoniam nullam diversitatem scripturæ memorant, non dubito, quin etiam in suis ita scriptum invenerint. Hoc Vinetus ita exponit: 'Puella petierat illa, quæ gerebant Sabini in sinistris manibus, pretium (appositionem hoc dicunt Grammatici) rei, et proditionis.' Probo illius sententiam, nisi quod malim *rei, id est, proditionis.* Et sic Valer. Max. IX. 6, 1. 'Mercedis nomine pactam, quæ in sinistris manibus gerebant.' Clar. Grævius recte disputat adversus eos, qui legunt *pretium rei, quam.* Sed nondum mihi persuadet cum Grono-

Digitized by Google

vio Obs. II. 25. legendum esse *pretium rem, quam*. Nam primum om. sc. et ed. habent *rei*, et *quam* e scriptis soli Ryck. et Fran. adversus quem consensum non facile quid tentandum arbitror. Deinde, quod dicit Gronovius, quæque ei unica hujus emendationis est ratio, ideo hic legendum esse *rem*, quod voci *pretium* ea, quæ pretium esse dicitur, in eodem casu adponi debeat, id et in recepta lectione fit, in qua suppressum pronomen, illa, vel, ea, eodem casu ponitur, quo *pretium*; nec quidquam prohibet ea suppleri, ut apud Livium de hac re I. 11. 'Pepigisse eam, quod in sinistris manibus haberent;' et, 'Ex pacto tradendi, quod in sinistris manibus esset,' apud Valer. M. l. d. et sæpe apud omnes alios scriptores Latinos, quibus ellipsis horum pronominum est usitatissima, sequente pronomine *qui*, ut vel ipse Gronovius ostendit ad Liv. XXIII. 15. et XXVI. 33. item Riv. ad Sallust. Jug. CVIII. et Dousa Explic. Plautin. I. 1. Quod autem addit Grævius, puellam non petiisse pretium rei, quam Sabini in sinistris gestabant, id tantum valet adversus eos, qui *pretium rei, quam* legunt. Nec video, quare, quum de proditione sermo præcessit, non æque liceat dicere *pretium rei*, pro, pretium illius rei, vel, pretium proditionis, quam absolute *pretium*, pro, pretium illius rei, vel, pretium proditionis, quorum alterutrum in conjectura Gronovii supplendum est.

Illi ut fidem solverent] *Illi ut fidem solverent, et ulciscerentur*: ita veter. *Sal.* Veteres dicit Pal. 1. et 2. a quibus abest copula, quam solus Naz. habet, teste Grutero. Cum eo consentiunt Ryck. Toll. et fortasse Voss. 3. in quo est *ut de fidem; de* pro *et*, puto, ut sæpe in Ryck. Ceteri scripti et V. E. ut duo Pall. 'Solvere fidem' est, præstare promissum. V. Freinsh. Ind. Ovid. Fast. I. 642. 'Voverat; et voti solverat ante fidem.' Sic 'Fidem exsolvere' Liv. XXIV. 16. et XXVII. 5. Paulus l. 40. pr. D. de contr. emt. 'Et, si ante eam diem non renunciasset, ut venditoris fides soluta esset.' Terent. Andr. IV. 1. 19. 'Tandem inventa est causa, solvisti fidem.' Hoc quidam ibi exponunt, fregisti, non servasti. Et sic quoque Manut. ad Cicer. Fam. X. 21. Magis placet sententia eorum, qui per ironiam dictum putant, nisi ostendatur 'Solvere fidem' etiam apud alios dici pro, frangere, ut 'Rumpere fidem.'

Clypeis obruere] Simile factum de Brenno narrat Plut. Parallel. cap. 15. *Fr.*

§. 12 *Ita admissis ad mœnia hostibus, atrox in ipso aditu pugna*] Hæc est vera et antiqua lectio, inquit Vinetus: nos sane quam vera, possimus dicere: quam antiqua, ille viderit. Veram et antiquam potius illam esse quavis sponsione contenderim, quæ ita habet: *admissis intra mœnia hostibus, atrox in ipso foro pugna.* Hujus scripturæ antiquitatem facile probamus, qui testamur ultro, eam extare in omnium optimo vetustissimoque codice S. Nazarii: ita etiam legitur in antiquissimo Jordanis exemplari Nazariano, et in altero Longobardico ejusdem Jordanis, non minus vetusto. Sed quid ad vetustatem provocamus? Plane hanc lectionem confirmat Livius, qui arcem occupasse dicit hostes, et proinde admissos intra mœnia intelligit. *Sal.* Haud aliter Pal. pr. ac tert. Nam sec. *in ipso aditu*: quemadmodum erat et in Vineti scriptis: sed præter omnem historiam. *Grut.* *Intra mœnia* Ryck. Toll. Duisb. et om. ed. *in ipso aditu* Ryck. Regg. Magl. Voss. 2. et 3. *in ipso pugna* Fran. et Voss. 1. *Aditu* tueri conatur Rupertus; sed levi argumento. Ostendit e Liv. I. 12. et Aurel. Vict. c. 11. pugnatum esse eo loco, quo deinde forum Romanum fuit: hoc autem quum tunc non in Urbe, sed extra mœnia illius, fuerit, non posse dici hostes intra mœnia admissos. Verum

Digitized by Google

Florus non de Urbis, sed arcis, mœnibus loquitur; nec minus recte dicit *in foro* pugnatum esse, quam Liv. xxxiv. 5. xl. 46. et Varro de Ling. Lat. iv. p. 36. Augustin. de C. D. iii. 13. 'Admissisque hostibus intra mœnia, in ipso foro scelerata, et nimis atrox pugna commissa est.' Fortassis tamen scripserat Florus *in ipso aditu fori*. Nam non apparet causa, cur vel scribæ vel interpolatores pro *foro*, *aditu*; vel pro *aditu*, *foro* substituere voluerint. Livius xxvii. 16. 'Prælium in aditu fori majore impetu quam perseverantia commissum est.'

Jovem oraret, ut fœdam suorum] Auctoribus libris melioribus *ut* delendum: *Jovem oraret, fœdam suorum fugam sisteret:* nec aliter ille Jordanes, quem falso Jornandem vocant. *Sal.* *Ut* non habet solus Naz. sed Pall. 1. 2. et alii om. sc. et ed. retinent.

Hinc templum et Stator Jupiter] Recte docti homines ita repositum iverunt pro *Hic*, quod erat in veteribus editis. Nazarii schedæ etiam *Hic* præferunt: reliqui omnes *Hinc*, ut et Jordanis libri; neque subintelligendum est *prodiit*, aut aliud simile, ut putabat doctiss. Vinetus. *Sal.* Sic præter Jornandem et lectionem codd. Vin. etiam Palat. 2. ac 3. nec non vetus noster: et recte. *Grut.* Mihi etiam verissima videtur hæc lectio: nam ita solet Noster, cum alicujus rei causam originemve prædixit; ut infr. 1. 13, 6. 'Exinde certamen.' *Fr.* *Hinc* om. sc. et V. E. Tollius ad vocem *Stator* adnotaverat in V. C. Vaticano legi *templum tibi Stator Jupiter*. Sic quoque Fran. nisi quod pro *stator* habet *statuam*.

Stator] Præter ea, quæ supra dicti scribunt de Jove Statore lege Augustinum Civit. iii. cap. 13. item Ovid. in fine vi. Fast. Seneca autem de Ben. lib. iv. cap. 7. sic inquit: "'Stator,' non ut historici tradiderunt, ex eo, quod post votum susceptum acies Rom. fugientium stetit, sed quod stant beneficio ejus omnia, stator stabilitorque est.' Videtur autem legendum: *Hic templum esto*: ut sit voventis Romuli verbum. Hæc Camers: sed conjectura ejus refellitur ex positis nota proxime præcedente. Cæterum eadem de causa templum postea vovit Atilius Cos. Auctor Livius x. 36, 10. *Fr.*

§. 14 *Tandem sævientibus*] Lego in Jordane: *Tandem funeribus intervenere, raptæ laceris comis.* Male hactenus distinctum est. Nos ita: *Tandem sævientibus intervenere raptæ, laceris comis.* Cur Jordani placuerit *sævientibus* in *funeribus* mutare, nescio, nisi ita scriptum invenerit in libris: quod non putem. *Sal.* Exinde mihi in mentem venit suspicari, in Nostro, vel Jordane certe, legendum esse *furentibus*, quod sensui conveniens, nec ab utraque lectione procul distat. Ita apud peritissimum antiquitatis et Latinæ linguæ Barclaium, ubi duellum Poliarchi cum Radirobane depingit: 'Gallorum atque Sardorum agmina intervenere furentibus.' *Fr.* De hoc loco quid sentiat Vir et amicus summus Nic. Heinsius ex ejus ad me datis litteris accipe: Tò *sævientibus* Freinshemium, ut video, offendit: atqui refer ad *atrocem pugnam*; Jornandes tamen *funeribus*, nec male. Ita enim et Plutarchus in Romulo. Ante quem locum inspectum mirabar cur Florus, cum agat de *laceris Sabinarum comis*, de lugubri sive scissa illarum veste nihil addat, uti Livius, Naso, Dionysius Halicarn. in eadem narratione; quare suspicio erat scripsisse Florum *in funebribus supervenere, laceris comis*. Sic *lugubria* pro veste lugubri apud Nasonem Met. xi. 'Surge age, da lacrymas lugubriaque indue.' Propert. 'Numquam mater lugubria sumpsi.' *In lugubribus* igitur ut infra cap. 13. hujus libri 'Sicut in trabeis erant,' et apud Val. Flaccum: 'Seu venit in vittis, longa-

Digitized by Google

que in veste sacerdos.' Ovid. Fast. III. in hac de Sabinis narratione: 'Crinesque resolvunt Mœstaque funerea corpora veste tegunt.' Hæc ὁ πάνυ Græv. *Funeribus* etiam in Freculpho legitur. Freinshemii conjectura jam ante in mentem venerat Lipsio, qui in Recitationibus *sævientibus* pro glossa habebat. Utrumque defendi potest. Virg. Æn. VIII. 700. 'Sævit medio in certamine Mavors.' Flor. II. 18. 6. et alibi. Sic 'Desævire' Id. II. 6. 12. et Virg. Æn. X. 569. Nec minus 'Furere' dicitur de pugnantibus, ut ostendit Græv. ad c. 16. hujus lib. Sed *sævientibus* est in om. sc. et ed. Flori.

Intervenere] Simile quid de Celticis Plutarch. de Virt. Mul. cap. 10. *Fr.*

Novam in urbem hostes demigrarent] Uterque scriptus Jordanis *hoste demigrarent*, quod nescio quid sit: sed legendum *hostes*. Quidam etiam: *novam in urbem hostium demigrarent:* quod placet magis: sed quomodo *hostes* pace jam facta et fœdere percusso? forte legendum: *ut, relictis sedibus suis, in novam urbem sponte demigrarent*. Sed nihil mutandum nunc pronuncio. *Sal.* Illud *hostes* in *sponte* mutari voluit Salmasius propter scriptos Jordanis, in quibus *hoste* legitur. Verum receptam firmant Palatini tres; dictique *hostes*, respectu animorum, quibus advenerant. Claudius apud Tacitum XI. 24, 8. 'Conditor noster Romulus tantum sapientia valuit, ut plerosque populos eodem die hostes, dein cives, habuerit.' *Grut.* Ita Cicero pro Corn. Balbo cap. 13. 'Romulus fœdere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere.' De hac ipsa haud dubie historia Varro tertio Humanarum: 'Postea cum his una Rempubl. conjuncti et congerminati' (quod tamen nescio quomodo verbo *congermanescere* subjungatur apud Nonium) 'tenuere.' An pro *congerminati* scribendum *congermaniti*? *Fr.* Salmasius hanc conjecturam in prima Edit. Flori sui A. 1609. proposuerat, quam deinde in secunda repudiavit. Locum Nonii jam ante sic correxerat Colvius ad Apul. II. p. 30. Sed vid. Salmas. ad Solin. p. 22. et 677.

§. 15 *Auctis brevi viribus*] Berol. Duisb. et V. E. *in brevi*. Lucret. II. 77. 'Inque brevi spatio mutantur sæcla animantum.' Suet. Aug. XXII. 'In multo breviore temporis spatio.' Sed usitatius abest præpositio.

Juventus divisa per tribus] Atqui etiam seniores per tribus divisi fuerunt: nam nemo civis esse poterat sine tribu. Merula adnotaverat Florum juventuti tribuere, quod alii toti populo. Sed videtur 'tribus' dicere pro centuriis Equitum. Vid. ad I. 5. 2.

Divisa per tribus, in equis et in armis] Et hic quoque agmen producemus variantium lectionum, quas prætermittere non potuimus. Vinetus adnotat ex suis *dispersa* pro *divisa*. Sed melius *divisa* uterque Palatinus. Iidem libri: *et in equis et armis ad subita bella*. Nazarianæ membranæ: *in equis et armis ut ad subita bella exsuberet*. Sic in scriptis Jordaneis omnes *subita bella*, non *belli*. Legi in quodam loco apud Tacitum, 'Subita belli.' Horatius: 'Et acuta belli.' Recte igitur ita reposueris cum lectione Naxariana: *Juventus divisa per tribus in equis et armis, ut ad subita belli exsuberet*. Sal. Lectionem Gruteri, quam ex optimo codicum Nazariano habet, recipi placuit. *Fr.* Omnino hic cum Salmasio revocandum ex Nazariano *ut*, nisi velis orationem claudicare; et revocavi sane; sed turpi lapsu librariorum editum est *aut*. In fine capitis clare Ryckianus, ut Palatinus secundus, et editio Stadii et Freinshemii: *Quirinum in cælo vocari placitum Diis. Ita gentium Roma potiretur*. Recte ita scribi ne dubitari potest a quoquam Latinæ linguæ pe-

Digitized by Google

ritto. Sensus est: Si pro Numine haberent colerentque Quirinum, se conceptis quasi verbis promittere ac jurare Romam Orbis imperium consecuturam. Est solemnis formula qua solebant uti in jurejurando. Plancus ad Ciceronem Epist. x. 9. 'Ita ab imminentibus malis respublica me adjuvante liberetur.' Vide quæ ibi notavi. N. Heinsius ex Nazar. in quo scribitur *placitum desistat gentium*, colligit præterea *τὸ esse* excidisse, legendumque: *placitum Diis esse, ut Roma gentium potiretur*. Paullo ante in codice Regio recte scribitur: *cum concionem haberet apud Capreæ paludem, e conspectu ablatus est*, quod et firmant Putean. Excerpta, ipso probante Puteano. Græv. Salmasius in exemplari suo è Naz. adnotarat *in equis et in armis ut*. Gruterus scribit in eo non esse *ut*. Sed habet id Freculph. itidem post *armis*, ut in Naz. et Jord. et eodem loco videtur fuisse in Regg. et Magl. In Fran. est *ut in equis*. In vett. edd. excepta prima, a qua, itidem ut a ceteris scriptis, abest, *ut juventus divisa p. t.* *In armis* Ryck. et eædem vett. edd. *Subita bella* Pal. 1. 2. Ryck. Toll. Duisb. et om. ed. vet. *Subita belli* Vineti et ceteri scripti. Hinc apparet magnam partem, librorum consentire in hanc scripturam: *juventus divisa per tribus in equis et armis ad subita bella excubaret*; in qua nihil est, quod magnopere aliquem possit offendere. *Ut* a librariis additum esse suspicionem præbere potest, quod non eodem loco in scriptis et edd. ponitur. Nec puto eo omisso hic magis claudicare orationem, quam multis aliis locis optimorum scriptorum, ubi *ut* post verba 'censeo,' 'suadeo,' 'moneo,' 'decerno,' et alia omittitur, cujus ellipseos ubique obvia sunt exempla. Vid. Suet. Cæs. xli. Cicer. Fam. xvi. 4. Liv. xxxi. 8. ubi itidem sine causa unius Ms. auctoritate intruditur *ut*, et xlii. 28. Idem xxxiv. 59. 'Quintius legationes universas Græciæ Asiæque quum in Senatum introduxisset...postulata et sua et Regis exposuit. Renunciarent civitatibus suis.' Ubi longe insolentior est ellipsis: est enim ac si scripsisset, *decreverunt, censuerunt*, vel *responderunt Patres, ut renunciarent*. *Subita belli* videtur in editionibus Flori ortum esse e libris Vineti, idque deinde certatim adripuerunt Viri Docti. Confirmat id Vinetus e Tacito, H. v. 18. Agric. xxxvii. et Liv. iv. 27. quibus multa addere in proclivi est. Et ita etiam h. l. legendum censet Gron. ad Liv. vi. 32. Sed aliter videntur dici *subita belli*, aliter *subita bella*. *Subita belli*, quemadmodum e locis dictis, et aliis, intelligi potest, fere dicuntur, quæ ante bellum prævideri non possunt, sed eo jam suscepto sæpe subito et præter exspectationem incidunt, quæ metuentes canti duces partem aliquam copiarum a reliquo corpore secernunt, et selectam ac separatam habent, quæ subitis illis occurrat. At Romulus, ex sententia Flori, omnem juventutem semper intentam, et equis armisque instructam esse voluit, ut, si subitum aliquod bellum ingrueret, eam statim ad manum paratam haberet, et opponere hostibus posset. Sic *subitum bellum* apud Justin. xxii. 6. 'Stupor itaque et admiratio omnes incessit, unde tanto imperio tam subitum bellum.' Liv. x. 7. 'Si quod repens bellum oriatur.' Itaque non potui hic discedere a lectione antiqua cum Freinsh. et Grævio, qui ex sententia Salmasii ediderunt, *ut ad subita belli excubaret*: etsi non nego Florum recte potuisse dicere *ad subita bellorum*. *Juventus in equis et armis* est, equis et armis instructa. Vid. Græv. Lection. Hesiod. c. xviii. ubi hoc genus loquendi e Græcis et Latinis scriptoribus illustrat. Add. Salmas. ad Trebell. Poll. Tyrannos c. xxxii. Heins. ad Valer. Flacc. i. 486. et v. 349. Wass.

Digitized by Google

ad Sall. Catil. XXXVIII. *Excubare* est, intentum, paratum esse, ut qui excubias agunt: Cicer. Tusc. IV. 17. 'Qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino novum.' Et sic sæpe Idem alibi. Propria significatione Cæsar B. G. VII. 11. 'Duas legiones in armis excubare jubet.'

Patres] Varias hujus appellationis causas afferunt Sallust. Catil. 6. 5. Dionys. II. 8. Plut. Rom. 18. Rutil. Itin. I. 158. Mihi potissima videtur, quam idem Plutarchus adducit, ita dictos, ut admonerentur ipsi, patria cura et sollicitudine complectendos inferiores: plebeii vero, amandos et observandos esse ad instar parentum, quo etiam respectu principem 'patrem patriæ appellavimus, ut sciret datam sibi potestatem patriam, quæ est temperatissima, liberis consulens, suaque post illos ponens.' Seneca de Clem. I. 14. Similem rationem cur Græci Reges ἄνακτας vocaverint reddit Plutarchus Theseo cap. 38. Ab hac appellatione, 'Orba Resp.' Senatu destituta, Justin. XXI. 4, 3. *Pater patriæ;* infr. IV. 12, 66. *Fr.*

Senatus] Cicero in Catone cap. VI. Plutarch. an seni sit gerenda Respub. ita Lacedæm. Senatum Lycurgus 'Gerontes,' Apollo 'Presbygeneas' appellavit. Iidem ibidem. 'Carthaginenses Seniores' leguntur apud Livium XXXIV. 60, 13. Pertinent huc, quæ notantur infr. I. 16, 10. *Id.*

§. 16 *His ita ordinatis, repente*] Nazarii liber: *quum repente concionem haberet,* et uterque Palatinus. Minus tamen, si quid judico, recte. *Sal.*

Ante urbem, apud Capreæ paludem] Sic distinxi. Codex Regius non habet *ante Urbem.* Vid. Ovid. Fast. II. vs. 475. *Græv.*

Apud Capreæ paludem] Meliores et antiquiores libri *Capræ.* Græcis etiam Αἰγὸς λίμνη dicitur: αἲξ enim *capra* est, non *caprea,* sed utrumque tamen, et *Capræ* et *Capreæ paludem* apud veteres dici non ignoramus. Jordanis codices sic habent: *Capræ paludes,* quod non caret ratione. Sic Αἰγὸς ποταμοὶ, cum sit unicus fluvius: Latine *Capræ fluvius,* aut *Capræ fluvii.* Sal. *Capreæ*] Recte: quamvis Palat. 1. et 2. *Capræ:* nam utrumque Latinis in usu; certe utrumque invenitur in Mss. itaque minus recte illi, qui in postremis editionibus Suetonii mutarunt versum illum Tib. XLV. 4. 'Hircum vetulum capreis naturam ligurire:' minus, inquam, recte, qui maluerunt litera minus *capris.* Certe a *caprea* 'capreolus.' *Grut.* *Capræ* Naz. Pal. 1. apud Grut. libri Vineti, Ryck. Voss. 1. 2. et Liv. I. 16. 'Capræ paludes' Festus in *Caprilia.* Vid. Heins. ad Ovid. F. II. 491.

§. 17 *Discerptum*] Romuli interitus varie scribitur. Lege Val. Max. V. 3, 1. Ciceronem de Leg. I. Augustinum Civit. III. 15. Ovid. F. II. 491. Item ceteros. Modum novum ex Aristobuli sententia ponit Plutarchus in Parall. cap. 32. *Cam.* Vide etiam Dionysium II. 57. *Fr.*

Consecrationis speciem] Idem dicit Dionysius dicto loco. *Id.* De tribus defectibus solis, quos in unius Romuli historia memorari hic adnotat Stadius, vid. Petav. de Doctr. Temp. IX. 54. et X. 21. et Scalig. de Emend. Temp. p. 395.

§. 18 *Cui mox Julius Proculus*] Quidam: *cui J. mox P.* Sal. Livius I. 16, 5. Lactantius I. 16. Cicero princ. librorum de Leg. Dionys. II. 64. f. Similia legas apud Suet. Aug. 100. 9. Senec. princ. ἀποκολοκ. Dionem lib. LIX. de morte Drusillæ. Item in supplem. Curt. X. 4, 31. de Hephæstione. Ad quorum imitationem cuivis veterum comparandus Barclaius Arg. lib. III. in narratione Selenissæ de Theocrine: 'Sed non hactenus stetit ludibrium. Quidam miles sive adulatione sive insania motus: Quæ autem illa species, inquit, quam in summa

Digitized by Google

arce vidi, cum ex castris exciti primum sumus?' et reliqua quæ sequuntur. Quadrat huc Taciti locus H. I. 34. 3. 'Vagus primum et incertus rumor: mox, ut in magnis mendaciis, interfuisse se quidam et vidisse affirmabant.' *Fr.*

Augustiore forma] Sive mendacium hoc hominis fuit, sive etiam fraus dæmonis. Quemadmodum 'bello Latino diabolus in specie viri majoris et augustioris, quam pro humano habitu, apparens, victoriam Romanis pollicitus est, si se consul pro exercitu devoveret:' Dresserus Millen. IV. pag. 449. *Id.*

Quirinum] Rationes appellationis hujus varias affert Ovidius F. II. 477. sive a genere hastæ, sive a Curibus, sive a Quiritibus, quos tamen ab ipso nomen accepisse putat Justinianus §. 2. Inst. de J. N. G. et C. *Fr.* Vocatus etiam fuit Altellus. Vid. Festum in *Altellus.* Græv. Romani post Sabinos in Urbem receptos 'Quirites' sunt appellati, vel a Curibus Sabinorum, ut Liv. I. 13. et Plutarch. in Romul. et Numa, vel ab incolis Curium, qui jam ante 'Quirites' vocabantur, ut Serv. in Virg. Æn. VII. 710. Romulus deinde post mortem ex more, quo nomina consecratorum mutabantur, 'Quirinus' est dictus, tamquam proprius Quiritium Deus. Plutarch. et Dionys. Halic. II. 63. *In*, quod ante *cœlo* habent Naz. Voss. 2. 3. Fran. et Edd. post veterem, deest in ceteris scriptis, et V. E. Videtur excidisse ob præcedentem *m.*

Placitum Diis ut gentium] Antiqua lectio in Nazariano: *placitum desistat. gentium Roma potiretur.* Alter Palatinus: *placitum diis, ita gentium Roma potiretur.* Omnino legimus, *placitum Diis ita, gentium Roma potiretur.* Sic loquitur Noster paulo supra: 'Jovem oraret, fœdam suorum fugam sisteret:' et ita multis in locis, quæ tædii fugiendi gratia adnotare supersedeo, lector autem diligens non omittet. Sed, quod me pene effugerat monere, habetur et alia lectio in posteriore Pal. *Quirinum cœlo vocari placitum, et ut gentium Roma potiretur;* ut hinc discamus nunquam defuisse, qui ludum putarent bonos auctores corrumpere. *Sal.* Locum ita restituimus ex veteri scriptura: nam quidam portentose habebant *desistat.* In antiquissimo libro *de his ita*, ex quo illud *desistat* manavit. *De hi* pro *Dii* vel *Dei* fere semper in illis optimis schedis scriptum observavimus, quæ est scribendi antiqua valde consuetudo, vitiosa tamen. Sic, ut Quintil. lib. I. notat, apud antiquos tragœdiarum scriptores in veteribus libris inveniebatur *mehe* pro *meæ.* Ita apud Quintil. legimus: nam vulgo perperam scriptum *mehe* pro *me.* Sic infra vel *vehentes* pro *veientes* in eadem. *Id.* in Append. *Diis. ita*] Distinctionem hanc menti auctoris convenire putamus; *ita*, hoc est, si hoc fecerint, si se pro numine acceperint, sicut apud alios auctores passim occurrit *sic:* ut Ovid. Am. lib. II. eleg. 13. vs. 12. 'Sic tua sacra pius semper Osiris amet.' Idem Epist. 20. vs. 3. 'Discedat sic corpore languor ab isto.' Tibullus II. 5. fin. 'Sic tibi sint intonsi, Phœbe, capilli, Sic tua perpetuo sit tibi casta soror:' et alia complura, quanquam nec illa distinctio *Diis ita plac.* inepta est, et loco Taciti XIII. 56, 1. juvatur: 'Id Diis, quos implorarent, placitum, ut arbitrium penes Rom. maneret, quid darent, quid adimerent, neque alios judices, quam se ipsos, paterentur.' *Fr.* Alterius Pal. scriptura *placitum Diis, ita gentium Roma potiretur* est in Ryck. Toll. Fran. E. V. S. B. et P. *Ut*, non *ita*, Vinetum reperisse in suis libris, apparet ex illius adnotatione, et sic Duisb. Voss. 3. Jord. et ex editis A. et J. Etiam in altero Pal. fuisse *ut* dicit Salmasius: sed Gruterus ex eo descripsit *placitum et omnium gentium R. p.* Voss. 1. et 2. ut Naz. *placitum desistat gentium R. p.* Ita

Digitized by Google

etiam in Reg. F primum fuerat, sed a secunda manu emendatum *placitum Diis gentium R. p.* In Q *placitum sic gentium R. p.* In his, quod ad distinctionem attinet, non multum est præsidii: nam ea a quibusdam plane abest, in quibusdam non eodem loco ponitur. Distinctionem Salmasii verba *placitum Diis* separantis a præcedentibus *Quirinum in cælo vocari* adjuvat nonnihil locus Taciti ap. Freinshem. magis etiam Liv. I. 16. 'Abi, nuncia Romanis, cœlestes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit.' Et sic placuisse N. Heinsio, intelligi potest ex iis, quæ ad n. 15. scribit Grævius. Freinshemii interpretatio mihi nonnihil coacta esse videtur, utpote in qua hæc verba respondeant remotioribus, non proxime præcedentibus. Pro *ita* cum Vineto et Heinsio mallem *ut*: sed retinui quod erat in pluribus scriptis et editis, et potest ferri eadem sententia, quæ est in verbis Livii. Itaque e Salmasii et Heinsii mente distinctionem posui. *Poteretur* Naz. et Voss. 2. a manu prima, e quo corrector fecerat *potiretur*. Florus fortassis scripsit *poteretur*, et scribæ pro eo posuerunt *potiretur*, quod usitatius erat. Vid. G. Fabric. ad Terent. Phorm. v. 6. 2. Broekh. ad Propert. II. 7. 64. et Burm. ad Ovid. Met. XIII. 130.

CAP. 2 *De Numa Pompilio*] Numa dictus ἀπὸ τῶν νόμων, hoc est, a legibus, quas instituit. Numæ gesta scribunt Livius, 1. 18. et seqq. Plinius (sive Victor est) de Viris illustr. cap. 3. Solin. cap. 2. Ruffus de vita regia, Eutrop. 1. 1. Oros. in 2. Agell. Valerius Max. 1. 2. 1. Lactantius 1. 22. Plinius 13. 13: 14. 12: 18. 29. Augustinus de Civit. Dei, 2. 16: 3. 9: 11. 15: 17. 35: 18. 24. Plura Ovid. Met. 15. fab. 44. Virg. Æn. 6. 808. Plura Plutarch. in vita Numæ, et Dionys. 2. 59. *Cam.*

§. 1 *Curibus*] Sabinarum urbium hæc tunc opulentissima, parvulus vicus Augusti Cæsaris temporibus: Strabo lib. v. *Vinetus.*

§. 2 *Ille sacra*] Omnia quæ ad divinum cultum spectabant Numa in octo partes distribuit. Primi erant 'Curiones,' qui pro curialibus rem divinam faciebant. Secundi 'Flamines,' quos a gestatione pileorum, quæ flammea dicebantur, ita nominabant. Alii a filo derivant, quasi filamines. Tertio erant 'Tribuni Celerum,' qui designari solebant, ut regum ad bellum euntium satellites et custodes. Quarto ordine erant 'Augures,' qui non avium tantum sed signa omnia divinitus missa interpretabantur. Quintus ordo habebat 'Virgines Vestales,' quæ sacri ignis custodes erant. Sexto loco habebantur 'Salii,' qui saltatione et choreis laudabant Deos armorum præsides. Septima in classe 'Feciales' locabantur. Horum officium erat, 1. ut cura gereretur, ne P. R. ulli fœderatæ civitati bellum injustum inferret. 2. Ut cognoscerent, si qui fœderatorum se a Romanis injuriam passos dicerent, an id jure dicerent. 3. Ut imperatorum delicta contra jusjurandum ac fœdera commissa expiarent. Ultimo et octavo numero habebantur 'Pontifices.' Hi, a ponte ligneo seu sublicio reficiendo dicti, de cæremoniis ac religione cognoscebant, leges ferebant de sacris, quæ non erant scripta aut moribus P. R. recepta, sacerdotes examinabant, ipsi nulli judicio mulctæve erant obnoxii, neque senatui neque populo dictorum factorumque rationes reddebant. Pontanus ex Dionysio II. 65. et seqq. *Fr.*

Augures, Salios, ceteraque sacerdotia] Reperit in suis libris accuratissimus Vinetus *ceterosque per sacerdotia*, et ita in editione sua legi voluit, ex quo cognoscimus quales fuerunt ejus scripti codices, et quam vetusti. Nam ita duo recentiores Palatini legebant, vix ante trecentos annos exarati. Sed vir diligentissimus et doctissimus

Digitized by Google

lectionem, quam primus in novam editionem intrudebat, debuit explanare, cujus mentem, qualis sit, me non assequi profiteor. Nazarianus, omnium facile optimus ac vetustissimus, habet *ceteraque per sacerdotia.* Unde facio: *ceteraque populi Romani sacerdotia.* Scriptum erat compendio notarum PR. Ex quo fecerunt *per.* Nihil æque tralaticium. *Sal. Ceterosque per sacerdotia*] Ita Mss. Vineti, Gruteri, Salmasii; et defendi potest, ut Floro *per sacerdotia describere* idem sit, quod Tacito 'Per cohortes' 4. H. 66, 2. 'Per manipulos' 2, 78, 4. 'componere.' Salmasius corrigit, *ceteraque fere sacerdotia.* Rutgers. Variar. 1, 18. *ceteraque P. R. sacerd.* quæ lectio maximam speciem habet. *Fr.* Ryck. cum aliis *ceterosque per sacerdotia.* Nihil Salmasii emendatione *ceteraque P. R. sacerdotia* est certius, quam recepi. *Græv.* Non scio quid sit, quod de Vineto scribit Salmasius: nam jam ante eum in om. vet. ed. erat *ceterosque per sacerdotia,* idque e scriptis non solum Pall. et Ryck. verum etiam Berol. Magl. Duisb. Fran. et omnes Voss. habent. Nec convenit Salmasio cum Grutero, qui hic adnotat Vinetum edidisse *ceteraque sacerdotia,* quum in aliis Edd. esset *ceterosque per sacerdotia:* et ita est. Salmasii conjectura apud Freinshemium est in prima Edit. illius, a qua hic discessit. Rutgersius locum Flori non a se sed a P. Scriverio emendatum scribit, probatque emendationem illam, ut haud dubiam, et de suo emendationes aliquot locorum apud alios Scriptores, in quibus sibi non dissimile mendum deprehendisse videbatur, profert. Ceterum, ut ad rem veniamus, cum Salmasio sentit etiam Nic. Heinsius ad Vellei. II. 69. eaque conjectura mihi propemodum certa esse videtur, cum etiam liber Flor. Jordanes, et Freculph. habeant *ceteraque sacerdotia,* quod Vinetum quoque in suis invenisse vix dubito. E Regg. quoque nulla varietas scripturæ ad Edit. Grævii, qui conjecturam Salmasii receperat, adnotata erat. Nec tamen eam in contextum inferre volui, cum propter auctoritatem alior. Mss. et Edd. Vett. tum quod Gerardus et Isaacus Vossii nihil mutandum censebant. Nam ille ita adscripserat: "V. C. *ceterosque per sacerdotia.* Bene. Lactant. 1. 22. de Numa: 'Pontifices, Flamines, Salios, Augures creavit, Deos per familias descripsit.' Vid. tamen, an apud Lactantium legendum sit *et eos* pro *Deos:* ut 'per familias describere' Lactantio idem sit, quod Floro 'per sacerdotia.'" Hic: 'Per 'sacerdotia,' i. e. 'per familias,' ut Lactant. habet.'

Annum quoque] Jordanei veteres *annumque:* iidemque mox legunt *fastos nefastosque:* perperam. *Sal.* De hac re vide Macrobium, 1. 13. Plutarchum in Numa cap. 22. Censor. cap. 20. Solinum cap. 1. Ovid. Fast. 1. vs. 43. *Fr.* 'Describere' est, distribuere, apte disponere, suum cuique adsignare. Liv. XXX. 26. et XXXI. 34. Cicer. de Senect. cap. 11. Vid. Victor. ad Cicer. Fam. XII. 1. Græv. ad Off. I. 34. et Gronov. ad Liv. XXXIV. 56.

§. 3 *Ancilia*] *Ancylia* scribit Plutarch. Numa, cap. 25. et appellata ita adjicit, quoniam ἀγκύλον τὸ σχῆμα ποιοῦσι, *curvam figuram faciunt.* Ceteras derivationes vide ibid. *Fr.*

Palladium] Erat hoc simulacrum Palladis, quod Æneas post excidium Trojæ a Diomede acceptum asportasse in Italiam dicitur. Quem ideo 'penatigerum' vocat Ovidius Met. XV. 450. Quamvis alios, bello Mithridatico a Fimbria repertum, auctores esse Servius ait, ad Æn. II. 166. Aliorum denique alia est ea de re sententia. Vide Dionys. II. 77. Hinc ille nummus, Pontano teste, cum Vestæ templo, in quo Palladium Romæ servabatur. In eodem nummo Æneas fingitur Anchisen patrem humeris

Digitized by Google

portans, et manu dextra tenens hoc Palladium, sinistra filium Iulum. Hoc vero *Palladium, quod occultum Romani neminique videndum colebant, Heliogabalus in cubiculum suum transtulit:* Herodianus v. 15. quamvis Lamprid. in vita ipsius cap. 6. 'non veram imaginem' abstulisse, 'sed ex pluribus, quæ ad simulacrum illud efficta erant, aliquam,' asserat. Posset autem Romanis hoc loco objici quod a Strabone lib. VI. Heracleotis: *At multo etiam protervius est ea ab Ilio allata fabulari, quæ scriptores ponunt. Nam et Heracleæ, et Lavinii, et Luceriæ, et Siritide Minerva habetur Iliaca, quasi ab Ilio allata.* Item Athenis. Vide Pollucem lib. VIII. cap. 10. *Id.*

Imperii pignora] Fata appellat Plautus Bacch. IV. 9, 29. quibus nempe manentibus salus populi salva esset. Ejusmodi septem recenset Servius ad Æn. VII. 188. et sunt: Acus matris Deum, Quadrigæ fictiles (de quibus Plinius XXVIII. 2. et XXXV. 12.) Veiorum, Cineres Orestis, Sceptrum Priami, Velum Ilionæ, Palladium, Ancilia. Sic Cicero pro Sext. cap. 8. supercilium Pisonis 'Reipub. pignus' illudens appellat. *Id.* In antiqua inscriptione dicuntur *arcana Urbis præsidia,* apud Gruterum LXXXIII. 15.

SAECULO. FELICI
PRISIAS. SACERDOS. ISIDI. SALVTARIS
CONSECRATIO.
PONTIFICIS. VOTIS. ANNUANT. DII.
ROMANAE
REIPUB. ARCANAQUE. URBIS.
PRAESIDIA
QUORUM. NVTV. ROMANO. IMPERIO.
REGNA. CESSERE. *Græv.*

'Imperii pignora' eadem vocant Liv. V. 52. et XXVI. 27. Ovid. Fast. III. 346. 354. 422. et VI. 445. Vid. Barth. ad Claudian. de Bello Get. IV. 103. et Schulting. ad Senec. Controv. I. p. 65. In Servio vulgo vitiose legitur *paria* pro *pignora,* etiam in novissima Edit. doctiss. Masvicii. Hoc quum ei ostendissem, respondit *paria* ibi per errorem relictum esse: nam se voluisse edi *pignora,* idque intelligi posse ex Indice in Servium v. *Pignora.*

Janumque geminum] In Jordane: *bifrontem.* Non longe: *ad simulacrum cœlestium siderum.* Ita habent quantum est scriptorum librorum; quod et viri docti annotare non omiserunt, et diu est quum recipi debuit. Post paulo codices Jordanis habent: *flamma vigilaret;* aut *flamma invigilaret.* Sed *vigilaret* retinemus. *Sal.* Causas hujus consuetudinis docui ex sententia Macrobii, Servii, Silii, Nasonis, in annotationibus nostris in Claudianum de laud. Stilic. II. 287. Virgil. Æn. VII. 609. Idem scribit Florus infra II. 3, 1. et IV. 12, 64. Augustin. Civit. III. 9. *Cam.* Vide etiam Plinium XXXIV. 7. et Servium Æn. I. 298. Item Varron. de lingua Lat. lib. IV. ubi leg. *ut sit aperta.* (sic bene liber vetus Turnebi) *semper, nisi cum bellum sit nusquam. Traditum est memoriæ, Pompilio Rege fuisse opertum, &c.* Fr. Salmasii adnotatio eo pertinet, quod in quibusdam Edd. legitur *ad similitudinem,* contra scriptos et optimas Edd. 'Ad simulacrum' Florus rursus IV. 2. 88. et Sueton. Cæs. LXXXIV. 'Ad similitudinem' Fran. et Voss. 3. 'Fidem pacis ac belli' dicit Janum, qui fidem faceret, qui indicaret, pax an bellum esset. Freinsh. in Indic. Liv. I. 19. ita: 'Indicem pacis bellique fecit: apertus, ut in armis esse civitatem; clausus, pacatos circa omnes populos significaret.' *Fides* pro re, quæ fidem facit. Justin. IX. 2. 'Ea primum fides inopiæ Scythicæ fuit.' Liv. XXI. 13. 'Vestra autem causa me, nec ullius alterius loqui, quæ loquor apud vos, vel ea fides sit, quod....' Propert. IV. 6. 60. 'Nostri sanguinis ista fides.' Vid. cl. Burm. ad Ovid. Met. XII. 365.

Focum Vestæ] Vult, sicut sidera æternum lucent, sic debere virginum

Digitized by Google

assidua cura atque opera hunc ignem. Lipsius de Vesta cap. 8. ubi vide plura, qualia solent apud Lipsium. Plutarch. Rom. c. 41. et Dionys. II. 66. a Romulo institutas Vestales referunt, ut Vestæ sacra curarent, et ignem ejus custodirent. Vide et Ovid. Fast. VI. 248. et seqq. *Fr.* *Focus Vestæ* sæpe apud Veteres. Ovid. Fast. IV. 296. 'Quæque colunt sanctos virginitate focos:' Cicer. de Leg. II. 8. et 12. alii apud Lips. in libro de Vesta.

Flamma vigilaret] Statius Sylv. 1. 1, 35. 'An tacita vigilet face Troicus ignis?' *Fr.* *Flama* Toll. Vid. I. 6. 1.

Egeriæ] De Egeria præter alios Ovid. Fast. III. 260. et Met. XV. 482. Augustin. Civit. 7. cap. ult. Lactant. I. 22. Cicero de Legib. I. Acron. II. Epist. Horat. *Cam.* Similia recensent Val. Max. I. 2. Dionys. II. 62. Plutarch. Numa cap. 8. Diodor. I. 94. Nicolaus Damasc. in Excerpt. Vales. pag. 525. Max. Tyrius Dissert. p. 21. *Fr.* De Egeria add. Interpretes Virgil. in Æn. VII. 763. Festus: 'Egeriæ sacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere.' Novissimus Editor emendat *conceptum alvo egerere*. Hoc dudum occuparat Turneb. Advers. III. 5. Idem adnotat in Gloss. Isidori *Egeriam* exponi 'noxiam.' Sed hoc corruptum esse, et apud Isidorum legendum *Egeria, Nixia* docuit Reines. Var. Lect. I. 8.

Barbari] Appellat ita, quod rudes et feroces fuerint, nullis cultioribus institutis mitigati, quod Noster tangit infr. I. 22. 1. et Dionys. III. 26. sive quod ex Barbaris, hoc est, non Græcis orti. Qua ratione Plautus, 'Marcus vertit barbare,' in Prologis Asinariæ, et Trinummi: item Captivis, IV. 2, 114. 'Quid tu per barbaricas urbes juras?' cum Italas nominasset: et in ejusdem Pœnulo III. 2, 21. 'Barbariam' pro Italia accipiunt. Dionysius tamen Romanos a Græcis ortos asserit, IV. 31. hoc argumento, quod literis Græcis scripta columna in Dianæ fano locata fuerit tempore Regis Tullii. Cujus tamen fidem elevat Cæsar de Bell. Gall. VI. 14. qui Græcas literas in usu fuisse scribit apud Gallos, quos tamen nemo facile a Græcis deduxerit. *Fr.*

§. 4 *Ut quod vi et injuria*] Hanc plerorumque, fere dixerim omnium, magnorum imperiorum originem esse facile videbunt res ex vero æstimantes; ut ridicule facere videantur, qui ab aliis majorum suorum acquisita, ab aliis iterum perdita, longo post intervallo, quasi jure repetunt, sicut apud Tacitum VI. 31, 3. Artabanus Parthus 'Veteres Persarum ac Macedonum terminos reposcit:' et apud Herodian. VI. 6. Artaxerxes Persa omnem Asiam, *ceu veterem Persarum possessionem, sibi vindicat*. Sapor etiam apud Marcell. XVII. 10. Constantino Imp. scribit in hæc verba: 'Adusque Strymona flumen, et Macedonicos fines, tenuisse majores meos, antiquitates quoque vestræ testantur: hæc me convenit flagitare.' Adde Nostrum infra II. 8. 7. Bodin. de Repub. Tac. III. 26, 3. Sic de Peruvianis Pietro de Cieca in Chronic. del Peru I. 117. *Id.* Lipsius de Magnit. Rom. IV. 3. ea, quæ apud Sallust. Hist. IV. Mithridates, et apud Tacit. Agr. XXX. Galgacus de injustitia armorum Romanorum dicunt, eo elevat, quod illa ab hostibus profecta sint. Pugnet Lipsius pro Romanis, quantum lubet. Ego cras credo, hodie nihil. Hic certe, saltem de Romulo, et initiis imperii Romani, est ingenua confessio hominis Romani, qui panegyricum magis, quam historiam Pop. Rom. scripsit. Minuc. Fel. Octavio c. 25. 'Quidquid Romani tenent, colunt, possident, audaciæ præda est.' Add. Liv. I. 19.

Religione] Vide de Alcimo Lydorum Rege piissimo simillima apud

Digitized by Google

Suidam in *Xanthus*. Græv.

CAP. 3 *De Tullo Hostilio*] Vitam Tulli Hostilii regis scribunt Livius, I. 22. Dionys. III. Eutropius, I. 6. Orosius, II. 4. Victor de Vir. illustr. cap. 4. Val. Max. III. 4. 1. VII. 4. 1. IX. 12. 1. Plinius, II. 35. XXVIII. 2. Augustinus Civit. III. 15. Ruffus. Virgil. Æn. VI. 812. *Cam.*

§. 1 *Cui in honorem virtutis*] Scripti Jordanis mendosissime heic legunt: *cujus honorem virtutis*, et supra eadem manu correctum, *ob honorem*. Quod non procedit. *Sal.* Auctor de Vir. illustr. cap. 4. 'Quia bonam operam adversus Sabinos navaverat.' At quomodo potuit, si sub Numa duorum et quadraginta annorum pax fuit? Sed de avo ejus id referunt Livius et Dionysius, ut ita non tam in honorem suæ quam avitæ virtutis regnum accepisse videatur: licet adeptum postea præclare administraverit. *Fr.* Infra III. 5. 10. 'In honorem mortuorum,' et similia III. 20. 8. et IV. 12. 22. Vavassor in libello de Vi et Usu quorumdam verborum putat, veteres abstinuisse his loquendi generibus, 'in honorem,' 'in gratiam,' 'in laudem alicujus facere.' Apud Velleium II. 18. 3. et II. 41. 2. primum inveniri 'in gratiam alicujus facere,' ac deinde eas phrases vulgo cœpisse usurpari. Sed Ciceronem aliosque veterum dixisse 'alicujus causa,' 'alicujus gratia,' 'honoris causa,' 'honoris mei,' 'tui,' 'illius causa,' 'gratiæ causa,' 'in aliquem' denique, seu 'de laudibus alicujus scribere,' aut 'loqui.' In Livio tamen plus semel legitur, quod Velleium primum usurpasse putat Vavassor. Vid. Liv. XXVIII. 39. XXXV. 2. XXXIX. 26. XL. 17.

Regnum ultro datum] Ms. Gud. *regnum ultro datur:* et mox Reg. *prœliis utrinque.* Græv.

Hic omnem] An non ante eum Romulus? haud dubie: quomodo ergo hic 'omnem militarem disciplinam condidisse' dicitur? 'Condere' igitur Floro est, perpolire, corrigere, et quasi ex integro restituere, sicut Ecbatana Seleucus 'condidisse' dicitur apud Plin. VI. 14. gentem Tyriorum Alexander apud Justin. XVIII. 4, 1. imperium Carthaginiensium Mago apud eundem, XIX. 1, 1. Ita Augustus 'faciendi' verbo utitur, ubi templum Jovis Feretrii 'fecisse' dicit, in monumento Ancyrano. *Fr.* 'Condere' quidem interdum est, instaurare et reficere collapsa, stabilire, confirmare: et sic Plin. Ep. X. 28. Trajanum 'conditorem disciplinæ militaris firmatoremque' vocat. Vid. Lang. ad Cicer. Off. I. 21. Verum Florus hic non de militiæ, sed disciplinæ militaris, et artis bellandi institutione et auctore agit, et non militiam, sed 'disciplinam militarem artemque bellandi' a Tullo 'conditam' dicit. Nimirum Romulus jam ante instituerat legionem, militumque in ea numerum et conditionem definiverat: Tullus autem deinde, ut auctor est Florus, disciplinam addidit, quo nomine contineri possunt exercitia et tractatio armorum, ordo agminis et aciei, præmia et pœnæ, multaque alia. Ita h. l. exponit Lipsius in Recitationibus. Idque verum esse ostendunt verba, quibus Florus in hac re utitur. Nam hic 'disciplinam militarem, artemque bellandi,' et 'exercitationem juventutis' memorat; at infr. c. 8. Tullum 'militiæ artificem,' non conditorem vocat, et 'auxisse ratione virtutem' dicit. Itaque 'condidit disciplinam militarem' hic nihil aliud est quam, auctor illius fuit, primus eam ordinavit, ut de Magone Justin. XIX. 1. 'Quum primus omnium ordinata disciplina imperium Pœnorum condidisset, viresque civitatis non minus bellandi arte quam virtute firmasset.' Et sic ad h. l. Perizonius.

§. 2 *Exercita juventute*] Contra dictata Grammaticorum, qui 'exercitum'

Digitized by Google

volunt dici eum, qui cum multis molestiis et ærumnis conflictatus est; 'exercitatum,' qui sibi labore et usu peritiam rei alicujus comparavit. Agrœtius in Grammaticis Vet. Putschii: 'Exercitus laboribus: exercitatus studiis.' Serv. in Virg. Æn. III. 182. ''Exercitatus,' peritus significat.' Sed Scriptores veteres sæpe negligunt hoc præceptum Grammaticorum. Tacit. A. III. 20. 'Impiger manu, exercitus militia.' Vid. Casaub. ad Sueton. Tiber. VI. et cl. Burmann. ad Petron. c. LXXXIII.

Gravem] Potentem, validum, et qui non facile vinci posset; ut qui diu princeps Latii fuisset. Liv. XXXIV. 17. 'Segesticam gravem atque opulentam civitatem vineis et pluteis cepit.' Ovid. Am. I. 9. 19. 'Ille graves urbes, hic duræ limen amicæ Obsidet.' Cæsar B. G. IV. 3. 'Hos quum Suevi multis sæpe bellis experti, propter amplitudinem gravitatemque civitatis, finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt, ac multo humiliores infirmioresque reddiderunt.' Ita rectius hic Perizonius, quam Ryckius, qui adscripserat, inquietum, et in vicinorum injurias promtum: quamquam alibi 'gravis' ita recte exponitur. Vid. Græv. ad Justin. XLI. 1.

Principem populum] 'Princeps populus' est, qui reliquis plus potest polletque. Hoc ante Romanos in Italia Albani erant 'diu,' 400. nempe per annos. Servius ad Æn. I. 276. Nam quod Virgilius et Justinus XLIII. 1, 13. 300. duntaxat mentionem faciunt, hoc est, usque urbem conditam. *Fr.* Cincius ap. Festum in *Prætor* scribit Albanos rerum potitos usque ad Tullum Regem. Albam 30. annis post Lavinium conditam esse prodit Dionys. Hal. I. 66. Ab ea condita autem usque ad Numitorem et Amulium 400. annos fluxisse tradit Strabo lib. V. p. 229. Et ex annis singulorum Regum Albanorum ap. Dionys. I. 71. et Eusebium in Chron. colligitur summa plus 400. annorum ab Alba ad Romam conditam: quibus si addantur plus 80. a Romulo ad Tullum, fient non minus 500. et ita Dionys. III. 10. et 23. Idemque III. 31. subtiliter numerum exsequens Albam 500. annos minus 13. stetisse scribit.

§. 2 *Misso in compendium bello*] Senec. de Ira III. 2. 'Nec in pecuniam aut lucrum tota civitas spem suam misit.' Quint. Decl. CCCXIII. 'Oportet esse in civitate et accusatores; alioqui omnia mittuntur ad manus, omnia mittuntur ad ferrum.'

Horatiis Curatiisque] Latini scriptores hos vocant 'Curiatios,' et e Græcis Plutarch. et Zonaras. Dionys. Halic. Κοριατίους. Vid. Sigon. Defens. Scholior. ad Liv. I. 11. Pro *tergeminis*, quod recentiores Edd. habent, ex omnibus scriptis et Vett. Edd. revocavi *trigeminis*. Et sic de his Liv. I. 24. Colum. III. 8. Gell. I. 10. Festus in v. *Sororium*, Macrob. Sat. I. 5. Aurel. Vict. cap. IV. et Jordanes. In Pandectis Florent. l. 3. 'Si pars heredit. pet.' iidem dicuntur 'tregemini,' quod idem est. Et est discrimen inter 'trigeminus' et 'tergeminus.' Nam 'trigemini' sunt tres uno partu editi, ut locis dict., et apud Colum. II. 1. III. 10. et VII. 6. l. 7. pr. D. de Reb. dub. et l. 137. de V. S. Unde etiam Plautus videtur nomen imposuisse Fabulæ 'Trigeminis,' quam memorat Gell. VII. 9. 'Tergeminus' autem dicitur vel pro triformi, triplici, ut 'Tergemina Hecate' Virgil. Æn. IV. 511. 'Tergeminus Geryon' Id. Æn. VIII. 202. 'Tergemina spolia' Liv. I. 26. et alia, de quibus Bernart. ad Stat. Theb. VI. 289. et Bochart. Hieroz. p. 1. lib. II. cap. 40. Vel pro amplissimo maximoque, ut 'Tergeminum sophos' Martial. III. 46. 'Tergemini honores' Horat. Carm. I. 1. ex sententia Turnebi et aliorum. In Plinio quidem

Digitized by Google

H. N. VII. 3. *tergemini* dicuntur tres uno partu editi: 'Tergeminos nasci certum est, Horatiorum Curatiorumque exemplo:' et contra *trigeminus* pro triplici ap. Liv. VI. 7. 'Modo trigeminæ victoriæ triplicem triumphum egistis.' Sed hæc mihi suspecta sunt. Nam et Horatius, qui in Fastis Pigh. ad A. U. 300. et 302. 'Tergeminus' vocatur, in Fastis Anonym. Norisianis 'Trigeminus,' et Diod. Sic. lib. XII. p. 293. Τριγέμινος est. Et quod in Epit. Liv. I. editur *Tergeminorum pugna*, id in Ms. inveni *Trigeminorum*.

Utriusque populi fata commissa sunt] Nazarianus et Jordanis Codices *fata permissa sunt*. Haud paulo melius. *Sal.* Jordanei *fata permissa sunt:* nec aliter Flori scripti Codices. Cur magis placuerit *commissa* quam *permissa* illis, qui primi hoc pro illo substituerunt, nescio. Nos antiquam scripturam reponendam censemus, quam non antiquitas modo sed etiam bonitas tuetur. *Id.* in Append. Ita Pal. pr. Gruteri, veteres Salmasii, et Jordanes. Hactenus editi *commissa*. Rem ipsam quod attinet, similia exempla collegit Zwingerus Theatri Histor. vol. VIII. lib. IV. pag. 2118. Quale apud Pausaniam quoque legitur lib. V. in historia Oxyli, et in lib. III. rer. Vienn. Lazii pag. 91. de Friderico II. Duce Austriæ. De talibus quid sentiant JCti, lege apud Ferdin. Vasqu. Quæst. Illustr. lib. I. cap. 40. Ayalam de Jure et Officiis Bellicis lib. I. cap. 3. *Fr.* Add. Casaub. ad Athen. IV. 13. Non video cur tam præcise damnari debeat *commissa*, quod non solum tuentur Pal. 1. 2. Fran. Toll. Duisb. et om. ed. sed etiam ipse Florus IV. 2. 43. 'Philippicis campis Urbis, imperii, generis humani fata commissa sunt.' Et Livius I. 27. 'Quod tribus militibus fortuna publica commissa fuerit.' Sed tamen secutus sum Freinshemium et Grævium: nam Naz. scripturam etiam Regg. et Voss. confirmant. In Ryck. est *p. commissa sunt*. Hoc videtur pertinere ad consuetudinem scribarum adnotandi variam lectionem, de qua Salmas. ad n. 8. huj. cap. et infr. ad c. 13. princ.

§. 5 *Sic (rarum) unius manu parta victoria*] Ita in vetustissima editione legi, præstantissimi viri testantur, nisi quod *verum* eam habere dicant pro *rarum*. Scripti libri cum reliquis editionibus *rarum alias decus:* nec temere ullum vidimus scriptum codicem, nisi in hac lectione retinenda consentientem. Vetustiss. etiam Jordanei, *Sic rarum alius decus*. *Alius* pro *alias:* in hoc auctore ita emendavimus paulo infra, lib. II. nam in Longobardico caractere *u* et *a* confunduntur. Vidimus qui legeret: *Sic (rarum alias) de Curiatiis manu parta victoria est:* absurde et inepte. Legendum: *Sic rarum alias decus, unius manu parta victoria est.* Sal. *Sic (rarum alias decus) unius*] Ita Pali. editionesque pleræque. *Grut.* Gruterus, quem hic designat Salmasius, in Edit. A. 1609. scribit in V. E. esse *sic (rerum) unius manu p. v. e.* Recte; nisi quod *rerum* uncis inclusum non est. *Rarum* sic apud Tac. A. I. 56. 'Nam (rarum illi cœlo) siccitate et amnibus modicis inoffensum iter properaverat.' Et, 'Rarum etiam inter hostes,' ibid. cap. 39.

Circa se] Liv. I. 26. ita: 'Cognitoque super humeros fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat.' De hoc more circumferendi spolia vid. Perizon. Animadv. Hist. cap. VII. pag. 237.

Citavere leges nefas] Quis de hac lectione dubitet? pro ea tamen portentum est in vetustis Jordanis libris: *ultus est ferro quod auderet leges nefas*. Exerceant se, quibus otium suum id potest concedere. Nobis ut male otiosis esse non licet, ita nec occupationes nostras male collocare. *Sal.* Quanto simplicius in hac re Livius I.

Digitized by Google

26. 'Raptus in jus ad Regem.' Et Cicer. pro Cluent. et alibi, 'Lege citare reum.' *Leges*, pro eo, quod fit ex legibus. Senec. de Brevit. vit. c. xx. 'Lex a quinquagesimo anno militem non cogit, a sexagesimo Senatorem non citat.' 'Nefas' Perizonius accipiebat pro homine nefario, adscripseratque: Sic 'Scelus' ap. Terent. 'Servitia' et 'Ergastula' Flor. III. 21. 11. Hac significatione etiam ap. Virg. est *nefas*, Æn. II. 585. 'Exstinxisse nefas tamen, et sumsisse merentis Laudabor pœnas.' Freinsh. in Ind. exponit 'scelus,' facinus. Nec male; ut 'citare nefas' eodem modo dicatur, quo 'accusare negligentiam, perfidiam, avaritiam' alicujus.

Abstulit virtus parricidam] Hæc veterum codicum omnium, quos docti viri viderunt, lectio est. Nullus *parricidium*, quod doctiss. Pontano placebat. Pro *virtus abstulit parricidam* Cicero dixisset 'virtus eripuit parricidam.' Nam rei eleganter dicuntur eripi, qui aut vi aut auctoritate ac gratia potentiorum hominum absolvuntur. Cic. Act. II. in Verr. lib. I. 'Non est is reus, non id tempus, non id consilium (metuo ne quid arrogantius apud tales viros videar dicere), ne actor quidem is est, cui reus tam nocens, tam perditus, tam victus, aut occulte surripi aut impune eripi possit.' Pro quo paulo ante dixerat: 'Ex manibus populi Romani eripi. Nam quis hoc non intelligit, istum absolutum Diis hominibusque invitis, tamen ex manibus populi Romani eripi nullo modo posse?' In eod. lib. 'Tum vero quod pronunciatum est, non per Neronem judicatum, sed per Dolabellam ereptum existimabatur:' hoc est, extortum a Dolabella. Suet. Aug. c. 56. 'Cunctari se, ne, si superesset, eriperet legibus reum.' Cic. pro Cluent. 30. 'Condemnatum adducebam, ut ne eripi pecunia quidem posset.' Quod aliis scriptoribus est 'eripere,' hoc Floro 'auferre.' Virtuti vero non invenuste tribuit, quod alii de gratiosis ac potentibus hominibus dicunt, in quorum gratiam rei damnandi absolvuntur. *Græv.*

Facinus intra gloriam fuit] I. e. minus gloria. Freinsh. in Ind. Non tantum valuit facinus ad eum condemnandum, quam virtus et gloria ad absolvendum. De hoc genere loquendi vid. Manut. ad Cic. Fam. IV. 4. Gronov. Obs. I. 10. et ad Sen. Med. V. 520. et Broekh. ad Propert. III. 7. 2.

§. 6 *Nec diu in fide Albanus*] Ryck. Pal. 2. Fran. Voss. 3. et Edd. Vett. præter primam, intrudunt glossam *mansit Albanus*. Reg. Q, *permansit*. Jord. *Albanus perstat*. Non cogitabant hi correctores Florum delectari conciso genere loquendi. Sic mox, 'Spes inde nostris, metus hostibus.' Add. I. 1. 9. III. 10. 18. IV. 2. 67.

Nam Fidenate bello missi] *Misit in auxilium et fœdere:* ita vetus Naz. et Jordanei: mendose prorsus. *Sal.* Sic apud Tac. III. 41. 8. bello Sacroviriano 'quidam Galliarum primores tulere auxilium, quo dissimularent defectionem, magisque in tempore efferrent.' *Fr.* Idem vitium quod in Naz. et Jord. notat Salm. est in Duisb. et V. Ed. nisi quod in illis est *ex*.

Expectavere fortunam] Callido consilio ducis, quod tamen ipsi in exitium vertit. Apud Liv. XXXI. 32, 4. 'Damocritus, Prætor Ætolorum, egregie consultum genti aiebat; nam utrius partis melior fortuna belli esset, ad ejus societatem inclinaturos.' Claudian. Metii hujus personam pulcre aptavit Gildoni de bell. Gild. vers. 247. 'Subsedit fluitante fide,' &c. Britannorum similis actus, nec ipse impunitus, refertur in Chronico Scotiæ Monipennii, sub rege Fergusia. *Fr.*

§. 7 *Ubi inclinare socios*] Naz. *subincli-*

nare socios: male. Alter Pal. *se socios ad hostem videt:* in altero *etiam se suos.* Sed hæc levicula tædet chartæ mandare. *Sal.* Naz. *subinclinare socios.* Quod damnat Salmasius, sed merito vindicat Nic. Heinsius, præfatus, sic 'Subdiffidere,' et 'Subdifficilis,' et mille talia apud Ciceron. inveniri. 'Subdeficiens quassa adhuc voce' ap. Curt. lib. VII. cap. 7. ap. Paterc. lib. II. 'Subrefectus primo aspectu carissimi sibi capitis,' de Augusto, cum graviter jacenti supervenisset Tiberius. 'Refectum' dicere non potuit, cum morbus iste Augusto esset letalis. 'Subimpetrare' Tacito, 'Subinfluere' Senecæ in Nat. Quæst. 'Subexhibere' Arnobio. Non percepta fuit vis et elegantia illius verbi. *Græv.* Si in Naz. non fuit *ubi*, ut videtur indicare Salm. manifeste vitiosa est illius Cod. scriptura. Nam nemo non videt ultimam literam vocis *callidus* temere repetitam, et capiti seq. vocis *ubi* adjectam, atque inde illud *subinclinare* ortum esse.

Quasi ipse mandasset] Hoc ipsum et similia refert Frontin. Strateg. II. 7. et de Datame Polyænus lib. VII. de hoc Sidon. Apoll. Carm. 2. vs. 288. Vide Nostrum IV. 2, 83. Et Frontin. VI. 16, 4. *Fr.*

§. 8 *Metium Fufetium*] Etsi properamus, ἐν παρόδῳ admonere non pigebit, *Mettum* heic scribi in optimis Naz. membranis, non *Metium;* et in antiquis Jord. Quomodo etiam scribendum censeo ap. Virgil. illo versu: 'Citæ Mettum in diversa quadrigæ Abstulerant:' et in illo Ovidii, a criticis exagitato: 'Sic doluit Mettus, tunc cum, in contraria versus, Ultores habuit proditionis equos.' Nam viri docti, qui persuasum habent a Virgilio et Ovidio propter versum 'Metum' pro, Metium usurpatum fuisse, egregie animi falluntur. 'Metum' dixere veteres, et 'Mettum,' 'Metium' et 'Mettium' pro eodem: ut 'Atius' cum simplici *t*, et cum duplici 'Attius.' 'Metum' dixisse veteres, nihil melius probet, quam ὑποκοριστικὸν 'Metellus.' Nam ut a Marco, Marcellus, sic a Meto, Metellus, Græcis Μέτιος. Ita semper apud illos scriptum reperies. Latinis Scriptoribus 'Metum' aut 'Mettum' frequentius, quam 'Metium,' reperies: quod sciunt satis, qui in pervolutandis membranaceis libris aliquid temporis contriverunt. Vide indicem luculentum Inscript. Gruterianarum. *Sal.* Naz. antiquiss. Vin. Reg. F, Toll. et Voss. 1. 2. habent *Fufetium* quod se etiam in exemplaribus Orosii invenisse testatur Fabric. ad Oros. II. 4. Pal. 1. 2. Duisb. et V. E. *Suffetium*, Reg. Q *Sufet*, quod etiam in cet. libris Vin. videtur fuisse. Ryck. *Fuffet*. Fran. *Fusec.* Voss. 3. *Susec.* Omnino scribendum est *Fufetius* vel *Fuffetius*, ut ostendunt Vinet. ad h. l. Pier. ad Virg. Æn. VIII. 642. Sigon. ad Liv. I. 23. et in Defens. illius Scholii contra Robortellum. Ceterum ex iis, quæ Pier. l. d. Vinet. et Salmas. ad h. l. scribunt, apparet, quam recte ab Jasitheo, i. e. Raph. Fabretto in Apolog. p. 74. reprehensus fuerit Jac. Gronovius, quod in Epist. I. earum, quibus loca quædam geographica Livii emendat, scripserat *Mettus*. Ovidii distichon, quod e Trist. I. 3. 75. hic laudat Salmasius, pro supposito habet N. Heinsius ad Ovid.

Religatum inter duos currus] Vera est hæc lectio. Cave censeas *currus* heic esse patrii casus: legendum enim: *inter duos currus, funes.* Est varians lectio, quam juxta adscripsit librarius, ut, qui vellet, eligendi potestatem haberet: inde est, quod in quosdam libros propagatum fuit *inter duos currus:* in alios *inter duos funes.* De hoc librariorum et antiquariorum more, parum adhuc observato, dicemus infra idoneo magis loco; cujus rei ignorantia fecit, ut in multis auctorum locis restituendis multi hacte-

Digitized by Google

nus impune peccaverint, cum id non observassent. Videri fortean posset lectum olim fuisse aut legisse quosdam *religatum inter duos currus fune, pernicibus equis distraxit:* id est, fune religatam inter duos currus. Quam tamen Flori manum fuisse vix censeam. *Sal.*

Pernicibus equis distraxit] Præter nominatos lege Agell. xx. 1. Val. Max. vii. 4. Plutarch. Parall. cap. 7. Claudian. in Gildon. vs. 254. Virg. Æn. viii. 642. *Cam.* Varro primo de vita P. R. 'imperiosius, quam humanius' egisse hoc facto Tullum dicit. Livius certe, i. 28. 15. 'supplicium exempli parum memoris legum humanarum' vocat. Id supplicii Herculem invenisse ferunt. Et ab Hermanarico, Gothorum rege, usurpatum scribit Bonfin. Dec. 1. lib. ii. Nec absimile in Bessum statuit Alex. *Fr.*

§. 9 *Quamvis parentem, æmulam tamen*] Ita, ubi de imperio agitur, omnia alia inferiora sunt, nec parentibus, nec filiis, aliisve sanguine aut necessitudine junctis parcitur, quorum exemplis plenæ omnes historiæ. Vide Tac. xii. 47, 7. Nam, ut ait Liv. i. 42. 2. 'Invidia regni, etiam inter domesticos, omnia infida atque infesta facit.' Nimis quippe alte infixum est animis hominum illud apud Suet. Cæs. xxx. 9. Euripidis: *Nam si violandum est jus, regnandi gratia violandum est.* Fr. Flor. iii. 18. 15. 'Contra matrem ac parentem suam.' De his appellationibus urbium respectu coloniarum ab iis conditarum vid. P. Fab. Semestr. i. 9. et Freinsh. ad Curt. iv. 2. 10. Græci eadem ratione μητέρας dicunt. Scalig. ad Catull. Carm. lxviii. vs. 34.

Ipsumque Populum Romanum transtulisset] Manifesto legendum *Romam.* Perperam in Naz. *Romanum.* Sal.

Rediisse rursus] In Reg. Q male deest *rursus*. De hoc et aliis hujus generis pleonasmis Freinsh. in Ind. v. *Rursus*, Buchner. de Commut. rat. dicendi i. 21. et Erhard. ad Petron. c. 28. Ryck. Duisb. Fran. Jord. et V. Ed. *perisse* et *redisse*. Et sic in aliis verbis plerumque Duisb. Ryck. et V. E.

Cap. 4 *De Anco Marcio*] Quæ compendiose hic narrantur lege ap. Liv. i. 32. Dionys. iii. 49. Eutrop. i. 7. Oros. ii. 4. Victor. de Vir. illustr. cap. 5. Ruffum, Solin. c. 2. Augustin. Civit. iii. 15. Euseb. lib. temporum, Plinium, xxxi. 8. Claudian. in Gild. vs. 109. Virg. Æn. vi. 815. Dictus autem 'Ancus' ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, id est, *a cubito*, quem incurvum habuit; Servius est auctor, Æn. vi. 815. *Cam.* Tales enim 'Ancos' appellari Festus affirmat. Aliter Const. Manasses vs. 1654. Τὴν γὰρ ἀγκύλην τοῦ ποδὸς εἶχε πεπηρωμένην. *Fr.* Idem, quod Festus et Servius, scribit Valerius Antias apud Val. Max. in Fragm. de Nominib. *Marcius* porro, non *Martius*, ut male in quibusdam libris, scribendum esse docet Sigon. ad Liv. i. 32.

§. 1 *Nepos Pompilii, par ingenio*] Addit Jordanes *Nepos Pompilii, ex filia.* Quod quidem verum est. Atque ita scripsit Florus. Idem Jord. pro *pari ingenio* reposuit *pravo ingenio:* id quoque prave. Pari ingenio cum Pompilio avunculo fuisse intelligit, quoad religiones ac cæremonias, quas institutas per Numam, a proximo rege Hostilio bellatore intermissas vel abolitas, restituit. Vide Livium. *Sal.* Ancus semper repetito nomine avi materni 'Numæ nepos' dicitur. Ita præter Florum Livius, Aurel. Victor, Dionys. Hal. Plutarch. et ceteri omnes, qui numquam nomini illius addunt, quo patre, sed qua matre vel avo fuerit ortus, quia ab his omnis ejus nobilitas. Hinc Seneca Epist. cviii. 'Anci pater nullus: Numæ nepos dicitur.' Nullum ejus patrem fuisse dicit, non, quod patrem non habuerit, sed quod ignobilem, si cum matre comparetur, et Historicis non

Digitized by Google

memoratum; ideoque postea plerisque ignotum. Perizon. Animadv. Hist. c. 3. p. 157. Add. clariss. Noodt. Probab. l. ult. et Patric. ad Fragm. Ciceronis Tom. III. p. 7. qui frustra se torquet in constituenda lectione Senecæ, l. d. In Salmasii animadversione quædam prave edita esse vel ipsius vel operarum typographicarum culpa cuivis apparet.

Pari ingenio] Nimirum ad pacis artes prompto, quali Numa fuerat: quanquam nec belli gloria caruerit, sed 'cuique superiorum regum belli pacisque et artibus et gloria par' fuerit, teste Livio, I. 35, 1. *Fr.*

§. 2 *Hic igitur et mœnia muro amplexus est*] Libri omnes veteres non agnoscunt istud *hic*. Sed ita hunc locum concipiunt: *Igitur et mœnia muro amplexus est.* Quid sit 'mœnia muro amplecti,' quærere possent illi, qui putarent muros urbis, et mœnia, rem eandem esse. Non ita est. 'Mœnia' heic quælibet ædificia appellat, ut sunt domus et insulæ urbis. Sic probatos auctores hanc vocem passim usurpare alibi ostendemus. Quod ait igitur, mœnia muro amplexum esse Ancum Marcium, de Janiculo id accipiendum, quod muro urbi conjunxit Ancus, ponte quoque sublicio in Tiberi facto. Livius I. 33. 'Janiculum quoque adjectum. Id non muro solum, sed etiam ob commoditatem itineris ponte sublicio, tum primum in Tiberi facto, conjungi urbi placuit.' Utrumque heic simul expressit Florus. *Sal.* *Hic intermœnia* legit Salmas. quid autem muro cinctum, ostendit Livius, I. 33, 8. Dionysius, III. 45. *Pontanus.* Ita e Pontano Freinshemius. Sed hæc erat conjectura Salmasii ad primam Edit. *Hic* est in aliis om. sc. et ed. et Gruterus a solo Naz. abfuisse testatur. 'Mœnia' pro ædificiis urbium sæpe dici ostendit Salm. ad Lamprid. Commod. c. 17. Schulting. ad Sen. Controv. VI. et Gronov. Obs. II. 12. qui putat falli Salmasium hunc locum e Livio interpretantem de Janiculo. Nam Florum dissentire a Livio, qui solum Janiculum ab Anco muro et ponte sublicio Urbi conjunctum dicat: quum Florus velit, Ancum toti Urbi, quæ ad id tempus tantum vallo a Romulo facto, de quo supr. cap. 1. munita fuerat, murum circumdedisse. Sane hanc esse mentem Flori indicat etiam id, quod de Anco scribit c. 8. 'Ut urbem ponte jungeret, muro tueretur.' In quo, si fides est habenda Dionysio Hal. et Livio, vel erravit, vel rem in majus, ut solet, auxit. Nam Dionys. III. 43. et 45. ab Anco tantum Aventinum et Janiculum muro cinctâ dicit: Livius autem I. 33. solum Janiculum. Servium Tullium deinde septem montes uno muro amplexum auctor est Dionys. IV. 14. de quo Liv. I. 44. 'Aggere, et fossis, et muro circumdat Urbem.'

Interfluentem Urbi] Jord. in veteribus libris *influentem urbi.* Non quidem male, sed non propterea sollicitanda Flori germana lectio. *Sal.* Pontis hujus vestigia hodieque Romæ extare, et incolis *Ponte marmorato* vocari, testatur Paulus Merula, Cosmogr. part. II. lib. IV. c. 22. ubi vide. *Fr.* Fuit hic pons ille sublicius, de quo plura Donat. de Urbe Roma III. 21. et Nardin. Rom. Vet. VIII. 3. Freinshemius in Ind. conjungit, interfluentem Urbi. Potius jungenda sunt, commisit Urbi. Curt. IV. 2. 16. 'Jacienda moles erat, quæ Urbem continenti committeret.' V. Freinsh. Ind. Curt. *Interfluere* autem accusativo jungitur. Liv. XXVII. 29. 'Fretum, quod Naupactum et Patras interfluit.' Et Curt. III. 1. 'Media illa tempestate mœnia interfluebat Marsyas.' Fran. *Tiberim*, quod etiam videtur invenisse scriba Cod. Ryck. in quo est *Tiberini.* Salmasius e Naz. adnotarat *ponti.* Pro *commisit* Flor. habet *conjunxit*, et cum Ryck. Duisb. Fran. Voss. et om. ed. *veluti.*

Digitized by Google

Ostiamque] Plurima huc facientia lege apud Merulam, d. lib. IV. cap. 19. et 21. *Fr.* Add. Cluver. Ital. Ant. III. 3. Bergier. de publ. et militarib. Imper. Rom. viis IV. 49. n. 8. 9. 10. et quos ibi laudat Henninius.

CAP. 5 *De Tarquinio Prisco*] Historiam regis hujus scribunt Livius, I. 35. Dionysius III. 59. Eutrop. I. 7. Oros. II. 4. Victor cap. 6. de Vir. illustr. Valer. Maxim. I. 4. 1. et III. 4. 2. Plinius, XXXIII. 1. et III. 35. 12. Lactant. II. 1. Augustin. Civit. III. 15. Lege Ruffum, Solinum, Eusebium. *Cam.* Vide etiam Suidam. *Fr.* Hunc 'Priscum' demum cœpisse vocari, postquam alter Tarquinius regnum nactus est, adnotat Sigon. ad Liv. I. 34.

§. 1 *Quamvis transmarinæ originis*] Patre nimirum Demarato Corinthio natus, cujus præter citatos Strabo lib. V. et VIII. meminit. *Fr.*

Regnum ultro petens accipit] 'Ultro petens' addit, quod hic primus ambitiose petiit regnum, contra quam Reges superiores, quibus id propter opinionem virtutis ultro delatum fuerat, Liv. I. 35. Idem de priscis aliarum gentium Regibus scribit Justin. I. 1.

Græcum ingenium] Ita plane Seneca Nat. Q. II. 50. 1. 'Attalus noster, egregius vir, qui Etruscorum disciplinam Græca subtilitate miscuerat.' Sic intell. Tacitus de Livia, V. 1. 5. 'Cum artibus mariti, simulatione filii, bene composita.' *Fr.* Add. Ind. Græci ingenio, eloquentia, et artibus, quæ ad animi cultum pertinent, aliis nationibus antecellebant, et in omni ratione vitæ elegantiores et cultiores, sed magnitudine animi, gravitate, et virtute bellica Italis inferiores habebantur. Ovidius: 'Græcia facundum, sed male forte, genus.' Sallust. Orat. de Rep. ordin. II. 'Unius tamen M. Catonis ingenium versutum, loquax, callidum haud contemno. Parantur hæc disciplina Græcorum. Sed virtus, vigilantia, labor apud Græcos nulla sunt.' Hirtius de Bell. Alex. c. 15. 'Rhodiis navibus præerat Euphranor, animi magnitudine ac virtute magis cum nostris hominibus, quam cum Græcis, comparandus.' Add. Horat. Art. P. vs. 323. Cic. pro Flacc. c. 4. et de Græcarum ac Romanarum artium discrimine Virg. Æn. VI. 848. et seqq.

§. 2 *Centuriis tribus auxit*] Exercuit hic locus viros eruditos. Difficultas inde oritur, quomodo Florus potuerit tradere Tarquinium tribus voluisse augere, cum alii rerum Romanarum scriptores testentur equitum centurias seu equestrem ordinem illum constituisse augere. Sic sane Livius lib. I. c. 36. sic Aurelius Victor aliique. Flori tamen sententiam, quod observavit doctiss. Rupertus, tuetur Dionysius Hal. lib. III. Οὗτος ὁ Νέβιος βουλομένῳ ποτὲ τῷ Ταρκυνίῳ τρεῖς φυλὰς ἑτέρας ἀποδεῖξαι ἐκ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πρότερον κατειλεγμένων ἱππέων, καὶ ποιῆσαι τὰς ἐπιθέτους φυλὰς ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἰδίων ἑταίρων ἐπωνύμους, μόνος ἀντεῖπε κατὰ τὸ καρτερὸν, οὐκ ἐῶν κινεῖν τῶν ὑπὸ Ῥωμύλου κατασταθέντων οὐδέν: *Idem Nevius, cum aliquando Tarquinius ad veteres tribus e delectis a se recens equitibus tres novas addere vellet, easque tribus additas a se atque ab amicis suis denominare, solus fortiter contradixit, non sinens hic quidquam eorum, quæ a Romulo instituta essent, mutari.* Sed hic etiam locus obscurus est, et intellectu difficilis, non minus ac Flori. Dicit is quidem Tarquinium voluisse tribus augere, sed non nisi equitibus, quos ex civibus reliquis modo elegerat. Hoc qui intelligi potest ab historiæ Romanæ non imperito, qui novit, quid illo tempore et sequentibus quoque tribus fuerint? Non potest sane vocabulum φυλαὶ sive tribus accipi in ea significatione hoc loco, qua Dionysius libro II. usus est, et mille aliis locis, cum dicit populum

Digitized by Google

divisisse Romulum in tres majores partes, quas dixerit 'tribus;' tribum autem Græcorum lingua dici φυλὴν, τριττύα. Quis autem credat ex solis equitibus recens a se delectis voluisse novas tribus conscribere Tarquinium? Hoc tamen Dionysius dicit. Sed nullæ equestres fuerunt tribus, sed ex omnibus civibus conficiebantur tribus: ex singula tribu vero centuriam equitum excerpserat Romulus. Nulla unquam tribus fuit nec illarum quas Romulus instituit, nec quæ postea iis accesserunt, quæ ex solis equitibus fuerit conflata. Nulla autem alia ratio hunc nodum expediendi patet, quam si dicamus, Florum et Dionysium ipsas centurias equitum, quæ retinuerunt antiqua trium Romulearum tribuum nomina, dixisse tribus. Romulus cum omnem populum descripsisset in tres tribus, unam dixit Lucerum, alteram Ramnetum, tertiam Titiensium. Ex singula tribu selegit centuriam equitum, quibus solis adhæserunt sequenti tempestate nomina tribuum, ut equitum centuriæ dicerentur Luceres, Titienses, Ramnenses. Hinc a Dionysio et Floro equestres centuriæ tribus dictæ sint, quod vetus tribuum nomen illis solis postea fuit datum, quamvis perquam dure. Nam qui accurate loquetur, et qui norit quæ fuerint tributa Romanorum comitia, qui in exercitu tribuni militum, qui decuriones, qui alarum præfecti, nunquam centurias equestres tribus dixerit. Tribunus enim dicebatur proprie qui tribui præerat; hinc in copiis tribunus legionis, qui legioni, hoc est, peditibus, decurio vero, qui turmæ, et præfectus, qui alæ, præerat. Singuli cives adscripti erant alicui tribui. Ipsi equites quoque singuli suam tribum habebant. Nunquam vero tribum conficiebant soli equites. Isidorus tamen sic quoque loquitur Orig. lib. IX. cap. 3. 'Turma triginta equites sunt, Romani enim equites in una tribu trecenti:' hoc est, in unaquaque Titiensium, Ramnensium, Lucerum centuria erant tempore Romuli trecenti equites. Nam Romulus primo legerat ex qualibet tribu centum Celeres, seu equites, postea T. Tatio in urbem recepto centurias illas auxit, ut singulæ essent trecentorum, et totus equestris ordo nongentorum capitum, ut ex Livio emendato et Dionysio Hal. pluribus asserit contra dissentientes Gronovius Obs. III. 25. Hi sunt illi trecenti, quos in una tribu, hoc est, centuria fuisse Isidorus scribit. Tarquinius non tribus, hoc est, tres centurias nongentorum capitum a Romulo institutas auxit, ut decreverat facere, et illis centuriis de se et suis amicis nomina imponere; sed, relicto trium veterum centuriarum numero, capita duplicavit, ut singulæ centuriæ essent sexcentorum hominum. Hoc est quod Florus dicit Tarquinium tribus auxisse centuriis; singulam enim tribum, hoc est, centuriam Romuleam, auxit trecentorum hominum numero, quia Navius numerum tribuum augeri prohibuerat. Hoc tamen Tarquinius effecit, ut, quia novas equitum centurias, quibus nova nomina imponeret, conscribere non licebat, adjecti a se prioribus centuriis dicerentur secundi Titienses, Luceres, Ramnes, sicuti a Romulo creati dicebantur primi Titienses, Luceres, Ramnes, ut ex Festo viri docti pridem ostenderunt. Ceterum ut Florus aliique abusi sunt voce 'tribus' pro centuria equitum, quia prima illa tribuum appellatio postea apud solas equestres centurias remansit, sic vice versa propter eandem rationem Livius I. 13. tradit centurias tres equitum a Romulo conscriptas dictas fuisse Ramnenses, Titienses, Luceres: 'Eodem tempore,' inquit, 'et centuriæ tres equitum conscriptæ sunt, Ramnenses ab Romulo, ab Tito Tatio Titienses appellati. Lucerum nominis et ori-

ginis caussa incerta est;' cum tamen non solum ex aliis scriptoribus gravissimis, sed ex ipso Livio constet, a Romulo non centurias equitum, sed tres partes populi, in quas illum discreverat, quæ tribus nominabantur, dictas esse Ramnenses, Titienses, Luceres. Nam lib. x. cap. 6. ostendit olim tres tantum augures fuisse Romæ, singulam tribum unum habuisse: 'Ut tres,' ait, 'antiquæ tribus Ramnes, Titienses, Luceres, suum quæque augurem habeant.' Non possunt hic antiquæ tribus de centuriis illis equitum intelligi, de quibus in primo libro loquitur; alioqui soli equites habuissent augures; sed de toto populo in tres tribus illas distincto, quarum singulæ suus fuerit augur. Hæc prolixius, quam harum notularum ratio fert, sum executus, quoniam viros eruditissimos hic cespitasse video, et non ita pridem cum homine perdocto de hoc loco mihi fuerit contendendum. *Græv.* Pighius in Annal. ad A. U. 138. putat locum mutilum, et ita supplendum esse, *et equites centuriis tribus auxit.* Sed hoc recte refellit Rupertus ad h. l. Perizonius ad oram libri sui adnotaverat, *centurias viribus auxit*, et huic conjecturæ confirmandæ adscripserat loca Flori I. 1. 15. et III. 18. 3. Liv. I. 30. 'Et ut omnium ordinum viribus aliquid ex novo populo adjiceretur, equitum decem turmas ex Albanis legit:' et II. 1. 'Quo plus virium in Senatu frequentia etiam ordinis faceret.' Si locus non est corruptus, non video, quomodo vox 'tribus' aliter exponi possit, quam ex sententia Grævii, quæ etiam eo confirmari potest, quod Florus supr. I. 1. 15. eam videtur usurpasse pro centuriis equitum. Et tamen sic quoque alia ratione parum accurate loquitur. Nam ita verba, 'centuriis tribus' i. e. centurias equitum 'auxit,' nihil aliud significare possunt quam, ad veteres centurias novas adjecit, atque adeo numerum centuriarum auxit. Sed hoc negat Livius; verum manente numero trium centuriarum, numero capitum in singulis centuriis alterum tantum a Tarquinio adjectum scribit. Itaque hoc quoque interpretatione benigna ita molliendum erit, ut dicamus, Florum 300. illos equites singulis centuriis, in quibus jam ante totidem erant, a Tarquinio additos ob id quoque centurias vocare, quod numero hominum pares erant veteribus, et quod, etsi numerus trium centuriarum sub Tarquinio mansit, tamen veteres et novi cujusque centuriæ appellationibus inter se distincti fuerunt; ita ut, qui a Prisco adjecti erant, pro novis prope centuriis haberi possent. Nam veteres tum dicti sunt *Ramnenses, Tatienses, Luceres primi;* novi autem, *Ramnenses, Tatienses, Luceres secundi.* Nec tamen eæ tum sex erant centuriæ, ut non satis caute scribit Sigon. de Ant. Jur. Civ. Rom. I. 3. sed tres tantum, nominibus, quibus dixi, inter se distinctæ, quas Servius Tullius deinde sex fecit. Liv. I. 43. et Gronov. Obs. III. 25. Ceterum non adsequor, quod scribit Grævius, tempore Romuli in singulis centuriis 300. equites, et universum ordinem equestrem 900. capitum fuisse. Si hoc verum est, quomodo cum Gronovio probare potest scripturam librorum Livii I. 36. in quibus est, post duplicatum a Prisco numerum capitum in singulis centuriis equitum, in universum 1800. equites fuisse? Nam certe vel in hoc numero error est, vel in eo, quem sub Romulo ponit Grævius. Primus post Romulum numerum equitum auxit Tullus Hostilius Alba diruta, adjectis ad singulas centurias 100. capitibus, Liv. I. 30. Ita, si jam ante 900. erant, tum facti sunt 1200. Hunc numerum porro si duplicavit Priscus, consequens est ab eo non 1800. sed 2400. equites factos, quod non puto a quoquam proditum esse. Est quidem in universum hæc res

admodum perplexa, multisque difficultatibus involuta, et quod Grævius de numero equitum sub Romulo tradit, quodammodo defendi potest e Dionys. Hal. II. 16. et 37. Sed hic numerus non convenit cum eo, quem ipse post Sigonium et Gronovium e Mss. ap. Liv. I. 36. probat.

Quamvis Attius Navius] Repone veterem lectionem, quam hactenus neminem ex suis libris deprompsisse mirum: *Hic et senatus majestatem ampliavit, et centuriis tribus auxit, quatenus Attius Navius numerum augeri prohibebat*: ita non solum libri scripti Flori, sed et Jordanis. Quæ verissima est lectio. Grammatici distinguunt inter 'quatinus' et 'quatenus.' Hoc loco *quatenus* in propria significatione sumitur: ut enim 'hactenus' pro, huc usque, sic 'quatenus,' quo usque. Tarquinius Priscus Senatum numero ampliavit, et centuriis tribus auxit: quam ad summam numerum augeri prohibebat Attius Navius. Hoc est, *quatenus*, quam ad summam, quo usque. *Sal.* Ita veteres, testibus Grut. et Salmasio, melius quam impressi. Sensus est: Rex tribus cum numero augere prohiberetur, conjectis in easdem centuriis auxit. *Fr.* Non intelligo, quæ Salmasius scribit de voce *quatenus*. Festus: 'Quatenus' significat, qua fine, ut 'hactenus' hac fine; at 'quatinus' quoniam.' Sed utrumque sine discrimine in veteribus libris scribitur pro, quoniam. Vid. Freinsh. in Ind. et Vorst. ad Val. M. IX. 11. princ.

Prohiberet summus augurio] Scribitur in optimo Nazariano: *prohibebatur summus augurio*. Unde proclive est facere: *prohibebat vir summus augurio*. Hic autem Attius Navius augur *Nevius* et *Nævius* cognominatur in antiquis Codd. Flori ac Jordanis. Quam scripturam et alibi in vetustis monumentis reperi. *Sal.* Ryck. Duisb. Voss. 2. 3. et v. e. *Actius*, Fran. *Ancus*, tres Pall. teste Grutero, et ceteri sc. *Attius*. *Nævius* tres Pall. *Nevius* Ryck. Duisb. et v. e. *Manius* Fran. ceteri *Navius*. Apud alios non minus variant hæc nomina. Vid. Vinet. ad h. l. Sylburg. ad Dionys. Hal. III. 70. Gronov. ad Liv. I. 36. et Salm. ad Solin. p. 800. *Vir* in scriptis Flori non inveni. Sed erat tamen in eo, quem laudat Pighius ad A. U. 138. Et Perizonius eam vocem libro suo adscripserat. Et sic infr. II. 17. 13. 'Summus vir astu et audacia.' Itaque retinui cum Freinsh. et Grævio: eo magis, quod ita in vetustiss. libris Jordanis esse hic scripserat Salmasius, et quod in Prec. est.

§. 3 *Quem Rex*] Referunt hoc Dionys. 3. 94. Livius, I. 36. Cic. de Divin. I. 17. Lactant. 2. 7. *Fr.* Vid. etiam Salm. ad Solin. l. d.

§. 4 *Atqui hoc, inquit, agitabam*] Ita libri omnes Flori. In antiquis Jordanis scriptum est *agituram*. Quod charactere Longobardico idem valet, quod *agitaram*. In iisdem libris mox legitur: *Et augur, potes, inquit; et secuit*. Sal. Vulgata lectio est in om. sc. et ed. præterquam in Reg. Q, a quo abest *ergo*: et Fran. *cogitabam*.

Inde Romanis] 'Romani nihil in bello sine extis agunt, nihil sine auspiciis domi habent,' Cicero de Divin. I. 43. Claudius etiam 'ad senatum retulit, super collegio aruspicum, ne vetustissima Italiæ disciplina per desidiam exolesceret,' Tacit. XI. 15. 1. *Fr.*

§. 5 *Tuscia*] Servius in Virg. Æn. X. 164. 'Tuscia dicere non debemus, quia nequaquam in idoneis auctoribus legitur: sed aut Etruria dicenda est, aut Lydia, aut Tyrrhenia:' quæ descripsit e Servio, ut multa alia, Isidorus Orig. XIV. 4. Vossius de Vit. Serm. I. 7. scribit, 'Tusciam' demum cœpisse dici a scriptoribus, qui longe post Plinium vixerunt, sed neque apud ullum Augusto æqualem, neque apud Plinium et eo aliquanto

Digitized by Google

juniores legi. Et tamen Florus non ita multo junior Plinio fuit. Quin et apud Varr. de Ling. Lat. lib. IV. p. 10. legitur, 'utrumque, ut Etruria, et Tuscia.' Sed hoc Scaliger emendat *Tusci:* nam gentem sine discrimine 'Etruscos' et 'Tuscos' dicunt optimi Scriptores.

§. 6 *Inde*] Cum Tarquinius Etruscos novennali bello fregisset, hac conditione pacem petentibus dedit, ut se civitatum suarum principem agnoscerent. Illi facile assensi, principatus insignia, quibus suos reges ornare consueverant, ad eum detulerunt. Dionysius, 3. 84. etiam Strabo lib. V. testatur, ornatum triumphalem ac consularem, omniumque adeo magistratuum, a Tarquiniis Romam fuisse translatum. Alludit huc Silius Ital. 8. 486. 'Bissenos hæc prima dedit præcedere fasces,' &c. et Sall. Cat. 51. 38. 'Insignia Magistratuum ab Tuscis pleraque sumsimus.' Adde Symmach. Epist. 3. 5. *Fr.* Ryck. Flor. Ber. Duisb. Voss. 3. et v. e. *et inde.* Suspicor ab ultima syllaba vocis præcedentis ortum.

Fasces] Magistratuum majorum insignia: quæ ipsis a lictoribus præferebantur. His autem Romulum etiam usum esse Livius I. 8. 2. innuit. Eusebius autem in Olymp. 26. Tullum Hostilium, primum Rom. regum fasces habuisse asserit. Vid. Æl. Hist. Animal. 10. 22. 2. *Fr.* De fascibus et lictoribus vid. quæ collegit Lips. Elect. I. 23.

Trabea] Togæ species ex purpura et cocco: Isidorus lib. XIX. qui Romulo tribuit inventionem ejus; et firmat Plinius, 9. 39. Cedrenus etiam Numam trabea usum scribit, non longe a principio. *Fr.* De his Ferrar. de Re Vest. Part. 1. lib. II. c. 5. et Analect. c. 5. et Ruben. de Re Vest. I. 5.

Curules] Sellas curules ab Etruscis sumptas etiam Livius auctor est, 1, 8, 4. Macrob. Saturn. 1. 6. Tullum regem accepisse sellam curulem ab Etruscis memorat. Erat autem sella, qua sedebant Coss., Prætores, Ædilitum etiam qui inde Curules dicebantur. 'Senatores enim, qui curulem magistratum gessissent, Bassus dicit, curru solitos honoris gratia in curiam vehi, in quo curru sella esset, supra quam considerent, quæ ob eam causam curulis appellaretur:' Agell. 3. 18. Erat autem ea sella eburnea, indeque Horatio *curule ebur* dicitur, in Epist. 1. 6. 53. 'Cuilibet hic fasces dabit, eripietque curule Importunus ebur.' *Fr.* Voss. in Etymol.

Anuli] De anulorum origine, et apud Romanos usu, prolixe Plinius, 33. 1. ubi vide. Atque ab initio quidem, triumphantes tantum, nec hi quidem omnes, aureis utebantur: mox ad equestrem ordinem devenere: vilioribus gestare non licebat. Ap. Liv. 23. 12. 2. bello Punico secundo, dicit Mago: 'Neminem nisi equitem, atque eorum ipsorum primores, id gerere insigne.' Adeoque proprium hoc equitibus ornamentum erat, ut, qui a Principe anulo aureo donarentur, in ordinem equestrem allecti intelligerentur. Ita apud Tac. H. 1. 13. 2. H. 2. 57. 5. Suet. Cæs. 37. 2. et 39. 5. et Vitell. 12. 4. Hinc Auctor infra, 3. 6, 18. 'Dignitatem equestrem' pro anulis posuit. Inferioribus seculis ingenuitatis nota erat; quique jus illud adepti erant, ut ingenui habebantur: l. 4. cum seqq. de jur. aureor. anulor. l. 10. §. 3. de, in jus voc. *Fr.* Ad ea, quæ de ordine equestri a Principibus per donationem aureorum anulorum conlato scribit Freinsh. add. Dion. lib. XLVIII. pag. 385. et Cujac. Obs. VII. 14. Petrus Faber tamen Semestr. II. 6. putat, libertinos anulis aureis donatos ea re quidem equestrem dignitatem accepisse, sed Equites nec fuisse, nec dici potuisse, nisi simul equo publico donati fuissent. De hoc nonnihil dubito; sed non est de ea re hic quærendi locus.

Digitized by Google

Phaleræ] Ornamenta equorum, quibus inter dona militaria equites ob rem bene gestam donabantur. Exempla apud Livium, 39, 31, 14. Plin. 7. 28. ubi Siccium phaleris viginti quinque donatum scribit. *Fr.* De phaleris multa lexicographi Græci. Lipsius de Milit. Rom. v. 17. existimat, etiam peditum dona, nec equorum solum, sed etiam hominum ornamenta fuisse, et ad pectus demissas pependisse. Contra Cerda ad Virg. Æn. IX. 359. tantum equorum, non equitum ornamenta, nec umquam ad pectus demissas fuisse disputat: sed satis confuse. Nam mox peditibus quoque phaleras concedit, sed tantum in galea. Verum, si etiam peditum ornamenta fuerunt, sive in galea, sive alibi, cur non et equitum esse potuerunt? Illud quidem manifeste falsum est, quod addit, quoties fit mentio phalerarum apud Scriptores veteres, signate etiam equorum mentionem fieri: quum mox ipse proferat loca Suet. Aug. XXV. et Dionys. Hal. X. 37. ubi tantum phalerarum, nulla equorum mentio est. Et phaleras promiscue tribui militibus e Tac. H. I. 57. et II. 89. hic adnotarat Perizonius. Add. Flor. III. 10. 26. et Scheff. de Torquib. cap. 11. Poëtis etiam quævis ornamenta dici 'phaleras' observat Barth. ad Claud. Epig. XXXIV.

Paludamenta] Hæc appellatio ad varias vestes extenditur; propria tamen est imperatoriæ: ita Noster infra, 4, 2, 59. Græci φοινικίδα sæpius appellant. Appianus de Bell. Parth. de Crasso: Οὐχ, ὥσπερ ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίων στρατηγοῖς, ἐν φοινικίδι προελθεῖν, et totidem verbis Plutarch. Crasso cap. 42. *Non, ut moris erat Romanis imperatoribus, purpurata processisse.* Et de Antonio idem App. eodem lib. Ἐν τῇ στρατηγίδι φοινικίδι προελθὼν, *In imperatoria purpura prodiit.* Tali enim colore differebant a sagis vulgaribus. Inde 'coccum Imperatoris dicatum paludamentis' ait Plinius, 22, 2. Effigiem Imperatoris paludati exhibet Lipsius de Mil. Roman. fine libri 2. *Fr.* Add. Ferrar. II. 3. 4. et seqq. Quod autem vulgo Docti tradunt, etiam militum gregariorum saga 'paludamenta' fuisse vocata, et lictores 'paludatos' cum Imperatoribus ad bellum profectos, id refellit J. F. Gronov. ad Liv. XLI. 10.

Prætextis] Hac etiam Hostilium usum scribit Plinius, 9, 39. Livius, I. 8, 4. nihil aliud quam ab Hetruscis sumptam. Macrobius originem prætextarum Romæ etiam ab Hostilio arcessit, Saturn. I. 6. Ita dicta est, quod purpura esset prætexta, qualem etiam Justiniani adhuc tempore in usu fuisse, colligere liceat ex §. 26. Instit. de rerum divis. Porro prætextis utebantur 'in magistratibus, in sacerdotiis: liberi quoque eorum prætextis purpura togis [unde 'prætextati' vocabantur, ut infra, 2, 6, 10.] utebantur: magistratibus in coloniis, municipiisque, Romæ infimo genere magistris vicorum togæ prætextæ habendæ jus permissum erat.' Livius, 34, 7, 2. *Fr.* De prætexta Ferrar. I. 2. 1. et Ruben. I. 1.

Inde quod] Vetus editio habet: *Indeque aureo curru quatuor equis triumphatur.* Quod non bene probat vir eruditus, etsi adstipulantes habeat hæc lectio ambo Palatinos. Rectius Naz. *Inde quod.* Paulo post ad finem hujus capitis veteres addunt libri *sumpta sunt.* Idque rejiciendum non est. *Toga pictæ, tunicæque palmatæ, omnia denique decora et insignia, quibus imperii dignitas eminet, sumpta sunt.* Nempe inde sumpta sunt. *Sal.* *Indeque* recte rejicit Salmasius. *Sumpta sunt* addunt Jord. Freculph. et Ald. Vulgata scriptura, quam in aliis om. sc. et ed. inveni, magis convenit stilo Flori.

Aureo curru] Triumphus honor est omnium amplissimus, qui vel Senatus

Digitized by Google

auctoritate, vel populi jussu, deferri poterat illi, qui imperium acceptum cum virtute feliciter gesserat. Hujus vero apparatus pompaque variata fuit pro Reipublicæ incremento, et rerum gestarum magnitudine. Quis primum apud Rom. triumphum egerit, inter scriptores non convenit. Plutarchus Romul. cap. 27, contendit a Romulo institutum pedestrem, sed a Prisco curulem, hoc est, ut *aureo curru, quatuorque equis* triumpharetur, eumque triumphum alii a Poplicola consule primum esse actum opinantur. De jure, ordine, pompa triumphi, per opportunitatem latius dicturi sumus: cui nunc ista non satisfaciunt, is consulat Val. Max. Cic. in Pisonem, Zonaram Annal. lib. II. Livium, Dionys. Plutarch. Agell. Dionem, et, hujus seculi scriptorem elegantiss. diligentissimumque, Carol. Sigonium, de jure civium Romanorum. *Stadius.* Ad equos quod attinet, albos fuisse patet ex Livio, 5, 28, 1. Ovid. de Ponto, 2, 8, 49. Claud. de bell. Get. vs. 127. Plinio Paneg. 22, 1. Propert. 4, 1. 12. Sidon. Carm. 2. vs. 375. et Apul. in Apologia 'Peram et baculum Philosophis exprobrares? igitur et triumphantibus quadrigas albas,' &c. Pompeius Magnus elephantis junctis triumphavit, teste Plinio, 8. 2. *Fr.* Camillum primum Veiis captis albis equis triumphasse indicant Plutarch. in Camill. et Liv. v. 23. et 28. Propertius IV. 1. 32. scribens: 'Quatuor hinc albos Romulus egit equos,' prolepsi utitur, quæ ad veritatem historiæ exigi non debet; cujusmodi multa sunt in poëtis. Nam ne quadrigis quidem, quod scribit Dionys. Hal. II. 34. multo minus quadrigis albis Romulum in Urbem invectum concedit Plutarch. Romul. Eadem prolepsis est ap. Ov. qui F. VI. 724. Postumium Tubertum, cujus triumphus incidit in A. U. 322. aliquot annis ante triumphum Camilli niveis equis triumphasse scribit. Vid. hic Rupert. et Panvin. de Triumpho cap. 1. ibique Mader.

Toga picta] Nempe acu, ex invento Phrygum, indice Plin. 8, 48. unde etiam 'Phrygiæ vestes' nomen habent. De Sybaritæ cujusdam Alcisthenis veste picta vide Aristot. de Admirab. Audit. cap. 88. *Fr.*

Tunicaque palmata] Has plerique pro iisdem habent cum togis pictis: ego autem nusquam legisse memini 'togam palmatam,' sed semper 'tunicam,' nisi apud Isidorum lib. XIX. quem pro idoneo auctore, hoc in loco, non agnosco. Constat autem, quid inter togam et tunicam intersit: imo simul gestari solitas indicat Livius 30. 15, 8. Præterea ab auctoribus ita curiose non distinguerentur, si eædem forent. *Id.* Præter Isidorum etiam Martialem VII. 1. Schol. Juv. ad Sat. X. 35. et Tertull. de Coron. Mil. c. 13. 'Togam palmatam,' et contra, Livium I. 20. 'Tunicam pictam' dixisse observarunt Manut. III. Quæsit. per Epist. 1. et Ferrar. de Re Vest. I. 2. 8. apud quos, nec non ap. Ruben. de Re Vest. I. 21. et Salm. ad Vopisc. Carin. c. 20. plura de his legi possunt.

Quibus imperii dignitas] Vide Val. Max. 2. 2, 7. Liv. I, 8. 2. 5, 41. 7: 45, 29, 2. *Fr.*

CAP. 6 *De Servio Tullio*] De Rege isto scribunt Livius 41. Dionysius, 4. 1. et plerique supra citati. *Fr.*

§. 1 *Nec obscuritas*] Hæc enim ad altiora nitenti impedimento esse solet: quo consilio Astyages, cum sibi a nepote metueret, filiæ ex gente obscura tum temporis Persarum maritum dedit, 'ne paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret,' Justin. I. 4, 4. Quicquid enim virtute, quicquid industria profeceris, quia tamen in æquo videre, fortunæ modum exigent. 'Ægerrime enim,' ait Dio lib. XLI. 'homines tolerant sibi a suis æqualibus anteiri.' Cic. de Orat. 2. 52. 'Invident homines maxime paribus aut

Digitized by Google

inferioribus: cum se relictos sentiunt, illos autem dolent evolasse.' *Id.*

Matre serva] Et inde Servio nomen. Dionysius dicto loco. Consentit cum Nostro Juvenalis, Sat. 8. 259. Festus in voce: 'Servorum dies festus erat;' præter alios, quibus accedere non vult Livius, I. 39, 10. Leviter in hac re corrigendus Seneca, Epit. controvers. 3. 9. 'Servo natum regem habuimus:' imo *Serva*. Id. Varie tradunt de hac re veteres. Vid. Plutarch. Quæst. Rom. XCVIII. et de fort. Rom. prope fin. Horat. Sat. I. 6. 8. M. Sen. Controv. VI. et XXI. L. Sen. Ep. CVIII. et Claudii Imp. Orat. ap. Gruter. Inscript. p. 511. 'Creare' de matre dicit, ut Virg. Æn. X. 551. et Catull. Carm. LXI. et 'Creatrix' pro matre rursus Virg. Æn. VI. 367. et VIII. 534. ubi vid. Cerd. et cl. Burm. ad Phædr. F. I. 6.

Liberaliter] Ut ingenuum scil. non ut servum. Cic. de Orat. I. 31. 'Quod est homine ingenuo liberaliterque educato dignum.' Terent. And. V. 4. 8. 'Adolescentulos libere eductos.' Senec. de Benef. III. 21. 'Indulsit' dominus servo, 'liberalius educavit, artes, quibus erudiuntur ingenui, tradidit; beneficium est.' Columel. de R. R. I. 8. 'Cum in primis cunabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit, Μηδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.' Ita ap. Terent. et alios, 'liberalis' et 'liberalitas' sæpe de his, quæ liberis hominibus conveniunt ac digna sunt. De Servio Liv. I. 39. 'Inde puerum liberum loco cœptum haberi, erudirique artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur.' *Educarat* Ryck. Reg. F, Ber. Magl. Duisb. Fran. et v. e. Hoc quoque voluisse videntur scribæ Voss. I. 2. in quibus est *educavarat*. Deinde *flama* Flor. Ber. Duisb. vid. I. 2. 3.

Visa circa caput flamma] Historiam hanc scribunt Plinius 2. 110. et 36. 27. Cic. de Divin. I. 53. Val. Max. I. 6, 1. Liv. I. 39, 1. Dionys. 4. 2. Auctor de Vir. illust. cap. 7. Servius ad Æn. 2. 682. ubi Virgilius simile de Iulo fingit, quod repetit Claudianus in IV. consulatu Honorii, vs. 192. et Sid. Apoll. Carm. 2. vs. 115. et ad Masinissam trahit Silius lib. 16. vs. 118. Accidit hoc et L. Marcio duci exercituum Cornelianorum, de quo Liv. 25. 39, 17. Val. M. I. 6. 2. Item Salvidieno, de quo Dio lib. 48. pag. 480. Philosophi notant ex naturalibus causis oriri posse hunc ignem. Apud Photium certe Bibliothecæ cod. 242. plura recenset Damascius, quæ partim prodigiis, partim naturalibus accenseas. Ipsum locum adscribere fas sit: 'Severi equus, quo multum usus est, tractatus, scintillas e corpore multas et magnas ejecit, donec portentum hoc ad consularem dignitatem Romæ eum evexit. Sed et Tiberio asinus, ut refert Plutarchus Chæronensis, adhuc juveni, et in Rhodo operam danti eloquentiæ, imperium eodem eventu præsignificavit. Sed et Balemerin, unum ex Attilæ aulicis, de suo corpore jecisse scintillas. Hic Balemeris pater fuit Theodorici ejus, qui nunc summum totius Italiæ imperium tenet. Dicit autem etiam de se ipso Auctor, ut etiam mihi, cum et induor et exuor, etsi id raro admodum accidit, accidit tamen, ut scintillæ ingentes exiliant, aliquando cum sonitu, interdum etiam flammæ integræ vestem illustrent, nihil tamen exurant; et se ignorare, quo portentum hoc tenderet. Vidisse se ait et hominem quendam e capite scintillas evibrantem, et flammam, cum vellet, a capite asperiore veste attrito excitantem.' Adde Wolf. Rer. memorab. p. 507. Ceterum sicut ignis clarus est et splendidus, ita claros etiam futuros, quibus eveniunt, talia prodigia ostendunt. Eadem ratione ap. Dionys. 5. 46. Romani, cum pila arsissent, λαμπρὰν νίκην, *splendidam victoriam*, sibi portendi in-

terpretantur. Ita 'illustria Macedonum castra Dario visa fulgorem Alexandro portendere' augurantur quidam, ap. Curt. 3. 3. 6. *Fr.* Plura hujusmodi apud Cerd. ad Virg. Barth. ad Claud. Freinsh. ad Curt. ll. dd. et Casaub. ad Suet. Tib. XIV.

§. 2 *Quasi ad tempus*] Naz. Flori *quasi tempus:* deest *in*. Nam supra notavimus, legendum heic esse *quasi in tempus:* quæ vera est lectio. *Sal.* Dum nempe Rex convalesceret, cujus mors tegebatur, donec Servio confirmaretur potestas. Ita calliditate Liviæ, 'simul excessisse Augustum, et rerum potiri Neronem, fama eadem tulit:' Tac. I. 5, 9. Simile exemplum Calligenis, qui mortem Philippi celavit, dum Perseus regnum invaderet, ap. Liv. 40. 56, 11. et Mechemetis Bassæ, qui Solymanni obitum pressit, donec ad Selimum de occupando regno literas daret, apud Thuan. Hist. lib. 38. Adde Justin. 30. 2, 6. Leunclav. Ann. Turc. 74. Scalig. Canon. Isag. p. 142. et p. 151. Thuan. Hist. lib. 114. in morte Amuratis, Descript. regni Congi, cap. 2. in fine. *Fr.* *In tempus* emendarat Salmas. ad procem. n. 1. Et sic Tac. A. VI. 11. 'In tempus deligebatur, qui jus redderet,' et A. XIV. 20. 'Scena in tempus structa.' Sed *ad tempus* est in om. sc. et ed. ac Frec. idque retinuerat Grævius in Ed. A. 1680. pro quo deinde Amstelodami dederunt *in tempus*. Retinui vulgatum. Ita Cic. de Amic. VIII. Offic. II. 16. Suet. Cæs. X. Liv. XXIII. 48. et alii.

Regnum dolo partum] Ita de Tarquinio Auctor de Viris illustr. cap. 6. 'Regnum intercepit, et ita administravit, quasi jure adeptus fuisset.' Assuevit enim alias fieri, ut respondeant initiis regnorum reliqua. Vide infra not. ad I. 7, I. *Fr.* De phrasi 'agere regnum' Idem in Ind. et Gronov. Obs. IV. 14. ad Sen. Œd. v. 264. et ad Tac. A. I. 44. Sic 'bellum agere' pro, gerere, administrare, Id. Obs. II. 3. et Heins. ad Ov. Tr. II. 230.

§. 3 *Censum*] Vide latius Dionys. 4. 19. et Liv. I. 42, 6. *Fr.* 'Census' hic pro tabulis, in quibus scribebantur quæ quisque profitebatur et in censum deferebat. 'Volumina censualia' et 'Libri censuales' dicuntur in utroque Codice Legum Rom. Itaque pro 'referre in censum' paullo post dicit, 'referre in tabulas.' Gronov. de Pecun. Vet. IV. 1. Eadem significatione Cic. pro Arch. c. V. 'Census nostros requiris scilicet,' ut ibi adnotat Passerat. Et pro Cœl. c. XXXII. 'Qui ædes sacras, qui censum populi Rom. qui memoriam publicam suis manibus incendit.' De discrimine inter 'deferre' et 'referre in censum' Gronov. ib.

Curiis atque collegiis] Jord. *decuriis atque collegiis:* prave. *Sal.* Si sic Florus scripsit, vehementer hallucinatus est. Nam curias instituit Romulus. Nec decuriæ, quas ex Jornande nonnulli exsculpunt, hic locum habent. Sed tamen huic loco mendum insidere inde licet colligere. Nihil certius emendatione Gronovii τοῦ πάνυ, qui legendum monuit: *centuriis atque collegiis*. Nam populum Romanum secundum possessionum et facultatum modum descripsit Servius in quinque classes; singulas classes vero in suas centurias. Hinc comitia centuriata, in quibus populus centuriatim conveniebat, et suffragia ferebat, quæ Servius Tullius instituit, sicuti curiata comitia, in quibus curiatim populus suffragia ferebat, suam debent originem Romulo. Istis comitiis omnia ad rempublicam pertinentia ad Servii usque tempora gerebantur. Sed post Serv. Tullium quicquid majoris erat momenti in comitiis centuriatis peragebatur. In his creabantur omnes magistratus majores, ferebantur leges, pax bellumve jubebatur. Itaque non potuit Florus præterire tam celebrem populi divisio-

Digitized by Google

nem in centurias, a quibus centuriata comitia. *Græv.* Frec. et Ald. *decuriis*, ut Jord. Et sic laudat Sigon. de Ant. Jur. Civ. Rom. II. 12. Sed vellem docuisset, quæ fuerint illæ decuriæ, in quas Servius populum distribuit. Fortassis scriptura Jordanis ita defendi queat, si quis dicat, decurias esse partes collegiorum, quæ hic memorat Florus. Nam collegia et corpora artificum in decurias divisa fuisse, patet ex Inscriptt. vet. et libris Legum Rom. Vid. Indic. Inscription. Gruteri et Reinesii c. VIII. et IX. Reines. ad Insc. I. 19. et Cujac. Obs. XXI. 10. Sed non constat, an tam antiqua fuerit divisio illa collegiorum in decurias, quarum nullam mentionem circa hæc tempora invenio. Rupertus putat retinendum esse *curiis*, et Florum longe diversos auctores sequutum ab iis, qui curias a Romulo institutas prodiderunt. Sed hoc ideo improbabile est, quod nullus in hac re memoratur dissensus veterum. Nec puto Florum 'curias' et 'centurias' pro iisdem habuisse, quo in errore Epitomatorem Festi versari adnotat Scaliger ad Festum in *Centuriata*. Omnino adsentiendum videtur Gronovio, ob causam, quam hic exponit Grævius. Idem placuerat Perizonio, qui pro *curiis* adscripserat *centuriis*. Sic contra in Liv. Epit. I. de Romulo: 'In centurias populus divisus.' Quod recte emendavit Sigonius, *In curias*.

Collegiis] Dissentiunt a nostro Plutarch. Numa, cap. 31. et Plinius, 34, 1. et 35, 12. qui Numæ institutum hoc tribuunt. *Fr.* De collegiis Sigon. l. d. Cujac. Obs. VII. 30. et Briss. Antiq. ex Jure Civ. I. 14.

Officiorumque] Freinsh. in Ind. exponit *opificiorum*. Sed hæc nomine 'artium' continentur, nec temere alibi 'officia' pro, opificiis dici invenias. Puto Florum hoc velle, ex his tabulis patuisse, quodnam quisque civis officium Reipubl. præstaret. Nam aliud præstabant seniores, aliud juniores; aliud divites, aliud pauperes; quorum discrimina in tabulis notata erant.

In tabulas] Vetustiores edd. *in tabulis:* non absurde. Eo fere modo loquitur Suetonius: 'Quemadmodum summam rationibus vellet referri,' in Vespas. 22. 5. Quod sequitur, *ac sic*, ex Naz. est, elegantius utique quam illud impr. *ac si*. Fr. *In tabulis* est in Voss. 3. et Junt. Edd. B. S. et P. transpositis literis habent *in talibus*. Id defendi quidem potest, sed non debet, repugnantibus fere om. sc. et aliis Edd. 'Referre rationibus' est in l. ult. pr. D. de Rescind. vend. et l. 2. §. 6. de Administr. rer. ad civit. pertin. Sed in Suetonio Grævius recte edidit *inferri*.

Maxima civitas minimæ domus] Cicero ad Att. 6. 1. 'Provincia gubernata ut domus.' Quod maximæ est prudentiæ. Nec enim qui domum regere potest, possit etiam civitatem regere. Vide Aristot. Polit. in pr. *Fr.* I. e. eadem diligentia gubernaretur, qua minima domus. Est enim boni patrisfam. curare ut in domo sua quisque rite munere suo fungatur, et omnia cum cura in rationes referre. Nam videtur his verbis tangere diligentiam Romanorum in conficiendis tabulis et ephemeridibus, in quibus tota ratio rei domesticæ perscribebatur; de quibus Bud. ad l. 48. D. de Jure dot. 'Diligens' et 'Diligentia' sæpe dicuntur de bonis patribusfamil. ut Turneb. ad Cic. Agrar. II. 19. et cl. Burm. ad Petron. c. LXVII. qui et ad eumdem c. II. ostendit, *continere* esse verbum proprium disciplinæ et coërcitionis. Senec. de Provid. c. 1. 'Illos disciplina tristiori contineri.'

CAP. 7 *De Tarquinio Superbo*] Hujus gesta scribunt Livius, 1. 49. et deinceps, Dionysius 4. 48. et deinceps, Ruffus, Eutrop. Victor de Vir. Illustr. cap. 8. Accius Bruto; cujus

Digitized by Google

tamen paucula fragmenta hodie extant. *Fr.*

§. 1 *Superbo*] Cognominis hujus rationem reddit Livius, 1. 49. 1. quod insepultum socerum abjecerit: meliorem Noster, Dionys. 1. 67. et 4. 48. Auctor de Viris illustr. cap. 8. et Propert. 3. 11, 48. 'Nomine quem simili vita superba notat:' hoc est, cognomen hoc traxit, quoniam superbe vixit et imperavit, ut recte interpretatur Gebhardus dicto Propertii loco. *Id.* Tarquinius vel ob eam unam causam 'superbus' recte appellari potuisset, quam hic e Livio memorat Freinsh. Nam et sic Horat. Carm. I. 28. 32. de eo, qui cadaveri inhumato terram non injicit: 'Debita jura, vicesque superbæ' (vel, *superbe*, ut Passerat. non improbante celeberr. Bentleio) 'Te maneant ipsum.' Sed Livius non ob id solum, verum et ob alia multa eum hoc cognomen accepisse scribit. 'Superbo,' inquit, 'cognomen facta indiderunt,' quæ deinde per partes exsequitur. Quæ Livius 'facta,' Florus 'mores' dicit. Nam 'superbiæ' nomine apud veteres multa comprehendebantur vitia, libido, avaritia, crudelitas, et alia, ut e Servio ad Virg. Æn. XI. 15. et Latin. Pacat. in Paneg. ad Theodos. c. XX. adnotat Casaub. ad Theophr. Char. c. XXV.

§. 2 *Regnum avitum*] Indicat igitur Tarquinium hunc nepotem fuisse Prisci, quod et Dionysius, 4. 1. et 48. expresse testatur. Sicut etiam Constantinus Manasses vs. 1664. Alii filium ejus faciunt, inter quos Livius, 1. 46. 4. et 1. 47, 2. Onuphrius in Fastis in Olymp. 67. Agellius, 17. 21. Plutarch. Poplic, cap. 21. filium an nepotem Prisci appellet, ambigit. Vide disputationem de hac re Laur. Vallæ, præfixam notis in Livium. *Fr.* Dissensionem Veterum in hac re memorat Claudius Imp. in Orat. ap. Grut. Inscr. p. 502. Prisci 'Filium' vocat etiam Cicero in Bruto cap. XIV. et Strabo lib. V. p. 231. Sed Dionys. Hal. multis iisque non infirmis rationibus disputat, non potuisse natura Fil. Prisci fuisse, ac tandem utriusque sententiæ conciliandæ hanc rationem iniri posse putat, ut Superbus natura nepos, adoptione filius Prisci fuisse dicatur. Et hoc probat Rupert. ad h. l. Pomponius l. 2. §. 2. D. de Orig. Jur. Superbum 'Demarati Corinthii filium' fuisse dicit contra omnis historiæ fidem, qui locus valde torsit Interpretes. Nodum solvit V. A. Cornelius van Bynkershoek in Prætermissis ad l. d. per geminationem literarum in Pandectis usitatam, sed hic non animadversam, legens *Demarati Corinthii FILIus* i. e. *filii filius.*

Rapere maluit] Videtur alludere ad verba Livii, 1. 47, 2. 'Qui habere regnum, quam sperare, mallet.' Sicut et Tacitus, 1. 7, 11. de Germanico: 'Ne habere imperium, quam exspectare, mallet:' quæ loca suspicionem mihi injiciunt, ita etiam scripsisse Livium, *expectare*, aut *espectare*, pro quo, qui minus intellexere, substituerint *sperare*. Fr. In Livio nihil mutandum ostendit ad eum loc. Gronovius.

Non melius egit, quam acquisierat] Vetustiss. Naz. *adquæsierat. Adquærere* pro *adquirere:* quod semel notandum proponimus. Sic enim veteres loquuti, 'conquærere' et 'adquærere,' dicentes. *Sal.* Ita solet fieri. 'Nemo enim unquam imperium flagitio quæsitum bonis artibus exercuit,' Tac. H. I. 30, 6. nam plerumque 'imperium iis artibus retinetur, quibus initio partum est,' Sall. Cat. 2. 5. Qui enim bonis artibus ad regna pervenere, iisdem etiam subditorum animos retinere gaudent; qui diversa irrupere via, quoniam caritatem civium promittere sibi non possunt, metu et terrore, solitis tyrannidi vinculis, exprimunt obsequia. Ita, quod ait Seneca de Clem. 1. 13. 'Scelera

sceleribus tuenda sunt.' Rarissimum enim est, ut 'regnum dolo partum sic agatur industrie, ut jure acceptum videatur.' Vide proxime præcedentem notam ad 1. 6, 2. Eodem prope loquendi modo Clytæmnestra in Agamemnonem Senecæ invehitur, vs. 174. 'Sic auspicatus bella, non melius gerit.' et Liv. Epit. 69. 1. 'Saturninus tribunatum non minus violenter, quam petierat, gessit.' *Fr.* Idem, quod hic de 'conquærere,' et 'adquærere' Salmasius, de 'disquærere' adnotat Victor. ad Varr. de R. R. I. 57. et de 'requærere' Scalig. ad Catull. Carm. ult. 'Exquærere' dixisse Plautum in Aulul. IV. 10. 70. scribit Priscian. lib. I. p. 561. Vid. ibi Taubm. ' Et ap. eumd. poëtam in quibusdam libris Capt. II. 2. 42. est 'exquæsivero:' et Stich. I. 2. 50. 'exquæsitum.' L. I. §. 14. D. de Leg. Corn. de Fals. liber Florent. 'adquæratur.' Et sic sæpe idem in his.

§. 3 *Super cruentum patrem*] Immanitas incredibilis; sed non tamen sine exemplo: legimus enim et apud Justin. 41. 6, 5. 'Eucratides a filio, quem socium regni fecerat, in itinere interficitur: qui non dissimulato parricidio, velut hostem, non patrem interfecisset, et per sanguinem ejus currum egit, et corpus abjici insepultum jussit.' *Grut.* Tulliæ facinus præter Dionys. et Liv. recenset etiam Val. M. 9. 11, 1. et Ov. F. 6. 603. *Fr.* *Supra* Vineti unus, Flor. Ber. Duisb. Fran. Jord. et v. e.

§. 4 *Ipse in Senatum cædibus, in omnes superbia*] Amplius habet Jordanes: *ipse in Senatum cædibus, in plebem verberibus, in omnes superbia.* Quod an sit Flori, dubito: et fortassean ita in suis codicibus repererit Jordanes. Quod temere non affirmem. *Sal.*

In Senatum cædibus] Rationem hujus facti reddit Livius 1. 49. Nam cum senatus ex optimis et ditissimis civibus constaret, hunc præcipue sublatum voluit, tam ut eorum præda ditesceret, quam ut metum sibi ab iis demeret, denique ut facilius orbæ reipublicæ dominaretur. 'Regibus enim semper boni, quam mali, suspectiores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est,' ait Sall. Cat. 7. 2. Et apud Tac. Ag. cap. 3. 'Multi fortuitis casibus, promtissimus quisque sævitia principis interciderunt.' Vide notam Berneg. ad Justin. 42. 2, 10. Ita Græcinum Julium 'C. Cæsar occidit ob hoc unum, quod melior vir erat, quam esse quemquam tyranno expediret:' apud Sen. de Benef. 2. 21. et Tiberius Arruntium 'divitem, promptum, artibus egregiis, et pari fama publice, suspectabat:' apud Tac. 1. 13, 2. Tertiam rationem quod attinet, eo facit Hannonis consilium apud Justinum 21. 4, 3. qui Senatum interfecturus erat, 'ut orbam rempublicam facilius invaderet.' *Fr.*

Superbia] Perdiccæ 'odium arrogantiæ plus nocuit, quam hostium vires,' apud Justin. 13. 8, 2. ubi notam Berneggeri vide. Adde Hist. Peruvian. Augustin. de ç. carate, lib. 6. cap. 5. f. de Gundisalvo Piçarro. *Fr.* 'Boni' hic sunt nobiles, potentes, divites. Vid. Gronov. Obs. IV. 9. Schulting. ad Sen. Controv. VI. et Græv. Lect. Hesiod. c. VI.

Cum sævitiam jam domi fatigasset] Lege *cum sævitiam domi fatigasset:* expuncto illo *jam*, quod temere adhæsit ex fine vocis *sævitiam.* Sal. *Sævitiam*] Ita vetus e. Grut. Palatinique 2. ac 3. quæ lectio etiam Salm. probatur. *Fr.* Ancipitis disquisitionis est, utrum *jam* temere repetitum sit e fine præcedentis vocis, an omissum a librariis id supervacuum putantibus. Hic quidem sensui nihil obest. 'Sævitiam fatigare' est, ad satietatem sævire, fatigari sæviendo. Serv. ad Virg. Æn. VIII. 94. 'Olli remigio noctemque diemque fatigant,' i. e. ipsi fatigantur. Et ad Æn. IX. 605. 'Venatu invigilant pueri, silvas

que fatigant,' i. e. ipsi fatigantur in silvis. Sen. ad Marc. c. I. 'Omnia in supervacuum tentata sunt: fatigatæ allocutiones amicorum.' Et de Clem. I. 11. apud Rupert. 'Lassa crudelitas.'

§. 5 *In Latio*] Atqui nulla subjectarum urbium Latina præter Gabios: apparet igitur Florum non stricte vocabulo 'Latii' usum fuisse, sed quomodo posterioribus temporibus consuevit, ut vicini etiam populi comprehenderentur, qua ratione 'socii Latini nominis' appellati creberrime apud auctores non Prisci tantum Latini, sed Italorum plerique, ut a Cluverio non merito reprehensus videri possit Noster, quod 'Ocriculum' (pro quo ille *Ollicukum* rescribit) in Latio posuerit: eadem enim ratione ceterarum quoque urbium nomina mutanda forent. Vide etiam infr. 1. 11, 8. *Fr.* Dispar est Ocriculi et aliarum urbium, quas hic memorat Florus, ratio. Nam hæ in Latio, saltem adjecto, fuerunt. At Ocriculum in Umbria, ubi Nar fluv. Tiberi miscetur, locat Strabo lib. v. p. 227. 'Latinorum' nomen etiam interdum Italicis tribui certum est; sed quærendum est, an scriptores vett. plerosque Italorum creberrime vocent 'socios Latini nominis:' et an 'Latii' nomine ita comprehendantur Urbes extra Latium sitæ, ut 'Latinorum' nomine interdum Italici extra Latium. *Ouricolum* Naz. Pal. 2. Regg. Voss. 2. *Oricolum* Ryck. *Otricolum* Duisb. *Acricolum* liber Vineti. Vid. 3. 18. 11.

Ardea] Sed hæc oppugnata tantum ab ipso, nec capta est, teste Dionys. extr. lib. 4. Livio extr. lib. 1. nam in obsidione ista conspiratio adversus ipsum facta est. *Fr.*

Suessa Pometia] Sic legendum sine commate medio, ne videantur urbes esse diversæ: de hac enim intelligendus Plin. 7. 16. ubi loquitur de iis, qui nascuntur cum dentibus: 'In feminis ea res inauspicati fuit exempli, regum temporibus. Cum ita nata esset Valeria, exitio civitati in quam delata esset futuram, responso aruspicum vaticinante, Suessam Pometiam, illa tempestate florentissimam, deportata est, veridico exitu consecuto.' *Grut.*

§. 6 *Neque enim filium*] Hanc historiam præter citatos supra, lege in Ovid. F. 2. 691. *Cam.* Item apud Val. M. 7. 4, 2. Plin. 19. 8. Polyæn. Strat. lib. 8. Front. 1. 1, 4. et 3. 3, 3. Simile strategema Zopyri ap. Justin. 1. 10, 15. quod Megabyzo adscribit Ctesias, et Olthaci Plutarchus, Lucullo, cap. 21. Vide etiam infra, 3. 11, 7. *Fr.*

§. 7 *Cui Gabiis, ut voluerat, recepto*] Membranæ Naz. *cui Gapios, ut voluerat, receptos*: lege *cui Gabios, ut vol. recepto.* Sic infra: 'Mundam se recepit exercitus.' Vulgo perperam *Munda*. Sal. Nihil hic moverem, nisi Ryck. liber aliam scripturam mihi offerret. In illo enim scribitur: *cui a Gabiis, ut voluerat, recepto.* Lege *cui a Gabinis, ut voluerat, recepto.* Græv. *Cui a Gabiis* etiam Pal. 2. et Voss. 3. *sui Gabii* Voss. 1. 2. et v. e. Vulgata scriptura non eget mutatione. Cic. pro Flacc. c. xxv. 'Illum non modo recipiebant suis urbibus.' Phædr. IV. 11. 'Cœlo receptus.'

Eminentia forte papaverum capita virgula decussit] Ita Florum loqui voluere Viri doctiss. Nam alia est in omnibus antiquis scriptura: *virgula excutiens.* Non quæram cur ita mutarint adversus omnium librorum auctoritatem et consensum, veterum item excusorum. Non aliter descripsit Jordanes. An verbum *excutere* parum illis idoneum visum est? Saltem debuissent *decutiens* reponere: nam *decussit*, quod reposuerunt, cum seqq. non cohæret. Quid enim illis fiet, *quæ superbia sic respondit*, si ab hac periodo vi avellantur? Totum igitur hunc locum lego et distinguo: *Cui Gabiis, ut voluerat, recepto, et per nuntios consulenti quid fieri vellet, emi-*

nentia forte papaverum capita virgula excutiens, quum per hoc interficiendos esse principes intelligi vellet, quæ superbia! sic respondit. Jam clara et plana sunt omnia. Nullo alio responso edito, sed papaverum tantum eminentia capita excutiens, quum per hoc interficiendos esse principes intelligi vellet, quæ superbia! sic respondit. Verba illa *quæ superbia!* per parenthesin legenda sunt. At quod superbiam Florus interpretatur, prudentiam et calliditatem summam fuisse, ne consilium evulgaretur, alii volunt. In Jordanis libris eadem ferme lectio invenitur, nisi quod habent *qua superbia?* Sic autem alibi loquitur Florus. *Sal.* Conveniunt omnes præter Ovid. qui dicit, liliorum capita excussisse, loco modo citato. *Cam.* Ad rem quod attinet, imitatus est hoc facto Tarquinius Thrasybulum Milesium, ut refert Dionys. 4. 63. Simile est quod Aventinus, propius ab initio libri quarti, de Caroli filio naturali Pipino recenset. Qui legatis patris, jussu ejus consilium poscentibus, quomodo conjurati puniendi forent, cum forte hortum repurgaret: 'Nihil opus est verbis,' ait, 'herbas inutiles radicitus extirpo, ut fruges bonæ crescant: ite et renuntiate Regi, quæ facio.' Adde Ælian. Hist. Var. 1. 34, 7. *Fr.* *Decussit* a Vineto ortum indicat Gruterus in Edit. 1609. *Excutere* sic quoque Virg. Æn. XII. 492. 'Apicem tamen incita summum Hasta tulit, summasque excussit vertice cristas.' A Ryck. absunt omnia inter verba *fieri vellet* et *quæ superbia.* Nempe scriba, quum descripsisset *vellet*, quod est ante *eminentia*, deinde oculos conjecerat in posterius *vellet* ante *quæ*, atque ita præterierat omnia intermedia. Multos hujusmodi errores scribarum dudum observarunt Docti. Vid. cl. Cleric. Art. Critic. P. III. S. 1. c. 1. §. 4. et toto cap. 5.

Quæ superbia] Reduxi lectionem veterem, quæque firmabatur Mss. Pall. omnibus. *Grut.* Et hoc etiam Salmasio, Schottoque in Obss. Philol. mihi quin etiam, si dicere fas est, priusquam istos viderem, in mentem venit. Animadverteram enim multis in locis usum hac loquendi figura Auctorem, ut infra 3. 4, 4. ('Simile prodigio!') 3. 5, 23. ('Quanta felicitas!') 4. 12, 24. ('O securitas!') Quod autem superbiæ hoc adscribit Flor. magis ex odio quodam adversus ceteram regis superbiam, quam ex vero, agit: prudentiæ enim potius adscribendum fuerat, ne cognitum ministro consilium per eundem proderetur. Alias enim superbiæ signum esse nemo ambigit (idque innuit ap. Liv. 42. 40, 2. Q. Marcius) non respondere; aut ut vilissimum illud mancipium Pallas, 'nihil unquam nisi nutu aut manu significare, vel, si plura demonstranda sint, scripto uti, ne vocem consocies.' Tac. 13. 23, 3. Xiphil. in Nerone. *Fr.* Schotti locus est Nodor. Cicer. IV. 11.

§. 8 *De manubiis captarum urbium*] Dionys. 4. 57. Liv. 1. 53, 3. Tac. H. 3. 72, 6. unius Suessæ Pometiæ spoliis id factum asserunt. Apiolarum manubiis, Plinius 3. 5. ex Antiate. Ea autem spolia cum vix ad fundamenta suffecerint, (ut Livius quidem computat,) Florus autem de erecto templo loquatur, consulto de pluribus urbibus locutus est. Capitolii porro conditionem alii Tarquinio Prisco tribuunt. Eusebius etiam Numæ Pompilio. *Fr.* 'De manubiis' Cic. pro Dom. c. XXXVIII. Liv. XXIII. 11. et XXXIII. 27. Vid. Wouwer. ad hæc Minucii Fel. c. XXV. 'Templa omnia de manubiis, id est, de ruinis Urbium, de spoliis Deorum, de cædibus sacerdotum.' Sed quid proprie sint 'manubiæ' docet Græv. ad Cic. Agrar. I. 4.

Quod quum inaugurareetur] Immo, quum fana Deorum, quæ ibi erant, exaugurarentur, 'ut libera a ceteris religionibus area esset tota Jovis,

Digitized by Google

templique ejus, quod inædificaretur,' ut Liv. 1. 55. Et Serv. in Virg. Æn. IX. 448. 'Actum est, ut exinde ad alia templa numina evocarentur sacrificiis: quo posset libere et sine piaculo templum Jovis exædificare' Tarquinius. Add. locum Catonis ap. Freinsh. Hoc veteres dicebant *liberare locum*, ut hic e Liv. v. 54. adnotat Rupert. Ulpianus l. 9. §. 2. D. de Rer. divis. 'Solent, qui liberare locum religione volunt, sacra inde evocare.' De evocandis sacris Festus in *Novæ curiæ*.

Cedentibus ceteris Deis] In veteri Naz. scriptum multis locis, ut heic, *de his* pro *deis*: sic supra: *Placitum de his ita*. De quo, etsi leve sit, monendum putavi. *Sal.*

Juventas] Ita hic haberent omnia nostra exemplaria, nisi ultimam consonantem erasisset Camers in impressis, et quidam alii emendatores, qui *Juventam* esse Deam legerant, et *Juventatem* ætatem in commentario Acronis in Horat. Od. lib. I. 30. ubi nos contra legimus, quod *Juventas* Dea est, *Juventa* sine *s* ætas. Vin. *Juventas* etiam infr. 2. 1, 1. in melioribus libris legitur: et apud Augustin. semper est *Juventas*, *Juventatis*, *&c.* Ovid. solum restitisse Terminum meminit F. 2. 669. 'Terminus, ut memorant veteres, inventus in æde Restitit, et magno cum Jove templa tenet.' Sicut et Liv. 1. 55, 5. quamvis 5. 54, 10. mentionem etiam illius faciat. Cato Orig. 1. ap. Fest. in *Nequitum*: 'Fana in eo loco compluria fuere, ea exauguravit: præterquam quod Termino fanum fuit, id nequitum exaugurari.' Juventatis etiam meminit Dionysius 3. 92. Tertium Martem adjicit Augustinus de Civ. Dei 4. 23. ubi Vives. *Fr.* *Juventa* Pal. 2. Voss. 3. Reg. F, Magl. et quidam impressi. Fran. et Junt. *juventus*. Hæc sæpe permutantur, ut ap. Liv. XXI. 62. 'Lectisternium Juventæ:' et XXXVI. 36. 'Juventutis ædem,' ubi Gronov. e Mss. restituit *Juventati*, et *Juventatis*. Munckerus quidem ad Hygin. Fab. pag. 10. et ad Anton. Liber. c. XLI. etiam 'Juventutem' pro Dea dici putat. Sed mihi potior est auctoritas aliorum. Ætas sine discrimine est 'juventus,' 'juventa,' et 'juventas;' sed 'juventas' hac significatione poëtis usitatius, quam prosæ scriptoribus. Vid. de his Heins. ad Claud. de Nupt. Hon. v. 84. et Broekh. ad Tibul. I. 4. 33.

Terminus] De hac re perantiquum ænigma extat apud Agell. 12. 6. 'Semel minusne, an bis minus sit, non satis scio, An utrumque eorum, ut quondam audivi dicier, Jovi ipsi regi noluit concedere:' ubi pro eo, quod in primo versu legitur *non satis scio*, cum transcendat leges carminis, forte non inepte substitueretur *nescio*. Ceterum similis scirpus est in fine vitæ M. Antonini Philosophi, apud Julium Capitol. de Tertullo Faustinæ adultero, 'de quo mimus in scena præsente Antonino dixit, cum stupidus nomen adulteri uxoris a servo quæreret, et ille diceret ter 'Tullus,' et adhuc quæreret, respondit ille, 'Jam dixi ter Tullus dicitur.'' *Fr.*

§. 9 *Sed illud horrendum*] Edd. Jord. *horrendius:* sed scripti vett. *horrentius*. Cave tamen putes, ita Annæum scripsisse. *Sal.* Naz. et quidam codd. Vineti Edd. S. P. A. et J. *molientibus sedem*. In Duisb. deerat *ædem*. *Sedes* et *ædes* sæpe permutantur. Vid. I. 13. 10. et III. 10. 3. Liv. v. 42. 'Caritate sedium suarum:' vulg. *ædium*. Vid. Cujac. et al. ad pr. Inst. de Mil. testam. et Drakenb. ad Sil. Ital. XIV. 652.

Humanum repertum est caput] De hac re et quomodo Olenus Calenus augur fatum illud in suam gentem trahere sit conatus, vide Dionys. 4. 66. Plin. 28. 2. Servium Æn. 8. 345. Caput autem illud 'Toli' cujusdam fuisse, et inde 'Capitolium' nominatum, ex monumentis vetustiorum refert Arnobius contr. gent. lib. 6. p.

Digitized by Google

243. Ita in fundamentis Carthaginis caput bubulum, mox equinum inventum, bellicosam potentemque fore significavit, ap. Justin. 18. 5, 15. et 16. Omnia enim ex similitudine rerum interpretabantur veteres. Ita vultures 'assuetæ sanguine et prædæ aves bellatricem fore,' quam conderet urbem, Romulo spoponderant, supra l. 1. 7. Ita Servium 'clarum fore visa circa caput flamma promiserat,' sup. l. 6, 1. Ita Carthaginiensibus bellatoris equi caput, virtutem bellicam, Romanis autem humanum, imperium orbis præsagiit, cum omnia homo regat, hominem autem caput. *Fr.* *Olus* est in Arnobii Edit. Lugd. Bat. 1651. et apud Serv. in Virg. Æn. VIII. 345. Alii ap. Ryck. de Capitol. c. x. et Cerd. in Æn. IX. 448. nomen hominis non memorant, sed tantum caput humanum repertum, ab eoque Capitolio nomen inditum dicunt. Scaliger ad Varr. de Ling. Lat. p. 167. fabulam ad nobilitatem gentis excogitatam, et a Romanis Capitolium appellatum esse scribit, quam Græci ἄκραν dicebant, quia esset κορυφὴ τῆς πόλεως. Et sic Vossius in Etymol. idque verosimilius est, quam vulgata narratio, quam fabulæ propiorem esse manifestum est.

Caputque terrarum] Invidiosos urbis hujus titulos ex multis auctoribus collectos, vide apud Merulam Cosmog. part. 2. lib. 4. cap. 22. Sizman. in Rutil. Itin. v. 194. *Fr.* Et Lips. de Magnit. Rom. I. 2.

§. 10 *Tolerare non potuit*] Multa ex hac causa bella, multas seditiones ortas, notat Alber. Gentil. de jur. belli lib. 1. cap. 20. et ex eadem Decemviratus abolitionem Liv. 3. 44, 1. Hac de causa Gotthi Hispaniæ imperio excidere: Maximus Valentiniani successor Romano: sicut et ipse Valentinianus. *Fr.* 'Ex liberis ejus,' ut I. 16, 9. 'Illustris ex hac gente clades:' Tac. Agr. XVI. 'Timor ex legato.' Add. Sall. Jug. c. CIII. Terent. Adel. III. 4, 79. Flor. II. 6, 27. 'Liberi' plur. num. de uno. Vid. IV. 3, 2. Quod mox dicit 'alter,' videtur existimasse, Superbum tantum duos filios habuisse: quos tres fuisse tradunt Liv. I. 53. 56. et Dion. Hal. IV. 64, 69. Aruntem, Titum, et Sextum.

§. 11 *Lucretiæ*] Hoc ipsum aliaque pluria exempla lege apud D. Hieron. sub fin. lib. 1. adversus Jovinian. *Fr.* Epith. 'ornatissimus' sæpe adponitur iis, qui præditi sunt rebus, quæ ornamentum aliquod, i. e. decus, gloriam, et existimationem pariunt, quæ multæ sunt. Lucretia ergo ornatissima virtute, genere, forma, pudicitia. Cic. Verr. I. 48. 'Hominem ornatissimum loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis.' Hinc 'ornamentum' pro honoribus ac divitiis ap. Corn. Nep. Att. VII. Sed 'ornati' et 'ornatissimi' sæpe speciatim dicuntur honoribus ac dignitate conspicui. Cic. pro Flacc. XXI. Suet. Cæs. I. Vid. Lips. ad Sen. de Benef. III. 15. et cl. Burm. ad Petron. CXXVII. Ceterum Lucretiam coactam quidem nec tamen invitam stuprum passam scribit Dio in Excerpt. Peiresc. p. 574. et 577. quem eo nomine ibi reprehendit Valesius.

Imperium] Diem, quo reges Roma pulsi sunt, qui 'Regifugium' dicebatur, quotannis Romæ celebrabant, 7. scilicet Cal. Martii, et XI. Cal. Jul. Auctor Ovid. F. 2. et 5. Advertendum autem serpentem latrasse, quum pulsus est, ap. Plin. 8. 41. *Cam.* In Regg. et Fran. est *Regi*: in Flor. *regis*. Rectum est *Regibus*: nam populus juravit, se non modo Tarquinium, 'sed neminem unquam Romæ regnare passurum:' Liv. II. 1. Cic. Brut. cap. XIV. 'Paucis annis post Reges exactos.' Pompon. l. 2. §. 16. D. de Or. Jur. 'Exactis deinde Regibus.' Et Flor. I. 10, 1. 'Pulsis ex urbe Regibus.' Sigonius ad Epit.

Digitized by Google

Liv. LXVII. argutatur nescio quid, ac scribit, Tarquinio non esse imperium abrogatum, sed exsilio mulctatum, ne in Urbe esset. Refellit eum ex h. l. Flori Gronovius. Et Liv. I. 59. disertis verbis: 'Multitudinem,' inquit, 'perpulit [Brutus] ut imperium Regi abrogaret, exsulesque esse juberet L. Tarquinium cum conjuge ac liberis.' Post *abrog.* Regg. Toll. Duisb. Voss. 1. 2. Fran. Ryck. et V. E. addunt *est*.

CAP. 8 *Anacephalæosis*] 'Consummationem' vocat Sen. Suas. VI. Alter Sen. Ep. 39. 'Oratio hæc, quæ nunc *breviarium* dicitur, olim, cum Latine loqueremur, *summarium* vocabatur.' *Fr.* Quintil. Instit. Orat. VI. 1. 'Rerum repetitio et còngregatio, quæ Græce dicitur ἀνακεφαλαίωσις, a quibusdam Latinorum *enumeratio*.' 'Recapitulationem' dixerunt posteriores: qua voce Laur. Vallam primum fuisse usum videtur existimasse Borrich. in Cogitat. de Ling. Lat. Sed eam in vetusto Interprete Irenæi inveniri observavit Vossius Instit. Orator. III. 6. §. 2. 'Anacephalæosis' autem non est a Floro, sed ab his, qui Titulos singulis capitibus adposuerunt.

§. 2 *Ardentius*] Non damno; forte tamen nihilo absurdius legi posset *audentius*, ob rationem, quam subnectit. Ita de Cæsare Suet. cap. 58. 1. 'Dubium cautior, an audentior.' *Fr.* Libri om. sc. et ed. *ard.* nec quidquam contra eos tentandum est. 'Ardere' nota metaphora transfertur ad omnes vehementes adfectus et motus animi. Hinc *ardens*, concitatus, vehemens in eo, quod cupit agitque, urgens propositi, et qui vehementer vult, quidquid vult. Flor. IV. 2. 42. de Cæsare: 'Ardentissimi Ducis impetus,' quem paullo ante 'ferocem,' et 'rei conficiendæ cupidum' dixerat. Virg. Æn. I. 423. 'Instant ardentes Tyrii.' Liv. I. 46. 'Juvenis ardentis animi.' Sall. Cat. v. 'Ardens in cupiditatibus.'

§. 3 *Deorum metu mitigaretur*] Diagoras, Theodor. Leucippus, Democritus, Epicurus, et ex Rom. Lucretius, putant, terroris ac metus gratia religionem a sapientibus institutam, quo se homines imperiti a peccatis abstinerent. Lactant. cap. 10. de ira Dei. De Numæ religione scriptum, Civit. 7. cap. ult. Ex quibus constet vera religio, docet D. Augustinus, Civit. 10. et Lactant. 4. 28. Cam. Eorum, qui de Diis opinionem continendorum hominum caussa repertam tradunt, meminit et Cicero, de Natur. Deorum, 1. 42. Ad quorum sententiam accedit Euripides apud Plutarch. de placitis Philosoph. 1. 7. *Fr.*

§. 4 *Militiæ artifex*] Ita supr. 1. 2. 1. Totum autem locum ita scripsi, cum in prioribus edd. interrogatio post vocem *necessarius* poneretur; elumbi, ut videbatur, sensu: ita etiam seqq. numeris interrogatio semper adjicitur fini. *Fr.*

Ut acueret ratione virtutem] Ut virtutem insitam disciplina militari augeret et efficaciorem redderet. Nam hæc si absit, virtus sola in bello parum valet. Elegans est in hanc rem apud Rupert. locus Senecæ de Ira I. 11. Germanos, quum nihil illis sit animosius, nihil ad incursum acrius, nihil armorum cupidius, nihil ad omnem patientiam induratius, tamen facile vinci; quod 'sine ratione ac disciplina' pugnent. Ita de militia Tulli cum Romuli militia comparata dici potuit, quod de alia re Ovidius: 'Et quod nunc ratio est, impetus ante fuit.' 'Ratio' ap. Florum idem est quod disciplina, quæ duo sæpe conjunguntur. Vid. Schel. ad Hygin. pag. 1108. Tom. X. Thes. Antiquit. Rom. Acuere vires pro, augere, est ap. Justin. XX. 1. 'Ut militum vires continuo labore acuerentur.'

§. 5 *Ex ipso habitu*] Facit huc, quod de Romulo Livius, 1. 8, 2. dicit; et

Digitized by Google

Val. M. 2. 2, 7. 'Instrui,' inquit, 'imperia, argenteis vasis et annulis aureis publice præbitis: patiebantur, quo talium rerum usu auctoritas magistratuum esset ornatior.' *Fr.*

§. 6 *Nisi ut ipsa se nosceret Resp.*] Legendum *nisi ut ipsa se nosset respublica.* Scripti sane omnes sic habent, ut et Jordanes. *Sal.* Sic ed. vetus et Pal. pr. neque aliter fere 2. ac 3. nempe *noscet.* Grut. Et Salmasius approbat. Vulgati habebant *nosceret*, quod et ipsum non reprobum est; 'noscere' enim pro, nosse aliis auctoribus, ut Tac. 2. 28, 1. ponitur. *Fr.*

§. 7 *Importuna dominatio*] 'Importunus' est, impotens, improbus, intolerabilis. Turneb. ad Cic. Agrar. II. 24. Gronov. ad Sen. de Benef. IV. 3. Græv. ad Cic. Famil. IX. 21. ubi 'importunos' vocat Papirios, quos ante 'improbos' dixerat. Sed sæpe de tyrannis dicuntur *importunus*, et *importunitas.* Liv. V. 2. XXIX. 17. et XXXVIII. 14. Vid. Tan. Fab. ad Justin. XLII. 1. Cic. Læl. cap. XV. de Superbo: 'Quamquam miror, illa superbia et importunitate si quemquam habere potuit amicum.' Et 'dominatio' de iisdem. Freinsh. in Ind.

Non nihil, immo vel plurimum profuit] Ryck. *non nihil imo plurimum profuit*, omisso *vel.* Calci hujus capitis subjicitur in eodem libro: *Finit liber primus et prima ætas. Incipit liber secundus et prima ætas populi Ro.* Sed lapsa est manus scribæ: pro *prima ætas pop. Ro.* enim scribendum erat *secunda ætas pop. Ro.* Græv.

Agitatus injuriis] Frustra Freinshem. in Ind. tentat *fatigatus. Agitatus injuriis* est, pressus, vexatus, et iis ferendis fatigatus. Cic. Verr. III. 18. 'Sedes suas patrias istius injuriis exagitati reliquerant.' Id. pro Quint. cap. 11. 'Ut multis injuriis jactatam atque agitatam æquitatem in hoc tandem loco consistere et confirmari patiamini.' Gell. XVII. 21. conjungit 'exagitatus' et 'vexatus.' Et Serv. in Virg. Æn. VI. 68. 'Agitataque numina Trojæ,' exponit, vexata. Est metaph. a feris, quæ *agitari* et *exagitari* dicuntur, quum venatores eas persequentes consistere non patiuntur. Liv. XLI. 9. Cic. Off. III. 17. Ovid. 'Et lepus hic aliis exagitandus erit.'

CAP. 9 *Bruto*] Cognomentum hoc traxit a simulata stultitia, cum verum ei nomen L. Junio esset. Cum enim, occiso patre et fratre, sibi quoque a Tarquinio metueret, sub hac persona latuit, donec capta occasione prorumperet. Vide Augustinum, Quæst. ex utroque test. cap. 115. Cum enim suspecta sit Tyrannis nobilium alacritas et erectum ingenium, ut supra, 1. 7, 3. monuimus, nonnulli, ut loquitur Seneca, 'in contemptu remedii causa delituerunt,' sicut hic noster; ut et David, 1. Sam. 21. 13. Archelaus Cappadox, apud Dion. non longe a fine lib. 57. Dionysius Corinthi, apud Plutarch. Timoleonte, c. 19. et Justin. 21. 5, 3. Solon apud Cic. de Off. 1. 30. ut et de se testatur, forte immerenter, Claudius Cæsar, apud Suet. cap. 38. 6. Unde apparet, haud absurde dictum illud esse: 'Stultitiam simulare loco, prudentia summa est.' *Fr.*

Collatinoque] Tarquinius Egerii filius hic fuit, ita appellatus a Collatia oppido Latino, ubi plurimum morabatur, ut auctor est Dionys. 4. 72. Hinc Ov. F. 2. 733. 'Cui clarum dederat Collatia nomen.' *Id.* Egerii, qui Tarquinii Prisci fratris filius erat, filium facit Liv. I. 57. nepotem Dion. Hal. IV. 64.

Ultionem sui moriens mandaverat] Ejus generis mandatum est Germanici, ap. Tac. 2. 71. et Suet. Cal. 3. 9. Item Othonis, apud eundem, Vesp. 6. 9. ubi interp. vide. *Fr.* De verbo *mandare*, idem in Ind.

Ad vindicandum] Unum verbum duplici significatione. Vid. Freinsh. Ind. Justin. III. 1. 'Egregius ado-

Digitized by Google

lescens et cædem patris et se ab injuriis Artabani vindicavit.' Plura hujus generis ibi Interpretes, et ad eumd. I. 9. et XI. 9.

Bona diripit] Jussu scilicet et instinctu Patrum, 'ut' nempe 'plebs contacta regia præda omnem in perpetuum spem pacis cum his amitteret,' Liv. 2. 5. Ita enim obligandi sunt mobiles animi, et quorum pœnitentia metuitur: ita Jugurtha apud Sall. 81. 6. 'id modo festinabat, Bocchi pacem imminuere, ne moras agitando aliud quam bellum mallet.' Ita Rex Veientium, jussis occidi Romanis legatis, 'obstringi Fidenatium Pop. ne respicere spem ullam ab Romanis posset, conscientia tanti sceleris, voluit,' ap. Liv. 4. 17, 5. Zonar. Tom. 2. pag. 115. f. et apud eundem Liv. 44. 27, 8. Perseus Gentium 'assidue ad lacessendos hostili facto Romanos stimulat.' Sic apud Tac. H. 4. 70, 13. 'Valentinus ac Tutor in arma Treviros retrahunt, occisis Herennio ac Numisio legatis, quo minore spe veniæ cresceret vinculum sceleris.' Eadem de caussa ap. eund. Tac. 3. 42, 1. Florus 'pellexit alam equitum, ut cæsis negotiatoribus Romanis bellum inciperet.' Ita Asdrubal ultimus Carthaginiensium Imp. in captivos Rom. crudeliter sæviit, 'ne Carthaginiensibus spem ullam pacis a Romanis impetrandæ relinqueret,' ap. Appian. de bello Punic. propius a fine pag. 72. Adde Tac. H. 4. 64, 5. Plutarch. Aristid. cap. 46. Notat autem Livius Epit. 67. 3. ab hoc ad C. usque Cæpionem, nullius magistratus Romani bona publicata. *Fr.*

Agrum Marti suo consecrat] Unde campus Martius, de quo præter alios Strabo, lib. 5. Dicit autem 'Marti suo,' quia conditor urbis originem ad eum referebat. *Id.*

Mutato indice et nomine] Sic emendarunt Viri Docti, *Indice* pro *Judice*: sed minime addicentibus libris, qui *Judice* omnes retinent: et, si verum licet dicere, *Indice* hic nescio quomodo non convenit. In iis enim, quæ subjicit, nihil ad illud *indice* refertur: ut, cum dixit, *mutato nomine*, sequitur, 'appellavitque consules pro regibus.' Jord. lectio omnino vera est: *jure et nomine*: firmant eam sequentia: 'pro perpetuo annuum placuit:' nempe, jus. Jus idem quod, imperium vel potestas. Nihil est verius igitur, quam scribendum *mutato jure et nomine*. Sal. *Mutato tamen et jure.* Hanc ex Jordane scripturam, cum nemini non probetur, merito recipiendam putavi: nec enim quæquam aliarum congruit, sive enim *indice*, sive *judice* legas, neutrum neque sensui auctoris, neque verbis convenit, ut ex ipsa constructione apparet. *Fr.* Ryck. *mutato tamen nomine et judice.* Sed *jure* recte Salmasius reposuit ex Jornande. Ordo verborum est perversus in vulgatis, legendum enim ut codex vetus monet: *mutato tamen nomine et jure.* Sequentia id verba ostendunt, quæ pertinent ad proxime præcedens *jure*: 'Quippe ex perpetuo annuum placuit.' *Græv.* Libri Vineti Voss. 2. 3. et Junt. *indice*, tres Pall. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. Vet. Ber. Sab. et Par. *judice.* Aldus solus Jordanem, ut solet, sequutus *jure*, quod etiam in Reg. F videtur fuisse: nam ex eo nihil ad Ed. Grævii, in qua est *jure*, adnotatum erat. Nec dubium est, quin ea scriptura præferenda sit. Ex *jure* per errorem scribentis fieri potuit *jude*; nam *d* et *r* non raro permutantur: vel, quum pro *jure* scriptum fuisset *jûe*, quæ in Mss. interdum est nota literæ *r*, ea deinde quasi compendia vocis *judice* accipi potuerunt; unde mox *indice* pro *judice*: quæ voces sæpe confunduntur. In Reg. Q singularis est lectio, *mutato tamen et nomine et numero.* Hinc suspicio oriri posset, olim scriptum fuisse *et jure, et numero, et nomine.* Nam tria sunt, quæ mutata esse dicit Florus, perpetuitatem im-

Digitized by Google

perii, numerum imperantium, et nomen. Sed nihil ex uno libro novandum arbitror: et una voce *jure* et tempus et numerus comprehendi possunt. In Pal. 3. Fran. Flor. et Magl. idem est ordo verborum, qui in Ryck., eumque adoptavit postrema Ed. Ea est figura χιασμὸς, ut apud Suet. Cæs. XXVII. XXXV. et XLI. ubi vid. Casaub. Cujac. Obs. XIV. 24. et Dan. Heins. ad Matth. VII. 6. Sic mox in verbis, 'ne potestas solitudine vel mora corrumperetur:' nam 'solitudo' refertur ad propius, 'duplex' imperium, 'mora' ad remotius, 'annuum;' Reines. ad Rupert. Ep. XXIII. Sed reliqui ordinem, qui erat in aliis scriptis, et om. vet. ed. ac simul revocavi *et* ante *jure* ab eadem Edit. expulsum, quod a solo Ryck. et Frec. aberat.

§. 2 *Solitudine*] Sall. Cat. c. 6. in fin. 'Annua imperia binosque imperatores sibi fecere; eo modo minime posse putabant per licentiam insolescere animum hominum.' Imitatus hoc C. Cæsar, Africam in duas partes divisit, apud Dion. lib. 59. *Fr.*

Mora corrumperetur] Verum enim est illud Mamerci, ap. Liv. 4. 24, 5. 'maximam libertatis custodiam' esse, 'si magna imperia diuturna non essent, et temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non posset:' et illud Latronis, apud Sen. 7. Contr. ult. 'Nihil tam utile, quam brevem potestatem esse, quæ magna sit.' Adde Cic. pro L. Man. cap. 9. et quæ noto ad epist. ejus provincialem, 29. Ita cum 'ordo Judicum Carthagine dominaretur, eo maxime, quod iidem perpetui judices erant; [Annibal] legem promulgavit, ut in singulos annos judices legerentur, ne quis biennium continuum judex esset.' Idem Livius, 33. 32. Adde Val. M. 4. 1. 3. et hoc est illud Taciti, 6. 48, 5. 'Vi dominationis convelli et mutari.' Vide tamen Liv. 9. 18, 11. et 32. 28, 2. et Nostrum infra, 2. 16, 4. item Polyb. in excerpt. Vales. p. 216. *Id.*

Consulesque] De his primis Coss. Liv. lib. 1. et 2. Dionys. lib. 4. et 5. Auctor de V. I. cap. 9. 10, et 15. Eutrop. in 1. Orosius in 2. Advertendum, annum illum primum habuisse quinque Coss. Auctor Augustin. Civ. 3. 16. Macrobius, Sat. 1. 12. dicit, primos Coss. factos Calend. Jun. quem diem, ut ante annotatum est, Romani celebrabant. Plutarchus vero asserit, eos creatos Calend. Jan. Hinc servatum, ut deinceps semper Cal. Jan. Coss. crearentur. Lege ipsum Problema 18. *Cam.* Ceterum quod ad appellationem hanc, eandem cum Nostro rationem allegant Varro, ap. Nonium, voce *Consules*, l. 2. §. 16. de O. I. Cic. de Leg. 3. 3. et de Orat. 2. 39. Hieron. ad Esaiam, cap. 3. ad vocem *Consiliarius*. Fr. De etymo hujus vocabuli Lips. de Magistratib. Pop. Rom. c. VII. et alii, qui de eodem argumento scripserunt. Vossius in Etymol. h. v. recte emendat apud Nonium, *quod consulerent Senatum*, pro vulgato *Senatui*. Nam inde Consules appellatos esse probabilius est. Nec verum est, quod hic scribit Camers, Consules deinceps semper Kal. Jan. creatos fuisse. Nam nullum certum fixumque diem ineundo Consulatui fuisse fere usque ad A. U. 600. e Dionysio et Livio ostendit Dodwell. de Cyclis Dissert. VI. §. 15. Et postquam Kal. Jan. solennes ineundo Consulatui cœperunt esse, tamen non eo die sed aliquanto ante creabantur sive designabantur Consules.

§. 3 *Tantumque*] Nec immerito: 'libertas' enim 'inæstimabilis res est:' l. 106. de R. J. Cart. 6. 6, 11. Ideo cum Græci liberi pronuntiarentur, 'Majus gaudium fuit, quam quod universum homines caperent, ut facile appareret, nihil omnino bonorum multitudini gratius, quam libertatem esse:' Liv. 33. 18, 5. et 6. Adde infra, 2. 7, 14. *Fr.* *Incessere* absolute dicit, ut Sall. Cat. XIII. 'Libido

stupri, ganeæ, ceterique cultus non minor incesserat.' Et Jug. XIII. et XLI. Pro quo etiam dicere potuerat 'incesserat animos,' et 'animis.' Vid. N. Heins. ad Val. Flac. v. 551.

Alterumque ex Consulibus] Improbant hoc factum Augustin. Civ. 2. 17. Cic. Off. 3. 10. Contra quos disputat Alber. Gentilis de arm. Rom. 2. 4. *Fr.* Immo probat Cicero l. d. Vid. ibi Grævium.

Ob nomen] Vide Agell. 15. 29. ex Pisone, quem fortassis nec recte capit. *Fr.* Plutarch. in Public. et Dionys. Liv. v. princ. etiam alias causas, cur Patribus suspectus fuerit, memorant.

Fascibus abrogatis] In Naz. legitur *obrogatis*. Aliud tamen 'obrogare,' aliud 'abrogare.' Legibus obrogatur, quibus contraria lex vel rogatio fit. Leges abrogantur, quæ antiquantur. *Sal.* Parum accurate. 'Abrogare legem' est legem veterem ante rogatione populi jussam et usu receptam contraria rogatione tollere, leges rogatas abrogare, ut Cic. Phil. v. 6. 'antiquare legem,' novam legem a Magistratu latam rejicere, antiquum retinere, neque id mutatum velle. Liv. v. 30. XXVII. 21. et XXXI. 6.

§. 4 *Itaque substitutus Valerius Publicola*] Mira est constantia omnium veterum libr. in falsa ac nihili lectione tuenda, quæ habet: *Horatius Publicola:* sic non solum Flori scripti manu codd. sed etiam Jord. habent. *Sal.* De hoc præter citatos, vide Plutarch. in vita: et Auctor. de Vir. illust. cap. 15. *Cam.* *Poplicola* autem scribendum esse Capit. Tab. testantur, idemque convincit nominis ratio, eo quod a 'populo colendo' illud cognomen in consulatu, antea 'Volusus' dictus, invenerit; tum quod δημοκηδὴς, hoc est, populum colens, Poplicola, a Plutarch. et Dionys. interpretatur. *Sta.* Videtur tamen ipsum 'publicum' deductum a *populo*, quasi 'populicum:' eoque alludit §. 1. Inst. de publ. judic. Quoniam autem Collatinus magistratu, non ita multo postquam eum suscepisset, abiit, Valerium hunc in ejus locum substitutum, primum Cos. fuisse dicit Cicero in Orat. pro Flac. cap. 11. et Plin. 16. 15. *Fr.* In *Horatii* nomine consentiunt om. sc. et ed. nisi quod varie scribitur *Oratius*, *Horvatius*, *Hortacius*. Alterum nomen in Naz. Pall. Ryck. Duisb. Fran. Voss. 1. et om. ed. est *Publicola*, in Regg. *Puplicola*, in Toll. Voss. 2. et 3. *Poplicola*. Et ita in Fastis Consular. ac Triumphal. præterquam in A. U. 293. ubi est *Poblicola*. In Fastis Anonym. Noris. et Idat. 'Publicola.' In Siculis Πουβλικόλας, et Ποβλικόλας. In Inscriptionib. 'Poplicola,' 'Poblicola,' et 'Poplicula.' Apud Plutarch. et Dionys. Ποπλικόλας. *Poplicola* scribendum contendunt Sigon. ad Liv. II. 8. et Pigh. ad A. U. 244. cum ratione etymi, tum propter auctoritatem Plutarchi ac Dionysii. Vid. cl. Drakenb. ad Sil. Ital. II. 8. Turnebus Advers. XXX. 26. existimat non rejiciendum *Poplicola*, sed lenius et concinnius scribi *Publicola*. Nam et 'Publicus,' inquit, ex 'Populicus,' et 'Publius' ex 'Populius' facta sunt mansuetiore sono. Et sic libri scripti Aurelii Vict. c. XV. ubi vid. eruditiss. Arntzenium. Eadem scriptura est in Cic. de Leg. II. 23. Quintil. Inst. Orat. III. 7. et Eutrop. I. 9. quibus locis nullam varietatem adnotant Interpretes. In Floro primus, ni fallor, Stadius edidit *Poplicola*, et post eum cl. Grævius; quos secutus sum. Nam et 'poplicus,' et 'poplicitus' scribebant veteres. Vid. Columm. ad Enn. Ann. I. III.

Ex summo studio] Jord. habet tantum *summo studio*. Non intellexit veterem elegantiam, et Græcam, ἐκ πολλῆς σπουδῆς. Sic apud Plautum: 'Ex summa ope,' et 'Ex summis

viribus,' apud hunc eundem, et antiquarium Agellium. *Sal.* Add. Freinsh. in Ind. Salm. ad Solin. pag. 505. Scheff. ad Justin. VI. 3. et Barth. ad Claud. Præf. l. II. in Eutrop. vs. 25.

Ad augendam populi majestatem] Ryck. *ad augendum populi majestatem*. Sic autem veteres locutos esse constat. Justin. XXII. 'Posthæc Pœni ad persequendum belli reliquias, duces in Siciliam miserunt.' Virg. Æ. XI. 'Pacem Trojano a Rege petendum.' *Græv.* Vid. Perizon. ad Sanct. Min. III. 8. 4. et Græv. ad Justin. XIII. 3.

Fasces ei pro concione submisit] Plutarch. in Publ. Τὰς ῥάβδους ὑφῆκε τῷ δήμῳ, καὶ κατέκλινε: submisit, et inclinavit, i. e. in terram versus inclinatos a lictoribus teneri; non, lictores tantisper abire jussit, quoad concionatus esset, ut Bud. ad l. 14. D. de Offic. Proc., et, qui Budæum in proverb. 'submittere fasces' exscripsit, Brassicanus. Nam 'submittere' est deorsum mittere et inclinare, ut quum gladiatores 'submittere arma' dicit Sen. Consol. ad Polyb. c. XXV. et aliis locis ap. Lips. Saturn. II. 21. Lictores fasces humeris gestabant, ut Idem putat Elect. I. 23. Unde Virgil. Æ. VII. 173. 'Hic sceptra accipere, et primos attollere fasces Regibus omen erat.' Hos quum populo submitti voluit Publicola, ea re fatebatur 'populi, quam Consulis, majestatem vimque majorem esse,' ut Liv. II. 7. Hinc deinde proverbio dici cœpit 'submittere alicui fasces,' pro cedere, et inferiorem se fateri. Et eadem metaphora 'submittere arma,' quod proprie dicebatur de gladiatoribus se victos fatentibus. Vid. Bud. et Lips. loc. dict. et rursus hunc in Sen. ad Polyb. l. d. et de Provid. c. III. Atque inde *submittere* sæpe cedendi, seque inferiorem agnoscendi significationem habet. Sen. de Vit. Beat. c. XVII. 'Quare superiori verba submittis?' Quint. Decl. CCLVIII. 'Nisi auctoritatem paternam submisero.' Petron. c. CXXIII. 'Quem fracto murmure Pontus, Et veneratus erat submissa Bosporus unda.'

Jus provocationis] Legem hanc Antonius ap. Cic. de Orat. 2. 48. 'Patronam civitatis, ac vindicem libertatis vocat;' ea enim effectum est, ne Consul pro arbitrio in quemvis, ex odio forte, aliave injusta causa animadvertere posset, sed ubi populus comprobasset. Vide Liv. 10. 9, 4. Non absimilem morem Macedonibus, quamvis sub rege degentibus, olim fuisse, indicat Curt. 6. 8, 25. *Fr.* Cic. et alii ap. Sen. Ep. CVIII. Liv. VIII. 33. et Val. M. VIII. 1. 1. jam ante a Regibus provocationem ad populum fuisse tradunt. Negat Pomponius l. 2. §. 16. D. de O. J. Sed magis credo illis.

Et ne specie arcis offenderet] Quis hanc lectionem jure damnet? Maluit tamen Jord. *et ne species arcis offenderet*. Sal.

Eminentes ædes] Ædificaverat enim in summa Velia, et propterea suspicionem populi incurrerat, quasi arcem eam regno pararet. Vide Liv. 2. 7. Auctor. de Vir. ill. cap. 15. L. Higin. lib. I. quem citat Pædianus in Pisonianam. *Fr.*

§. 5 *Velificatus est*] Favorem civium captavit, aucupatus est. Vid. Freinsh. in Ind. Manut. et Græv. ad Cic. Ep. F. VIII. 10. et Turneb. in Agrar. I. 9. Add. Salm. in Solin. p. 781.

Quum studere] De conjuratione filiorum Bruti contra rempublicam præter Liv. et Dionys. 5. 7. et 8. 91. lege Val. M. 5. 8, 1. item Augustin. Civ. 3. 16. Plutarch. Paral. cap. 20. 21. 22. Claud. in Eutr. 1. 441. 'Natos (ita malim, quam *natis*) hoc dedere pœnæ Profuit, et misero civem præponere patri.' Sic enim hunc locum, ut plerosque alios ejusdem poëtæ,

Digitized by Google

castigavimus, quum antea non *patri*, sed *fratri* passim legeretur. Virg. Æn. 6. 821. 'Natosque pater, nova bella moventes, Ad pœnam pulcra pro libertate vocabit.' *Cam.*

Protraxit in forum] Hæc omnia ex more suppliciorum sumendorum apud Romanos. Vid. P. Fab. II. Semestr. 5. 7. et 10. Briss. Form. v. p. 481. Liv. XXVIII. 29. 'Nudi in medium protrahebantur, et simul omnis apparatus supplicii expromebatur; deligati ad palum, virgisque cæsi, et securi percussi.' *Trahere, attrahere*, et *protrahere* usitata sunt in ea re verba. Petron. c. CV. 'Attrahite ocyus nocentes in medium.'

§. 6 *Liber jam hinc*] Alio ordine libri: *Hinc jam liber*. Sal. Hoc nusquam inveni, nec scio qua auctoritate in postrema Amst. ediderint: *Jam hinc liber*. Salm. in exemplari suo scripserat, *liber hinc jam* vett. lib.

Tum pro gloria] Legunt heic libri: *mox pro finibus, deinde pro sociis, tum gloria et imperio, &c.* Sequitur abhinc non longe: 'Quippe quum patrii soli gleba nulla, sed statim hostile pomœrium:' ita ex veteri editione reposueras, optime et doctissime Grutere, cum antea excusi legerent: *gleba nulla esset:* uterque Pal. cum Jord. *quippe cum patrii soli gleba nulla sit, sed statim hostile pomœrium:* quæ lectio, nec tibi, nec ulli, opinor, qui sapiet, placebit. Naz. habet: *quippe cum patrii soli nulla gleba sit, statim hostile pomœrium.* Ex cujus vestigiis eamdem lectionem, quam tu ex veteri editione, elicimus, *sit* pro *set*, utrumque pro *sed;* quod ita crebro nobis occurrit membranas illas versantibus, ut dubitare vix possimus. Sed et pro *cum*, legimus, *cui*, hoc modo: *quippe cui patrii soli gleba nulla, set statim hostile pomœrium. cui, populo Romano.* quod indubitanter reponimus. *Sal.* *Gleba nulla sit sed statim* Ryck. *gleba nulla sit statim* Voss. 3. *gleba nulla sed statim* ceteri om. sc. etiam uterque Pal. ap. Grut. (etsi hic aliter Salm.) et vet. ed. *Cui* primus, ni fallor, e conjectura Salmasii edidit Freinsh. et post eum Græviús.

§. 7 *Quippe cui*] *Roma a principio*, ut docet Servius, Æn. XI. 598. 'Tantum unam Tiberis ripam tenebat.' Juv. Sat. 8. 265. 'Et quæ Imperii finem Tiberinum virgo natavit,' Propert. 4. 1, 8. 'Et Tiberis nostris advena bubus erat.' *Cam.* Latium urbi ab ortu, ab occasu Hetruria erat, a meridie Veientes, Sabini a septentrione, hostes Romanorum omnes. *Stad.*

Gleba nulla] Extenuat auctor, non tam historico more, quam oratoria licentia, ut major inde admiratio oriatur. Jam enim sub tot regibus, et omnibus, præter Numam, bellatoribus, aliquantum agri adquisiverant Romani. *Fr.*

§. 8 *Proximis quibusque*] Ita Macedones, ap. Justin. 7. 1, 4. *Id.*

Sub se redigeret] Scribendum est, *redegerunt:* ita Flori scripti Codd. ita veteres formis cusi. *Sal.* Ita visitur in omnibus Mss. et vett. edd. male recentiores, *redigeret*. Grut. *Redigeret* nusquam inveni: *redigerent* habet solus Reg. F: *sub rege degeret* Voss. 1. Ceteri sc. et ed. *redegerunt*. Tollius in Fortuit. c. XXIX. contra omnes libros præcipit legendum *redegit*. Mirum vero hominem, qui in libro illo ex omni stercore aurum vult colligere, hic pro auro nobis stercora obtrudere. Sall. Ju. XXVIII. 'Senatus a Bestia consultus est, placerétne legatos Jugurthæ recipi mœnibus; iique decrevere:' Liv. XXVI. 21. 'Exercitus Rom. iratus, partim, quod cum imperatore non devectus ex provincia esset, partim, quod in oppidis hibernare vetiti erant, segni fungebantur militia.' Id. XXXII. 18. 'Elatia clausit portas: nec, nisi vi cogerentur, recepturi mœnibus videbantur aut ducem aut exercitum Rom.' Vid. plura ap. Gron. de Pecun. Vet. II. 4. et III. 17.

Digitized by Google

Cap. 10 Historiam hanc scribunt Liv. 2. 10. Dionys. 5. 21. Auctor de Vir. ill. c. 11, et 12. Eutrop. 1. 11. Plut. in Parall. Augustin. Civ. 2. 18. Silius, 10. 492. Virg. Æn. 8. 646. *Cam.*

§. 1 *Pulsis ex Urbe Regibus*] Optimæ divi Naz. membranæ: *pulsis ex urbe regni*: alter Pal. *regiis*: forte, *regnis*. *Pulsis ex urbe regnis*, quod esset pro *regibus*: ut 'servitia' pro servis, 'conjugia' pro conjugibus, ita hic 'regna' pro regibus. Hoc dignum est elegantia Flori. *Sal.* 'Regna' pro regibus, Salmasius hoc loco, et in notis ad Treb. Pollionis Claudium cap. 5. Loquitur certe non absimiliter Florus infr. 1. 24, 3. 'Totam eam dominationem.' *Fr.* Inculcat rursum Salmasius 'regna' pro regibus apud Florum ad Spartiani Pescenn. Nigr. c. VII. et Treb. Poll. Claud. c. XIV.

Prima pro libertate] Exsequitur jam per partes, quod proposuerat supra, 1. 9, 6. *Fr.*

Porsena] Libri Toll. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. et Edd. *Porsenna*, ut Virg. Æn. VIII. 646. Et sic plerique scripti Livii, et aliorum, qui soluta oratione scripserunt. Vid. Gron. ad Liv. II. 9. Horat. Silius, et Martial. *Porsena*, media brevi. Salmasius adnotarat: *Porsenna*, vet. *Prosenna*. Græci tantum unum ν habent. Πορσῆνος Dion. Hal. v. 21. Πορσήνας Plutarch. Public. Πορσίνας Polyæ. VIII. 8. et 31.

Reducebat] Reducere volebat. Vid. ad I. 18. 12. *Tarquinium* Regg. et Magl.

2 *Et fame*] Qua tamen invictissima quæque facile expugnantur. 'Sæpius enim penuria, quam pugna consumit exercitum, et ferro sævior fames est,' ait Veg. 3. 3. et iterum, 3. 9. 'Fames (ut dicitur) intrinsecus pugnat, et vincit sæpius quam ferrum.' Plura dicam infra, ad 2. 18, 13. *Fr.*

Faucibus incubaret] E propinquo premeret et urgeret, quemadmodum qui faucibus ita adprehenduntur, ut propemodum strangulentur, sicut Philippus Cos. infr. III. 17. 8. Plaut. Cas. v. 3. 3. 'Omnibus modis occidi miser; Ita manifeste faucibus teneor.' Cic. pro Cluen. XXXI. 'Quum faucibus premeretur.' Sal. Cat. LII. 'Catilina cum exercitu in faucibus urget.' Vid. ibi Wass. *Ipsius urbis* Fran.

Amicitiæ fœdera] Non tamen æquis conditionibus, quippe mulctavit eos parte agri, imperavit obsides, cognitionem causæ de bonis regiis suscepit. Dionysius, 5. 30. Plutarch. de mulier. virtut. cap. 29. Tacitus 'Urbis' etiam 'deditæ' meminit, H. 3. 72, 2. immo, quod non nisi sua quoque confessione victis imponi potest, 'in eo fœdere nominatim comprehensum invenimus, ne ferro, nisi in agricultura, uterentur.' Plin. 34. 14. *Fr.*

§. 3 *Quæ nisi in annalibus forent*] Melius liber Naz. *qui nisi in annalibus forent*: Mucius Scævola, Clœlia; non enim ad prodigia refertur. Alter Pal. *quæ nisi in annalibus foret*: ut ad solam Clœliam referatur: male. *Sal.* Ita infra, 1, 12, 11. de Veiis. In facto Coclitis, non absimili a Nostro figura, Livius, 1. 10, 11. 'Rem ausus plus famæ habituram ad posteros, quam fidei.' *Fr.* *Qui nisi in annalibus forent*] Hanc libri Naz. scripturam asserit quoque Ryck. Est familiaris optimis scriptoribus locutio. Terent. 'Scelus qui me perdidit.' *Græv.* Cum Naz. consentit Voss. 3. et, ut puto, Regg. In Ryck. per compendium scriptum est q̂, qua nota scriba illius libri quamplurimis locis usus est pro *quæ*. Sic I. 7, 7. q̂ *superbia*. II. 6, 7. q̂ *inquit mora*. II. 8, 5. *toto orbe* q̂*rebat*. Item II. 18. 2. III. 3, 1. III. 10, 11. Qui in eodem libro notatur lineola per imam literam *q* ita trajecta ꝗ, ut I. 1, 3. *siꝗdem*. I. 13, 21. *ne ꝗs*. I. 18, 3. *quodꝗdem*. Ibid. n. 12. ꝗ *cum*. Et sic alibi. Non improbo *qui*, quod Grævius ac deinde alii ediderunt, atque etiam præfero: Cic. pro Sext. XVII.

Digitized by Google

'Duo importuna prodigia, quos egestas, quos æris alieni magnitudo, quos levitas, quos improbitas tribuno pl. constrictos addixerat.' Sed exprimendum putavi, quod inveni in plurimis sc. et om. ed.

§. 4 *Cocles*] Simile hujus virtuti facinus de Norvegiensi quodam milite, qui Anglos ad Derventam fl. pontem transituros solus cohibuit, est apud Polydor. lib. 8. Procopius etiam, fine primi Gothicorum de Principio et Tarmuto narrat, eos solos Gothorum impetum sustinuisse. 'Coelites' autem appellati sunt veteribus, 'qui altero lumine orbi nascerentur,' ap. Plin. 11. 37. Tzetz. Chil. 3. vs. 828. tales 'Coclios' appellatos esse scribit. *Fr.* Alii in universum ita dictos tradunt, qui tantum unum oculum haberent. sine discrimine utrum ita nati essent, an deinde alterum oculum casu amisissent. Vid. Varr. de Ling. Lat. vi. p. 77. Serv. in Virg. Æn. viii. 650. Dion. Hal. v. 23. et Plutarch. in Publie. ubi qui Dionysio est Κόκλης, Κόκλιος dicitur. Idque reponendum est ap. eumd. Plutarch. in præcept. gerend. Reip. in fin. pro eo, quod editur, ὁ δὲ Ῥωμαῖος Πόπλιος. Vidit Xylander, quum vertit *Romanus Cocles*. Sed corrupta vox deinde relicta est in Græcis.

Ponte reciso] Sublicium intelligit: atque Romanis hoc Coclitis periculo monitis, religiosum fuit posthac eundem pontem ex alia materia, quam ex ligno, construere. *Stad.* Plinius, 36. 15. unde Stadium hæc descripsisse puto, dicit de buleuterio Cyziceno, 'ædificium amplum, sine ferreo clavo, ita disposita contignatione, ut eximantur trabes sine fultura, ac reponantur. Quod item Romæ in ponte sublicio religiosum est, posteaquam Coclite Horatio defendente, ægre revulsus est.' *Fr.* *Ponte rescisso*] Lege *reciso*, ut Viri docti olim præceperunt. 'Recidere pontem' est minuere pontem parte dejecta, ut 'recidere sarcinas,' apud Suetonium: sed 'rescindere pontem' est pontem destruere. *Græv.* Flor. Berol. Duisb. et V. E. *rescisso*. Idque etiam Vinetus, Grut. et Salm. in suis videntur invenisse: nam in eorum Edd. est *rescisso*, nec ulla varietas scripturæ ab iis adnotata est. Magl. Fran. Voss. et aliæ Ed. *reciso*. Regg. et Ryck. *reciso*, quod est, opinor, *reciso*, ut i. 1, 8. et i. 3, 4. in eodem libro *occisus*. Et tamen *rescindere* etiam de parte pontis dicitur. Cæs. B. G. vi. 29. 'Partem ultimam pontis quæ ripam Ubiorum contingebat, in longitudinem pedum CC. rescindit.' Et Liv. ii. 10. de hac ipsa re: 'Exigua parte pontis relicta, revocantibus, qui rescindebant.' Eadem varietas est iii. 10. 2.

Nec arma] Sen. Epist. 120. 'Non minus sollicitus, ut armatus, quam ut salvus exiret.' *Fr.* *Arma* κατ' ἐξοχὴν pro scuto, ut i. 18, 10. et sæpe apud alios. Vid. Serv. ad Virg. Æn. iv. 495. Scalig. ad Varr. p. 165. Salm. ad Treb. Poll. Claud. c. xii. Cuper. Obs. i. 7. Nam scutum amittere inter præcipua delicta militiæ erat, de quo Lips. de Mil. Rom. v. 18. Horatium in Tiberi periisse auctor est Polyb. vi. 53. Cui, ut antiquiori et veraciori, potius fidem habendam esse, quam posterioribus, qui historiam exornare voluerint, censet Palmerius in Exerc. ad Polyb. p. 87. et ad Plutarch. p. 186.

§. 5 *Mucius*] Simile in Plutarch. Paral. cap. 2. Nec minore animo quidam Romanus Mithridatem aggressus est. Dio lib. 35. *Fr.*

Sed ubi frustrato circa purpuratum] Scripti omnes, quotquot vidimus aut evolvimus, *frustratum*, non *frustrato*, habent. non aliter veteres Jord. et sane non frustratus fuit ictus circa purpuratum, quem illo ictu occidit, sed circa regem. Hærebat animo persuasio legi posse: *Sed ubi frustratum, et circa purpuratum ejus ictu tene-*

tur. Sed, ut verum fatear, acute magis quam vere. nam vulgatam possumus defendere et exponere, immo et debemus. *Sal.* Lectio minime sollicitanda, utpote sustentata etiam auctoritate Pal. pr. et sec. solumque visitur illud *frustratum* in tertio. *Grut.*

Frustrato circa purpuratum ejus ictu] Sic plane Ryck. cum vulgatis, et rectius quam omnes alii, quos Salmasius evolvit. Sensus est, eum non vulnerasse et occidisse regem, ut volebat, sed regium ministrum. *Græv.* Salm. sibi non constat: nam in exemplari suo ita scripserat, *frustratum* et *ictum* in pr. Pal. non item in aliis. Sed hoc quoque perperam, si Grutero credimus, qui *frustratum ictum* tantum in Pal. 3. *frustrato ictu* in Pal. 1. et 2. esse testatur. Et ita est in aliis om. sc. et V. E. ac Frec. *Frustrato circa purpuratum ictu* dicit, pro ipse se frustratus et errans, ictu non in Regem, sed in purpuratum ejus, quem Regem esse credebat, directo. *Frustratus* passive crebrum est apud Veteres. Colum. IV. 25. 'Qui cæsim vitem petit, si frustratus est.' Sisenna ap. Nonium in *Opinio:* 'Popedius opinione frustrata.' Sic Sall. Jug. LVIII. Vellei II. 43. et alii. Nam et 'frustro' dicebant, ut Diomed. Lib. I. p. 395. et Nonius in *frustro*. *Circa* pro in, vel, quod attinet ad, sæpe dicunt recentiores præcipue Scriptores. Suet. Cæs. c. LXIV. 'Alexandriæ circa oppugnationem pontis.' Et Claud. XIV. 'Novo circa Principem exemplo.' Plin. Ep. v. 14. 'Quèm habuisset eventum postulatio Nepotis circa Tuscillum.' Sen. de Ira III. 32. 'Circa pecuniam plurimum vociferationis est.' Flor. I. 18, 22. et III. 19, 12.

Purpuratum] *Scribam* vocat Livius, 2. 12, 7. et Sidon. Carm. 5. vs. 74. Dionys. etiam, 5. 28. vocat, γραμματέα, quos multæ dignitatis fuisse elucet inde etiam, quod in pace Ætolis data excipiebatur: 'Obses ne esto prætor, præfectus equitum, scriba publicus.' Livius, 38. 11, 6. Adde Curt. 7. 3, 4. et 8. 11, 5. Corn. Nep. in Eumene: Arrian. 3. 1, 18. Nec ab his differe putem Hebræorum Regum scribas, quorum frequentissima in sacris libris mentio. *Fr.*

Injicit manum] Toll. Fran. et Duisb. *inicit*. Hoc Gruterus etiam e Naz. Pal. 2. et V. E. adnotat, et nihil certius esse dicit, quam ita semper unica litera *i* scribendum. Sane certum est, sæpissime in libris vet. et Inscriptt. scribi 'adicere,' 'inicere,' 'reicere,' 'conicere,' et alia cum *jacio* composita. Vid. Serv. ad Virg. Æn. IV. 549. Ant. Augustin. Emendat. II. 3. Carrion. Antiq. lect. I. 5. Gifan. Indic. Lucret. Barth. ad Claud. de Rap. Pros. III. vs. 134. Noris. Cenot. Pisan. Dissert. IV. cap. 4. Broekh. ad Tibul. I. 9, 54. Burm. ad Vellei. I. 2. et Munck. ad Fulgent. Myth. II. 4. et III. 6. Sic Pandectes Florent. in l. 26. §. 6. de Condict. indeb. 'Idem Marcellus adicit.' l. 25. §. 9. de Ædil. Edict. 'In Edicto adicitur,' et l. 4. §. 1. de Eviction. 'Sed adicit in id demum,' quæ mutata sunt in *dicit*, *adjicit*, *dicitur*, *addit*. Vid. infr. c. XIII. §. 14.

§. 6 *Quem virum effugeris*] Quid hoc ad æstimationem viri, 300. an plus minusve habeat sociorum? putaveram leg. *quam parum*. Sed cum q. I. habeant, *quem vix*, melius emendat Berneccer. *quam vix;* explicatque, *quam vix effugeris*, hoc est, quam vix effugere poteris, ut istud, *effugeris*, futurum notet. *Fr.* Tollius Fortuit. c. XXVI. scribit, sibi quoque in mentem venisse conjecturam Freinshemii *quam parum*, et sic legi in Frec. Ita fortassis est in aliis Edd. Freculphi, quod Commeliniana habet, *quem effugeris virum*. Gronovius Obs. II. 25. putat locum prava distinctione laborare, et ita distinguendum: *Ut scias, inquit, quem virum effugeris. Idem trecenti juravimus.* Nempe Florus duo

Digitized by Google

dixerat: primum, 'ardentibus focis injicit manum;' deinde, 'terrorem geminat dolo.' His duo alia subjicit, quæ præcedentibus respondeant: priori, 'Ut scias, quem virum effugeris:' quasi dicat: Hoc ideo facio, ut scias, cujus viri manus evaseris: posteriori, 'Idem trecenti juravimus,' nempe ut caput tuum peteremus, quo terror Regis augebatur. Hanc distinctionem sequutus sum, quam etiam Ryckius et Periz. in exemplaribus suis probarant.

Quum interim] Sidon. Carm. 5. vs. 77. 'Cum forte satelles Palleret, constante reo, tormentaque capti Is fugeret, qui tortor erat.' Adde Sen. Epist. 24. *Fr.*

Tanquam manus Regis arderet] Ger. Vossius adnotaverat hæc inepte videri adjecta. Perizonius uncis incluserat, et adscripserat forte delenda esse. Certe valde frigent; præsertim vox *Regis*.

§. 7 *Sed ne quis sexus a laude cessaret*] Si plures essent sexus, haberet, quo se defenderet hæc scriptura, sed cum tantum duo sint, et de virili jam dixerit, parum apte, *ne quis sexus*. varietas facit non immerito, ut dubitem. Jordanis unus codex: *Sed ne sexus alter a laude cessaret*. alter Longobard. *sic quidem in viris, et ne sexus alter a laude cessaret*. Nazarianus, qui in omnibus, ἐσχάτη καὶ ἀναγκαία ἄγκυρα nobis est: *Sed ne quid sexus a laude cessaret*. Inde aliquis posset augurari excidisse vocem *alter*, ac legendum contendere: *Sed ne quid sexus alter a laude cessaret*. Sic enim hic auctor alibi loqnutus est. Ut cap. seq. 'Inde in aciem profectus, ne quid a rustici operis imitatione cessaret.' Ita hoc loco: *ne quid cessaret a laude sexus alter*. Sed potius putem cum Naz. scribendum: *ne quid sexus a laude cessaret*. Optimi quidam auctores 'sexum' absolute pro muliebri sexu dixerunt. Inde in vetustiss. Glossis, sexus, γυναικεία φύσις exponitur. *Sal.* Non video, cur quemquam lectio isthæc offendere debeat, subnixa fide om. Mss. tam Vineti quam Pall. unico excepto Nazario, in quo *quid*; sed litera postrema excurrente extra terminos, ut videatur initio tantum fuisse, *qui*. Grut. Ceterum Romanis hoc loco quadraret, quod de Scythis prædicat Justin. 2. 1, 2. 'Non virorum imperio magis, quam feminarum virtutibus claruere.' 'Ceu sibi certantes, sexus quid possit uterque,' Claud. de Cons. Prob. et Olyb. vs. 201. qui tamen mendosus in sequenti versu. nam in omnibus, quæ vidi, exemplaribus legitur: *Hunc legere ad herum*. pro quo aptius substitueres: *Hunc legere thorum*. quæ sequuntur, luxata sunt, aut aliquæ ex naufragio tabulæ. Videtur enim Claudianus matres Romanas Græcasque comparasse isti matronæ. *Fr.* Naz. *Sed ne quid sexus a laude cessaret*. Quod tuetur Salm. docens *sexum* pro muliebri sexu sæpius dici. Sed hoc plurium, non unius glossarii auctoritate firmandum erat. Verius N. Heinsius vidit scribendum esse: *Sed, ne quid is sexus a laude cessaret, ecce et virginum virtus*. Ad sequentia, enim referendum *is sexus*, perinde ac si Florus scripsisset: Sic quidem viri: sed ecce et virginum virtus, ne quid is sexus a laude cessaret.' *Græv.* Heinsius hanc conjecturam in libro suo deleverat, ut videri possit eam deinde improbasse. *Quis* de duobus recte dicitur. Phædr. III. Fabul. 13. 14. 'Apertum est, quis non possit, aut quis fecerit.' Vid. Axen. ad I. F. 24.

Una ex obsidibus] Nota, feminas etiam obsides dari solitas antiquis temporibus, ut recte reprehensus videatur a Lipsio ad Tac. Ger. 8. 2. Suet. Aug. cap. 21. qui 'novum genus obsidum' appellat feminas. Meminit tamen obsidum feminarum etiam Polyænus, 4. 3, 30. et Dionys. I. 43, 1. *Fr.* Vid. tamen, quæ pro Sue-

Digitized by Google

tonio scribit Casaub. ad l. d. Tollius pro *data* conjecerat *datis.* non absurde.

Elapsa custodiam] Legendum: *elapsa.* Sal. Jure istud probat Vinetus, ante enim *custodia.* intruseratque Camers, *elusa custodia.* etiam contra Mss. Pall. in quibus extat lectio prima; nisi quod tert. *custodiæ,* nam Naz. habet *date lapsa custodiam;* sed statim inserta *a* litera, ab eadem manu. *Grut.*

§. 8 *Tot tantisque virtutum territus monstris*] Idem Naz. *monitis.* Cujus scripturam confirmat et Pal. alter. In priore quoque est, *monitus.* Sed *monstris* verum est. *Prodigia* supra vocavit. *Sal.* Ita edidi auctore Jordane, nam vulgati om. ut et Mss. *monitis:* interpretamentum scilicet alterius vocis. at 'monstrum' etiam in bonam sumitur partem, ut alibi ostendi; et habuimus I. 7. 11. 'Monstrum pulcherrimum.' *Grut.*

Liberosque esse jussit] Eadem phrasis in Martialis Ep. lib. 9. 89. *Fr.*

Plane quasi adulterum] Ista verborum circuitione Florus subindicare videtur, Aruntem Tarquinium Lucretiæ vim attulisse, quem tamen omnes, quos equidem legerim, (præter unum Servium, Æn. 8. 646.) Sextum vocant; etsi Dionysius, 4. 72. eum natu maximum filiorum Superbi regis nominet; Livius, Ov. in F. 2. 691. minimum. Brutum hoc anno in magistratu cæsum esse, ideo Dio lib. 46. et Obseq. cap. 139. annotavit, quod omnes, qui collegæ imperium abrogassent, eodem in magistratu periisse observatum sit; quod et ipse exemplis confirmare nititur. *Stad.* Verba, 'tamdiu dimicaverunt donec,' indicant hoc ad extremum post diuturna bella cum Tarquiniis gesta accidisse. Sed e Plutarcho in Public. Dionys. et Livio id non multo post exactos Reges, et antequam Porsenna Urbem obsideret, factum constat. Præterea et aliud in his verbis reprehendit Grævius, quem vid. in Præfat.

Ad inferos usque sequeretur] Melior est et auctior libri Ryck. scriptura: *Plane quasi adulterum ad inferos usque insequeretur.* Est enim insequi, ad ulciscendum persequi. Cic. pro Sexto c. XL. 'Hi non modo negando, sed etiam irridendo amplissimum quemque illius ordinis insequebantur.' Sic 'insequi stricto gladio' apud eundem legitur. *Græv.*

CAP. 11 Historiæ hujus auctores sunt Livius, 2. 19. Dionys. 6. 2. Plutarch. Coriol. cap. 8. Val. M. 1. 8, 1. Fenest. tit. 13. Auctor de Vir. ill. cap. 16. Lactant. 2. 8. Eutrop. 1. 11. Oros. 2. 13. *Cam.*

§. 1 *Æmulatione et invidia*] Ryck. *Æmulatione et invidia pulsos.* Male mox idem codex *apud Regilum Lacum,* pro *Regillum lacum.* Sic Cic. Liv. aliique scriptores idonei semper hunc lacum appellant, non *Regilli,* ut editi hic, et apud Victorem. Livius lib. II. 'A. Posthumius Dictator, T. Æbutius magister equitum, magnis copiis peditum equitumque profecti ad lacum Regillum, in agro Tusculano agmini hostium occurrerunt.' Cic. II. de Nat. Deorum: 'Apud Regillum lacum bello Latinorum.' Ap. Græcos Ῥηγίλλη γίμνη. Potest vulgata defendi, si ita accipiatur ut mons Soractis, flumen Rheni. Sequentia *uti peteretur cursu,* merito sunt suspecta Freinshemio. Nullum enim currentium spacium erat. Forte legendum: *uti peteretur incursu,* hoc est, impressione facta in hostilem exercitum magna vi, in quem jaculatus erat signum Posthumius. Propter eandem causam nonnunquam signa in hostilia oppida fuerunt projecta, ut impetus militum mures subeuntium incenderetur et acrior redderetur. Piaculum enim erat Romano militi signa in hostium potestate relinquere, quia sancta habebantur, et erant quasi Dii quidam castrenses. *Incursu* legendum etiam sequentia docent. Nam propter ean-

Digitized by Google

dem caussam Magister equitum exuere frena imperavit equitibus, propter quam dictator signum injecerat in agmen hostile. Quæ illa fuerit, dicit ipse Florus, 'quo acrius incurrerent.' *Græv.*

Latium] Hodie *Campagna di Roma*, quasi territorium Romæ dicas: Incolæ 'Latini' dicuntur, etiam 'Prisci' nominati, teste Dionys. et Festo. Nam priusquam Roma conderetur fuerunt. Dicti etiam 'Casci,' ut putat Scalig. ad Varronem: postea 'Æneidæ' et 'Romani,' ut Suidas notat. Dividitur Latium in antiquum et novum. Antiquum a Tiberi ad Circeios, novum hinc ad Lirin flumen. *Pon.*

Mamilio Tusculano duce] Perperam in Palatino priore: *Manlio*. Ceteri omnes, et recte quidem, *Mamilio* legunt. Is Mamilius Octavianus Livio. *Sal.* Ita bene, sed tamen vet. ed. et aliæ *Manilio*. Pal. sec. *Manulio*. tert. *Manlio*. restat tamen prima lectio in Nazar. *Grut.* *Mamilio* Regg. et Voss. 1. 2. *Manilio* Toll. Duisb. Voss. 3. et edd. vett. *Mallio* Fran. *Manilius*, *Mamilius*, et *Manlius* sæpe confunduntur. vid. Rivium, et alios ad Sall. Jug. c. XL. Mamilius autem non Octavianus, ut hic Salmasius, sed Octavius dicitur Livio. Gron. ad Liv. I. 49.

Quasi in regis ultionem] Hanc nempe caussam prætexebant, cum invidia esset, et metus augescentis Rom. potentiæ. quod et Plutarchus tangit in Coriol. cap. 3. Notandum igitur duas plerumque caussas bellorum esse, aut plures, quarum favorabiliores in vulgus vulgentur; secretiores, quæ interdum solæ caussarum nomen merentur, reticeantur. Respicit huc Thucyd. 1. 23, 17. quem ex interpretatione illustris Enenckelii adscribere libet: *Equidem verissimam caussam, sed minime verbis agitatam, Athenienses, fuisse reor: qui Lacedæmonios, potentiæ viriumque suarum metu, in arma egerunt. Quæ autem in speciem palam ferebantur causæ, &c.* Dionys. excerpto III. de Legat. *Aperta Samnitici belli caussa, et cujus prætextus apud omnes speciosius vulgari poterat, erat Lucanorum protectio, &c. sed occulta caussa, et quæ magis amicitiam dirimere cogebat, erat Samnitum potentia, &c.* Sal. Hist. 3. 4, 17. 'Dicta alia: sed certatum utrinque de dominatione.' Lege pulcherrimum prudentissimi Polybii locum Hist. libr. 3. cap. 6. et 7. Vis verbo dicam? nimium parum abest a vero illud Platonis Phæd. Διὰ γὰρ τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν, πάντες οἱ πόλεμοι γίγνονται. Exempla plura, quamvis non legere tantum, sed et propemodum cernere liceat, sunt apud eundem Thucyd. 3. 14, 3. et Justin. 4. 3, 5. (ubi nota Berneggeriana) et 30. 3, 6. Itemque nostrum infra 2. 2, 4. Dion. lib. 40. p. 136. A. 137. C. 152. A. Sex. Ampelius: 'Belli species magis quam caussa fuit, negatus a Senatu Cæsari consulatus.' Adde Leuncl. Annal. Turc. pag. 458. Zonaræ tom. 2. pag. 51. et 98. Liv. 36. 6, 1. *Fr.*

§. 2 *Regilli lacum*] Regillus est lacus in agro Tusculano, ad Algidi nemoris ingressum. Hodie *Lago di S. Prasso* appellatur. *Pon.* De lacu Regillo vid. Holsten. pag. 191. Adnotat. ad Cluverii Ital. Antiq. 'Regilli lacum' etiam dicit Aurel. Vict. c. XVI. quem adm. infr. II. 6, 18. 'Torrens Vergelli,' et alia hujusmodi apud alios.

Postumius] Qui, ob hanc victoriam 'Regillensis' est appellatus. *Pon.* 'Postumus' tam commune, quam proprium, et *Postumius* semper sine adspiratione scribenda esse, dudum docuerunt Sigon. ad Liv. II. 16. Cujac. Obs. III. 4. et in Notat. ad Roberti Animadv. II. 1. et 2. Guil. Canter. Nov. lect. II. 10. Torrent. ad Horat. Carm. II. 14. et Brisson. de V. S. Regg. et Toll. *Posthumius*. Ceteri s. et vett. ed. *Postumius*. Freinsh. in Ind. frustra conatur defendere alteram rationem scribendi.

Digitized by Google

Dictator] Dictatorem dicendum esse in rebus trepidis ex SC. ab altero Coss. cautum erat. Cos. itaque nocte ex Consularibus viris unum dicebat, qui cum summa potestate, et sine provocatione, reipublicæ præesset. *Stad.* Vide Liv. 4, 17, 10. et 9. 38, 14. et l. 2. §. 18. de O. I. *Fr.*

Signum in hostes jaculatus est] Mirum, unde vitiosa lectio in omnes, etiam optimos, codices irrepserit: *Dignum in hostes.* Non meminit Livius illius signi in hac pugna jacti in hostes ut repeteretur. Ait tantum, Postumium dictatorem cohorti suæ signum dedisse, ut, quem suorum fugientem viderent, pro hoste haberent. Hoc tamen de signo in mediam hostium aciem projecto, ut magna vi repeteretur, ab aliis imperatoribus usurpatum memini. Quod novum et insigne commentum, a Postumio dictatore primum institutum heic vult Florus: quum a Servio Tullio multis ante annis usurpatum fuerit. *Sal.* Signum deseruisse summum militiæ flagitium erat. Ov. F. 3. 113. 'Non illi cœlo labentia signa tenebant, Sed sua, quæ, magnum, perdere, crimen erat.' et propterea maximum ad pugnandum incitamentum, signa jecisse in hostes. Quod sæpius tentatum Romanis, prospero eventu. Vide Liv. 3. 70, 12. 4. 29, 3. 25. 14, 5. 34. 45, 11. 41. 4, 1. Cæs. de B. G. 4. 25. Ammian. 16. 30. Val. M. 3. 2, 20. Frontin. Strat. 2. 8. *Fr.*

Novum] Immo a Servio Tullio multis ante annis usurpatum. Frontinus loco modo citato. *Fr.*

Cursu] Nescio quid hoc ad rem faciat? non enim cursu repetendum erat signum (nec enim vacabat currere) sed manu et armis: forte legi posset *rursus;* quamvis nec mihi satisfaciat. Vel potius ita; *peteretur. Rursus Cossus, &c.* sensu quo sæpius *iterum* legitur. *Id.* Periz. et Tollius conjecturam adscripserant, *ut repeteretur.* N. Heins. *uti repeteretur.*

§. 3 *Cossus*] Ἀντονομασία est in nomine *Cossus* pro T. Æbutio Elua. Cossus enim Magister equitum fuit, Æm. Mamercino Dictatore, A. U. C. 327. *Stad.* Sigonius putat, inhæsisse memoriæ Flori facinus illud Cossi, cum hæc scriberet, ideoque huc retulisse. Errasse denique Florum inter omnes convenit, excepto F. Robortello, qui vocem illam *Cossus* expungit. *Fr.* Vid. Robortel. Emend. II. 24. Sigon. Emend. II. 24. et in Defens. Scholior. Liv. ad Liv. II. 19. Sigonio Florum erroris arguenti adsentiuntur Schott. ad Aur. Vict. c. XVI. et Perizon. Animad. Hist. c. VII. p. 318.

Exuere frenos] Simile apud Val. M. 3. 2, 9. Liv. 40. 40. 5. ubi dicit: 'Id Romanos equites sæpe cum magna laude fecisse sua, memoriæ proditum est.' *Fr.*

§. 4 *Ea demum atrocitas fuit prælii*] Parum convenit hoc loco hæc dictio *demum.* Legitur in Pal. 1. *Eademque.* pronum est corrigere: *Ea denique atrocitas fuit prælii.* Sic capite sequenti: 'Ea denique visa est prædæ magnitudo.' et alibi passim. Sic etiam meliores libri hoc loco legunt. *Sal.* Ita aperte Naz. ac Pal. 2. accedebatque tertius et edd. primæ, in quibus *Eademque.* post cusi, *Ea demum.* Grut.

Castorem atque Pollucem] Affirmant hoc uno ore Plutarch. Coriol. cap. 5. Dionys. 6. 11. Val. M. 1. 8, 1. Cic. Tusc. Q. 1. 12. f. et de N. Deor. 2. 2. f. Frontin. Strat. 1. 11, 8. Similia Noster infra, 2. 12, 16. Justin. 20. 3, 8. Cedren. p. 617. 30. Plura congessit Zwinger. vol. 3. lib. 11. *Fr.* In Ryck. Duisb. V. Ed. et recentioribus quibusdam distinctio maxima est ante *Castorem,* non ante *duos.* Et sic Heins. et Perizon. fecerant in suis exemplaribus. Ceterum recte Rupertus ad h. l. et Broekh. ad Propert. III. 21. 26. reprehendunt Florum, qui contra præceptum prudentissimi Polybii II. 56. et III. 47. 48. in historiam et se-

Digitized by Google

riam narrationem Deos et heroas, tanquam in tragœdia ex machina, inducat. Præterea, dum nimius est in exornanda fabula, et ostentando acumine declamatorio, fortassis inepte memorat stipendium, quod ea ætate nondum constitutum erat militibus.

Dubitavit] Ita olim cusi; ita triga Palatinorum. *Grut.*

Pactusque] Sic Pall. omnes sic et V. E., ne cui adhuc placeat Camertis *nactusque*. Grut.

Et reddidit plane quasi commilitonibus diis stipendium] Melior etiam hac parte, ut in omnibus, Naz. qui legit: *et reddidit quasi stipendium commilitonibus diis.* Et sic quoque Pal. 1. Alter, ut posterioris ævi, ita etiam deterioris notæ, sincerum incrustat, vocibus additis: *et reddidit plane quasi stipendium militibus, commilitonibus diis.* ea licentia fuit, aperta vi grassandi in bonos auctores. *Sal.* *Et reddidit plane quasi stipendium commilitonibus Diis*] Positio verborum pendet a fide trium Pal. nisi quod sec. interjiciat vocem; *stipendium militibus commilitonibus.* Vulgabatur prius: *plane quasi commilitonibus Diis stipendium.* Res quidem eodem redit, sed videbatur repræsentandus librorum consensus. *Grut.* Rotundiora hæc essent et planiora si deleretur *Diis.* Forte hæc vox irrepsit ex interpretatione magistri, qui adscripserat voci *commilitonibus* τὸ *Diis*, ut tyronibus ostenderet, quinam fuissent illi commilitones, quibus hoc stipendium dedit. Sed quoniam veteres libri omnes retinent *Diis*, distinctione et levi transpositione possemus huic loco mederi, scribentes, *et reddidit, plane quasi commilitonibus, stipendium Diis.* Græv. Sequutus sum ordinem verborum, qui est in Ryck. Regg. Magl. Berol. Duisb. et v. e. Freinsh. quoque et Grævio probatum. *Reddidit* Ryck. et al. Edd. sine distinctione conjungunt cum seqq. Duisb. et V. Ed. post eam vocem distinctionem habent, nec male. *Pactus victoriam templa promisit et reddidit* Diis, est, vovit Diis templum, si victoriam sibi darent, ac deinde victoria potitus votum reddidit, templumque iis fecit. *Promittere* et *reddere* sunt verba votorum. Catul. Carm. LXV. vs. 103. 'Munuscula divis Promittens, tacito suspendit vota labello,' et XXXVII. 'Acceptum face redditumque votum.' Vid. Stat. ad Catul. Briss. Form. p. 103. et Broekh. ad Tibul. III. 5, 33. Et *pacisci* de eadem re ap. Horat. Carm. III. 29. 59. 'Votis pacisci, Ne Cypriæ Tyriæve merces Addant avaro divitias mari.' Livius II. 20. et 42. uni Castori a Postumio ædem votam scribit. Sed ibi nomine Castoris etiam Pollux continetur, ut apparet e Dionys. VI. 13. et Aur. Vic. c. XVI. Vid. Interpp. Suetonii ad Cæs. c. X.

§. 5 *Mox de finibus*] Alterum membrum divisionis propositæ, 1. 9. 6. *Fr.*

Sine intermissione] Grut. legit, *sine missione;* quod est infra, 3. 20. 14. *Id.*

§. 6 *Sora*] *Soram,* Volscorum oppidum, in Campania fuisse invenio, defecisse ad Samnites bello Samnitico, interfectis Romanis colonis, A. U. C. 438. eamque, ob situm expugnatu difficilem, Sorani transfugæ indicio captam: Colonorum cædis ac deditionis auctores 235. Romæ virgis cæsos ac securi percussos. *Stad.* ex Livio, 9. 23. et deinceps. *Fr.* *Ora* in plerisque vett. esse in exemplari suo scripserat Salmasius.

Algidum] In Jordaneis *Alsium.* Ptolemæo, νέον κάστρον, πύργον ἄλσιον. Stephano Ἄλγιδος, quod *Algidum.* Sed aliud *Alsium.* Sal. Oppidum est Æquorum, non procul a Tusculo, in alto monte situm. et 'mons Algidus,' qui distat ab urbe c. stadiis, et 'silva Algida,' in cujus ingressu est Regillus lacus. Circa hunc locum Gracchus Æquorum dux, L. Minucium Cos. cum exercitu obsederat, quo nuntio cum Romæ tre-

Digitized by Google

pidatum esset, Dictatorem dici placuit, dictus est ille Quinctius Cincinnatus, cujus historiam mox prosequetur. *Stad.* ex Livio, 3. 25. et deinceps. *Fr.* De Algido vid. Jac. Gronovii Dissert. Epist. tertiam de Livii locis Geograph. ejusdemque, et Fabretti scripta adversaria.

Terrori fuerunt] Quidni fuissent? vicinæ civitates, magnitudine et viribus nihilo tunc inferiores. *Vin.* Sed Florus hoc dicit, ex præsenti habitu rem æstimantibus vix credibile fieri, tantam urbem ita debilem olim fuisse, ut hæc oppida terrori esse potuerint. *Fr.*

Satricum] Urbs Antiatum in Latio, incensa est a Latinis, indignitate irritatis, quod Antiates urbem agrosque dediderant. A. U. C. 377. Stadius: ex Livio, 6. 33, 5. *Id.*

Corniculum] Latini nominis oppidum, a Tarq. Prisco expugnatum, direptum, et incensum invenio. Latinos, istam cladem agri Romani populatione ulturos, a Prisco rege coërcitos, et excursione in ipsorum agrum facta æquali clade ultum esse: Stadius. ex Dionys. 3. 73. *Id.*

Verulis] Oppidum est Hernicorum, in Latio item, haud procul Roma. Male in libris nonnullis est *Veis.* Livio est 'Verulanum,' 9. 42, 12. et 6. 43, 14. [illud tamen Livii, ad incolas, non urbem, referendum, ut, cum 'Verulanum' dicit, pop. intelligere videatur, sicut iisdem locis, 'Alatrinatem Ferentinatemque'] Coloniæ 'Verulæ' (sive 'Verularum') meminit Frontinus. Nunc *Verulo,* teste Leandro. *Pon.*

Bovillis] Bovillæ hodieque notæ. Et extant tenuis istius municipii reliquiæ, circiter medium ab urbe lapidem, in via Appia. *Pon.* Aliter Cluv. Ital. Antiq. 3. 4. Vet. interpres Persii ad Sat. 6. 55. 'ad undecimum lapidem Appiæ viæ' collocat, et 'quia aliquando in Albano monte ab ara fugiens taurus jam consecratus ibi comprehensus' sit, inde 'Bovillas' dictas asserit. Propertius propter vicinitatem 'suburbanas' appellat, 4. 1, 13. sicut et Ov. 'Orta suburbanis quædam fuit Anna Bovillis.' quemadmodum et Noster, n. seq. 'Tibur nunc suburbanum.' *Fr.* De Bovillis quædam huc pertinentia habet Sigon. ad Liv. IV. 49.

Pudet, sed triumphavimus] Eadem figura Martial. Ep. 2. 18. 'Capto tuam, pudet heu! sed capto, Maxime, cœnam.' *Fr.*

7 *Tibur*] Ad vigesimum ab urbe lapidem, Martial. Ep. 4. 57. ubi divites Romani prædia habuere, in quibus æstivo præcipue tempore commorabantur, propter aëris ibi temperantiam, ut ex eodem epigrammate patet: itemque Sen. de Benef. 4. 12. Agel. 19. 6. *Id.*

Præneste] Distat ab urbe in ortum stadiis ducentis, ejus situs a Strab. lib. 5. describitur. Prænestini, A.U.C. 374. ad portam Collinam signa intulerant, cum ingenti urbis, quæ tunc seditione laborabat, trepidatione. Dictator itaque dictus T. Q. Cincinnatus, fugat ad Alliam flumen Prænestinos, et Præneste capto triumphavit. Huic urbi frequenter exitiosa fuisse sua munimenta, idem Strabo testatur, propter Romanorum seditiones: ob loci enim firmitudinem eo seditiosi ab urbe pulsi confugere solebant, et munitione urbis sese tueri: quos dum alii repetunt et expugnant, Prænestini nulla sua culpa misere affligebantur. *Stad.* Vide etiam Nostrum infra, 3. 21, 49. *Fr.* 'Æstivas delicias' vocat Præneste, quod Romani per æstatem æstus vitandi causa eo secedere solebant. Erat enim aër ibi frigidior: unde 'Frigidum Præneste' Horat. Carm. III. 4. 22. et 'Gelida Præneste' Juv. Sat. III. 190. vid. Juret. ad Symm. Ep. I. 2.

Nuncupatis] Nota res; unum tamen Livii locum adscribere liceat, 41. 10,

Digitized by Google

7. 'Quam is *(de Cos. loquitur)* more majorum, secundum vota in Capitolio nuncupata, lictoribus paludatis profectus ab urbe esset.' Cui adde alium apud eund. 45, 39. et præcipue 31, 14. *Fr.* Vid. Rutg. Var. L. v. 5.

§. 8 *Fæsulæ*] Cluverius Italiæ antiquæ lib. 2. pag. 510. ineptiarum arcessit Auctorem nostrum, quod commemorationi rerum Latinarum, Fæsulas, Hetruscam urbem, misceat. Sed quod supra, 1. 7, 4. pro defensione Nostri attulimus, hunc quoque locum tutum præstet, multoque magis, quod hoc ipso cap. num. 11. 'Æquos et Volscos pervicacissimos Latinorum fuisse,' dicat; cum neminem mediocriter in rebus Italicis versatum, nedum Florum, fallere potuisset, diversas a vetere Latio gentes esse Volscos et Æquos. *Latium enim complectitur multa etiam non Latina: nam Æqui, Volsci, Hernici, et circa ipsam Romam Aborigines, et qui vetustam habuerunt Ardeam Rutuli, aliæque majores minoresque civitates, quondam circa Romam habitaverunt, cum ea primum conderetur:* Strabo lib. 5. *Fr.* Pro Cluverio idem dici potest, quod supra ad 7. 4. Volscos, Æquos, et Hernicos saltem in novo, sive adjecto Latio fuisse; Fæsulas autem neque antiquo, neque novo Latio connumerari.

Quod Carræ nuper] Vetusta huic loco inoleverat menda, *Capreæ* pro *Carræ:* quæ adeo vetusta est, ut non solum uterque Pal. sed et omnium optimus et antiquiss. Naz. bona fide, eam agnoscant: recte viderunt eruditi legendum esse *Carræ;* Jordanei: *Charræ,* cum tamen non Græcis χάῤῥαι sed κάῤῥαι. Inepte vero Jordanes, qui iisdem verbis hæc refert in suis historiæ centonibus: saltem debuisset, *nuper,* omittere. Immane quantum intervallum inter Flori tempora, et Jordanis: Trajani, et Justiniani. at quis legens illa apud Jordanem, *quod Carræ nuper,* suspicari possit eum sub Justiniano vixisse? aut si sciat illis temporibus floruisse, non quærat, quid magnum aut memorabile gesserint apud *Carras* tunc temporis Romani? *Sal.* *Nuper* dicit de annis plus 150. Livius x. 37. de annis 60. Et 'modo' de 30. annis Id. vi. 40. 'Post aliquot annos' de spatio plus c. annorum Pompon. l. 2. §. 28. de Orig. Jur. 'Proxime' de annis 41. Suet. Domit. c. iv. Plura hujusmodi vid. in Ind. v. *nuper,* ap. Gronov. Obs. iv. 18. et ad Cic. de Off. ii. 21. Rupert. ad Pompon. l. d. et Schult. ad Sen. Controv. xii.

Aricinum] Aricia urbs fuit Latii, Appia via, a Roma 160. distans stadia, auctore Strab. lib. 5. quæ sunt viginti milliaria, vix quinque leucæ Aquitanicæ. Plura Strabo ibidem de Aricina silva. *Vin.* Cf. hunc locum cum 1. 17, 3. *Fr.*

Hercynius saltus] Vide multa ap. Cluv. Germ. Antiq. lib. 3. cap. 47. qui hoc loco sit instar omnium. *Id.* *Hercinius* Ryck. et Fran.

Fregellæ] Oppidum Latinorum non procul a Liri amne, a Samnitibus captum bello Samnitico, et a Romanis receptum A. U. C. 842. *Sta.*

Gesoriacum] Fuit portus Morinorum in Gallia Belgica, quod nunc Caletum, ut est opinio, dicitur: alii malunt Soiacum esse, juxta Audomari fanum. *Id.* Diverse scriptum hoc nomen reperitur: quidam *Gersoriacum.* Jordanei: *Casoriacum.* Editum vulgo in Ptolemæi libris: γησορβακόν. Scriptus codex: τησοργιακόν: depravatum pro γησοῤῥιακόν. Et ita legendum ap. Ptol. *Sal.* *Gesoriacum* et *Gessoriacum* libri Vin.

Tiberis, quod Euphrates] Perperam in omnibus scriptis nostris habetur, *quod Tigris, quod Euphrates.* Nisi cui rescribendum videtur: *Tiberis, quod Tigris, quod Euphrates.* Cui tamen mutationi non assensum præbeo. Cujus rei certas habeo rationes: præterea nemo non videt, Tigris nomen

Digitized by Google

ob viciniam Euphratis irrepsisse pro Tiberi. Nam libri, qui *Tigrim* illum præferunt, non exhibent *Tiberim*. Sal. *Tiberis*] Et istud est a Jord. Mss. et I. *quod Tigris, quod Euphrates:* inepte, opponit enim nemora, urbes, flumina. *Gru.*

§. 9 *Coriolus quoque, pro pudor, victus*] Ita edi voluit Vinetus, librorum suorum fidem sequutus, quibus nimium hac in parte credulus. Vera quippe est veterum excusorum lectio: *Coriolos quoque, pro pudor, victos, adeo gloriæ fuisse:* et quæ extat in Naz. et vetustiss. Jordaneis: quid si *pro pudor* præponas, hoc modo: *pro pudor! Coriolos quoque victos adeo gloriæ fuisse?* sed sensus idem, ex ordine vulgato. Nunquam sane effecerit Vinetus, ut 'Coriolus' sit idem, quod 'Coriolensis' aut 'Coriolanus.' *Corioli* nomen oppidi πρωτότυπον, qua forma aliquot Italiæ oppida vocata. Sic 'Gabii,' 'Carseoli,' dicti. Unde ἐθνικὸν 'Coriolanus.' Nomen urbis hujus Stephano est τὰ κορίολα, non οἱ κορίολοι. Nam Græcis nulla urbium nomina sic terminantur. *Sal.* Reduxi lectionem vulgatam ante editionem Vineti, tanquam planiorem. Libri ejusdem, *Coriolus q. p. p. victus, a. g. fuit.* sicque tamen Pal. sec. ac tert. sed non prim. bonitate et ætate longe prior; nisi quod is, *induceret*, haud etiam omnino malum: porro videtur vox *Coriolanus*, librarii potius quam auctoris. *Gru.* Vineti opinionem, qua 'Coriolum' pro populo accipi posse putat, arguit Salmasius, eum ab urbe 'Coriolis' incolæ non 'Corioli' appellari possint, sed 'Coriolenses' aut 'Coriolani.' *Fr.* Flor. Berol. Duisb. Reg. Q. Voss. 3. et Fran. consentiunt cum libris Vineti. Reg. F. *Coriolus q. p. p. victus a. g. fuisse.* Voss. 1. et Magl. *Coriolos... victus...fuit.* Voss. 2. *Coriolos...victos ...fuit.* Solus Ryck. hic consentit cum Naz. et Jordaneis. Et sic Edd. vett. præter primam, quæ cum reliquis scriptis exhibet lectionem librorum Vineti. Eam probat Vossius 1. de Anal. 12. et a Beroaldo mutatam putat, quem primum post inventam typographiam Floro medicam manum, sed sæpe nihil minus, quam medicam, admovisse dicit. A Beroaldo hoc profectum credibilius esset, si ante eum nulli fuissent scripti Codices, in quibus legeretur *Coriolos, victos,* et *fuisse.* At vero quum certum sit hos fuisse, æquius est putare, eum quoque in suis invenisse, quod edidit. Et hoc vel ideo præferendum est, quod apud Lat. Scriptores, Liv. Val. M. Plin. Aur. Vict. et Eutrop. nomen hujus urbis semper est *Corioli,* non *Coriolus.* Sed et verosimilius est, imperitos librarios, non intelligentes elegantiam et nexum orationis infinitæ, eam mutasse in finitam, quæ usitatior et planior ad intelligendum erat, quam e communi et aperto genere loquendi fecisse id, quod elegantius, et ab usu paullo remotius est. Nec tamen illius exempla desunt in bonis scriptoribus. Ter. And. I. 5, 18. 'Tantamne rem tam negligenter agere?' et Heau. IV. I. 17. 'O Jupiter! tantam esse in animo inscitiam?' Vid. Gronov. Obs. II. 14. et III. 9. Græv. ad Justin. II. 14. Quod Salmasius scribit Græcis nulla Urbium nomina in οι terminari, non intelligo. Et Periz. adscripserat: *Quid* Λοκροί?

Caius Marcius Coriolanus] Non *Caius*, sed *Gneus* appellatur in veteribus libris, et apud Jordanem. Titi etiam Livii Epitome *Cn. Marcium* vocat. Græcis semper Γάϊος: sed de hoc pluribus alias. *Sal.* Ryck. Regg. et Voss. 1. prænomen *C.* retinent, alii *Gnæus, Gneus, Gn. Cn.* Vet. ed. *Gneus*, aliæ omnes *Cn.* a Fran. prænomen abest. Ger. Vossius adnotaverat ab Aur. Vict. c. XIX. et Val. M. IV. 3. vocari 'Cn. Marcium,' a Zonara VII. 16. et Tzetze (Chil. Hist. III. 102. et Chil. Hist. VI. 60. Ed.

Digitized by Google

Bas.) Γνᾶον. ap. Liv. etiam quondam fuisse lectum *Cn. Marcius Coriolanus,* sed id sola conjectura Sigonii nunc exsulare. Verum Sigonius ad Liv. Epit. lib. II. ostendit, libros scriptos Livii variare, et ex Dionys. et Plutarch. præfert *Caius Marcius.* Et sic Xylander ad Plutarch. Coriol. princ. Eadem varietas est in exemplaribus Aurelii Victoris. Gruteri suspicionem vocem *Coriolanus* Librarii potius, quam Auctoris esse, nonnihil confirmat Cod. Duisb. in quo ea minio scripta erat, ubi antea vacuum spatium fuisse videbatur.

Nomen induerit] Lectio hæc veterum editorum, quam si retinemus, legendum fuerit: *ut capti oppidi Cn. Marcius Coriolanus quasi Numantiæ aut Africæ nomen induerit:* sed nihil necesse. Palatinus uterque legunt: *nomini induerit:* nec secus Jordanis libri: eleganter dictum, 'captum oppidum nomini induere.' non item, 'captum oppidum nomen induere.' quod vix subsistit. Naz. habet: *induceret.* sic quoque placuit Vineto ex suis edere. Forte legendum: *ut captum oppidum nomini indueret.* Omnino tamen malim quod in Naz. est, et Vineti libris: *nomini induceret.* Captum oppidum nomini inducere, nihil aliud est, quam ex oppido capto cognomen adsciscere. *Sal. Nomini induerit*] Indicat Auctor, tam angustas tunc temporis res fuisse, ut exiguum oppidulum captum in nomen cesserit, cum posterioribus temporibus talia cognomina, nisi magnorum bellorum victoribus non adsumerentur. Coriolani certe gloria magnitudine posterorum ita obruta est, ut ipsum Livium fugere, aut siquidem succurrit, non dimovere potuerit, quin Africanum superiorem 'nomine victæ ab se gentis primum esse nobilitatum,' scriberet, 30. 45, 8. Idemque Silius, fine operis. Vives, ad Augustin. de Civ. Dei, 10. 21. f. Plura exempla sunt in Nostro infra, 2. 8, 14. 2. 15, 12. 3. 6, 5. 3. 8, 1. vide, si libet, quæ dicam, 4. 12, 28. *Fr. Nomini indueret*] Ryckii quoque Cod. æque ut Naz. et Vineti Mss. *nomini induceret,* quod probat Salm. Utraque locutio 'induere' et 'inducere nomini captum oppidum,' satis insolens. 'Induere adulationem,' 'simulationem,' 'dubitationem' ap. Tac. et Liv. leguntur non infrequenter. Sed hoc de ipsis dicitur qui simulant, aut adulantur. Nemo vero sic loquitur, induit alteri simulationem, adulationem. Est ergo hæc Flori cacozelia. Meliores scriptores dixissent, *capti oppidi nomen induit,* quod in tyronum gratiam moneo. *Græ.* Berol. Duisb. Voss. 2. v. e. et J. *nomen induerit.* Sic Liv. VI. 18. 'Hoc,' patroni plebis, 'mihi cura mea et fides nomen induit.' De phrasibus 'induere simulationem,' 'adulationem,' 'dubitationem' vid. Gron. Obs. I. 2. et ad Tac. A. I. 7. 'Nomen induere' est infr. IV. 4. 4. 'Induere,' vel 'inducere soleas pedibus,' et alia hujusmodi Latine dici nemo nescit. Sed vix quisquam sibi cum Begero persuadebit iis exemplis defendi posse phrasin, *oppidum nomini induere,* vel *inducere.* Probabilius dixisset, non Florum, sed scribas accusandos esse: nam ab his aliquid turbatum indicio est, quod in aliis libris est *nomen,* in aliis *nomini.*

§. 10 *Antio*] Volscorum erat in Latio metropolis, maritima urbs. *Pont.*

Quæ Mænius] Scriptum in Naz. cod. membranis ac Pal. 1. *Mænibus.* In 2. *Mænius.* Sed ille C. *Mænius* consul. Spolia illa de Antio, quæ in suggestu fori suffixit, rostra navium fuere. Inde loco nomen. Vide Liv. lib. VIII. *Sal.* Ita Cassiodor. 'His Coss. rostra navium de Antiatibus in foro fixa sunt.' Seneca tamen, de brevitate vitæ, cap. 13. 'Duillium primum classe vicisse' dicit: Epit. Liv. XVII. 'Primum navalem triumphum duxisse.' sicut et Plin. 34. 5.

Digitized by Google

ubi etiam nostram historiam firmat. Polyb. 1. 50. *Ante primum bellum Punicum Romanos mare ne cogitasse quidem* scribit. Alii jam tum A. U. C. 328. 'Classibus ad Fidenas pugnatum cum Veientibus in annales retulere.' quos explodit Liv. 4. 34, 6. *Fr.* Sed Livium non animadvertisse in vetustis illis annalibus 'classes' pro equitibus dictas, disputat Tan. Fab. Ep. I. 47. Sed non persuadet Phil. a Turre in Monum. Vet. Antii Cap. IV. Freinsh. et ante eum Lips. ad Sen. l. d. videntur dissensionem inter Florum et alios Scriptores statuere. Potius arguenda fuerat vanitas Flori rem contra fidem historiæ Livianæ in majus augentis, classesque captas, et bellum navale, quæ nulla fuerunt, comminiscentis. Nam naves Antiatum non pugnando captæ, sed Romanis, quum Antiates terrestri prælio victi fuissent, ex legibus pacis traditæ sunt. Liv. VIII. 14. Plinius non confirmat narrationem Flori, nec ullam pugnam navalem cum Antiatibus memorat: tantum dicit, Mænium in consulatu devictis Antiatibus rostra in suggestu fixisse. Hos autem terrestri, non navali prælio vicerat. Liv. VIII. 13. Reg. Q. C. *Menius*, Ryck. *Memius*. In Fastis et apud Livium '*Mænius*.' Apud Diod. Sic. lib. XVII. pr. male Μάνλιος, ut hic observat Vinetus, pro Μαίνιος. Sed Interpres ibi recte *Mænius*. In Fastis Sicul. itidem corrupte Μάνιος.

In suggestu fori] Vide Plin. 16. 4. Excerpta Dionis, apud Vales. pag. 645. Inde illud celebre nomen 'Rostra:' Varro de Ling. Lat. lib. 4. Liv. 8. 14, 12. Isid. 15. 2. Mamertinus, fine Genethliaci. Sic Augustus fecit post victoriam Actiacam. Suet. 18. 3. Vide Pausan. in Phocicis, p. 629. *Fr.*

Sed hic numerus] I. e. illis initiis Urbis bellum tam exiguo numero navium gerebatur. Perizon. Anim. Hist. c. V. p. 194. Potest etiam ita accipi: Quum tenuia sint omnium rerum initia, numerus sex navium illo tempore pro classe habitus, et ea classe, quamvis exigua, tum bellum navale gestum fuit.

§. 11 *Pervicacissimi*] De his lege Liv. lib. 3. et 4. Dionys. lib. 6. Auctor. de Vir. ill. cap. 17. Plin. 18. 3. Augustin. Civ. 5. 18. Eutrop. 1. 11. Oros. 2. 13. *Cam.* Adde Sigonium, de antiquo jure Italiæ lib. 2. cap. 5. *Fr.* *Vulsci* libri Vineti Regg. Fran. Duisb. (hic a secunda manu) et V. E. Vid. I. 18, 27.

Cotidiani] Ryck. Flor. Duisb. et om. ed. *quotidiani*. hæc ubique variant. Illud probant Laur. Abstemius in Face Crit. Grut. Tom. I. p. 887. et Dausq. aliique apud illum in Orthogr. Add. Græv. ad Suet. Tib. XXXIV. Hoc Manut. et Cellar. in Orthogr. et Gudius ad Phædr. Fab. III. 12. quos malo sequi.

§. 12 *Lucius Quinctius*] In omnibus libris, etiam antiquiss. mira constantia legitur: *Titus Quintius*. Error ergo Flori ipsius fuerit. Sub idem tempus vixere ex eadem gente, Titus Quintius Capitolinus, et Lucius Quintius Cincinnatus. *Sal.* *Titus* est in om. sc. et ed. præter Sab. et Ald. Vinetus nullam varietatem adnotavit, et Edd., quæ nomen illius præferunt, habent *Lucius*. Et sic semper Livius, aliique.

Dictator] In rebus creperis dictatores dicebantur, qui absoluti imperii essent, quod saluberrimum in administratione magnarum rerum, si summa imperii penes unum, ut loquitur Liv. 3. 70, 1. *Fr.*

Ab aratro] Præter ceteros Veget. 1. 3. ubi optimos a rure milites hoc exemplo et rationibus probat. Item Max. Tyr. in pr. dissert. 14. Plin. etiam 18. 5. 'Fortissimi viri et milites strenuissimi ex agricolis nascuntur.' Ad similem historiam alludit Claud. in Eutrop. 1. 454. 'Tuque, o, si forte piorum Jugera, et Elysios

scindis, Serrane, novales.' et Plin. 18. 3. de Quinctio vide Liv. 3. 26. et seqq. Rutil. Itin. lib. 1. vs. 556. 'Et Cincinnatos jugera pauca dabant. Hæc etiam nobis non inferiora feruntur Vomere Serrani.' *Id.*

Marci Minucii] Livio dicitur 'Lucius Minucius.' Naz. h. l. *Marcum Manilium* appellat. Pal. libri, *Manilium*. Jordanes, *Manlium*. Sal. Hoc eidem prænomen est apud Zonar. lib. 2. Auctor de Vir. ill. cap. 17. 'Quintum' vocat: reliqui passim, 'Lucium.' *Fr.*

§. 13 *Innixum aratro*] Incurvo corpore incumbentem. Ov. Met. VIII. 218. 'Aut pastor baculo, stivave innixus arator.' Nam hic est habitus corporis arantium. Plin. H. N. XLIII. 19. quem locum adscripserat Ryckius: 'Arator, nisi incurvus, prævaricatur.' Colum. I. 9. Prolixior arator 'in arando stivæ pæne rectus innititur.'

Lictor] Viator, Plin. H. N. XVIII. 3. Nam horum munus erat Senatores ex agris arcessere. Cic. de Senect. cap. XVI. Colum. præf. lib. I. et Festus in *Viatores*. Livius et alii legatos ad eum a Senatu missos scribunt.

Jugum] 'Tribus hastis jugum fit, humi fixis duabus, superque eas transversa una deligata:' Liv. 3. 28, 13. Dionys. 3. 28. *Fr.* Berol. Duisb. et vet. ed. *sub jugo misit*, ut Liv. III. 28. 'Sub hoc jugo Dictator Æquos' misit. Fortassis scriptum fuerat *jugom*, antiqua ratione scribendi. vid. ad Liv. l. d. Mox *redit ad b.* Ryck. Berol. Magl. Duisb. Fran. Voss. 2. et vet. ed.

§. 15 *Fides numinum*] In Naz. scriptum: *fide numinum*. Suspectum id habent Viri docti, nec temere: legendum omninoeputo: *fidem numinum!* sic apud Comicos: 'hominum fidem!' 'Deum fidem!' ita legebam vel priusquam incidissem in scriptos Codd. perantiquos Jordanis, in quibus eamdem lectionem reperi, cum vulgo ejus editiones habeant, *numinum fide*. ineptissime. noli igitur dubitare quin verum sit, *numinum fidem!* aut, *fidem numinum!* Sal. Libri Vineti et alii partim *fides*, partim *fide*. *Fide* Ryck. Flor. Magl. Voss. 2. 3. *Fides* Berol. Duisb. Fran. Voss. 1. et om. ed. add. infr. III. 3. 7.

Bellum: prorsus] Reduxi distinctionem Camertis: nam postea Vinetus, *bellum prorsus: ut festinasse:* sic supra, I. 3, 9. et I. 10, 8. 'plane.' *Græ.* Ryck. Flor. Berol. Duisb. Fran. Voss. 1. et vet. ed. *peractumque prorsus est bellum, ut.* Sed rectius alii ex more Flori. Et sic sæpe Justinus 'prorsus ut,' 'prorsus quasi.'

CAP. 12 Historiam 306. Fabiorum scribunt Liv. 2. 4, 8. &c. Dionys. 9. 17. Eutrop. 1. 11. Oros. 2. 6. Auctor de Vir. ill. cap. 14. Agell. 17. 21. Euseb. Ov. F. 2. 195. Silius, 2, 3. et 7, 40. Serv. ad Æn. 6. 845. *Cam.* Adde Plutarch. Camil. cap. 20. Simile est quod scribit Suet. Vitel. 1. 5. 'Vitellios coloniam Vitelliam gentili copia adversus Æquicolos tutandam olim depopescisse.' *Fr.*

§. 1 *Ab Etruria Veientes*] Ita reposuit Grut. noster ex veteri editione, cujus fidem sæpe nimis magni fecit. Non erat explodendum quod anteriores retinent editiones, quas confirmant hac parte omnes scripti qui legunt: *Assidui vero et anniversarii hostes ab Etruria fuere Veientes.* Pro titulo hujus capitis habet Naz. Cod. *Faliscum et Fidenate:* nempe, bellum. Hic et hæc 'Fidenatis' declinarunt, et hoc 'Fidenate.' *Sal.* Recepi hanc lectionem, quam veteres libri, et inter eos Ryck. nec non editiones pristinæ propugnant. *Fuere* perperam expunxisse Gruterum recte Salm. monuit. *Græ.* Grut. scribit in solo Naz. legi *fuere*, sed a duobus aliis Pall. abesse. Horum scripturam confirmant Regg. Magl. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. et vet. ed. *Fuere* facile intrudi potuit ab aliquo existimante eam vocem desiderari ad perficiendam sententiam. Nec abhorret a consuetudine Flori concisa illa bre-

Digitized by Google

vitas. Vid. I. 17, 1. II. 15, 1. III. 1, 1. et III. 2, 1. Itaque hoc probo. Sed reliqui quod auctoribus aliis libris volebant Salm. et Grævius. 'Hoc Fidenate' dici negat Voss. de Anal. II. 21. ac docet hujusmodi neutra semper exire in *as*. Salmasium nihil juvat titulus hujus capitis in Naz. quem a Floro esse ostendi non potest. *Hostes Etruria f.* Voss. 3. *Venientes* hic Pal. 1. et n. 4. *Veihientes*. Fran. utroque loco *Venientes*.

Privatumque] Privato sumtu, et milite, ut Fabius Cos. ap. Liv. II. 48. 'Nostrum id nobis velut familiare bellum privato sumtu gerere in animo est. Respublica et milite illic, et sumtu vacet.'

§. 2 *Satis superque idonea clades. Cæsi apud Cremeram trecenti, patricius exercitus, et scelerato signata nomine, quæ proficiscentes in prælium porta dimisit*] Nic. Heinsius sic legi jubet et distingui: *Satis superque idonea clades, cæsi apud Cremeram trecenti, patricius exercitus: et scelerato signata nomine, quæ proficiscentes in prælium porta dimisit.* Sic lib. II. cap. 11. distinguit idem: 'Præ tanta victoria leve hujus prælii damnum, (*tolle* fuit) alter consulum interceptus, &c. atque ita oppressus est.' Falsa vero esse, quæ de trecentorum et sex Fabiorum patricio exercitu tanto consensu veteres tradiderunt, ostendit cl. Perizonius, quia vix tot numero patricii omnium gentium patriciarum tum temporis, trigesimo nimirum post exactos reges anno, Romæ fuerint. Censet itaque hoc bellum gessisse Consulares Fabios Marcum et Cæsonem, et trecentos sex viros ad illud eduxisse, sed non omnes unius gentis Fabiæ, sed maximam partem suæ gentis clientes, qui dicti fuerint Fabii, quia non modo illis duces fuerint, et auctores istius expeditionis, sed quia in se et suam gentem receperint illud bellum, ac per se et suæ gentis clientelas id gesserint. Vide pluribus hæc asserentem in elegantiss. Animadv. Hist. cap. 5. *Græ.* Vulgata narratio de 300. Fabiis ad Cremeram cæsis etiam Casaubono improbabilis visa fuit, qui ad Suet. Aug. XXXIV. futile παράκουσμα vocat. *Idonea clades* Freinshemio in Ind. satis magna. Est talis, quæ clades dici mereretur, quæ nomine cladis digna esset. Ov. Ep. Didon. v. 105. et Suet. Aug. XXXI. 'Idoneus auctor,' pro eo qui dignus est nomine auctoris, qui fidem meretur. Gell. v. 6. 'Hostium nomen humile, et non idoneum:' pro hostibus ne quidem dignis nomine hostium, quales sunt servi, piratæ, et gladiatores. Et *idoneus* pro eo, qui meretur aliquid pati apud Sal. Cat. LI. 'Novum illud exemplum ab dignis, et idoneis, ad indignos, et non idoneos transfertur.' Distinctio N. Heinsii concinnior videtur vulgata. *Idonea clade* Fran.

Trecenti] Ita feci, cum antea legeretur, *trecenti et sex:* quia rotundus iste numerus in tribus Pall. in vet. ed. et antiquis Vineti libris; decetque Annæum nostrum. *Gru.* 'Sex et trecentos' numerat Liv. 2. 49, 4. 2. 50, 12. eundem numerum habent Dionys. 17. 9. et Eutrop. Seneca de Benef. 4. 30, 2. 'trecentos.' Vide etiam notam ad præfat. 1. *Fr.* Additamentum *sex* respuunt om. sc. et Ed. Vet.

Scelerato signata nomine] Ita egregie Pal. 1. nam 2. ac 3. *signatur*. vet. ed. *signatum*. Gru. Videtur autem concinnior futura lectio, si prior etiam vox mutetur in *sceleratæ*. Ea autem porta ante 'Carmentalis' vocabatur. Ov. F. 2. 202. sed nomen mutavit ob emissos Fabios, quasi ipsa in cædem eorum consensisset. Ex simili argumento 'Sceleratus vicus' dictus est ap. Liv. 1. 48, 7. 'Sceleratus collis,' ubi Phalaridis taurus fuerat, ap. Diod. 'Sceleratus campus' ap. Liv. 8. 15, 6. *Fr.* Dio in Excerpt. Peiresc. p. 578. Romani 'portam

Digitized by Google

ipsam, qua ad bellum erant egressi [Fabii], perpetua infamia damnarunt, adeo ut per eam intrare, egredive Magistratibus nefas esset.' Add. Fest. in *Religioni*, et *Scelerata porta*. Dicta autem est 'scelerata' ab infelicitate exitus Fabiorum. Nam 'sceleratus' interdum significationem calamitatis habet. Sic 'Scelerata castra,' ap. Suet. Claud. I. in quibus Drusus obiit; 'Sceleratum frigus,' in Virg. G. II. 256. auctore Servio, nocens, omnia exurens. Vid. cl. Burm. ad Petr. c. LVI. Et 'scelus' pro calamitate, infortunio, Guyet. ad Terent. Eun. II. 3, 34. 'Sceleratus vicus,' et 'Sceleratus campus' ob aliam causam ita dicti sunt. Vid. Fest. et Vales. ad Exc. Peiresc. l. d. Freinshemii conjectura *sceleratæ* non placet Perizonio l. d.

§. 4 *Rapti*] Freinsh. in Ind. 'Rapere' semper celeritatem notat et violentiam. *Raptos* tamen dicit Veientes, qui decenni obsidio vix subacti sunt. Sed *rapti* referendum est ad tempus, quo urbs expugnata, ac direpta est, ut in illis, quæ e Virg. Æ. II. 374. et Stat. Th. VII. 599. adnotantur in Lexicis. Stat. Th. VI. 114. 'Ut quum possessas avidis victoribus arces Dux raptare dedit; vix signa audita, nec urbem Invenias: ducunt, sternuntque, abiguntque, feruntque.' In Regg. male *capti*.

§. 5 *Falisci*] Forte rectius, *Faliscis*. Sunt autem ita appellati ab Haleso. Ov. F. 4. 73. 'Venerat Atridæ fatis agitatus Halesus, A quo se dictam terra Falisca putat.' 'Hi autem, immutato H in F, Falisci dicti sunt: sicut Febris dicitur, quæ ante hebris dicebatur: Formiæ quæ Hormiæ fuerunt, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς. Nam posteritas in multis nominibus F pro H posuit.' Serv. ad Æn. 7. 695. Ita 'hariolus,' quasi 'fariolus,' a fando. Turneb. Advers. 24. 17. Sic 'Hanula, parva delubra, quasi fanula:' Festus. Apud Hispanos usitata harum literarum invicem mutatio: ut, *Harto*, quasi *farto: Hyo* Portugall. *Fyo: &c. Fr.* Probat conjecturam Freinshemii Perizon. ad Sanct. Min. II. 12. Quam quum confirmet cod. Fran. non dubito, quin ea scriptura vera, et in contextum recipienda sit. In Servio ad l. d. Virgilii male editur, *Faliscos Haliscus condidit*, pro *Halesus*, ut recte laudat Salm. ad Solin. p. 44. Et sic est in Ms. Servio Bibliothecæ Daventriensis, et emendavit Spanh. Dissert. II. de Usu et Præst. Num. Antiq. pag. 107. Tamen in Indice Servii postrem. Edit. recte scriptum est *Halesus*.

Fides Imperatoris] Extat historia ap. Liv. 5. 27. Val. M. 6. 5, 1. Front. Strateg. 4. 4, 1. Auctor. de Vir. ill. cap. 23. Plutarch. Camil. c. 17. *Fr.* Principum Faliscorum liberos fuisse tradunt plerique, et Liv. v. 27. At idem XLII. 47. Regis liberos. Vid. ibi Sigon. et Gron.

Cum iis, quos eduxerat pueris] Istud etiam, *eduxerat*, eduxit et extudit idem ille amicus noster ex veteri editione, cum anteriores omnes habuerint, *cum iis, quos adduxerat*. Quod non debuit temere rejici. Certe pueros illos ex urbe obsessa eduxit magister iste, sed eosdem etiam in castra Romana ad imperatorem adduxit, sive, ut loquitur Livius, perduxit. Adde quod meliores libri heic etiam *adduxerat* tuentur. Cum eos ad imperatorem adduxisset, vinctus ultro ad urbem remissus, cum pueris, quos prodiderat. Varus, lib. II. Excellent. eam historiam sic narrabat his versiculis: 'Tum literator creditos Ludo Faliscum liberos, Causatus in campi patens Extraque muros ducere, Spatiando paulatim trahit Hostilis ad valli latus.' Primum versum emendavimus. Nam ap. Priscian. vulgo habetur, *Tum literator creditus*. Eduxit igitur eos primum ex urbe, hoc est, ut Varus loquitur, 'extra muros duxit,' aut, velut est ap. Liv. lib. v.

Digitized by Google

'ante urbem produxit,' deinde paulatim trahendo, ad vallum usque Romanum perduxit, vel adduxit. *Sal.* Keuchen. ad Front. IV. 4. 1. descripsit bonam partem eorum, quæ hic habet Salmasius, non nominato auctore; quod illi non insolens est. Leguntur hi versus in Priscian. lib. VIII. p. 823. Ed. Putsch. quos ad hanc historiam pertinere jam ante Salmasium viderat, et, pro *creditus*, *credites* emendaverat Schottus ad Aur. Vict. c. XXIII. Valesius in Adnotat. ad Excerpt. Peiresc. p. 82. et alios duos versus, a Prisciano lib. XII. p. 947. ex ejusd. Poëtæ lib. II. Excellent. relatos, huc referendos animadvertit, 'Seu tute mavis obsides, Seu tute captivos habe:' ita enim emendat, quæ apud Priscian. leguntur *malis*, *hospites*, et *habes*. Ceterum non scio, quo auctore Salmasius Varum vocet, qui Prisciano locis dict. et lib. XVIII. p. 1136. est Alpheus Avitus, Terent. Mauro pag. 2437. Alphius Avitus, et Senecæ Controv. I. et X. Alfius Flavus, ut putat Valesius. Gruterus e Pal. 2. et vet. ed. adnotavit *eduxerat*, sed e Naz. et Pal. 1. probat *adduxerat*.

Vinctum sibi] Id est, Faliscis. Vide similiter locutos Plautum et Cic. ap. Scalig. de Caus. Ling. Lat. lib. 6. cap. 129. quod ideo moneo, ne quis Camertem sequatur emendantem, *urbi remisisset*, vel, *subito remisisset*. Pon. Sic in l. 8. §. 3. D. Mand. 'Qui ipse sibi mandaverat.' Quamquam in hoc Flori loco non possum non probare sententiam Soceri mei p. m. Matth. Bernecceri, qui putat, non hæc dici contra naturam reciprocorum. Nam orationem referri adhuc ad periodi principium hac serie: Faliscis *mira visa est fides Imperatoris, quod ludimagistrum* SIBI (Faliscis) *remisisset*. Fr.

§. 6 *Eam namque*] Tales olim Romani. Vide quæ notabo ad 2. 17, 17. *Fr.* *Sciebat esse vict.* Ryck. Voss. 1. 2. Fran. et edd. quædam.

Et integra dignitate pararetur] Melius: *pareretur*. Ita est in Naz. Ita sæpe Noster, et sæpius quidem etiam alii Auctores 'victoriam parere' dicunt, quam 'parare.' Supra Florus: 'Unius manu parta victoria est.' Sic etiam 'pacem parere' frequens apud Auctores. Aggenus. *Sal.* Gruterus quidem utrumque *pareretur* et *pararetur* bonum esse affirmat, sed tam propter Naz. cui omnes plurimum deferunt, quam Salm. auctoritatem, illud recepimus. *Fr.* Ryck. cum multis aliis et edd. *integra dignitate pareretur*. Mox idem Ryck. *direptionem urbis convocaretur*, pro vulgato, *ad direptionem urbis vocaretur*. Græ. In Ryck. clare scriptum est *pararetur*, ut et in Berol. Duisb. Fran. et V. E. Quod etiam in altero Pal. erat; in altero et Magl. *paretur*.

§. 7 *Ad terrorem movendum*] Vide omnino Gruteri ad Tacitum discursum tertium decimum. *Fr.*

Facibus armatæ, et discoloribus, serpentum in modum, vittis, furiali more processerant] Facium tantum meminit, non etiam serpentum, prælatarum a Fidenatibus eo prælio, Livius, lib. IV. 'Ignibus armata ingens multitudo, facibusque ardentibus tota collucens, velut fanatico instincta cursu in hostem ruit.' At in alio Faliscorum ac Tarquiniensium bello, quod a M. F. Ambusto iterum consule profligatum est, sacerdotes eorum populorum faces ardentes anguesque prætulerunt, ut idem memorat Liv. lib. VII. cujus hæc verba sunt: 'Inde terror maximus fuit, quod sacerdotes eorum, facibus ardentibus anguibusque prælatis, incessu furiali militem Romanum insueta turbaverunt specie.' Veros angues fuisse innuere videtur Livius. Florus fictos factosque e discoloribus vittis, qui et res diversas ac tempora miscet confunditque toto hoc capite. *Sal.* Etiam Sigon. ad Liv. VII. 17. adnotavit hæc aliter referri a Floro, quam a Livio. Nec videtur admittenda conjectura Gru-

Digitized by Google

teri et Ruperti in Liv. IV. 33. 'anguibus armata,' pro *ignibus*.

§. 8 *Veientium quanta res fuerit*] Recte in Naz. *Veientium vel quanta res fuerit, indicat decennis obsidio.* Etsi nihil aliud, vel decennalis obsidio potest indicare, quanta res Veientium fuerit. *Sal.* Historiam hanc lege ap. Liv. 5. 19. &c. Eutrop. fin. lib. 1. Plutarch. Camil. cap. 8. Diodor. 14. 94. Val. M. 5. 6, 8. Auctor de Vir. ill. cap. 23. Plin. 2. 98, 3. 5. 12, 17. Augustin. Civ. 2. 17. et 3. 17. Sic etiam Troja decennem obsidionem pertulit, ut notum est: idem de Lilybæo legimus in Ecloga 3. ex lib. 24. Diodori. *Fr.* Si hic ea esset vis particulæ *vel*, quam putat Salmasius, illa potius ad posteriorem partem orationis transferenda fuisset, hoc modo: *indicat vel decennis obsidio.* Postremi Editores quidem in contextu expresserunt scripturam Nazariani; quod mihi repugnantibus omnibus aliis libris faciendum non putavi. Gerard. et Is. Vossii e Naz. legebant *Vei quanta res.* Sane *vel* videtur ortum fuisse ex *Vei*; et fortassis scriba hic quoque duas variantes lectiones conjunxit, v. supr. 3. 3. et 8. Sed quod addit Isaacus, *Veientium* abesse a libris vett. non de omnibus verum est. In Naz. id non fuisse puto, etsi Salm. hic ex eo adnotavit *Veientium vel:* nam in exemplari suo vocem *Veientium* subtili linea transversa trajecerat, et scripserat *vel quanta res fuerit inmodicat*. Ita Naz. Cod. Gruterus quoque e Naz. solum profert *Vel quanta*, et ex eo conjicit *Veii quanta*. *Vel quanta* etiam Voss. 2. habet, *Veii quanta* Voss. 3. Sed *Veientium quanta* Pall. Flor. Reg. Q et Voss. 1. *Veientum* ꝗ. ceteri sc. et vet. ed.

Tunc primum] Legatur Lipsii de Mil. Rom. lib. 5. dial. 1. 5. et 16. *Fr.* Milites etiam æstate sub pellibus habebantur; sed in hac obsidione illud novum fuit, quod quum ante id tempus hieme semper arma deponi, et milites domum reduci solerent, tum primum obsidionis urgendæ causa sub pellibus hiemarunt. v. Lips. l. d. et Schel. ad Hyg. p. 1111.

Taxata stipendio hiberna] Non solum hiberna militum stipendio tum taxata, sed æra in stipendium militi Romano constituta, qui antea suo ære militabat, nec quidquam de publico accipiebat. Hiemare certe tum etiam in bello cœpit, et hibernacula ad hoc ædificata tandem habere, cum initio illius obsidionis sub pellibus hibernassent. *Sal.* Sententia horum verborum est: Novus et gravis labor hiemandi sub pellibus æstimatus, et quasi compensatus est stipendio tum primum militibus de publico dato, quum antea suo sumtu militarent. Sed, si Livium sequimur IV. 59. stipendium de publico dari cœpit anno ante, quam obsiderentur Veii: hiberna autem ut Idem scribit lib. v. c. 1. et 2. demum tertio anno obsidionis facta sunt. Vid. Schel. Dissert. III. in Polyb.

Nisi capta urbe non remeare] Nazarianus scriptum exhibet: *nisi capta urbe remearet.* Conjicio legendum: *Adactus miles sua sponte jurejurando, ne nisi capta urbe remearet.* Cum scriptum esset, *ni nisi*, pro *ne nisi*, ex similitudine ac concursu vicinarum sono syllabarum, duæ in unam iverunt. Sic infra: 'Extat trepidum,' pro, extat ad trepidum. Similia et aliis locis notavimus. *Sal.* *Nisi capta urbe remearet*] Ita Naz. ubi Gruterus conjicit excidisse particulam *ne*, ut fuerit, *ne nisi c. u. remear.* Salmas. forte leg. putat, *n. c. u. non rem.* Pro *ut nisi capta u. n. remearet.* sicut alibi locutum Auctorem observavit. Quæ quamvis omnia ratione non careant, dicere tamen ausim, eam ipsam esse scripturam Flori, quam Naz. exhibet; *Adactus miles jurejurando, nisi c. u. remearet.* hoc est: Si remearet nisi capta urbe, aut si remearet urbe non capta,

omnes illæ execrationes in caput ejus verterent. Vide similiter locutum in re non absimili, Liv. 10. 38, 10. 'Jurare cogebatur diro quodam carmine, in execrationem capitis familiæque et stirpis composito, nisi isset in prælium, quo Imperatores duxissent: et si aut ipse ex acie fugisset, aut si, quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset.' Hic 'jurare cogebatur nisi isset in prælium,' quantum distat a phrasi Floriana? idem enim valet, ac si dixisset, ut iret in prælium; aut si noster, ut capta urbe remearet. Posset etiam legi, *nisi capta urbe remeare*, ut *nisi* intelligas pro, non nisi, sicut scio bonis auctoribus usurpatum. ita Liv. 34. 16, 1. 'Ubi nisi in virtute spem haberent.' Colum. lib. 7. c. 3. 'Quo magis etiam propter hos casus, nisi validissima, quæ non comprehendatur hieme, novaque progenie repleatur numerus.' quemadmodum in Plinio quoque 34, 14. legi vult Salmas. in Solin. pag. 1084. in fin. Simili juramento se aliquando obstrinxere Lacedæmonii cum Messenios obsiderent. Justin. 3. 4, 1. et Strabo lib. 6. ubi de Tarent. Cæsaris etiam milites bello civili jurarunt 'non redituros ex acie, nisi victores.' Appian. Civ. 2. p. 473. *Fr.* Freinshemius rursum adfert conjecturam Salmasii ex illius Adnot. ad Edit. 1. quam hic deseruit. Constans omnium scriptorum, excepto uno Naz. et edd. veterum scriptura est, *nisi capta urbe non remeare*. nam *remanere*, quod Ryck. habet, error scribæ est. Hanc recte a Grævio expressam, sed ab Amstel. qui Gruteri et Salm. conjecturam receperant, expulsam reduxi, nixus etiam auctoritate J. Fr. Gronovii, qui ad Liv. xxxiv. 16. eam probat, et ex aliis a se inspectis membranis confirmat. Et in hac forma loquendi *nisi* sæpissime adjunctum habet *non*, vel aliam aliquam voculam negantem, ut, *nec*, *neque*, *nemo*. Cæs. III. B. C. 87. 'Juravit, se nisi victorem, in castra non reversurum.' Liv. xxvi. 25. 'Conjurant, nisi victores, se non redituros.' Claud. de B. G. v. 81. 'Patrii numen juraverat Istri, Non nisi calcatis loricam ponere Rostris.' Liv. xxii. 38. 'Conjurabant....neque ex ordine recessuros, nisi teli sumendi....causa.' Id. xxxi. 17. 'Militaris ætas jurare, neminem vivum, nisi victorem, acie excessurum.' Serv. in Virg. viii. Æn. 1. 'Jurabant pro Républ. se esse facturos, nec discedere, nisi completis stipendiis.' 'Remeare' autem dicit Florus pro, remeaturum; præsens pro futuro, ut Claud. et Serv. Cujus generis quamplurima collegerunt Sanct. Min. i. 14. et ibi Perizon., item J. Fr. Gron. ad Liv. ii. 5. et Observ. in Script. Ecclesiast. c. xiv. Phrasis Livii in x. 38. multum distat a locutione Flori, ut contra Freinsh. ostendit Gron. ad Liv. xxxiv. 16. Quod autem Idem putat omnibus locis, in quibus *nisi* pro *non nisi* scribitur, excidisse particulam negandi, de eo amplius cogitandum existimo.

§. 9 *Spolia*] Quo in honore opima spolia de Tolumnio, Veientium rege, Cornel. Cossus fixerit, et quo anno, ut æque ambiguum Livius, 4. 20. in controversiam trahit. Trib. mil. fuisse, auctorum suffragiis colligit: sed eam opinionem argumento a legibus sumpto infirmat, eo quod spolia opima referantur solum illa, quæ dux duci detraxerit: duxque ille sit, cujus auspicio res geritur. Infirmat idem et a titulo, quem ipsius spoliis inscriptum Augustus legerit; Cos. Cossum opima spolia retulisse, qui hinc conficit, hoc annos novem serius esse gestum, quam ab aliis probatur. Livii argumentis auctoritatem Varronis, nostri seculi scriptores opponunt, quem opima spolia descripsisse etiam dicunt illa, quæ manipularis miles detraxerit, dummodo hostium duci detraxerit: et tanto probabilius

fieri potuisse, quod opima spolia magister equitum Cossus sub dictatore Æmilio retulerit, præsertim quum triumphum egisse legatur. Alii iterum in consulatu opima spolia ipsum fixisse contendunt; sed hoc ideo infirmant, quia nulla sit ejusdem, qui cum imperio fuerit, et suis auspiciis rem gesserit, triumphi in tab. Capitol. mentio; qui honos imperium gerenti debebatur. Plutarchum quoque ἀνιστορησίας arguunt, qui in Romuli vita Cossum quadrigis in urbem vectum retulerit. Sed non est nostrum tantas componere lites. Titulum tamen quem de Cos. Cosso Augustum legisse testatur Livius, ceterorum opinionibus præferendum putarem. Hic 'ad Feretrium' concise dictum est, pro, ad Feretrium Jovem: Jovi enim Feretrio a feretro nomen fecerat Romulus. *Stad.* Perizonius in Animad. Hist. c. VII. multis disputat, Cossum retulisse spolia opima A. U. 317. quum Tribunus militum in legione esset. Sed sive tum, sive Magister Equitum, sive Consul ea retulit Cossus, Florus non caret reprehensione, qui turbata ratione temporis narrationi de obsidione Veiorum interponat, quod minimum XX. annis ante eam inchoatam gestum fuerat. 'Larte' utrum sit a recto 'Lar,' an 'Lars,' non convenit inter doctos. Illud probant Sigon. in libr. de Nomin. Rom. et ad Liv. IV. 58. et Ferrar. ad Cic. IX. Philip. 2. hoc Vinetus ad Auson. Monosyll. et Voss. II. de Analog. 8. Erat autem 'Lar' apud Etruscos nomen dignitatis, et commune omnibus Principibus. Vid. Scalig. ad Propert. IV. 11.

Denique] Cum iterum mox repetatur dictio 'denique,' ea hic suboffendor, agnoscant tamen et nostri Mss. *Grut.*

Nec irruptione] Ryck. Toll. Duisb. Voss. 1. Fran. et V. E. *non irruptione*, ut infr. 13. 18.

Cuniculo] Vide quæ notat Stewechius ad Veget. 4. 24. *Fr.*

§. 10 *Ut ejus decima*] Lege, auctoribus libris: *Ea denique visa est prædæ magnitudo, cujus decimæ Apollini Pythio mitterentur.* Sal. Gruterus quoque lectionem hanc Naz. esse asserit. *Fr.* *Cujus decimæ* bene scripti, inquit vir summus Nic. Heinsius, additque: Τὸ *visa* suspectum, cum modo præcesserit 'mira visa est fides imperatoria.' Puto, *ea denique divisæ prædæ magnitudo, cujus decimæ Apollini Pythio mitterentur*. Græv. *Ut ejus decima* Pall. Ryck. Toll. Duisb. Fran. Voss. et V. E. Sequutus sum Freinsh. et Grævium.

Apollini] Quod nempe ejus ope et consilio vicerunt. ita Carthaginienses Herculi Tyrio omnium, quæ in proventuum rationes cadebant, mittere decimas solebant. Diodor. 20. 14. Vid. Plaut. Bacch. 4. 4, 15. Dionys. 1. 18, 4. *Fr.*

§. 11 *Hoc tunc Veientes fuere*] Sic solum Pal. 3. nam 2. *Hoc tunc, nunc fuisse*. Naz. *Hoc tunc vel fuere: nunc fuisse*, ut dubium vix relinquatur, scripsisse Auctorem: *Hoc tunc Veii* (vel forte *VeI*) *fuere*. nam illa, 'quæ reliquiæ?' &c. oppidanis accommodari minus amant, quam oppido ipsi. *Grut.* Sic recte Viri docti ex Naz. codice correxerunt. Vulgati: *hoc tunc Veientes fuere*. Græv. *Hoc tunc Veji fuere nunc* Flor. et Voss. 3. *Hoc tunc Vejentes fuere nunc* Berol. Magl. Duisb. Voss. 1. et om. ed. *Hoc tunc nunc* Vin. Regg. et Voss. 2. *Hoc tunc fuisse quis* Fran. *Hæc tunc fuere nunc* Ryck. quod speciem habet formulæ Græcis et Latinis usitatæ de his, quæ esse desierunt, vel vires gloriamque amiserunt, ut ap. Aristoph. Vesp. vs. 1058. et Catul. c. IV. Præfero *hoc tunc Veji fuere.* Quum pro *VeI* legeretur *vel*, idque huic loco non conveniret, una cum sequente voce *fuere*, quæ et ipsa sublato *Vei* nullum sensum habebat, omissum fuisse suspicor. *Vejentes* retinet Gron. ad Sen.

Troad. vs. 729. sed *Veji* citat etiam Broekh. ad Propert. IV. 10. 27. qui locus huic non dissimilis est.

Quæ reliquiæ] Propert. 4. 11, 27. ' Et Veji veteres, et vos tum regna (*ita Pal. prior Comel.*) fuistis: Et vestro posita est aurea sella foro. Nunc intra muros pastoris buccina lenti Cantat, et in vestris ossibus arva metunt.' Adde Fabri Semestria. 1. 8. *Fr.* Mox Ryck. Flor. Magl. Fran. Voss. 1. 2. et quædam Edd. *quædve vestigium*, adsumto, ut opinor, *ve* a capite vocis sequentis.

Laborat] Ita Amm. Marcell. 23. 14 ' Ut suadere nobis laboret monumentorum veterum fides; ut has civitates aliquando valuisse credamus.' Sic etiam ferme Aventinus, in princ. Hist. Boiar. pag. 7. Nempe plurimis exemplis constat, quod Rut. Itin. 1. 413. ait: ' Oppida posse mori;' et quod Plin. 14. 6. ' Sua quibusque terris tempora esse, sicut rerum proventus occasusque.' Sic apud Sàll. ' Omnia orta occidunt.' Sen. Ep. 91. 19. ' Nihil privatim, nihil publice, stabile est, tam hominum quam urbium fata volvuntur.' Vide etiam eundem Ep. 71. Hac ratione in Inst. §. 38. de R. D. ' demortuæ vineæ ' pulcre dicuntur. *Fr.* Eodem modo Latinus Pacat. in Paneg. Theodos. c. XXXIII. ap. Rupertum; ' Tantumque res credita est habere novitatis, ut, nisi frequenter isset in literas, apud posteros videatur facti fides laboratura.' ' Laborat annalium fides' est, ut Freinsh. in Ind. periclitatur, i. e. parum abest, quin fidem perdant annales. *Laborare* enim dicuntur, quæ in periculum veniunt, ne lædantur aut pereant; ut qui onus sibi impositum vix sustinent Ov. II. M. 296. ' Atlas en ipse laborat, Vixque suis humeris candentem sustinet orbem.' Vid. cl. Burm. ad Petron. c. CXV. Pro *Veios* Ryck. *veros*, *i* in *r* mutato: hinc deinde ortum *vera* in libris Vin. Regg. Fran. et Voss. 1. 2.

CAP. 18 Historici fere omnes hujus belli meminerunt. Liv. 5. 36. Val. M. 1. 5, 1. Plutarch. Camil. cap. 27. et Probl. 24. Auctor de Vir. ill. cap. 23. Agell. 5. 17. Augustin. Civ. 2. 22. et 3. 17. Veget. 4. 28. Virg. Æn. 8. 652. Martial. 13. 74. Ov. F. 6. 351. Serv. in Virg. dict. loc. Cam. quibus adde Eutrop. l. 1. et Oros. 2. 19. *Fr.*

§. 1 *Hinc sive invidia Deum*] Melius quod iidem libri suggerunt: *Hic sive invidia Deum, sive fato, rapidissimus procurrentis imperii cursus, parumper Gallorum Senonum incursione supprimitur. Hic*, hoc loco. Quod rectius, quam *hinc*. Sal. *Hic* est in Naz. Pal. 1. Voss. 1. Toll. et Fran. a quo abest *Deum*: et sic emendarat in libro suo N. Heinsius. *Hinc* et *hic* sæpe confundi in Mss. docet celeberr. Bentl. ad Horat. I. Carm. 17. 14.

Invidia Deum] Lege quæ notat Grut. ad illud Livii, 10. 18, 6. ' Fortunam ipsam vereri, ne cui Deorum nimia jam in se et constantior, quam velint humanæ res, videatur.' *Fr.* Add. Rupert. ad h. l. ad IV. 2. 79. et ad Vellei. 1. 10. Liv. XXV. 6. ' Si non ira Deum, nec fato ...; sed culpa periimus ad Cannas.'

Procurrentis imperii cursus] Sen. Ep. CI. ' In ipso procurrentis pecuniæ impetu raptus est.' *Rupert.*

§. 2 *Virtutum*] Sic quidem editio princeps, et Pal. 3. at enim 2. *virtus*, 1. *virtutis*, ut exinde cusi. *Grut.*

§. 3 *Ut in experimentum illatam*] Divi Naz. optimæ membranæ *inlatumam*, ea fuit ἀκρίβεια et diligentia illius antiqnarii, ut studiosissime varietatem lectionum semper adnotarit: quod sexcentis in locis observavimus, ut hoc loco, *illatum* et *illatam* lectum fuisse ostendit: quod præterire non debuimus. *Sal.* Grut. abjiciendas putat undecim voces ab inde: *Ea certe*, &c. illud omnino contendit adulterinum esse, *in experimentum*, cum vox eadem proxime præcesserit.

Digitized by Google

Mihi non viderentur aliena, nec a sensu Auctoris, nec a phrasi. Adde orat. Aristid. pag. 208. *Fr.* Hæc minime sunt expungenda cum Grutero, cujus manus parcior fuit in hoc scriptore sanando, quam in secando et urendo. Est acuta sententia quam hausit Florus ex Sil. Ital. lib. 3. ubi Jupiter ad Venerem de bellis Carthaginiensium cum Romanis gerendis: 'Hac ego Martis Mole viros spectare paro, atque expendere bello.' Hoc est, Hoc bello experiar, num Romani sint digni orbis imperio. Ejusdem sententiæ est quod idem Poëta eodem in libro canit: 'Tum pater omnipotens gentem exercere periclis Dardaniam et fama sævorum tollere ad astra Bellorum meditans, priscosque referre labores Præcipitat.' Imitatus autem videtur Ciceronem Florus, qui Act. IV. in Verr. 31. ibi loquitur de Capitolio incenso tempore belli civilis Mariani, et refecto a Catulo. Sed vide quam longe differat oratoris naturali pulchritudine nitens oratio a declamatoris calamistris: 'Tibi,' inquit, 'opera sumenda est, ut Capitolium, quomodo magnificentius est restitutum, sic copiosius ornatum sit, quam fuit, ut illa flamma divinitus exstitisse videatur, non quæ deleret Jovis Opt. Max. templum, sed quæ præclarius magnificentiusque deposceret.' Hoc dictum advertit quoque Lactant. qui III. Instit. c. 17. 'Capitolium, quod est Romanæ urbis et religionis caput summum, non semel, sed sæpius fulmine ictum conflagravit. Homines autem ingeniosi quid de eo existimarint ex dicto Ciceronis apparet, qui ait, divinitus exstitisse illam flammam, non quæ terrestre illud domicilium Jovis deleret, sed quæ sublimius magnificentiusque deposceret.' Vere itaque Sen. Ep. 91. 'Sæpe majori fortunæ locum fecit injuria. Multa ceciderunt ut altius surgerent, et in majus.' Ceterum N. Heinsius, quia Naz. pro *illatam* præ se fert *inlatumam*, arbitratur forte Florum scripsisse, *cumulatam*. quia multa adversa simul concurrebant. Mox malebat: *ad hoc ipsa corporum mole, perinde armis ingentibus, adeoque omni genere terribilis fuit*. Sallustii, adjicit, illa respexit historiis ap. Quintil. 'Mithridates corpore ingenti, perinde armatus,' ubi perperam Coler. *animatus*. Græv. Omnes libri habent ea, quæ Grutero suspecta erant, nisi quod a Pal. 1. et Ryck. abest *illatam*. Grævii animadversioni addo, quæ adscripserat Ryckius: Philosophi viros fortes et ærumnosos proponunt quasi spectaculum Dei exercentis illos ad virtutem. Arrian. in Epictet. 1. 24. Plin. IX. Ep. 26. Sen. de Provident. c. 11. et alii. Vide Mureti orationem in libr. Sen. de Providentia. De more librariorum, quem hic adnotat Salm. vid. ad n. 8. cap. præced. et Gron. IV. Obs. 4. p. 55.

4 *Perinde armis*] Ita legit Grut. ex libris: similis res et dictio apud Sall. Incert. 4. 39. 'Mithridates ingenti corpore, perinde armatus.' quamvis eam lectionem sollicitent, et *animatus* substituant, sed vulgata videtur nihil habere vitii. *Fr.* Sollicitavit primus Lips. ad Vell. II. 18. deinde Coler. ad Sall. Sed vid. Dousam ad fragm. Sall. et quæ alii adnotarunt ad Vellei. De vasta mole corporum Gallorum lege, quæ congesserunt Stewech. ad Veget. I. 1. et Spanh. ad Callim. Hymn. in Delum, vs. 174.

Omni genere terribilis] De Gallogræcis Liv. 38. 17, 4. 'Procera corpora, promissæ et rutilatæ comæ, vasta scuta, prælongi gladii: ad hoc cantus ineuntium prælium, et ululatus, et tripudia, et quatientium scuta in patrium quendam morem horrendus armorum strepitus: omnia de industria composita ad terrorem.' Similiter de Vercingentorige Noster infra, 3. 10. 20. *Fr.* *Omni generi* Pal. 2. male. *Omni genere* est, omni modo, omnibus rebus. Cic. XVI. ad Att. 5.

Digitized by Google

'Incredibile est, quam me in omni genere delectarit.' Catul. Carm. LXIX. vs. 52. 'In quo me torruerit genere.' vid. ibi Scalig. et Interpp. Petron. c. XIV. et XXVI. 'Nata,' pro, a natura facta, ut II. 2. 20. Cic. pro Ligar. c. VII. 'Africam natam ad bellum contra hanc urbem gerendum.' Liv. XXXV. 12. 'De Duce Annibale nato adversus Romanos hoste.' Plura apud Gron. IV. Obs. 17. et Heins. ad Ov. Rem. Am. vs. 220.

§. 5 *Et cingente omnia Oceano*] Sic Vin. sic quoque v. e.; sic duo meliores Pal.; sic Lipsii scriptus, quem consule libr. 2. cap. 19. Electorum: et Sitzmann. in Rut. Itin. 1. 56. Inepte alii: *cum cingerentur omnia Oceano*. Grut. Ita Liv. 5. 37, 2. de hac ipsa re: 'Inusitato atque inaudito hoste, ab Oceano, terrarumque ultimis oris, bellum ciente.' *Fr.* Scriptura librorum Vineti est in omnibus Mss. Galliam dicit *ultimas oras terrarum*: ut alii antiqui, qui Gallorum patriam 'ultimum Occidentem,' et 'ultimas Europæ partes' vocant. vid. Spanh. ad Callim. l. d.

Positis inter Alpes et Padum sedibus] Parum vere, si Livio credimus. Nam Senones, ut ille scribit l. v. c. 35. postremi Gallorum in Italiam venerunt, et quum jam omnia inter Alpes et Padum ab aliis Gallis, qui ante eo venerant, occupata invenissent, cis Padum sibi sedes ceperunt inter Utentem et Æsim fluvios. Florus autem hoc ita scribit, quasi Senones primi et soli Gallorum in Italiam venissent. Fran. *cum omia media*, pro *omnia m.*

Per Italiam vagabantur] Jord. scripsit: *bacchabantur*. Ita sane scripsisse putavit Annæum, cum in veteribus ejus exemplaribus reperisset scriptum: *vacabantur*. Quomodo hodieque nonnulli antiqui exaratum habent. *Sal.* Non vagabantur tantum, sed infestabant cum maxime Italiam, inquit N. Heins. Recte Jornandes legebat *bacchabantur*. Poëtice. Sic Claud. de B. Get. vs. 155. 'Villis cum Spartacus omne Per latus Italiæ ferro bacchatus et igne.' Hanc vocem alibi quoque Floro restituendam esse et ipsi ostendemus inferius. *Græv.* Potuit Jordanes in suis exemplaribus invenisse *bacchabantur;* sed et e *vacabantur* potuit fecisse *bacchabantur*, ut putat Salm. Pulcrum est *bacchabantur;* sed alterum habent omnes libri Flori, idque non minus sæpe dicitur de infestatione et populatione hostili, quam *bacchari*. Justin. II. 11. 'Per omnia castra victores vagantur, cædunt, sternuntque omnia.' Et XXIV. 7. 'Gallorum vulgus .... per agros se sparserat, desertisque signis ad occupandum omnia pro victoribus vagabantur.' Liv. XXXVIII. 48. 'Si Gallorum exercitus effusi vagarentur.' Idem XLII. 55. 'Quum audiret vagari Macedonas effusos per Thessaliam, vastarique sociorum agros.' Cæs. I. B. G. 2. IV. 6. et V. 19. 'Late vagari.' Sic *pervagari* Liv. XXXVIII. 17. Galli 'ferox natio pervagata bello prope orbem terrarum.' Et Flor. III. 20. 5. Sed et de Spartaco Horat. III. Carm. 14. 'Spartacum si qua potuit vagantem Fallere testa.'

§. 6 *Tum Clusium obsidebant*] Addit Naz. *Tum Clusium urbem.* Jord. *Tusciæ urbem*. Lego in continenti: *Pro sociis ac fœderatis Populus Romanus intervenit. Missi ex more legati. Sed quod jus apud barbaros? Ferocius agunt. et inde certamen.* Scio, in editis Jordanis vulgo legi: *exinde certamen*. Sed duo perantiquos hujus auctoris calamo exaratos codices vidimus cum Flori Nazariano conspirantes. Sic in iisdem libris, cap. XVIII. 'Legationem per obscœnam contumeliam violant. et hinc bellum.' Ubi vulgo edunt: *ex hinc bellum*. Sal. *Clusium*] Sic noster primitus cusus, nam Camers, *Clusium oppidum:* Vinet. *Clusium Tusciæ urbem:* non tam verbose debuit Florus: etsi et Pal. nostris adsit, *Clusium urbem*. Grut. Ryck.

Digitized by Google

æque ut Naz. *Tum Clusium urbem obsidebat*, nisi quod *tunc* in illo scribatur. et mox idem: *Missi ex more legati*, quod ex Naz. quoque notavit Salm. dein legendum ex eodem codice, et vetustioribus edd. *ferocius agunt, movent, et inde certamen*. Salm. vidit etiam scribendum: *et inde certamen*. Non fuit expungendum *movent*, quamvis in suis libris hanc vocem se non invenisse testetur Vinetus. In aliis tamen extitisse et editi et Ryck. ostendit. Audita legatione longe, inquit Florus, superbius se gesserunt, et statim movent infesta signa in Romanos, inde manus conseruerunt cum illis. Non intellexerunt hanc vocem, qui eam delevere. Inferius II. 8. ‘Cum ingenti strepitu ac tumultu movisset ex Asia.’ et II. 6. ‘Igitur ubi semel in Hispania movit illa gravis et luctuosa Punici belli vis atque tempestas.’ Sic Mss. editi: *ubi semel se in Hispania movit*. Suet. Cæs. 60. ‘Prælia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat; ac sæpe ab itinere satim, interdum spurcissimis tempestatibus, cum minime quis moturum putaret.’ vide quæ notavi ad Epist. 12. lib. V. Cic. ad Att. *Græv.* *Urbem* abest a Regg. Berol. et Duisb. Aldus Jordanem expressit. Aliæ Edd. habent *oppidum;* quæ diversitas glossæ indicium est. *Missi ex more legati* etiam Flor. et Voss. 3. et ex editis B. S. P. et I. *Movent* non recte expunctum esse adnotarat quidem cl. Grævius, sed in contextum non receperat; quod deinde fecerunt Amst. Ea vox etiam in Flor. et plerisque edd. vett. legitur, sed aberat ab omnibus aliis scriptis, excepto Pal. 1. in exemplari Salmasii, quod de Pal. 2. scribit Grut. a V. E., a libris Vineti, et Jord. *Movere* absolute positum recte dici, pro movere castra, movere signa, certum est, et monuit dudum Sigonius ad Liv. XXIII. 1. Sed id huic loco non convenit. Nam Galli non moverunt infesta signa in Romanos, ut hoc exponit Grævius, ante, sed post certamen, de quo hic Florus; qui agit de prælio inter Clusinos et Gallos, quum hi legatis Romanis davociter respondissent, ‘se jus in armis ferre, et omnia fortium virorum esse,’ ut est apud Liv. V. 36. Et si *movent* ita est accipiendum, ut vult Grævius, Florus bis idem dicet. Nam sic movisse Gallos, nihil aliud erit, quam quod mox dicit, eos a Clusio conversos Romam venisse. Plane mihi persuadeo vocem *movent* a sciolis, qui offendebantur conciso sermone Flori, intrusam, quasi ad explendam et intelligendam sententiam verborum, *exinde certamen*, necessariam. Sed Floro familiaris est hæc brevitas in ea re. Vid. I. 1. 13. I. 18. 5. et II. 17. 5.

Pro sociis] Dissentit tamen Livius, 5, 35, 7. *Fr.* In Jordane non est *populus*, quod elegantius esse, quam pro illius sæculo, censet doctiss. Wass. ad Sall. Jug. LXXXIII. Deest etiam in Naz. et Voss. 3.

Sed quod jus apud barbaros] Marcellin. 17, 27. ‘Barbaris omne jus esse in viribus adsuevit.’ Vide eleganter de hac re disserentem Piccartum, observationum politicarum dec. 17. cap. 8. Nec tamen ad solos Barbaros hoc pertinet. Audi ex principe Græcorum urbe principem Lysandrum; qui, *Argivis in controversia de agris adversus Spartanos justiora sese afferre argumenta dicentibus, gladium stringens, Qui hunc, inquit, tenet, optime de finibus agrorum disputat.* Plutarch. in Apophth. Lacon. cap. 94. Nec ignotum est illud Romanum: *Si vos non dabitis, at hic dabit.* Et illud Parthicum: *Illud in summa fortuna æquius, quod validius.* Fr. Pomp. Mela III. 3. de Germanis: ‘Jus in viribus habent.’

Ferocius agunt] Nolim aliquid mutari præter consensum librorum; egregie tamen videbatur dictum, si *ferocius* reformare liceret in *ferro causa*-

sus. Sic ap. Tac. 6, 22, 5. Germanorum 'rixæ raro conviciis, sæpius cæde et vulneribus, transiguntur.' *Fr.* Sed vid. Liv. v. 36.

Exinde certamen] Salm. *et inde.* Grut. etiam hanc lectionem probat et ita in Pal. 1. extare testatur. Nescio tamen quomodo mihi arrideat ista lectio, quam posuimus, quæ quidem firmatur etiam Pal. 2. et 3. Mss. Vineti, itemque v. e. et Jornande. *Fr.* *Et inde* Flor. ceteri et om. ed. *exinde.* Ryck. *deinde:* sed ibi *de* fortassis pro *et* scriptum fuit, ut sæpe in illo libro: v. ad præf. n. 3. In Jord. est, *et inde ad certamen cum exercitu conversi Galli Clusio Roman.* Infr. II. 16. 3. 'Et hinc Achaicum bellum.'

§. 7 *Alliam*] Umbriæ fluvius in Sabinis, ex Crustumenis montibus in Tiberim defluens. 'Caminate' vocat Leander: Blondus *Curtesio* hodie vocari ait. Distabat ab urbe 11. lapide. *Pon.* Ryck. *Ad Aliam flumen* ut in vetustiss. quibusque libris hoc nomen scribi pridem docti præceperunt, ut et veteres Grammatici. *Græv.* Sic etiam Regg. Fran. et ex Edd. Junt. *Alia* e Plutarchi Camil. et Serv. in Virg. VII. Æn. 717. scribunt Sigon. ad Liv. Epit. v. Scal. v. de Emend. Temp. p. 415. Xyland. ad Plut. Camil. Manut. et Dausq. in Orthogr. et Schot. ad Aur. Vict. c. XXIII. *Allia* auctoritate Inscriptionis Pisanæ, et librorum Varronis, Liv. Cic. aliorumque, Noris. ad Cenotaph. Pisan. Dissert. IV. c. 6. In Cic. IX. ad Att. 5. Grævius edidit *Aliensis,* Jac. Gron. *Alliensis.* Idemque ad Gell. v. 17. in Ms. Reg. Gellii *Alliam* legi testatur.

Consul] Hoc anno urbis 365. Roma non Coss. sed Trib. mil. pro Coss. habebat: vide Liv. 5. 37, 3. *Vin.* Idem error est Orosii II. 19. quem ibi notavit Fabricius.

Non Cremeræ fœdior clades] Cremera hic nullum habet locum, cur enim institueretur comparatio illius Cremerensis cladis et hujus Alliensis? qualis enim illa esset? clade ad Cremeram accepta, trecentos tantum homines amisere Romani, Patricii fuerint omnes licet, quid attinet? Hic quædam hominum millia cæsa. Pluribus non arguam τὸ ἄχρηστον lectionis: legendum: *non temere fœdior clades:* ut scripti omnes exhibent tum Flori tum Jord. quos studiose et diligenter contulimus. Fœditatem et atrocitatem cladis testatur satis, dies fastis damnatus, quo accepta est. *Sal.* *Temere*] Hactenus editi, *Cremeræ,* quod nec ipsum eleganti sensu caret, cum illa clades ante Alliensem atrocissima fuerit, qua non solum florem patriciorum, sed clientium insuper quinque millia perdidere. Quam non leviter æstimatam, testimonio est Licin. Macer, ap. Liv. 9. 38, 16. qui 'clade, quæ ad Cremeram accepta est, abominandam Fauciam curiam' facit. Præterea tacite innui videtur una die clades has acceptas, eamque propter duplicatam maxime cladem fastis damnatam, quod Livius etiam, 6. 1, 15. Suet. Vitel. cap. 11. et Tac. H. 2. 91, 1. firmant. Adeoque concinna mihi videtur hæc lectio, ut, nisi illa altera tot libris firmaretur, non admissurus fuerim. Vide inf. not. 3. 18, 11. *Fr.* *Temere* Pal. 1. libri Vin. Ryck. Regg. Flor. Magl. et Voss. 3. *Cremeræ* Berol. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. et om. ed. idque sibi recipiendum putavit Begerus. Et confirmari potest ex Oros. II. 19. 'Testatur hanc Fabii cladem fluvius Alia, sicut Cremera Fabiorum.' Is autem alibi aliquot locis ipsa Flori verba ex hoc et superiori capite habet.

Hunc diem] Sic Turcæ 'dierum sortibus dediti' sunt. Pantaleon in Gestis Joannitarum, p. 301. pr. *Fr.*

Damnavit] Lucan. 7. 408. 'Et damnata diu Romanis Allia fastis.' *Id.*

§. 8 *Erant nulla præsidia*] De suo Jord. addit: *Jam mœnibus urbis adpropinquabant, ubi pene nulla erant præsidia:* fortasse credidit imperfectam

esse orationem. Hoc si putavit, frustra fuit; quod indicamus, ne quis ambitiosus, quales hodie multi, hinc occasionem arripiat pingue aliquod, ex hac animadversione, miscellaneorum caput conficiendi, et simul rectam Flori scripturam temere vexandi. *Sal.*

Tum igitur, aut nunquam alias] Nihil mutamus. Videntur tamen Codd. quibus Jord. usus est in sua compilatione, habuisse: *ut nunquam alias.* Nam ipse scribit: *sicut nunquam alias.* Sic inf. ubi veteres, 'In causam belli delecta Saguntus, ut Hispaniæ urbs, et opulenta,' Jord. maluit scribere, *velut Hispaniæ urbs:* quidam etiam hoc loco præferunt: *Tunc igitur haud unquam alias.* Sic Pal. alter. perperam. *Id.* *Tunc igitur*] Infra, 2, 2, 22. 'Romanæ urbis magnitudo calamitatibus fere approbatur.' Nempe verum est illud Sen. de Provid. cap. 3. 'Magnum exemplum nisi mala fortuna non invenit.' Adde inf. 3. 18, 13. *Fr.*

§. 9 *Quam primum majores natu*] Istud *Quam primum* non magis hic probum est, quam quod priscæ edd. habuere, *Jam pridem:* et mirum, optimum et eruditiss. virum Vinetum, qui tam multa in sua editione mutarat, hoc non mutasse; et justius potuisset, quam alia infinita, quæ loco non erant movenda. Prorsus emendandum est: *Jamprimum majores natu.* Nec quemquam esse puto, qui expositionem hujus vocis, aut emendationis rationem, merito a nobis exigere possit, quam sciant ex ingenio manasse primum, et libris postea omnibus stabilitam. *Sal.* Repræsentavi lectionem Palat. prim. quæ rectior quam Vineti *Quamprimum;* impressi reliqui, *Jampridem*, absurde. *Grut.*

Amplissimis usi honoribus] Hoc est, qui curules gesserant magistratus. Hi enim honores amplissimi Romæ. 'Honore usi' simpliciter dicebantur, qui magistratum gesserant, quos et 'Honoratos' dixerunt. Inde sæpe apud veteres et in antiquis saxis, 'plebe et honore usi:' de utroque ordine reipublicæ, plebeio, et qui in magistratu fuere. *Sal.* Ryck. *majores natu amplissimi, usi honoribus.* Nihil muta. *Græv.* Formulæ 'plebs et honoribus usi' multa exempla suppeditat Index Inscription. Grut. c. v. Sall. Cat. XLIX. 'Quod extrema ætate maxumis honoribus usus ab adolescentulo Cæsare victus discesserat.' Et Jug. XXV. 'Majores natu, nobiles, amplis honoribus usi: in quis fuit M. Scaurus.' Gruterus, ut sæpe alibi in Sallustio sine causa, ita hic quoque urit, et secat, ejicitque *usus*, et *usi.* Probat illius curationem in loco posteriore Perizon. Diss. de Dict. Cret. ad III. 1. §. 39. et contra Mss. additum dicit *usi.* Atqui Grut. hic unius tantum Ms. auctoritate nititur, priore loco nullius: nec quisquam Interpretum Sallustii, qui ingentem numerum librorum calamo exaratorum illius Scriptoris inspexerunt, has voces a suis exemplaribus abesse adnotavit, quas et ipse in scripto membranaceo inveni. 'Uti honoribus' in Livio, Cic. aliisque optimis Scriptoribus infinitis locis legitur; et magis crede usi in scripto, quem ad Jug. c. XXV. laudat Grut. propter similitudinem literarum in fine præcedentis, et capite sequentis vocis excidisse, quam a Sall. omissum esse.

Ibi, devovente pontifice, Diis se Manibus consecrant] Pro certo ponit, quam fuisse quorumdam opinionem perhibet Liv. lib. v. 'Sunt qui, M. Fabio,' inquit, 'Pontifice maximo præfante carmen, devovisse eos se pro patria, Quiritibusque Romanis, tradant.' *Sal.* Carmen et ritum devotionis vide ap. Liv. 8, 9, 5. 8, 10, 11. &c. 10, 28, 15. *Fr.* Add. Scal. ad Varr. IV. de Ling. Lat. p. 62. et Briss. I. Form. p. 109. 'Devovente' est formulam, et verba, quibus se devoverent, præeunte, ut ap. Liv. ll. dd. 'Pontifex' κατ' ἐξοχὴν

Digitized by Google

pro Pont. Max. quemadmodum hunc vocat Liv. v. 41. Sic Flor. III. 21. 21. 'Q. Mucius Scævola Pontifex.' Nam et hic Pontif. M. erat Appian. I. Civ. p. 404. Vellei. II. 26. et Liv. Epit. 86. Similiter Suet. Cæs. c. XIII. et Fest. in *Ignis.* Vid. Bos. de Pont. Max. Romæ Vet. Cap. II. §. 8. Ceterum qua ratione ducti, veteres se pro aliis devoverent, exponunt Casaub. ad Suet. Calig. XIV. Idemque et Salm. ad Spartian. Hadr. XIV. Add. Rupert. ad h. l. Mox *quisque sedes* Fran, Vid. Cap. 7. §. 9.

§. 10 *Sicut in trabeis erant et amplissimo cultu*] Liv. 'Quæ augustissima vestis est, thensas ducentibus, triumphantibusque, ea vestiti medio sedium eburneis sellis sedere.' Hæ trabeæ sunt et togæ palmatæ. *Sal.* Toga picta, et tunica palmata propriæ erant vestes triumphantium, et thensas ducentium, non trabea. Vid. supr. c. 5. Ruben. de Re Vest. c. 21. et Ferrar. in Analect. de R. V. c. XXVII. Sed Florus 'trabeas' dicit pro amplissimo cultu, quemadmodum mox ipse exponit, et quos hic in trabeis, eos paullo post in prætextis sedisse dicit. Sic II. 17. 16. 'trabeas' pro paludamentis Imperatorum ponit. Ap. alios quoque hæc nomina interdum confunduntur, nec semper pro certa specie vestis sumuntur: vid. Græv. ad Suet. Tiber. c. XVII. De formula, 'sicut erant,' Freinsh. ad III. 10. 22.

In sua dignitate morerentur] Vult dicere, in suæ dignitatis insignibus. *Sal.* Velleius, 2. 71, 5. 'Varus, liberti, quem id facere coëgerat, manu, cum se insignibus honorum velasset, jugulatus est.' *Fr.* Solebant morituri splendidissimo vestitu indui: vide inferius IV. 11. et quæ ibi notat Freinsh. *Græv.* Add. hic Rupert. Liv. v. 41. 'Ut in fortunæ pristinæ, honorumque, aut virtutis insignibus morerentur.'

§. 11 *Quidquid religiosissimum erat*] Grut. noster ita reposuit ex sua veteri ed. At om. sc. cum aliis edd. *quidquid religiosissimi erat.* Sal. Ita Pal. pr. et teste Salm. plures et meliores libri. alii *religiosissimum.* Fr.

Defossa terræ recondunt] Hanc lectionem tuetur optimus et antiquiss. cod. Naz. Jord. scripsit, *refossa terra reconderunt.* In Pal. 1. legitur: *defossa tecta recondunt.* In Q. *defossa terra.* Livius: 'Condita in doliolis defodere.' Mutavit hic Noster: *defossa in doliis terræ recondunt.* Lectionem Jordanis pro vera accipio, quam videntur etiam adstruere scripti, qui habent, *defossa tecta recondunt*, aut *defossa terra.* Sal. *Defossa terræ recondunt*] Sic omnino quoque Naz. neque abit Pal. 2. aut 3. quam quod ille habeat *terra;* hic *tecta*, adhuc depravatius: falluntur enim et fallunt, quibus Pal. ille 3. notæ melioris: ultimæ est, me quidem censore. *Grut.* *Terræ* habent Ryck. Voss. et Reg. Q, *terra* alii scripti, et om. ed. Nihil interest utro modo legatur: nam et 'terræ' et 'terra recondere' dicitur. Locus a doliis deinde 'Doliola' dictus est, ubi exspui nefas habebatur. Festus in *Doliola*, Liv. v. 40. et Varr. IV. de Ling. Lat. p. 37. *Quidquid* sequente neutro plur. eodem modo Liv. XXX. 17. 'Et quidquid aliud fecerit, quod cordi foret Masinissæ, ea Patres comprobare atque laudare.' Naz. *in doleis.* Vid. ad III. 20. 13.

Partim imposita plaustris secum auferunt] Jord. *secum plaustris Veios auferunt.* Multi certe ex Romanis urbe sua excedentes Veios concessere, sed sacerdotes cum sacris, quæ abstulerant, Cære petierunt. *Sal.* Nescio unde in Edd. Freinsh. venerit *avehunt*, quod deinde om. Edd., quas vidi, sequutæ sunt: nam in om. sc. et ed. est *auferunt.*

§. 12 *Nudo pede*] Reverentiæ et ταπεινοφροσύνης ergo: ut notat Casaub. ad Suet. Aug. 100, 10. ubi plura huc

Digitized by Google

pertinentia vide. *Fr.*

Lucius Albinus] Vetus Naz. *unus e plebe fertur Albinius.* Livio, 5. 40, 9. quoque dicitur 'Albinius,' non 'Albinus.' Libri Jord. vocant eum *Atinium.* Sal. *Albinius*] Ita Liv. 5. 40, 9. Val. M. 1. 1, 10. Naz. et quidam codd. alii enim *Alvanius.* Jordanei veteres *Atinius,* alii *Albinus.* Fr. *Albinus,* Plutarcho in Camill. Ἀλβῖνος. *Albinius* probat Sigon. ad Liv. v. 40. Hoc retinui ex Edd. Freinsh. et Grævii. Flor. *unus de plebe.*

Adeo tum quoque] Vere igitur Cicero Romanos céteris géntibus religione multo superiores fuisse pertendit. de Nat. D. 2. 3. et in Orat. de Harusp. Resp. cap. 9. in fin. *Fr.*

Privatis affectibus] Val. M. de Albinio l. d. 'Propior publicæ religioni, quam privatæ caritati.' *Adfectus* sæpe κατ' ἐξοχὴν pro amore erga proximos. Suet. Tit. VIII. 'Non modo Principis sollicitudinem, sed et parentis adfectum unicum præstitit.' Tac. XIII. A. 21. 'Silanam numquam edito partu matrem adfectus ignotos habere.' Capitol. Anton. Pio x. 'Neque enim vel philosophia, vel imperium tollit adfectus.' Unde apud inferioris ætatis scriptores 'adfectus' pro conjugibus, liberis, propinquis: quemadmodum hic quoque Freinshem. accipit in Ind. Vid. Casaub. ad Suet. Aug. XXI. et ad Capitol. M. Anton. Philos. XXIV. Savar. ad Sidon. VI. Ep. 4. et VIII. 8. et Barth. ap. Claud. Ep. XXXIII.

§. 13 *Duce*] Non *consule,* ut putabat Ælian. Hist. Anim. 12. 33, 3. *Fr.* Florus hic, et n. 15. ita loquitur de Manlio, quasi eum cum imperio in arce fuisse putaverit: quod falsum est. Nam Sulpicius tribunus militum cons. pot. ibi imperium habebat. Liv. v. 47. 48. et Plutarch. Camil.

Arcem Capitolini montis] Hinc Sidon. Carm. 5. 81. 'Quodcunque tuum est, quodcunque vocaris, Jam solus Tarpeius erat.' *Fr.*

Quasi præsentem] Cic. 1. in Verr. 7, 3. 'Homines cum (simulacrum Cereris) viderent, ipsam videre se Cererem arbitrabantur.' Plin. Paneg. cap. 1. 'Eodemque loci, quem Deus ille tam manifestus,' &c. Liv. 45. 28, 3. Sic Veget. lib. 2. ubi de sacramento milit. 'Præsenti et corporali Deo.' *Idem.*

§. 14 *Trepidi*] Nec injuria: ita ap. Liv. 44, 7. Cos. Marcius Dium urbem a Maced. relictam ingressus, 'vix satis' poterat 'credere in tantis rebus sine causa relictis, non aliquem subesse dolum.' Ita ap. Tac. H. 3. 20. Anton. Primus milites suos, Cremonam temere oppugnaturos, dehortatur: 'Neque enim ambigua esse, quæ occurrant, noctem, et ignotæ situm urbis, intus hostes et cuncta insidiis opportuna, non, si pateant portæ, nisi explorato, nisi die intrandum.' Adde Curt. 9. 1, 27. *Id.* Et Justin. XXV. 2. *Ne qui subesset* Naz. et quædam vett. edd. Vid. infr. Cap. 18. §. 20.

Pari clamore et impetu] 'Pari' refertur ad præcedens 'primo,' ut paritas illa sit trepidationis cum clamore et impetu, non autem horum inter se, ita seq. vs. 'pari vecordia,' scilicet, ut ante veneratione. Similis locutio in Tac. H. 4. 57, 2. 'Sabinus festinatum temere prælium pari formidine deseruit.' *Id.*

Ubi sedentes in curulibus sellis] Supra dixit, 'In curulibus sellis se posuerunt.' At heic omnes libri legunt, etiam Jord. *In curulibus suis.* Notum est, 'curules' etiam absolute dictas, eburneas illas curulium magistratuum sellas. Glossæ: '*Curules,* δίφρος ἐλεφαντικός.' *Sal.* Perplacet lectio veterum codd. a Salm. probata, et Ryck. auctoritate firmata: *Sedentes in curulibus suis prætextatos senes.* Probat etiam N. Heins. qui tamen totam hanc periodum refingebat hoc modo: *ibi* (sic alibi passim) *sedentes in curulibus suis prætextatos senes, velut Deos,*

Digitized by Google

genioeque venerari: mox eosdem ubi homines esse liquebat, alioqui, nihil respondere dignantes pari vecordia mactant, facesque tectis injiciunt, totam urbem ferro, igne, manibus exæquant. Nam *solo* abest a scriptis. *Grav.* Voss. 1. et 3. *sellis*, ceteri om. sc. Edd. V. B. S. et J. *suis*. Heinsii conjectura mihi non videtur contemnenda. Nam ex eo, quod Florus dicit, 'nihil respondere dignantes,' intelligi potest compellationem præcessisse. Præterea satis obscurum est, quæ in vulgata scriptura sit significatio vocis 'alioqui.' Sed et *ibi*, quod Heins. substituit pro *ubi*, apud Jordanem est.

Velut Deos Geniosque] An simul ut Deos majores et minores? Nam Genius est Deus inferioris notæ, ac de plebe. Sen. Ep. cx. Liber Ryck. sine copula *velut Deos Genios*. Non displicet. Horat. Ep. II. 2. 187. 'Genius....Naturæ Deus humanæ.' Inscript. ap. Reines. I. 165. 'Deo Genio sacrum. Nec Livius in hac re Deos memorat v. 41. sed, 'venerabundi,' inquit, 'intuebantur...viros... majestate simillimos Diis.' Plutarch. in Camill. κρείττονας vocat, i. e. genios. Vid. Procl. ad Hesiod. p. 78. Brod. Miscell. v. 30. Mox Voss. *esse homines*, ceteri sc. et v. e. transpositis vocibus *homines esse*, quod recepi.

Totam Urbem] Vet. ed. verbo auctior, *totam deinde urbem;* oppido bene, si adscribrentur Mss. *Grut.* *Tectis iniciunt* Magl. Ber. Duisb. Fran. et v. e. vid. supr. C. x. §. 5.

Igne, ferro] Rut. Itin. I. 40. 'Perpessus Geticas ense vel igne manus.' *Fr.*

Manibus solo exæquant] Mirabilis librorum consensus, ac veluti συμφωνία in repudianda illa dictione *solo*. Flori, Jordanis libri, omnes sine ulla varietate rejiciunt. Et nos quoque, quoniam hæc eorum factio est, eam hinc ejiciamus. Rectum est ac Latinum, urbem ferro, igne, manibus exæquari, quæ ad solum diruitur. Livius in hac ipsa historia: 'Quin etsi hæc omnia flammis ac ruinis æquata vidissent.' *Sal.* Hactenus editi, *manibus, solo exæquant;* sed non apparet in v. e. dictio *solo*, nec in ullo Pal. ideoque delendum; neque opus tamen mutare illud *exæquant:* utique cum et Latine dicatur, et compareat ἰσόφθογγος clare in Naz. secus quam alii prodidere. *Grut.* Diem vastationis hujus annotat Tac. 15. 41, 4. *Fr.* *Solo* nec scriptus nec editus ullus liber habet, præter Voss. 1. et Ald. Sic rursus 'adæquare' infr. III. 10. 20. Add. Schult. ad Sen. Controv. xxx.

§. 15 *Sex mensibus*] *Septem* legi vult Stadius ex Auctoribus. *Sex* tamen etiam habet Varro, lib. 2. de Vita P. R. 'Ut Galli Romæ Capitolii sint potiti, neque inde ante sex menses cesserint:' ita enim legendum, cum in aliquibus exemplaribus legatur, *gesserint*. Præterea expungenda videtur vox *Capitolii*. Ceterum Stadium juvat computatio temporum ex Auctoribus desumpta, quoniam Agell. 5. 17. et Macrob. 1. 16, 16. pugna ad Alliam commissa est postridie Id. Quint. Galli vero depulsi sunt Id. Febr. Plutarch. Camil. cap. 48. *Fr.* Serv. in Virg. VIII. Æn. 652. habet *octo* menses. Locus Varronis est ap. Non. c. IX. §. 6. ubi et ante sic emendaverat Gothofred. et ediderat Mercer. quem vid.

Pependerunt] Freinsh. in Ind. hæserunt, morati sunt. Sed ita videtur dicere, quod adclinata monti habentes castra quasi pendere de eo videbantur; quemadmodum capellas pascentes 'de rupe pendere' dicunt Virg. et alii. v. Cerd. ad Virg. I. Ecl. 77. Claud. de B. Get. 568. 'Credite nunc omnes, quas dira Britannia gentes, Quas Ister, quas Rhenus alit, pendere paratas In speculis.'

Quam tandem Manlius] Scripti omnes nostri: *cum tamen Manlius*. Sal. Ryck. *tantum*, Regg. Flor. Berol.

Digitized by Google

Duisb. Voss. 3. et edd. vett. *tamen.* Hæc varietas est e compendio scripturæ.

Anseris] Ideo nutriendos in turribus anseres præcipit Veget. 4. 26. et Columella, lib. 8. cap. 13. Canes enim fefellerant Galli; 'et eadem de causa supplicia annua canes pendunt inter ædem Juventutis et Summani, vivi in furca sambucea arbore fixi.' Plin. 29. 4. *Fr.*

Excitatus] Est qui *excitus* corrigit, sed vulgata lectio bene se habet. *Id.* Stewechium designari puto, qui ad Veget. IV. 26. et ibi et h. l. legendum censet *excitus*, eo quod Liv. v. 47. et Aur. Vict. c. XXIV. in hac re voce illa utantur, et quod non credibile sit, Romanos tam socordes ac somnolentos fuisse, ut excitandi fuerint. Unde apparet, eum existimasse 'excitus' nihil aliud esse, quam, admonitus, vel motus, nec id dici de eo, qui dormiens e somno excitatur. Fallitur. Nam et Plutarchus aliique tradunt vigiles Romanos somno oppressos fuisse, et 'excitus somno' non minus sæpe apud optimos scriptores legitur, quam 'excitatus.' Vid. Gron. ad Liv. VII. 36. et Wass. ad Sall. Jug. LXXV.

Panes] Inde Jupiter Pistor. lege Ov. F. 6. 350. Quemadmodum autem efficiatur, 'ut quæ desunt, abundare videantur,' tractat Frontin. toto cap. 15. lib. 3. Strat. cui adde Polyæn. lib. 7. de Mygdonio: Cæsar. de B. Civ. 3. 48. *Fr.* Liber Ryck. *in spe fiduciæ.* Duisb. Voss. 3. et omn. edd. præter Ald. *ad spem f.* *Spes* sæpe vitiose scribitur pro *species.* Vid. Freinsh. in Ind. Lang. et Fabric. ad Cic. II. Off. 3. Burm. ad Vellei. II. 118.

§. 16 *Fabium Pontificem ab arce demisit*] Iidem: *dimisit*, cum Jordaneis. Sed quo jure dimisit Manlius Fabium Pontificem ab arce? Quia scilicet in arce imperabat. Nempe ut solenne sacrum in Quirinali monte hic Pontifex conficeret. Atqui sciendum est non solenne illud sacrum populi Romani fuisse, sed peculiare genti Fabiæ. Nec Fabius idem ille Pontifex, quo devovente Diis manibus se tum consecrarant Romani, cui Marco prænomen fuit teste Liv. sed C. Fabius Dorsuo hic vocabatur, qui hoc sacrificium suæ gentis in colle Quirinali tum suscepit conficiendum. *Sal.* Idem tamen, quod Florus, etiam Dio scribit in Excerpt. Peiresc. p. 581. et Fabium non solum Pontificem, verum etiam hoc sacrum publicum, et certo loco Urbis extra arcem faciendum fuisse, dicit. Appianus quoque in iisdem Excerpt. p. 557. Fabium ἱερέα vocat, et ab eo sacrum anniversarium in templo Vestæ factum fuisse tradit: sed publicum, an gentilicium fuerit, non addit. Mihi potior est in hac re auctoritas Livii v. 46. et Val. M. 1. 1, 10. Dionem, Appian. et Florum eo lapsos credo, quod in hac historia memoratur 'M. Fabius Pontifex M.' qui senibus se devoventibus verba præivit, Liv. v. 41. et Plutarch. Camil. Sed Fabius, de quo hic Florus, erat 'C. Fabius Dorso,' quem Camillus ap. Liv. v. 52. nullo alio quam egregii adolescentis titulo ornat. Et Appiani narrationem hoc quoque suspectam facit, quod plane verosimile est, templum Vestæ una cum aliis publicis privatisque ædificiis a Gallis incensum fuisse. Begerus hic nova quædam docet, quæ mihi nondum comperta fuerant. Dicit Fabium hoc sacrum fecisse non ut Pontificem, sed ut Flaminem Quirinalem. Nam hoc sacerdotium Fabiis gentile fuisse. Idque intelligi posse ex nummo Numerii Fabii, Flaminis Quirinalis, item ex eo, quod in gente Fabia aliquot illustres Flamines Quirinales memorentur. Nummus ille est ap. Ursinum in gente Fabia. Sed ex eo non magis confici potest, Flaminium Quirinale gentile fuisse Fabiis, quam Pontificatum, Auguratum,

Digitized by Google

aliaque sacerdotia iis gentibus, quarum nummi nomina, et insignia sacerdotiorum illorum habent. Deinde, quod dicit hoc sacerdotium gentile fuisse Fabiis, id plane falsum puto. Potitiæ genti olim familiare fuisse sacerdotium Herculis scribit Liv. I. 7. et IX. 29. et Nautios custodes sacrorum Minervæ fuisse, Serv. ad Virg. II. Æn. 166. et III. 407. Sed Flaminium Quirinale gentile fuisse Fabiis non magis verum est, quam Pontificatum, Auguratum, aliaque sacerdotia publica fuisse in certa aliqua gente. Et Begerum in hac re falli constat e Livio, qui XXIV. 8. M. Æmilium Regillum Flaminem Quirinalem memorat, et e Cic. de Arusp. Resp. VI. qui Sextum Cæsarem. Nam unum tantum Flaminem Quirinalem fuisse certum est. Ceterum huic Fabio apud Dionem prænomen est *Cæso*, non *Cajus*, ut ap. Liv. et Val. M. idque probat Valesius, utpote usitatum in gente Fabia. Eidem non *Dorsuo*, sed *Dorso* cognomen fuisse ostendit Sigon. ad Liv. V. 46. et sic Appian. l. d. Δόρσων. *Dimisit*, quod e libris suis laudat Salm. habent etiam Ryck. et Reg. F.

Solenne sacrum] 'Solenne gentis Fabiæ,' Liv. 5. 52, 4. Alludit ad hunc morem Barclaius, lib. 3. ubi Selenissa ad Radirobanem: 'Instabat sacrificium meæ familiæ anniversarium.' Add. Liv. 42. 32, 3. Cic. pro Domo, cap. 13. Excerpta Valesii, p. 556. 2 Sam. 20. *Fr.* De sacris gentiliciis vid. Sigon. I. de Ant. Jur. Civ. Rom. 8.

Per media hostium tela] Liv. V. 46. 'Per medias hostium stationes.' Appian. et Dio διὰ τῶν πολεμίων. Nec quisquam tela in eum conjecta memorat. Et sic fortassis etiam verba Flori benigniore interpretatione exponi possunt. Nescio tamen, an more suo miraculi augendi causa ita loquatur.

Incolumis religionis auxilio] Livius, 5. 46, 3. Æstyi, ap. Tac. Germ. 45. 4. 'Matrem Deum venerantur, insigne superstitionis formas aprorum gestant, id pro armis omniumque tutela, securum Deæ cultorem etiam inter hostes præstat:' sed forte 'securum magis, quam tutum,' ut loquitur Morus lib. 1. Utopiæ suæ: aliter evenit ap. Virg. Æn. 2. 429. 'Nec te tua plurima, Pantheu, Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.' *Fr.*

§. 17 *Obsidio*] Quidam olim editi *obsidione*.

Mille pondo auri] Plin. 33. 1. 'Cum a Gallis capta urbe pax emeretur, non plus quam mille pondo effici potuere. Nec ignoro, duo millia pondo auri perisse, Pompeii tertio Consulatu, e Capitolini Jovis solio, a Camillo ibi condita, et ideo a plerisque existimari, duo millia pondo collata: sed quod accessit, Gallorum præda fuit, detractumque ab his in parte capta urbis delubris.' Sic igitur capiendus etiam Varro citatus a Nonio in voce *Torquem*. 'Auri pondo duo millia acceperunt ex ædibus sacris et matronarum ornamentis.' *Fr.*

Recessum venditantes] Quidam habent: *reditum*. Sed illi degeneres ac vilioris notæ. Sequitur: *Quum ad iniqua pondera addito adhuc gladio superbe victis increparent*. Ita testantur extare in suis libris Viri docti, et nos in nostris invenimus. Adhuc tamen cum vitio. Nec enim unquam 'increpare' cum dandi casu constructum legi. Consumptam igitur syllabam propter similitudinem et affinitatem puto. Omnino certe legendum: *cum ad iniqua pondera addito adhuc gladio, superbe væ victis increparent*. Scriptum erat *superve ve victis*. Sic infra, *circa Merinensium saltum* exaratum offendimus in membranis pro *circa Camerinensium*. Item paulo ante notavimus scriptum, *nisi capta urbe remearet*, pro *ne nisi*. Necessarium sane, ut illud *væ victis* inte-

grum heic legatur. Liv. 'Additus ab insolente Gallo ponderi gladius, auditaque intoleranda Romanis vox, Væ victis.' *Sal.* *Superbe victis increparent*] Eleganter, nec aliter aut trias Pall. aut Mss. Vin. qui tamen conjicit, *superbe væ victis increp.* frustra: nam ista intelliguntur tamen, quamvis non expressa: cusi fere *superbe victos:* at et v. e. alterum nostrum retinet. *Grut.* Pro vulgata tamen lectione forte sit locus Livii 9. 2, 15. 'Laborem irritum, præterquam quod hostes superbe increpabant:' et Plaut. Amphit. 1. 1, 224. 'Freti virtute, et viribus Superbi, nimis ferociter legatos nostros increpant.' Ita quidem, ut, si *victis* retineamus, Vineti emendatio placeat, mutata leviter, pro *superbe, insuper væ* legendo. *Fr.* *Reditum* Pal. 2. Regg. Magl. Ber. Duisb. Fran. et v. e. *Superbe væ victis* Flor. et Magl. Itaque retinendum putavi *væ*, quod jam ante edit. Grævii erat in Plantiniana A. 1584. probantibus etiam N. Heinsio, Ryck. et Periz. ad Sanct. Min. IV. 5. 1. Erat enim ipsa vox Brenni, ut Liv. v. 48. et Festus in *Ve victis.* Freinsh. conjecturam suam, quam sibi quondam in mentem venisse scribit Salm. in Notis prioribus, rursus inculcat in Indice, v. *Increpare.* Non adsentior illi. 'Superbe' recte refertur ad præcedens 'insolentiam,' et *ve* facilius excidere potuit post 'superbe,' quam *in* ante 'super.' Abiit autem vox hæc 'Væ victis' deinde in proverbium, de quo Erasm. in prov. 'Quid nisi victis dolor?' Sed Casaub. ad Polyb. 1. 6. recte notat Erasmum, qui proverbium Latinum ex coacta interpretatione verborum Græcorum Plutarchi, quam scriptoribus Latinis, et ipso usu concipere maluerit.

Aggressus a tergo Camillus] Variant in hac re narranda scriptores vetusti. Liv. v. 49. et Plutarch. in Camillo scribunt, Camillum in ipso articulo, quum Galli et Romani de ponderibus altercarentur, intervenisse, aurumque de medio tolli jussisse, et Gallos urbe expulisse. Alii Camillum Gallos, auro accepto jam ab Urbe digressos, insecutum prælio fudisse, et aurum recuperasse tradiderunt. Vid. Serv. in Virg. VI. Æn. 826. et Fest. in *Ve victis.* Mihi vera videtur eorum sententia, qui totam hanc Camilli victoriam commenticiam, et, quod Polybius prodidit, Gallos auro accepto obsidionem reliquisse putant. Vid. Rupert. ad h. l. et Palmer. in Exerc. p. 188. Add. Polyb. I. 6. Polyænus VIII. 25. 1. singularem historiam de perfidia Romanorum in Gallos refert.

Ut omnia incendiorum] De hoc Sidonius, Carm. 7. vs. 565. 'Texit fumantes hostili strage favillas.' *Fr.* Tumor poëticus, ad quem jure bonus Historicus erubesceret. *Rup.* Add. Græv. in Præfat. Livius, et Plutarch. qui Gallos a Camillo Urbe expulsos dicunt, tamen non multum sanguinis in ea fusum indicant. Quamquam omnes Galli ibi occisi fuissent, vel sic inepta esset oratio. Sed Floro locus aptus visus est, quem pingeret ex ampulla declamatoria. Begerus hæc eodem judicio defendit, quo a Floro scripta sunt.

§. 18 *Casas*] Varro ταφῇ Μενίππου. 'Antiqui nostri in domibus lateritiis, paululum modo lapidibus suffundatis, ut humorem effugerent, habitabant.' *Fr.* Add. Senec. Ep. XC. *Et flama* Ryck. Flor. Ber. Duisb. Vid. I. 6.

Incendium] Cic. in Verr. 4. 31. de incendio Capitolii: 'Ut illa flamma divinitus extitisse videatur, non quæ deleret Jovis Opt. Max. templum, sed quæ præclarius magnificentiusque deposceret.' Ita 'Timagenes, felicitati urbis inimicus, aiebat, Romæ sibi incendia ob hoc unum dolori esse, quod sciret meliora resurrectura, quam arsissent:' Sen. Epist. 91. *Fr.*

Digitized by Google

Sed expiata potius, sed lustrata] Acutiss. Gruterus reposuit hanc veterum cusorum lectionem, nec scripti dissentiunt, nisi quod habent: *expiata et lustrata:* pessime aliæ editiones: *illustrata.* Sequitur in libris: *igitur post assertam:* item in Jord. non ut vulgo, *ideo.* Sic supra: 'Ancus deinde Marcius, nepos Pompilii ex filia, pari ingenio. Igitur et mœnia muro amplexus est.' *Sal.* *Et lustrata*] Ita Pal. tres et Mss. Vin. quomodo fere etiam vetuste cusus, nisi quod ille, *sed lustrata*: nam Camertis editio, *sed illustrata;* acutius forte quam verius. *Grut.* *Potius sed* etiam Duisb. Voss. 2. 3. et v. e. *Illustrata* non solum est in plerisque editis, sed etiam in Ryck. Voss. 3. et Flor. Male: nam respicit ad sacra lustralia, quæ igne fiebant. Vid. Rupert. Paullo ante Naz. Pal. 2. Voss. Ryck. Regg. et Magl. *nec obruta.* Eadem diversitas est in fine superioris Capitis.

§. 19 *Igitur*] Antea legebatur, *Ideo*, sed alterum erat in tribus Pall. *Grut.* De urbe a Camillo restituta Liv. v. 49. seqq. et Plutarch. in Camillo.

Ac primum omnium] Hic novum caput ordiuntur divi Nazarii membranæ, cum hoc lemmate rubricato: GALLICA BELLA: sed, mea sententia, satius est assentiri ceteris libris, qui una serie connectunt et continuant hoc caput. *Sal.*

Naufragia sua latius traheret] Quum clade accepta tamen adhuc tantæ essent illorum reliquiæ, ut passim per Italiam sparsi ac vagantes eam vexarent. *Naufragium* de clade belli frequens est. Liv. XXVIII. 39. 'Consules cum exercitu in Hispaniam velut ad colligendas reliquias naufragii nostri misistis.' Cor. Nep. Them. VII. 'Apud quam jam bis classis regia fecisset naufragium.' Mela II. 2. 'Flumen Ægos naufragio classis Atticæ insigne.' Flor. IV. 2. 64. et IV. 11. 7. Et de aliis jacturis ac detrimentis, ut, 'Naufragia rei familiaris,' 'fortunarum.' Vid. Manut. ad Cic. IV. Ep. F. 13.

Nulla Senonum vestigia] Distinguendi igitur hi a 'Semnonibus,' qui, ut Tac. in Germania sua, cap. 39. ait, 'vetustissimos se nobilissimosque Suevorum memorant.' Eorum fines, ut recte notavit Velleius, 2. 106. Albis præterfluit, nisi quod perperam apud eum pro *Semnonum* expressum est *Senonum.* Ita enim legend. *A Rheno usque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermundorumque fines præterfluit.* Perperam, inquam, expressum ibi *Senonum.* Pon. Velleii locum ita correxit etiam Aldus Manutius. Senonum tamen mentio ap. Cæs. de B. Gall. 2. 2. *Fr.* Mendacium mendacio stipatum ingredi dicit Rupertus. Nam Virdungum observasse, multis post Romam captam sæculis Senonum mentionem esse ap. Polyb. Strab. Cæs. Plin. et alios. Vana est hæc criminatio. Nam hi agunt de Senonibus in Gallia Transalpina; Florus de iis, qui transcensis Alpibus sedes in Italia posuerant, et Romam ceperant. Hos autem jam ante Polybii ætatem a Romanis sedibus pulsos, ac deinde interiisse, constat e Polybio II. 19. et 21. Strab. lib. v. p. 212. 216. et Plin. III. H. N. 15.

§. 20 *Manlius*] Præter citatos initio capitis lege cl. Quadrigarium ap. Agell. 9. 13. Non. in voce *Torquem.* Cic. de Off. 3. 31. Appian. in Excerpt. Vales. p. 549. *Fr.* Val. M. III. 2. 6. eos, cum quibus congressi sunt Manlius et Valerius, 'Duces Gallorum' vocat. Hoc reprehendit Perizon. in Animad. Hist. c. VII. p. 264. tamquam profectum e studio res gestas insignium suæ gentis virorum amplificandi; quum alii omnes eos tantum 'Gallos provocantes' fuisse dicant, non 'Duces,' præter Gellium, qui IX. 11. ex vetustis Annalibus eum, cum quo pugnavit Valerius, 'Ducem Gallorum' vocet.

Digitized by Google

Sed hoc non de summo exercitus Duce, sive Imperatore, verum de ductore ac regulo partis exercitus populive accipiendum esse. Hoc si jam concedamus, tamen non video, quidquam esse in verbis Valerii M. unde appareat, eum hos Gallos pro summis Ducibus, sive Imperatoribus exercitus Gallici habuisse. Certe nihil prohibet, quo minus eadem interpretatio, qua Gellium exponendum putat Vir Celeberr. etiam ad verba Valerii M. conferri possit. Et tamen etiam Suidas in *Τορκουᾶτος* eum, qui a Manlio occisus est, 'Regem,' et Liv. VII. 26. eum, qui a Valerio, 'Ducem Gallorum' vocant.

Inter spolia detraxit] Liv. VII. 10. ita: 'Jacentis corpus ab omni alia vexatione intactum uno torque spoliavit.' *Detrahere* est proprium in hac re verbum. Liv. IV. 19. 'Tum exsangui detracta spolia.' Idem IV. 20. Claudius ap. Gell. IX. 13. Cic. pro S. Roscio. c. L. Aur. Vict. c. XXVIII. et Festus in *Opima*. De aureis torquibus Gallorum Freinsh. infr. ad II. 4.

Lucius Valerius insequente Gallo] *Insequente Gallo* antiqua lectio, inquit Vinet. Antiqua sane, vel etiam antiquissima sit, haud prohibet, quominus sit falsa, atque etiam falsissima: et plane est: sed illi antiquam esse haud concedam. Naz. de cujus vetustate supra diximus, *insidente galeæ*. Sic unus Pal. sic vetustiss. Jordanei. Alter, fateor, Pal. qui est, ut ita dicam, inter senem et juvenem, hanc spuriam obtrudit: *insequente Gallo:* si Gallus insequebatur, manifesto fugiebat Valerius, qui tamen vicit, et spolia retulit. Livium vide, et ejus Epitomen, in qua hæc eadem verba leguntur: 'Insidente galeæ corvo, et unguibus rostroque hostem infestante, interemit.' *Sal.* 'M. Valerius' est in Fastis, Liv. et aliis Scriptoribus, non 'Lucius.' Vid. Pigh. ad A. U. 405.

Sacra alite] Non corvum nominat, sed alitis sacræ nomine intelligit. Sacram alitem vocat ob augurium, cujus gratia multum observabatur hæc avis. Præpetem appellat Livius in hac historia, ubi sic loqui facit Valerium in sua precatione: 'Si Divus, si Diva esset, qui sibi præpetem misisset.' Et paulo ante, cum in galea ejus consedisset corvus, 'Ut augurium cœlo missum lætus accepit tribunus.' Ex avibus auguria facientibus, aliæ oscines, quæ ore; aliæ præpetes, quæ penna auspicabantur. Fuere et quæ ad utrumque valerent. Ut corvus, quem in hoc Valeriani certaminis miraculo præpetem indigitat Livius, quod volatu fecisset augurium, non cantu. Ceterum inter oscines etiam celebratus corvus. Ausonio dicitur 'Phœbeius oscen.' Poëtæ, 'Sacer ales,' de aquila. Græci accipitrem *ἱέρακα* absolute vocant, quasi *sacram volucrem:* unde quidam volunt nomen *Sacri* ad nos manasse. Sic vulgo nuncupamus alitem de accipitrum genere. Quæ vox plane origine Arabica est. Ut et illa, qua aliam prædatricem avem, sed degenerem, *buzam* appellamus. Verum de his alibi. *Sal.*

Et inde Corvini] Naz. cod. *Corvinii.* Non tamen 'Corvinius;' sed 'Corvinus,' auctoribus Lat. Græcisque dictus, qui primus hoc nomen adoptavit. Et sic ceteri deinceps. Paulo post melius legas: *ne quis extaret in ea gente, quæ incensam a se Romanam urbem gloriaretur.* Perperam in vulgatis *qui.* Tempore Dolabellæ, tametsi ille nullus delesset reliquias omnes Senonum, non tamen in ea gente extare potuit aliquis, qui hanc gloriam sibi vindicaret incensæ a se Romanæ urbis. Sed eorum nomen extinxit omne, ne quis superesset ex ea gente, quæ gloriabatur Romam a se incensam. *Id.* Totum locum edidimus, quemadmodum in Pal. suis legi testatur Grut. Pighius Annal. Roman.

Digitized by Google

lib. 4. in Ms. Cod. antiquo Flori, quem ex bibliotheca S. Amandi habuerit, ita se testatur reperisse: *Iterum Pontino in agro, cum in simili pugna Valerius, insidente galeæ sacra alite adjutus, retulit spolia, dictusque est ipse Corvus, et inde Corvini.* Certe Valerium hunc, in saxis Capitol. et priscorum monumentis, non 'Corvinum,' sed 'Corvum,' scribi, Stadius notat. Ap. Liv. etiam, 8. 16, 4. 'Valerius Corvus' est. *Fr.* *Et* ante 'inde' abest a Reg. Q, Flor. Ber. Duisb. Fran. et v. e. Pighii liber, quem memorat ad A. U. 404. in his, quæ in eo post vocem 'spolia' sunt, solus incedit. Nec indiget locus additamento illo. Est enim eodem modo dictum, quo paullo ante, 'inde Torquati:' i. e. inde posteri Valerii acceperunt cognomen Corvinorum. Nam alioqui Valerio ipsi cognomen fuisse 'Corvus,' non 'Corvinus,' e Mss. Livii, et Fastis Capitol. ostendit Sigonius ad Liv. VII. 26. cujus sententiam probat Pighius l. d. et ad A. U. 405. Sed diversæ sunt de hac re sententiæ Virorum doctorum. Muretus ad Propert. III. 9. et Schottus ad Aurel. Vict. c. XXIX. putant Valerium ipsum etiam 'Corvinum' dictum fuisse. Sed malo sequi Sigonium, Pigh. et Græv. ad Cic. de Sen. c. XVII. quorum sententiam etiam Fasti anonymi Norisiani, et Cuspiniani confirmant.

§. 21 *Tandem*] Est a libris Vin. Mss. nam Pal. 2. ac 3. *Tamen*, quomodo et v. e.; quippe posteriores, verbis duobus præmissis; *Nec non tandem:* uti et expressit Jord. quod item visitur in Pal. pr. nisi quod ibi, *tamen*. Grut.

Post aliquot annos] Circiter septuaginta; An. namque U. 472. hæc gessisse P. Cornelius Dolabella putatur, Cos. cum Cn. Domitio Calvino. *Vin.*

Omnes reliquias eorum] Plin. 3. 15. ubi de octava Italiæ regione: 'In hoc tractu interierunt Boii, quorum tribus CXII. fuisse auctor est Cato: Item Senones, qui ceperant Romam.' Dissentire tamen videtur Appian. in bellis Annibalis, ubi de Apennino: *A sinistro ad Ionium mare nunc quidem Italia est (nam et Hetruria Italia est) sed tamen partem ejus circa litus Ionium incolunt Græci, partem Galli, qui quondam Romam bello adorti incenderunt.* Fr.

Lacum Vadimonis] Ap. Liv. 9. 39, 6. leges, ad eundem lacum a Romanis cæsos fuisse Etruscos, ad ann. U. 445. Plinius Vadimonis ejusdem meminit, 2. 95. et Sen. Nat. Q. 3. 25. et Cato in Orig. Describit alter Plin. in Epist. ad Gallum, lib. 8. Epist. 20. Polybius, 2, 20. 'Οάδμονα, penultima brevi appellat, aut Polybii librarius. Obliqui casus ubique, rectus nunquam, quod meminerim. Leander Albertus, Italiæ descriptor, vix agnoscit hodie lacum hunc: et de illo dissentit a Blondo. *Vin.* Fabricio est lacus, qui hodie *di Viterbo* appellatur. *Pon.*

Quæ incensam] Sic Pal. 1. melius quam publicati, in quibus *qui:* quamquam id rectius videbatur Bernecero. Sed istud melius respondet præcedentibus, *ex ea gente.* Fr. Sic quoque Ryck. Regg. et Toll. *Qui* omnes alii, Frec. Jord. et om. ed. Recte Freinsh. Nam Florus loquitur de internecione totius gentis. Eorum, qui Urbem incenderant, haud dubie nemo etiam ante pugnam Dolabellæ cum Gallis superfuit: inter eam enim et Urbem captam interfuerunt anni plus centum. Vid. Salm. Jord. et Frec. *ex ea gente;* quod non displicet. Qui *quæ* mutarunt in *qui*, pro *ex* substituere debuerunt *in*.

Romam Urbem] Abundare conjeci *Romam*, et probat opinionem Bernecceru. Qua enim ratione Urbs pro Roma ponatur, adeo non ignotum est, ut etiam Azo JCtus, in illis humaniorum (ut vocant) literarum tenebris,

Digitized by Google

adverterit, pr. summæ in Cod. Vide et Steph. in 'Αλεξάνδρεια. Potuit illa vox e margine, quo forte interpretandi causa adpicta fuit, transisse in textum. Ita ap. Liv. 2. 43, 8. legitur: 'Fabio aliquanto plus negotii cum civibus, quam cum hostibus, fuit; unus ille vir ipse Cos. Rempublicam sustinuit, quam exercitus,' &c. 'prodebat.' Et Ap. eund. 4. 28, 9. 'Uni viro Messio fortuna hostium innititur.' Quis, locis his paulo attentius consideratis, non suspicetur, voces illas, *ipse Cos.*, et *Messio*, ab aliena manu irrepsisse? *Fr.* Aliter de utroque loco Livii sentit Vir summus J. Fr. Gronov. Hic quoque nihil tollendum arbitror. Nam 'Urbs Roma' infinitis locis ap. Veteres legitur. Vid. quæ congessit eruditiss. Wass. ad Sall. Cat. XVIII. Ceterum quum in Ryck. Toll. Regg. Duisb. Fran. et vett. edd. præter S. et P. sit *Romanam Urbem*, idque etiam Jord. habeat, et Edd. Vin. Grut. et aliæ recentiores, revocandum illud existimavi post Amst. et Beger.

CAP. 14 De hoc bello lege Liv. 8. Val. M. 6. 9, 1. et 9. 3, 4. Agell. 9. 13. Plutarch. cap. 22. Parall. Eutrop. 3. 1. Oros. 3. 9. Auctor. de Vir. ill. c. 26. et 28. *Cam.* Adde Diodor. 16. 91. Plin. 22. 5. Zonar. tom. 2. Cic. de Off. 3. 31. *Fr.*

§. 1 *Decio Mure*] Ita in libris suis fuisse testatur Vin. cum quibus consentiunt Naz. Voss. et Magl. *Murena* alii om. sc. et ed. præter Junt. Idem error est in exemplaribus Aurelii Victoris, et Orosii. Vid. Schott. ad Aur. Vict. c. XXXVI. Fabric. ad Oros. III. 9. et Pigh. ad A. U. 413.

Cum jus civitatis, partem imperii] De jure civitatis postulando, nullum verbum Legati Latinorum in senatu tum, cum de participando imperio egerunt. Duas res tantum petebant, ut alter consul ex Latio crearetur, et senatus pars æqua ex utraque gente esset. Hoc est, quod heic ait Florus, *cum partem imperii ac magistratuum poscerent.* Certe jus civitatis non pro magno petiissent, quod etiam subactis a se populis in Italia passim dederunt Romani, interim cum suffragii latione, interim sine hoc jure. Ut 400. Hernicis, a consule Marcio paulo post triumphatis, leges suas redditas tradit Liv. lib. IX. quia hoc maluerunt, quam jus civitatis. Adde quod Latini, qui hæc poscebant, ex coloniis Romanis plerique erant. Quin ille ipse Annius, Prætor Latinorum, qui pro omnibus verba fecit in his postulatis exequendis, ex colonia fuit Romana. Atqui certum est, colonias Romanas jus civitatis habuisse. Legebam igitur aliquando: *cum in jus civitatis partem imperii ac magistratuum poscerent.* Id est: ad jus civitatis, vel præter jus civitatis. Præter colonias Romanas nonnulli etiam ex populis Latinorum civitatem jam habebant, ut Tusculani. Veliterni jam cives erant veteres Romani. Non tamen omnes eo jure gaudebant. Id ex eo liquet, quod post varia prælia Romanorum cum Latinis sæpius rebellantibus, utpote qui neque bellum neque pacem pati possent, Romanis tandem placuit, quo Latinos sibi populos conservarent, ne ad extremum delendi essent, in civitatem eos accipere, alios alio jure, prout meriti essent singuli. Hoc narrat Liv. lib. VIII. Quo respexisse Florum hoc loco dubium non est, cum dicit, Latinos jus civitatis petiisse. Quod tamen nec eo tempore, nec unquam ab illis factum. Ex æquo se cum Romanis gerebant tunc temporis, nec pluris faciebant Romanam civitatem, quam suam quisque. Participare tantum imperia et magistratus volebant, et unam ex utraque rempublicam fieri, ex nomine Latino ac Romano; hoc tamen Romæ, ut patriæ potiori, concedentes, ut Romani omnes ab ea vocarentur. Nihil igitur hoc loco mutandum censemus: sed Flori error,

Digitized by Google

quales alios multos hoc toto opere notavi. *Sal.* *Jus civitatis*] Hoc pertinaciter sociis negarunt Romani, donec post crudelissima bella 'victis afflictisque, ipsi exarmati, quam integri, universis civitatem dare maluerunt,' ut Velleius 2. 17, 1. loquitur. *Fr.* Bellum indixit his verbis *jus civitatis* Salmas. ὁ πάνυ, præfatus non jus civitatis petiisse Latinos, sed tantum consortium imperii et magistratuum. Sed hoc ipsum est 'jus civitatis.' Sine jure civitatis nemo poterat Consul aut ullus Magistratus creari. Nam nemo nisi erat jure optimo civis, hoc est, qui jus suffragii ferendi habebat in comitiis, poterat petere magistratus, aut aliis dare. Ubi enim Latinus crearetur Romanus Prætor aut Consul? Num in municipiis aut coloniis Latinis fiet, et Romam ibi creatus mittetur, ut illius Urbis magistratum gerat? Nugæ. Recte Livius dicit in omnibus æquari voluisse Latinos Romanis. Nolebant diutius esse socii Latini nominis, sed cives Romani, et hac quidem lege, ut alter Consulum esset Latinus; hoc est, quod Livius dicit, ut alter a Latinis Consul daretur, sicut plebs dabat Consulem, cum Patriciis extorsissent jus Consulare, et effecerunt, ut ex plebe alter Consulum crearetur. Nec obstat huic sententiæ quod Antium fuit colonia. Non omnes enim coloniæ jus civitatis habebant, sed erant, quæ jus Latii Italiæve tantum habebant, ut nemo paullo humanior ignorare potest. Præterea Antium toties rebellaverat, ut merito jure civitatis, si id habuerat, exciderit, ut ex Livio constat. Non igitur hic peccavit Florus, aut ejus scriptura est immutanda. Sed quod paucis verbis dixit Livius, hoc Florus pluribus exposuit. Cum dixisset ille, jus civitatis petiisse Latinos, id quasi pluribus verbis hic explicat, vocatque partem imperii et magistratuum. Nam qui petit consortium magistratuum Romæ gerendorum, petit etiam jus civitatis. Cod. Naz. *cum jus civitatis partem imperii ac magistratuum poscerent, apud quam amplius, quam congredi auderent:* quod non temere spernendum esse N. Heinsius putat, et censet ex omnium optimi et vetustissimi libri vestigiis sic rescribendum esse hunc locum: *Cum jus civitatis, partem imperii, ac magistratuum caput poscere (quanto amplius quam congredi!) auderent.* Similis locutio ap. Liv. IV. 3. 'Civitatem, quod plus quam connubium est, hostibus etiam victis dedimus.' 'Caput magistratuum' est Consulatus, ut Senatus 'Caput publici consilii' ap. Liv. V. 39. ita sub ipsis loquebantur Imperatoribus: Naso in Ponticis de Sex. Pompeio Cos. 'Quanquam Martia nullum Altius imperium Consule Roma videt.' *Græv.*

Partem imperii] Nempe ut alter Consul Latinus esset. Idem postea petiere Campani ap. Liv. 23. 6, 5. et Sil. XI. 59. *Fr.*

Atque jam amplius quam congredi auderent] Non hæc mihi prorsus sana aut integra videntur. Suspecta etiam faciunt, quæ in libris est varietas, et maxime quam præfert Naz. liber, qui sic habet: *aput quam amplius quam congredi auderent.* Nihili facio ceterorum variationes. Nam magis etiam turbat Pal. 1. hac lectione: *pari imperio atque etiam amplius.* In 2. scribitur: *pari atque etiam amplius.* Si quid veri mens auguratur, totus hic locus ex vestigiis Nazariani sic concipiendus fuerit: *Cum jus civitatis, partem imperii ac magistratuum poscere, at id quam amplius quam congredi? auderent.* Plenus Noster hujusmodi interjectionum admirantium, vel interrogantium. Cum, inquit, auderent poscere partem imperii magistratuumque cum jure civitatis. At id quam amplius quam congredi? Nimirum longe majus fuisse significat, quod ausi sunt postulare partem imperii et

Digitized by Google

magistratuum, quam si Marte tantum congressi essent. Multi quippe populi ex reliqua Italia bello cum populo Romano contenderunt, at nullus ausus fuerat hactenus petere quod Latini tum poposcerunt. Nihil mutavimus ex antiqua scriptura Naz. Codicis, nisi quod ex *aput*, fecimus, *at id*. Notum est criticis, quibus veteres libri noti sunt, sæpe in his *p* pro *t* scriptum reperiri, et *t* pro *d*. Sal.

Atque jam amplius] Hoc omnem audaciam videtur excedere Floro, rem ex Romanis animis æstimanti. Et re ipsa amplius hoc est, quam congredi. Nam hoc etiam infirmiores sæpius audent: 'Quin' enim 'resistendum sit impugnantibus, nec eos quidem dubitare, qui spe victoriæ carent,' ait Mithridates ap. Justin. 38. 4. 1. illud, imperare nimirum, ut in consortium imperii recipiatur, non est nisi ejus, qui se pro pari, vel superiore gerit. *Fr.* *Poscerent pari imperio* etiam Ryck. Flor. et Edd. præter primam. *Atque jam* in Pal. 1. et 2. esse scribit Grut. Salm. hic *atque etiam;* sed hoc non adnotarat in exemplari suo. In om. sc. et ed. inveni *atque jam*, præterquam in Voss. 2. qui habet *apud quam*. Post 'auderent' posui distinctionem maximam e Duisb. et V. E.

§. 2 *Quis cessisse hostem mirabitur*] Istam scripturam non impugno. Non possum tamen quin moneam in Ryck. haberi: *quis cecidisse hostem mirabitur*. Plaut. Amphit. 'Crebrique hostes cadunt.' Ovid. VII. Met. 'Civilique cadunt acie.' Quint. 'Cecidere pro patria.' Mox idem codex *occideret*, pro quo in vulgatis est, *occiderit*. Græv. *Cecidisse* etiam Voss. 3. omnes alii *cessisse*. *Cedere* pro, vinci, non amplius contendere, usitatissimum est omnibus scriptoribus. Flor. II. 2. 25. 'Quia Carthago non cesserat.' Et II. 6, 61. 'Sed tamen Annibal cessit.' Vid. Freinsh. in Ind. Broekh. ad Propert. I. 9, 27. et ad Tibull. III. 6, 4. *Occiderit* habent alii om. sc. et ed. Recte, ut ostendit nexus orationis, et sequens 'devoverit.'

Alter Consulum] Manlium intelligit. Nam aliorum de Posthumio opinionem, in qua etiam Diodorus, 12. 64. esse videtur, et est Agellius, 17. 21. refellit Livius, 4. 29, 8. Inde cognomen 'Imperioso' hæsit. Livius ibid. et Plin. 22. 5. Vide etiam Agell. 9. 13. et Plutarch. Parall. cap. 12. Sall. Cat. 52. 27. Porcium Latron. Declam. in Catil. Dionys. 8. 79. Ælian. Hist. Anim. 12. 33, 3. ubi tamen Capitolino hoc tribuit, falso. *Fr.* Nemo omnium Scriptorum, quos laudat Freinsh. T. Manlium, de quo hic agitur, ex hoc facto 'Imperiosi' cognomen accepisse tradidit, præter unum Livium IV. 29. Sed Livium ex ipso Livio, qui VII. 4. patrem hujus T. Manlii, L. Manlium, ob sævitiam in delectu id accepisse auctor est, refellit, et filios illius etiam cognomen patris usurpasse e Fastis ostendit Perizon. c. VIII. Animad. Hist. p. 350. Idem viderant Rupert. ad h. l. et Castilioneus ad Sall. Cat. LII. e quo aliisque ad Sallust. consuta est adnotatio Thysii et Oiselii ad Gell. IX. 13.

Quasi plus in imperio] Hoc est: Quasi aliquid præter victoriam ex imperio et disciplina expectandum sit: sed amplius esse in eo docet iste Manlius ap. Liv. 8. 7, 16. et ap. eund. 8. 34, 2. L. Papyrius. Etiam Alex. Imp. ap. Lamprid. cap. 53. 'Disciplina majorum imperium tenet, quæ si dilabatur, et nomen Romanum et imperium amittemus.' *Fr.* Quasi utilius Reipubl. esset, si non contemnantur imperia Ducum, quam si victoriam miles de hoste reportasset. *Virdungus* ap. Rupertum. 'Plus est in imperio' eodem modo dicitur, quo 'Omnia in hoc sunt,' 'Totum in hoc est,' ap. Cic. et alios, nempe situm, vel positum.

§. 3 *Alter quasi monitu Deorum*] Immo Deorum monitu id factum Livius tes-

Digitized by Google

tatur, cum utrique consuli visa in somnis species viri supra humanum habitum, denuntiantis, ex una acie exercitum, ex altera imperatorem, Diis manibus terræque matri deberi. Notabis in sequentibus cacozeliam et poëticam licentiam sive lasciviam: 'novum ad victoriam iter sanguinis sui semita aperiret.' Satis erat dixisse: *ut iter ad victoriam sanguine suo aperiret*. Quid enim est: 'Sanguinis sui semita?' Nec melius aut sanius, quod in eadem habetur periodo: 'in confertissima se hostium tela jaculatus.' Quod idem est, ac si Græcus diceret, ἑαυτὸν ἠκόντισεν εἰς τὸ μέσον. Manilius de petauristis et parabolanis saltatoribus dixit: 'Sese jaculantur in auras.' Quod in Poëta et de illo hominum genere tolerabile. At insanum ac nimis κακόζηλον de Imperatore, qui in confertissimos hostes se immittit. *Sal.* Vide supra, 1. 13, 9. Alludit huc, fabulæque suæ aptissime inserit, nunquam sine laude nominandus Barclaius, ubi Sitalcen quendam Sardum, pro Radirobane et Sardorum exercitu se devoventem facit. Vide etiam Statium, Theb. 10. 757. Porro Auctores, qui nostræ historiæ mentionem faciant, annotat Camers, Plutarch. c. 38. Parall. Val. M. 5. 6, 6. Plin. 22. 5. et 28. 2. Auctor. de Vir. ill. cap. 26. Juv. 8. 254. (et 14. 239.) Virg. Æ. 6. 824. et Claud. de IV. Consul. Honorii, vs. 404. Idem multis post sæculis fecit Claudius Imp. ap. Victor. de Cæs. cap. 34. De Deciorum devotionibus vide Cic. Philip. 11. 6, 3. et ejusdem egregium, et, judicio Bernecceri, verissimum judicium, de Nat. D. 3. 6, 4. *Fr.* Tuetur hujus loci scripturam contra Salmasium non modo Claudianus, judice N. Heinsio, sic enim is in Paneg. de Cons. Mallii Theodori: 'Vel qui more avium sese jaculatus in auras,' pro quo *amentare* dixit paullo post in eod. Paneg. vs. 321. 'Quorum compositam puer amentatus in arcem,' ut ibi ille ipse Vir magnus restituit: sed et Florus l. I. c. 13. 'Signum in hostes jaculari,' et lib. I. c. 11. 'Jaculari se in hostem.' Sed nimis poëticum, inquit Salmas. quo loquendi modo solus usus sit Manilius, si illi credimus. At locus ille, quem tangit, non ap. Manil. extat, sed ap. Claudian. de Consulatu Mallii Theodori. Quid faciemus igitur A. Gellio, qui libro XVI. cap. 19. in Arionis historia, quam ex Herod. transfert, sed liberrimo orationis filo, in noctes suas Atticas, hoc inter alia ponit: 'Tum inter hæc eorum verba Arionem cum fidibus et indumentis, cum quibus se in mare jaculaverat, exstitisse?' *Græv.* Hic turbata sunt quædam in iis, quæ adnotat Grævius. Flor. I. 11. dicit, 'Signum in hostes jaculatus est,' et I. 13. 'Panes ab arce jaculatus est.' Gellius l. d. 'Quibus se in salum ejaculaverat.' Et sic Ov. VI. Met. 259. 'Seque ejaculatus in altum (sanguis) Emicat.' Sed tamen ποιητικώτερον videtur esse, quum homo se dicitur 'jaculari.' Liv. quidem VIII. 9. multo simplicius in hac re narranda 'Armatus,' inquit, 'in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit.' Ἀκοντίζειν de jactu e navi facto dicit Ach. Tatius lib. III. p. 159. Πάντα ὁμοίως ἠκοντίζομεν ἔξω τῆς νηός. Sed probo judicium Salmasii.

§. 4 *Ut in confertissima*] Sic Pal. 2. ac 3. nam 1. non agnoscit *ut*: male tamen: sane ut eidem Pal. 1. aliquis ita attendat, tanquam si solus errare non posset, nimium fuerit superstitiosi. Hoc enim ipso capite invenias ibi sphalmata scribæ; *quia*, pro *quasi*, item *devolverit*, &c. quæ exempli tantum causa produco, infinitis enim locis aliis turpissime errat; quod ei cum optimis quibusque membranis commune. *Grut.* *Ut* inveni in om. sc. et ed. In Reg. Q, singularis scriptura est, *ut in confertissima hostium tela equo raptus novum*. Probari posset, si accederet plurium Codd. auctoritas.

Digitized by Google

Sed tamen vulgatum magis convenit ingenio et stilo Declamatoris nostri, cui nusquam placuit simplicitas. 'Aperire iter ad victoriam semita sanguinis sui' post Salm. reprehendit etiam Græv. in Præf. ut inepte dictum. Quæ sit eorum verborum sententia exponit Burm. ad Phædr. Prol. lib. III. vs. 38.

CAP. 15 Hujus belli, tanquam parvi momenti, pauci meminerunt. Lege Auctor. de Vir. ill. cap. 33. et Oros. 3. 22. de Sabinis pop. Plin. 3. 12. et Sil. 8. 423. de Sabino enim nomine non idem omnes sentiunt. *Cam.* Vide etiam Frontin. Strateg. 1. 8, 4. et Euseb. item Liv. Epit. 11. 6. *Fr.*

§. 1 *A Latinis aggressus est gentem Sabinorum*] Nusquam legi, Sabinos in hoc bello se Latinis adjunxisse, aut, statim post Latinos, gentem eorum a Romanis arreptam ac debellatam. Nusquam hoc factum. Multo etiam magis a specie veri abhorret, quód addit, a Curio Dentato Consule subactos, et omnem eorum agrum igne ferroque vastatum. Verum quidem est, Curium Dentatum de Sabinis triumphasse, sed nec illi Sabini se Latinis istis adjunxerant, et bellum Latinorum, de quo hic loquitur, a bello isto Sabinorum, quo devicti sunt a Curio Dentato, magno intervallo temporum dissidet. Latinis debellatis et victos se fatentibus, cum servari eos placuisset, et beneficio, ne amplius rebellarent, demereri, civitas data est ex sententia Furii Camilli, qui consul fuit anno urbis....At Sabinorum bellum profligatum est per Curium Dentatum consulem Anno urbis....Anni sunt....Inter illud spatium multa alia bella gessit populus Romanus, Bellum Ausonum, Bellum Privernas, Neapolitanum, Samniticum, Etruscum, et alia, de quibus nullam hic mentionem habet Florus, qui duo tempore et causa disjunctissima bella simul conjunxit. Sic, magno dispendio rerum ac historiæ, fiunt hæc historica compendia. *Sal.* Curius Sabinos vicit A. U. 463. Bellum cum Latinis gestum est A. U. 413. quo Decius se devovit. Pax iisdem data Camillo et Mænio Coss. A. U. 415. a quo ad bellum cum Sabinis sunt anni 48. Vid. Panvin. Sigon. et Pigh. ad hos annos. *Aggressus gentem* Voss. 1. 3. et edd. quædam recentiores.

Immemores factæ sub Tito Tatio affinitatis] N. Heins. legendum esse contendit: *pactæ sub Tito Tatio affinitatis:* firmatque hanc conjecturam Liv. XXXIV. 32. 'Cum Philippo hoste nostro non societatem solum, sed affinitatem etiam pepigisti:' sic etiam ap. Velleium II. 65. *pacta affinitas* scribendum esse conjecit. Naso in Fast. de Castore et Polluce: 'Leucippo fieri pactus uterque gener.' Vell. I. 1. 'Quod pactæ ejus Hermiones nuptias occuparat.' Dubitat etiam annon scribendum sit ap. Flor. lib. I, cap. 1. *pax pacta, et fœdus pactum* alibi pro *factum.* Subjicit idem, sic in notis ad Nason. in Papinio olim recte se correxisse *connubia cœlo pacta,* ubi scripti libri constanter, sed male, *facta.* Sed et ap. ipsum Nason. similes mendas complures se sustulisse testatur. Hinc et *pacta jugalia* Ov. in fab. Cephali: 'Alter agebatur post pacta jugalia mensis.' Sic hunc locum correxit, cum optimus codicum *acta* præferret, vulgati *sacra.* Græv. Vid. Heins. ad Vell. l. d.

§. 2 *Dentato*] Rationem et originem talium cognomentorum lege ap. Plutarch. Coriol. cap. 14. et 15. *Fr.* De Curio add. Plin. VII. H. N. 16.

Qua Nar ambit, fontesque Velini] Mihi semper de mendo suspecta visa hæc lectio. Legeram ex conjectura primo: *qua Nar amnis fontesque Velini.* Quam mihi postea veram adprobavit consultus codex bonus et antiquus *Nar.* In antiquis Jord. exemplaribus hanc scripturam inveni: *eorumque loca a Varanio fonte Adriatico tenus mari*

Digitized by Google

igne ferroque vastavit. Quærendum, num aliquis fons Varanius in illis locis. Puto illum hanc lectionem exsculpsisse ex antiqua Flori et intricata scriptura, dum eam non satis assequitur: *qua Naranio fonte Velini.* Inde ipse fecit: *a Varanio fonte.* Quasi aliquis ibi locorum fuerit fons Varanius. *Sal.* Naz. satis clare expressit, *qua Nar, Anio, fontesque Velini, Adriatico, &c.* ut aliquid subintelligatur; quæ lectio minime profecto contemnenda. *Grut.* *Qua Nar ambit fontesque Velini*] Non potest ferri hæc lectio. Scribendum enim fuisset, *quem Nar ambit, fontesque Velini.* Recepi Naz. libri a Ryck. quoque firmatam, et Salm. probatam scripturam: *qua Nar amnis fontesque Velini.* Nec eam tamen esse integram facile mihi persuadeo. Sed cum Grut. ex vestigiis Jornandis apud quem habetur: *loca a Varanio fonte,* et veterum librorum Flori, in quibus scribitur: *qua Naronio fonte Velini;* legendum: *qua Nar, Anio, fontesque Velini.* His enim finibus Sabini circumscribebantur. Plin. III. Hist. 12. 'Sabini, ut quidam existimavere, a religione et Deorum cultu Seveni appellati, Velinos accolunt lacus, roscidis collibus. Nar amnis exhaurit illos sulphureis aquis. Tiberim ex his petens replet, et monte Fiscello labens juxta Vacunæ nemora et Reate in eosdem conditus. At ex alia parte Anio, in monte Trebanorum ortus, lacus tres amœnitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim.' Ceterum in hoc bello describendo Florus hallucinatur non tantum in ratione temporis, ut Salmasius ostendit, sed et in locorum situ, cum scribit Sabinorum terras a Nare, Anione et Velino fuisse vastatas ad mare Hadriaticum usque, cum illorum ager pertineret tantum ab his amnibus ad Apenninum; terras vero ab Apennino usque ad Hadriaticum tenuerint Galli Senones. Rectius itaque Auctor de Vir. Ill. in M'. Curio Dentato: 'Manius Curius Dentatus primo de Samnitibus triumphavit: quos usque ad mare superum perpacavit.' Subjicit de his tantum agri et hominum cepisse Curium, de quo et Florus loquitur. Postea subnectit, illum de Sabinis quoque triumphasse. Samnites tunc armorum societate juncti erant Umbris, Gallis et Etruscis: a Romanis fusi sunt in Senonum agro, in quem et postea coloniam duxerunt, quæ Sena dicitur. Hunc errorem Flori primus animadvertit Ph. Cluverius Ital. Antiq. lib. II. cap. VIII. et pluribus refellit. Ceterum N. Heins. conjicit legendum esse *qua Nar abit fontesque Velini.* Is enim fluvius, inquit, ortus in Fiscello monte agrum Sabinum atque Umbrum dividens, in Tiberim se tandem decurrens exonerat, auctus lacu Velino. *Græv.* Salm. in Ed. Commelin. hanc exhibet scripturam Codicis Naz. *Auarani ofonte in vel in Adriatico.* Ex ea potius legendum est cum Grut. *Nar Anio,* quod etiam Salm. ibidem probaverat, quam *Nar amnis.* Alii libri hic valde variant: de Ryck. monuit Græv. Pal. 1. *qua Nar fluvius ambit.* Sic quoque Fran. sed *quem* pro *qua.* Pal. 2. *qua natura ambit.* Vineti, Reg. F, Ber. Magl. Duisb. et om. ed. *qua Nar ambit f. V.* Florent. *qua Nar fluvius abit f. V.* Voss. 1. 2. *Nar abit:* quo confirmatur conjectura Heinsii. Reg. Q, *qua Nar f. V.* Voss. 3. *qua Nar amnis ambit.* Ex hac diversitate satis apparet: vitium esse in voce *ambit.* In Edit. Grævii prave editum erat *Naramnis* pro *Nar amnis.* Amst. sequuti judicium Grut. et Grævii ediderunt *Nar, Anio.* Hoc verum puto; sed non debui recipere.

§. 3 *Nec ipse posset æstim. &c.*] Vide Oros. 3. 22. refert Auctor de Vir. Ill. c. 33. Curium hunc de Samnitica victoria ita ad Senatum retulisse: 'Tantum agri se cepisse, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum hominum cepisset: tantum porro hominum ce-

Digitized by Google

pisse, ut fame perituri fuerint, nisi tantum agri cepisset.' *Fr.* Si verum est, quod scribit Aur. Victor, Florus confundit duas victorias Curii, et de Sabina dicit, quod ad Samniticam pertinebat. Sed Orosius hoc quoque refert ad victoriam ejus de Sabinis.

Cap. 16 Prima pars capitis hujus, de precibus scilicet et deditione Campanorum, habetur a Liv. 7. 30. &c. reliquum lib. 9. *Cam.*

§. 1 *Precibus deinde Campaniæ motus*] Et heic ὑστεροπρότερον χρονικὸν ingens a Floro commissum, dum Samniticum bellum, quod precibus Campanorum motus suscepit populus Romanus, tempore posterius facit Latino ac Sabino bello, de quibus tractat præcedenti capite. Ac de Sabino quidem nullum est dubium, cum tot annorum interstitio præcedatur ab isto Samnitico, quod susceptum est in gratiam Campanorum. Profecto ne Latinum quidem, etsi tanto antiquius Sabino, temporis primas ferre debeat contra Samniticum, quod prius est. Ecce enim Campani auxilium adversus Samnitem petiere, Coss. M. Valer. Corvino tertium, et Aulo Cornel. Cosso, quibus cura hujus belli demandata, qui et ambo de Samnitibus triumpharunt. Hoc initium belli Samnitici, et primus de hoc Romanorum triumphus. At Latini cum Campanis defecerunt, tribus ferme annis post consulatum M. Valerii, et initium belli Samnitici, in consulatu Manl. Torquati et Decii Muris. Prius certe finem accepit bellum Latinorum, quam Samniticum, quod quinquaginta ferme per annos duravit, cum vix debellati statim rebellarent, utpote de quibus quater et vigesies triumphatum sit. *Sal.*

Pro sociis] Tertium membrum divisionis propositæ supr. 1. 9, 6. De re ipsa vide Lips. Polit. 5. 4, 7. Diodor. 22. 1. *Fr.*

Samnites invadit] Naz. cum Jordaneis *Samnitas*, ἀρχαϊκῶς: sic *Pæanas*, *Acarnanas*, pro *Pæanes*, *Acarnanes*; vide Charis. lib. 1. *Sal.* Ryck. *Samnitas* quod et Naz. et Jornand. præ se ferre testatur Salmasius. Sane sic veteres sæpe scripsisse alibi pluribus exemplis ostendi. Idem codex Ryck. eodem modo paullo post. *Samnitas invasit.* Græv. *Samnitas* habent et hic et n. 7. excepto Fran. alii om. sc. et ed. In Ryck. utroque loco est *Sanitas*, n. 2. *Sanniticum*, et n. 7. *Sannium* et *Sanio*. Et sic varie alibi in eodem libro. Nec minus in aliis, *Sanitos*, *Sanites*, *Sampnites*, *Sanium*, *Sannium*, *Sampnium*, interposito *p*, ut *dampno*, *tempno*. Eamdem varietatem inveni in Ms. Aur. Victore, in quo etiam semper in accus. plur. erat *Sanitas* et *Sannitas*, non *Samnites*, ut edidit Schottus. Hi autem Græcis sunt Σαμνῖται et Σαυνῖται, Steph. in Σάμνιον, et Σαυνῖται, ubi vid. Holst. et Scal. ad Fest. in h. v. Straboni et Polyb. etiam Σαυνῖται, de quo Casaub. ad Strab. v. p. 250.

§. 2 *Erat fœdus cum utrisque percussum*] Immo cum solis Samnitibus. Ea causa repulsi primo Campani, auxilium contra Samnitem implorantes, quod negaret Senatus opem dare se posse, fide fœderis illæsa, externis, adversus socios atque amicos. Ita enim his respondit consul ap. Liv. ex auctoritate Senatus: 'Auxilio vos, Campani, dignos censet Senatus; sed ita vobiscum amicitiam institui par est, ne qua vetustior amicitia ac societas violetur. Samnites nobis fœdere juncti sunt.' Vide reliqua ap. Liv. lib. VII. Coacti itaque Campani se ac sua Romanis dedere, ut sic illis liberet deditictos suos tueri. Falsum igitur quod statim subjicit Florus: 'Sed hoc Campani sanctius, et prius, omnium suorum deditione fecerant.' Dicit fœdus Romano percussum cum utrisque populis, Samnitibus et Campanis; sed Campanorum fœdus prius ac sanctius fuisse, quod omnium suorum deditione factum sit. Hæc in-

ter se plane pugnant, fœdus cum aliquo facere, ac deditionem. Si deditionem fecere Campani, fœdus illud non fuisse constat. Nam per fœdus æquatio juris fit inter fœderatos. Per deditionem omnia unius traduntur in potestatem alterius. Ne ipsi quidem deditieii suæ sunt potestatis et arbitrii, sed illius esse censentur, cui se dediderunt. Demus fuisse fœdus, quod fecerunt Campani, dedentes se Romanis, non tamen prius fuerit quam Samnitium. Fœderati quippe jam tum Samnites erant Romanorum, cum ab his petitum auxilium venere Campani. Nec enim ante id tempus fœdere ullo aut societate juncti cum Romanis memorantur. Immo si fœdus illud fuit tunc, ideo factum est, ut defensores haberent Romanos adversus Samnites, antiquos amicos et socios populi Romani. Sed deditionem sui et omnium suorum facere adacti sunt, nec aliter auxilium obtinuissent. Tunc igitur opem illis pollicitus est senatus, quia jam inde pro suis rebus et hominibus illud auxilium dabatur. Nam deditieii in potestate sunt ac dominio eorum, quibus dediti sunt. Et recte mox Florus: 'Sic ergo Romanus bellum Samniticum, tanquam sibi, gessit.' Quia scilicet pro suis rebus ac suis dediticiis illud gestum est. Hinc illa in oratione Campanorum ad Senatum, cum se ac sua dederent ad auxilium impetrandum: 'Quandoquidem nostra tueri adversus vim atque injuriam justa vi non vultis, vestra certe defendetis. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deum, divina humanaque omnia in vestram, Patres conscripti, populique Romani ditionem dedimus.' Hæccine verba sunt ac formula æqui fœderis ac sancti? Immo deditionis, qua alterius potestatis fiunt, quæ olim sua erant. Sed ipse sibi contradicit Florus. Nam qui mox dixerat, bellum illud sibi gessisse Romanos, quia pro suis nimirum dediticiis, idem initio capitis scribit, populum Romanum, 'precibus Campaniæ motum, non pro se, sed, quod est speciosius, pro sociis, Samnites invasisse.' Hæc non possunt inter se conciliari, ut socii simul ac dediticii fuerint Campani Romanorum, utque Romani bellum illud, pro sociis pariter, ac tanquam sibi, rem suam scilicet gesturi, susceperint. Varie quidem fœdera; alia æquis, alia iniquis legibus. Sed deditio nunquam fuit fœdus. *Sal.* ***Hoc Campani sanctius et prius omnium suorum deditione fecerant***] Duo in his Flori verbis reprehendit Vir incomparabilis, quod deditionem vocet fœdus, et quod fœdus Campanorum dicat prius fuisse fœdere Samnitium. Sed nihil hic in se admisit Florus, cujus accusari merito possit. Nam deditionem quoque fœdus esse, sed omnium iniquissimum, id clare Menippus, Antiochi legatus ap. Liv. docet XXXIV. 57. ubi ait: 'Esse tria genera fœderum, quibus inter se paciscerentur amicitias civitates regesque. Unum, cum bello victis dicerentur leges: ubi enim omnia ei, qui armis plus posset, dedita essent, quæ ex iis habere victos, quibus multari velit, ipsius jus arbitriumque esse; alterum, cum bello pares æquo fœdere in pacem atque amicitiam venirent: tunc enim repeti reddique per conventionem res, et si quarum turbata bello possessio sit, eas ex formula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi: tertium, cum, qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendum coëunt, eos neque dicere neque accipere leges, id enim victoris et victi esse.' Est igitur inter fœdera deditio, sed iniquissima. Hoc Livius etiam docet lib. IX. 20. 'Theates Appuli impetraverunt, ut fœdus daretur: neque æquo tamen fœdere, sed ut in ditione populi Romani es-

Digitized by Google

sent,' hoc est, ut essent dediticii. Sic et Samnites ap. eund. lib. VIII. 1. 'Sidicinos, qui nec ut Samnites in pace, amicitiam, nec, ut Campani, auxilium in bello petissent, nec in fide populi Romani, nec ditione essent.' Hoc est: Qui nec æquo fœdere, ut Samnites, nec deditione, ut Campani, in amicitiam populi Romani venissent. Nam hæ erant dedentium se sollemnes formulæ. Plaut. Amph. I. 1. 'Dedunt se, divina humanaque omnia In ditionem atque in arbitratum, cuncti Thebano populo.' Et ap. Liv. lib. I. 'Deditisne vos populum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, divina humanaque omnia in meam populique Romani ditionem?' Proprie ergo in ditione esse deditionem significat, quod fœdus Livius vocat, sed non æquum: quia vero omnium fœderum erat iniquissimum, ut non longe abesset a servitute summa, hinc fœderi nonnunquam deditio opponitur, ut ap. Liv. eod. in loco: 'Campanorum aliam conditionem, qui non fœdere, sed per deditionem in fidem venissent.' Qui locus forte τῷ πάνυ imposuit, ut affirmaret deditionem nunquam fuisse fœdus; sed facile huic loco potest occurri, si recte explicetur. Hoc enim Latini aiunt, Campanos non fœdere, nimirum æquo, ut scilicet Latini, sed deditione, hoc est fœdere iniquissimo, in Romanorum societatem venisse. Primum crimen diluimus, alterum longe levius est, et minore negotio potest amoveri a Floro. Cum dicit Campanos suum fecisse fœdus sanctius et prius Latinorum fœdere, non vult tempore Campanorum fœdus præcessisse Latinorum, sed deditione suorum omnium fecisse, ut illi fœderi, quod cum Latinis fecerant Romani, præferretur et anteponeretur. Quo sensu dicitur 'nihil prius et antiquius habere,' hoc est, omnibus rebus anteferre. Phædrus lib. I. 'Si vocem haberes, nulla prior ales foret,' omnibus avibus anteferreris. Horat. IV. Carm. 'Qui color est puniceæ flore prior rosæ.' Quod autem in his Florus de Romanis, id Livius lib. VI. c. 10. de Nepesinis narrat, illis nimirum deditionis quam societatis fidem sanctiorem fuisse. Romanos sane jure dedititios præposuisse sociis, rationibus posset ostendi facile, nisi has partes jam pridem occupassent homines juris divini humanique peritissimi. *Græv.* Deditionem genus fœderis esse, etiam Rupert. hic adnotat e Sigon. I. de Ant. Jur. Ital. I. et Grotio, quem vid. in Adnotatis ad III. de J. B. et P. 8. 4. et II. 25. ubi docet, cur Florus dicat fœdus Romanorum cum Campanis horum deditione 'sanctius' factum fœdere cum Samnitibus. Vocem 'prius' Grævius bene exponit contra Salm. Et hujus significationis quamplurima sunt exempla in omnibus Scriptoribus, quorum nonnulla adnotavit Schult. ad Sen. Suas. III. Hinc 'prior' et 'potior,' item 'prior' et 'probatior' sæpe conjunguntur tamquam synonyma. Vid. Liv. XXII. 28. XXVII. 8. et XXXVI. 7. Tertia reprehensio Flori (tria enim in eo carpit Salmasius) quam primo loco a Salm. positam præterit Grævius, justa est: utpote quæ nitatur diserto testimonio Livii VII. 30. et 31.

Sic ergo Romanus] Quidam *pop. Romanus.* Non ita recte. Nam alibi sic loquitur, 'Romanus,' 'Germanus,' 'Tarentinus,' non addens, *populus.* Exempla passim obvia. *Sal.* Additamentum *populus* est in Pall. Ryck. Reg. F, Magl. Berol. Duisb. et V. E. Id ab alia manu intrusum esse etiam hoc argumento est, quod in aliis libris est *pop. Rom.* in aliis *Rom. pop.*

§. 3 *Omnium*] Campaniæ laus sumta est ex Plin. 3. 5. Solin. cap. 8. Strab. lib. 5. Eutropio 2. 1. Eleganter Silius Campaniæ laudes cecinit 8. 526. De his populis plura Plin. 3. 5. et 12. *Cam.* Adde Polyb.

Digitized by Google

3. 91. Dionys. 1. 37. Plin. 18. 11. Cic. pro L. Agrar. Strab. lib. 5. Inde est quod Sen. Epist. 51. ait: 'Hannibalem indomitum nivibus et Alpibus virum, enervaverunt fomenta Campaniæ.' Pertinet eo proverbium quod hodieque usurpari Camerar. Subcisiv. 1. 85. refert: *Il regno Neapolitano e un delicato paradiso, ma habitato da gli diavoli*. Fr. Ryck. *Omnium non modo Italiæ, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga est*. Mox idem: *Vesevus*, non *Vesuvius*, ut plerumque vetustissima monumenta. *Græv.* *Italiæ* ex hoc loco laudant Catanæus ad Plin. III. Ep. 7. et VI. 4. et J. Fr. Gron. ad Liv. XXXIX. 30. Et sic e Naz. et Pal. 2. adnotarat Salm. Sed *Italia* habent Regg. Fran. Voss. Toll. Duisb. et om. ed.

Nihil mollius cælo] Temperatius, clementius. Sic infra lib. III. cap. 3. 'Sed in Venetia, quo fere tractu Italia mollissima est, ipsa cœli solique clementia robur elanguit.' Sic Græci μαλακὸν usurpant, quod et mari, cum tranquillum est, tribuunt, ut et Latini, cum, voce inde mutuata, 'malaciam maris' appellant. *Sal.*

Nihil mollius cælo: denique bis floribus] Qui corruptum hunc locum censent, ipsi sunt corrupti potius judicii: quod prius emendent licet, quam quidquam hic attentare audeant. Naz. distinguit: *nihil mollius, cælo denique bis floribus vernat*. Vitiose. Elegans porro vocis notio *denique*, quæ ex abrupto, et ante expectatum, mira brevitate, venit. Nec adeo rara est apud antiquos ac probos Auctores, ut videri volunt docti criticorum. Hic Noster ea sæpe utitur. Supra de Veiis captis. 'Denique, non scalis nec irruptione, sed cuniculo et subterraneis dolis peractum urbis excidium. Ea denique visa est prædæ magnitudo, cujus decimæ Apollini Pythio mitterentur.' Solinus de fonte Hammoniaco. Ad quem locum nos plura. Frustra igitur ille Vir doctus, qui corrigebat: *Nihil mollius cælo dieque: bis floribus vernat*. Nec melius illi alteri successit, apud Velleium sic mutanti: *Nihil mollius cælo, nihil uberius solo, denique bis floribus vernat*. Elegantiam suam ac venustatem huic loco plane surripueris, si aliam lectionem admittas. Id ut melius constet, integrum eum, ut legendum est ac distinguendum, ponam: *Nihil mollius cælo. Denique bis floribus vernat. Nihil uberius solo. Ideo Liberi Cererisque certamen dicitur. Nihil hospitalius mari. Hic illi nobiles portus, Caieta, Misenus, et tepentes fontibus Baiæ*. Ut cœli mollitiem ac temperiem probet, bis flores ibi dicit emicare. Ut soli ubertatem ac fertilitatem ostendat, Liberum Cereremque de eo certasse proditum ait. Ut maris denique hospitalitatem testetur, portus aliquot nobiles in ejus ora recenset. Frequentior porro hujus vocis usus est in rebus narrandis, aut causis assignandis, ubi plures eduntur, ut ultimo loco ponatur ad orationis clausulam. Ut cum præponitur, 'primo,' deinde subjungitur, 'præterea,' et postremo additur, ad rem finiendam, 'denique.' Sæpe tamen ubi res una memoratur, aut causa una allegatur, statim per se solet inferri, ut heic: 'Nihil cœlo mollius: denique bis floribus vernat.' Quasi diceret: Adeo verum est, nihil esse cœlo mollius, ut bis ver in anno habeat. *Id.* Rara illatio vocis 'Denique,' cum nihil præcesserit, cui serviat. JCtis tamen aliisque etiam scriptoribus, non semel usitata; frustra sane reprehensa a Viro docto, Triboniani manibus iniquiore quam par erat: plane Pal. nostri tres propugnant hanc scripturam; et adsentior amicissimo meo Salmasio, belle sic ex abrupto inferri, illud 'Denique:' amicus tamen quidam meus aliquando suspicabatur, *cælo dieque:* acutius quam verius. *Grut.* Pluribus exemplis lectionem hanc firmat

Digitized by Google

Salm. in Sol. p. 382. D. 2. quib. adde Justin. 9. 4, 1. 11, 11, 4. 13, 2, 10. 23, 1, 15. et Papinian. in l. 13. de adopt. *Fr.* 'Denique' hic est: Ut paucis dicam: ut verbo dicam, unde reliqua intelligi possint. Græv. ad Cic. x. Ep. Famil. 10. et ad Suet. Aug. xxiii. Add. Jac. Gothofred. ad l. 87. D. de R. J. Freinsh. ad Tac. i. A. 28. et in Ind. Flori. Schegkius, quem hic tangit Salm. ad Vell. i. 4. scribit, se ita emendare e libris veteribus. Non scio qui sint hi libri, nulli eorum, qui Floro manus admoverunt, memorati.

Bis floribus vernat] Floribus gignendis bis habet ver. Ut 'hibernum' pro hieme, ita et 'vernum' pro vere absolute, dum subintelligitur tempus. Sed ut 'hibernare' et 'hiemare' annus dicitur Latine, cum 'hiems' est anni; ita et 'vernare,' cum est 'ver.' At cœlum bis vernat, cum bis ver facit. Possumus tamen heic intelligere, Campaniam bis venare, bis ver habere. 'Cœlo nihil mollius.' Inde est, quod bis vernat Campania. Alia est significatio verbi *vernare*, de avibus cantillantibus, ap. Poëtas. Ovid. 'Docili gutture vernat avis.' *Εὐστομεῖ.* Quia vere magis garriunt aves. An a vernis pueris, quorum garrulitas placuit veteribus. Unde et vernalis urbanitas, vernaculorum dicta. *Sal.* Adde Chron. Altissiod. pag. 5. b. et Aristot. Mirab. cap. 67. *Fr.* *Vernum* pro tempore verno est ap. Caton. de R. R. cxxxii. 'Postea verno arare incipito.' *Vernans tempus* dicit Poëta in Culice fin. 'Et quoscumque novant vernantia tempora flores.' Sed et flores ipsi *vernare* dicuntur: v. Heins. ad Ov. iv. F. 429. Ovidii locus ap. Salm. est iii. Tr. 12. 8. ubi legitur *indocili.*

Nihil uberius solo] Varro, ubi Italiam extollit, præcipue Campaniam laudat. lib. 1. de R. R. cap. 2. 'Quod far conferam Campano? quod vinum Falerno? quod oleum Venafro?' nam et ista sunt Campana. Iterum, 11. Rerum Humanarum: 'Ad victum optima fert, ager Campanus frumentum, Falernus vinum.' Livius 7. 38, v. 'Agrum Italiæ uberrimum, dignam agro urbem.' *Fr.*

Liberi Cererisque certamen] Sic de Campania Plin. iii. H. N. 5. ap. Stadium, 'Ut veteres dixere, summum Liberi Patris cum Cerere certamen.' Nempe quia tam fertilis erat vini ac frumenti, ut dubium videretur Liberi an Cereris ibi majora essent munera, fabula ferebatur, Deos de ea inter se contendisse; ut hic e Polyb. iii. 91. adnotat Rupertus. 'Certamen' pro re, de qua certatur, ut 'Desiderium,' pro eo, quod desideratur, ap. Cic. xiv. Fam. 2. 'Amores,' pro eo, qui amatur, Catul. Carm. x. et alibi.

§. 4 *Nihil hospitalius mari*] Ob frequentiam commodorum portuum. Non enim homines tantum hospitales, sed etiam loca. Unde inhospita tesqua, deserta et cultu vacua, ac proinde accipiendis hominibus parum idonea. Ita et 'inhospita maria' dici queant, quorum littus importuosum et accessu difficile. Sic etiam *εὔξεινος πόντος*, qui olim *ἄξεινος*, inhospitalis: 'Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.' Sed propter incolarum barbariem, non ob portuum penuriam, ita appellatum volunt. Eo tamen respexisse puto hunc Florum, cum nihil hospitalius mari, quod Campaniam alluit, esse dixit. *Οὐδὲν εὐξεινότερον.* Quasi melius id nominis mereretur, quam cui Græci hoc insigne dederunt cognomen. Hospitium, pro diversorio ac *καταγωγίῳ*, etiam media Latinitas dixit. Et Firmico 'Hospites' vocantur, qui tabernarum institores et caupones. Quod hodieque in nostro idiomate retinemus. Portus, hospitia quodammodo maris sunt. Sic et hospitale mare, cui frequentia talia hospitia. Virgilius *hospitium arenæ*, appellat plagas

Digitized by Google

vel stationes in littore, vel etiam portus, quibus naves excipiuntur. Æneas secunda Æneïde apud Didonem conquerens, quod naves suæ prohiberentur ad littus Africanum appellere: 'Hospitio prohibemur arenæ. Bella cient, primaque vetant consistere terra.' *Sal.* Contra, 'Pontus Euxinus, antea ab inhospitali feritate Axenus appellatus:' apud Plin. 6. 1. *Fr.* Nihil portuosius mari: quia portus sunt velut hospitia navium alto jactatarum. *Virdungus* ap. Rupertum. Sic contra 'Inhospitale litus' insularum, in quas Trajanus delatores relegabat, dicit Plin. Jun. Paneg. xxxiv.

Caieta] Caietam Latio novo, quia citra Lirim sita est, multi adscribunt: urbs est et portus in ora Formiani sinus occidentali; nomen habet a Caieta Æneæ nutrice, sive a littoris curvitate, teste Strabone, et hodie nomen retinet, distatque ab Urbe, in ortum æstivum, ad sexagesimum lapidem ab Aquilone. Formias habet adversas, ad quintum lapidem. Formiano sinu intermedio. *Stad.* Vid. Serv. ad Æn. 7. 1. *Fr.*

Misenus] Portus et promontorium est, olim urbs quoque satis celebris, quæ nunc diruta est. Ultra Caietam in ortum vergit, ad quadragesimum fere lapidem; dictus a Miseno Æneæ tubicine, teste Virg. 6. 234. Cumæ eodem tractu sitæ erant, sed in occasum æstivum 16. stadiis. *Stad.*

Baiæ] Promontorium, et urbs, et portus, ob tepentes aquas saluberrima; ab urbe ad centesimum lapidem in ortum brumalem distabat; cingebatur a septentrione Averno; a meridie, Augusti portu; ab occasu Lucrinum lacum habebat; ab ortu, Puteolanum sinum: ita ut nihil eo situ amœnius neque salubrius esse posset. Quare a Romanis frequentissime otii causa et deliciarum habitabatur: nunc fere suis ruderibus obruta jacet, etiamsi ob fontium et aquarum salubritatem hodie commendetur. *Stad.* Lege etiam Sid. Apollinaris Carm. xviii. Chron. Altissidor. p. 3. et Cassiodor. l. 9. Var. Epist. 6. *Fr.* Add. Dausq. ad Sil. It. xii. 113.

Lucrinus et Avernus] Ex præcedenti Baiarum descriptione noti sunt: et Strabo lib. 5. et Plin. 3. 5. et 30. 2. et 36. 15. &c. *Stad.*

Quædam maris otia] Inter portus maris Campani, Lucrinum et Avernum recenset. Atqui lacus sunt, sed ex eo genere, quas Græci λιμνοθαλάττας appellant, lacus nempe, quibus mare affunditur, æstuaria, quæ et στομολίμναι dictæ, quod ostia ad mare habeant, quibus aquam ex mari recipiunt. Hoc videns Jord. lectionem antiquam Flori mutaverat, quia vix eam caperet. Igitur pro *quædam maris otia*, sicut habent antiqua Flori omnia exemplaria, in omnibus Jord. legitur, *quædam maris ostia*. Verum quidem est, ostia maris esse lacus illos, qui in mare aperti sunt, et inde marino æstu implentur; sed aliud voluit Florus. Eleganter *quædam maris otia* esse dicit hæc æstuaria, quibus infusum mare veluti quiescit et otiatur. Non movetur quippe mare, nec procellis obnoxium, quod intra illos recessus conceptum tenetur. De bonis etiam portubus hoc possis dicere, quædam videri maris otia. Quales sunt in quibus naves haberi possunt ab omni ventorum flatu tectæ ac tutæ, sic ut vinculis alligari aut anchora fundari ibi opus non habeant. Talem describit Ithacæ portum Homerus Odyss. xiii. vs. 97. Δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ Ἀκταὶ ἀποῤῥῶγες, λιμένος ποτιπεπτηυῖαι, Αἵτ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα Ἔκτοθεν. ἔντοσθεν δὲ ἄνευ δεσμοῖο μένουσι Νῆες ἐΰσσελμοι, ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται. In ejusmodi portu 'æquora tuta silere' canit Virg. ut in Africano, quem ad instar illius Homerici: 'Geminique minantur In cœlum scopuli, quorum sub vertice late Æquora tuta silent.'

Digitized by Google

Silent igitur et quiescunt in ejusmodi portubus maria, ac proinde otia quædam maris dici possunt. Quin ostia sint, nemo ambigit. Verius tamen est, ut de Lucrino et Averno tantum intellexerit Florus, non etiam ad præcedentia retulerit. Nam in ejusmodi stagnis, æstu marino irriguis, mare restagnans, plane quietum manet, et quasi otiatur. *Sal.* *Otia*] Ita ausus sum reponere, suadente vet. ed. quodque annotasset Vin. ita quoque habere aliquot Mss. nihil enim verius aut elegantius dici potest: sicuti pluribus ostendo in Opinionum libellis. Vineti editio *ostia*, quod quomodo concoquant viri eruditi, nescio: certe nostrum reperitur quoque in tribus Pal. *Grut.* Merito tuentur Viri docti hanc lectionem. Plin. Paneg. cap. 82. 'Quantum dissimilis illi, qui non Albani lacus otium, Baianique torporem et silentium ferre, non pulsum saltem fragoremque remorum perpeti poterat.' *Græv.* Et sic plerique sc. et om. ed.

§. 5 *Hic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus*] Vetus Jord. *Hic amici vitibus montes*, eleganter, modo ita scripserit Annæus. Sic Horat. 'Amicum vitibus Caulonem' dixit: de Gauro Symmachus, de Campania loquens: 'Ubi Corniger Lyæus Operit superna Gauri.' Hos versus posuimus, ut scribendos putamus. *Guttur* vulgo, mendosissime. Schedæ Palatinæ: *Gutturi:* nos, *Gauri*. Sal. Vide Indicem, si lubet. *Fr.* Salm. ex uno Pal. scripserat *amici;* sed *amicti* est in omnibus libris, frequentissimo genere loquendi apud poëtas. Vid. N. Heins. ad Ov. x. Met. 100. et 1. F. 158. Salmasius verba Horatii II. Carm. 6. 18. e memoria laudans labitur. Nam ibi vulgo legitur, 'Et amicus Aulon Fertili Baccho;' pro quo cl. Bentl. edidit *apricus*, quum Heinsius maluisset *amictus*. Symmachi locus est I. Ep. 8. Ed. Lect. *Montes* non habet Fran.

Gaurus] Gaurus mons initium habet a ripa Liris orientali, atque ostio ejusdem fluminis, quod a Gauri vicinitate Gaurianus, unde vulgo *Gargiliano* dicitur. Hujus montis pars occidentalis, 'Gaurus;' orientalis, et juga ejusdem, 'Massicus;' septentrionalis, 'Falernus' dicebatur. Falernus ager ejus montis ad septentrionem declivitate porrigebatur. Vinum quod summis collibus nascebatur, 'Gauranum:' quod mediis, 'Faustianum;' quod imis, 'Falernum' vocari solitum est, teste Plinio, 14. 6. *Stad.* Vid. Cellar. II. Geogr. Ant. 9.

Pulcherrimus omnium] Jord. *cunctorum.* Idem mox: *quondam inter tres maximas, Romam, Carthaginemque, numeranda.* Flori omnes libri vulgo, *numerata.* Quod melius. *Sal.*

Vesuvius] Nunc *Sumanus* dictus, (*monte di Soma*) distat a Neapoli in ortum ad quartum ferme lapidem, clauditque ripam Sarni fluminis: ipse nobilis generosissimo vino, quod nunc Græcum vocant, et frequenti etiam incendio celebris est, eructat enim subinde flammas, et cinere quoque læto pinguique vicina respergit, verticem vero habet tostis et adustis saxis sterilem. Flagrasse sub Tito maximo incendio Xiphilinus testatur et Zonaras, itidem Suetonius Tito cap. 8. antea etiam flagrasse ex Strab. lib. 5. p. 170. f. constat et Vitruvio. Plinium Secundum, dum illud sub Tito incendium Vesuvii ejusque causas propius investigare contendit, crassa aëris caligine suffocatum interiisse, ad Tacitum Plinius ejus nepos lib. 6. Epist. 16. scribit. Ætna Siciliæ mons, perpetuo incendio in vertice lucet, ejusque causam Justin. 4. 1, 14. reddidit. *Stad.* Incendii sub Tito, meminit etiam Martial. 4. 44. eoque Cæsium Bassum Poëtam Lyricum cum villa sua conflagrasse, scribit in vita ejus Petrus Crinitus. Ceterum

Digitized by Google

plura post hoc Vesuvii incendia memorantur. Semel cum, Procopio lib. 2. Gotthic. teste, cineres Byzantium usque delati sunt. Pluviam illam ciueream refert Cassiod. 4. 50. et Zonar. tom. 3. eamque regnante Leone Magno accidisse. Iterum imperante Constantino quarto, Paul. Diac. 6. 4. Postremo anno Χριστογονίας 1538. Munsterus Cosmograph. lib. 2. et nostra memoria nuper extremo anno 1631. *Fr.* Morerius in Lexico Vesuvium ante Augusti ætatem quinquies arsisse scribit. Hoc quo auctore dicat, non scio: nec legi, qui certum tempus illius incendii ante Titum adnotaverit, præter Annii Berosum, qui in rebus Aradi, quem septimum Assyriorum Regem facit, Vesuvii incendium memorat. Sed huic quantum fidei habendum sit, nemo ignorat. Augusti tempore nullam certam notitiam ac memoriam, sed tantum verosimiles quasdam conjecturas, et vetustam famam incendii Vesuviani exstitisse, intelligi potest e Strab. Diod. Sic. et Vitruv. qui ea ætate floruerunt. Nam Strabo Lib. v. p. 247. scribit, e facie, quam vertex montis præfert, cavernisque et fistulis, ac lapidum colore conjici posse eum *quondam arsisse.* Et Diod. Sic. Lib. IV. p. 159. multa eum retinere *inflammationis pristinæ* vestigia. Ac denique Vitruv. II. 6. eum 'antiquitus flammas evomuisse' memorari. Plane incendia Vesuvii per aliquot sæcula ante Augustum nulla fuisse, etiam ex eo probabile videtur, quod Livius nullam usquam eorum mentionem facit: qui quum in prodigiis referendis ad superstitionem usque diligens sit, rem tam memorabilem non præteriturus fuisse videtur, si quid de ea in vetustis monumentis proditum invenisset, vel alioqui fama cognitum habuisset. Add. Cluver. IV. Ital. Ant. 4. et Jul. Cæs. Recupitum in Libro de Incendio Vesuv. p. 69. et seqq. Nihil interest *Vesuvius* legatur an *Vesevus:* sed hoc recepi, quod vix potest esse a scribis. Et ita placebat Ger. Vossio.

§. 6 *Formiæ*] Urbs Campaniæ, prius 'Hormiæ' dicta. Strabo lib. 5. Plin. 3. 5. quadraginta stadiis a Caieta. Cluverius illud ipsum oppidum esse autumat, quod hodie *Mola* dicitur. *Fr.*

Cumæ] Vetustissima et nobilissima civitas, a Chalcidensibus condita, teste Velleio, 1. 4, 2. et Strab. lib. 5. *Id.*

Puteoli] Urbs Campaniæ; Averno ab occasu abluitur, ab ortu sinu, cui 'Puteolano' nomen dedit, ipsa olim 'Dicæarchia' dicta fuit, a justitia magistratuum, teste Strabone, condita a Samiis, teste Eusebio, primis Romæ Coss. Bruto et Collatino. Inde a putore sulphureo, quem aquæ tepentes exhalant, 'Puteoli' dici cœpit, teste Strab. lib. 5. et Festo. [Sic Ozolæ Locri ap. Pausan. p. 685. 10.] Alii tamen (ut Varro lib. 4. de Ling. Lat.) a puteorum frequentia illud nomen faciunt: hodie *Puzzuolo* voce parum deflexa dicitur. *Stad.* Hujus urbis historiam descripsit Jul. Cæsar Capacius. *Fr.*

Herculaneum] Sic scribitur hoc et ap. Liv. extr. libro decimo: quod est 'Herculanium,' *i* pro *e* penultima syllaba, ap. Plin. 3. 5. Ἡράκλειον vocat Strabo, libro 5. quod nomen idem significat cum 'Herculaneo.' Nam ab Hercule, qui Græcis Ἡρακλῆς dicitur, facta 'Herculeus,' et 'Herculaneus,' idem sunt, quod Ἡράκλειος, nomen ab illo Ἡρακλῆς derivatum: et quæ Græcis, Ἡράκλειαι, id est, 'Heracleæ,' sive 'Heracliæ,' civitates appellantur, eas recte 'Herculeas,' et 'Herculaneas,' dicere possis. Fuerunt autem hæ multæ. Viginti tres numerat Stephanus, quarum una Campaniæ hic celebrata. *Vin.* Fuit autem urbs hæc Vesuvio monti vicina, ad occasum non longe a Leuco-

Digitized by Google

petra promontorio: Vesuvii montis cineribus sepulta jacet. *Stad.*

Pompeii] Vesuvio vicina ab ortu ad Sarnum, pari cum Herculaneo fato deleta. *Id.*

Capua] De nomine hujus urbis variæ scriptorum sententiæ. 'A campestri agro appellatam,' credit Livius 4. 37, 2. et Plin. 3. 5. Plerique a Capy, ap. Liv. d. loc. Suet. Cæs. 81. 2. Dionys. 1. 74. Strabo, lib. 5. Silius, 11. 298. 7. 'Tum Capys ut primus dederit sua nomina muris.' Hæc fere Schegkius ad Velleium, 1. 7, 5. Strabo, lib. 5. ait, *Tyrrhenos, cum duodecim urbes habitarent, quæ earum quasi caput esset, ea de causa Capuam nuncupasse.* Fr. A Capye quodam Trojano dictam etiam Virgil. scribit X. Æn. 145. ubi vid. Serv. et eumd. ad II. Æn. 35. Verior videtur sententia Livii et Plinii. A Dorico κᾶπος, pro κῆπος, i. e. locus vento perflabilis, ut sunt omnia loca plana, est 'capus,' et inserto *m*, 'campus,' e Caninii, et J. C. Scaligeri sententia. Vid. Voss. Etym. v. *Campus.* Hinc 'Capua,' et 'Campania.'

Quondam inter tres maximas] Quod et voluit præter alios Ausonius libello de urbibus, qui amplius canit: 'Heu nunquam stabilem sortita superbia sedem! Illa potens, opibusque valens, Roma altera quondam, Comere quæ paribus potuit fastigia conis, Octavum rejecta locum vix pone tuetur.' *Grut.* Alteram etiam suis temporibus Romam dixit Cic. Philipp. 12. cap. 3. Ap. eund. Orat. cont. Rull. 2. c. 32. legitur: 'Majores nostri tres solum urbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam statuerunt posse imperii gravitatem ac nomen sustinere.' Alexandria tamen, (teste Aristea, nec falso,) omnes urbes magnitudine et opulentia superabat. Adde Diodor. 17. 52. *Fr.* Capuam, Carthaginem, et Corinthum conjungit Flor. II. 8, 1.

§. 7 *Gentem, si opulentiam quæris, aureis et argenteis armis, discolori veste*] Paulo aliter hic locus descriptus in Naz. antiquo Cod. ad hunc nempe modum: *Gentem, si opulentiam quæras, aureis atque argenteis armatam misit discolori veste usque ad ambitum.* Ex quibus vestigiis non dubito legendum colligere: *aureis atque argenteis armatam armis, et discolori veste usque ad ambitum.* Fortassean et melius etiam scriberetur: *aureis atque argenteis ornatam armis et discolori veste usque ad ambitum.* Nam verbum 'ornari,' tam ad arma, quam ad vestem, trahi potest. Certe et *ornamenta* dicebantur arma. Ut de gladiatore ap. Sen. 'qui per ornamenta percussus est.' Vide porro, quid sit compendia scribere. Nunquam totum dicitur. Vix res, ut sunt, explicantur. Opulentiam Samnitium ex eo arguere vult Florus, quod aureis et argenteis armis ornarentur, ac discolori veste usque ad ambitum, hoc est, raris ac pretiosis fucorum pigmentis versicolori. Quis non putet isto argumento Flori, ita solitos semper, cum armari, tum indui, Samnites? Atqui semel tantum, aut bis, sic armatos constat, ac vestitos, in eo prælio quod pugnatum est ex parte Romanorum, ductu et auspiciis Papyrii Cursoris dictatoris. Ita rem narrat Liv. lib. IX. his verbis: 'Pari subinde periculo gloriæque eventu bellum in Samnitibus erat, qui præter ceteros belli apparatus, ut acies sua fulgeret novis armorum insignibus, fecerunt. Duo exercitus erant. Scuta alterius auro, alterius argento, cælaverunt.' Hæc sunt aurea et argentea arma, quibus armari solitos hoc loco Samnites scribit Florus. At bene monet Liv. nova armorum insignia hæc tum quæsivisse. Quod ab illis nunquam antea tot pugnis adversus Romanos pugnatis, nec postea nisi semel factum. Quod ad discolorem vestem attinet, noli etiam putare talem in quotidiano

Digitized by Google

aa promiscuo usu apud Samnitas fuisse. Immo, tum primum eam usurparunt, cum illis armis aureis et argenteis, nec deinceps, usi sunt. Quin et discolor illa vestis ei tantum generi militum eo prælio data est, qui armis erant ornati aureis. Nam qui argentea habebant, linteas indutui sumpsere candidas. Quod non debuit omittere Flor. At Liv. ibid. non omisit: 'Tunicæ auratis militibus versicolores, argentatis linteæ candidæ.' Cur non dixit hic Annæus, Samnites etiam indutui habuisse tunicas linteas candidas? Nec tacendum heic, ab illa armatura, quam tum induere Samnites, nomen et ornatum gladiatorum Samnitium apud Romanos processisse. Quod a Campanis acceptum est. Hi enim, cum summo odio prosequerentur Samnites, ad eorum derisum gladiatores, quod spectaculum inter cœnam exhibebant suis convivis, eo ornatu armarunt. Hinc Tritannus 'gladiator ornatura Samnis' ap. Solin. Ad quem locum nos olim plura. Hoc eodem porro apparatu et opulentia insignium armorum bellum iterum adornavisse Samnites memorat Liv. lib. x. Quod bellum profligatum est auspicio ac ductu Papyrii Cursoris consulis, filii illius dictatoris, qui prius eosdem Samnites similiter armatos et indutos debellaverat. *Sal.* Naz. *aureis et argenteis armatum misit discolori veste.* N. Heins. hinc conjicit Florum scripsisse: *aureis atque argenteis armis ornatam:* non *armis armatam,* ut perperam volebat Salm. Naso: 'Se quoque nympha tuis ornavit Jardanis armis.' 'Ornare' hic est, instruere, ut 'ornare classem milite' apud optimos scriptores. In Ms. Ryck. sane non *armatam* sed *auratam* legitur. *Græv. Quæris,* quod hic est in Edd. quibusdam recentioribus, habent Ryck. Magl. Regg. et Fran. In seqq. nec scripti nec veteres editi abeunt a recepta lectione; nisi quod in Reg. Q est *aureis et argenteis armatam discolori,* et in Voss. 1. 2. et Fran. *argenteis armatam,* omissis mediis. N. Heins. ad librum suum ita adscripserat: *Ornatam armis: mis* ex *armis, it* pro *et.* Idemque remiserat ad Gron. ad Liv. XXIV. 48. ubi ostendit Gron. 'ornare' sæpe idem esse quod, armare; de quo etiam Lips. II. Saturn. 17. et Salm. ad Solin. p. 26. ubi et locus Liv. IX. 40. 'Campani...gladiatores eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine compellarunt:' qui confirmat conjecturam Heinsii. Add. Suet. Cæs. LXVII. 'Habebatque tam cultos [milites], ut auro et argento politis armis ornaret.' In Hist. Misc. Lib. II. hæc ita leguntur: *aureis atque argenteis armis, et discolori veste usque ad ambitum ornatos.*

Aureis atque argenteis armis] Liv. 7. 29, 2. 9. 40. 10, 39, 11. Commune hoc fuit plerisque gentibus: 2 Reg. 8. vs. 7. *Tulit David arma aurea, quæ habebant servi Adarezer:* ita Persæ armati erant, Curt. 3. 10, 15. Justin. 11. 13, 11. ita Parthi, Justin. 41. 2, 10. Galli, Polyb. 2. Sic Alexander Argyraspidas instituit. Justinus 12. 7, 5. quod in successores ejus mansit: ita in Antiochi exercitu fuere Argyraspides. Appian. Syriac. Livius 37. 40, 7. Agell. 5. 5. Macrob. 2. 2. et ejus æmulatione Alexander Imp. etiam chrysoaspidas, ap. Lamprid. cap. 50. Quamvis jam tum sub Tito fuerint arma militum auro argentoque facta, ut indicat Joseph. de Bell. Jud. 6. 15. Aurei gladii mentio est in Epig. Græco Anth. sect. 1. titulo, Εἰς Πλουτοῦντας. Pertinet huc Marcellin. 31. 28. qui describit 'arma Imperatoris comitatus, auro colorumque micantia claritudine.' Rationem ejus rei reddit Polyb. II. 7. et Plutarch. cap. 14. in vita Philopœm. qui Achæos eo modo ornavit; aliam in Sertorio, qui Hispanos: cap. 22. At Brutus ap. eund. cap. 55. *acuere nonnihil putabat gloriæ cupidis pectora, avaros vero reddere*

Digitized by Google

etiam fortiores, quod arma sicut possessiones retinerent. Præter has alia etiam subfuisse videtur; disciplinæ quasi quoddam pignus et vinculum; inops enim miles Imperatorem minus quam hostem timet. 'Idcirco,' ait Lamprid. in Alex. Severo cap. 52. 'quod mendicitas militaris ad omnem desperationem vocat armatum.' Vide Curt. 8. 8, 16. *Fr.*

Discolori veste usque ad ambitum] Non simpliciter discolorem fuisse vult intelligi, sed ambitioso et exquisito luxu. Necessitas vesti excogitandæ causam et originem dedit, ut corpus tegeret. Ornatus deinde accessit, ut aptum decensque esset hoc tegumentum. Postea modum excessit hæc ornandi cura, et in luxum ambitumque, ex ampliore artis ac materiæ pretio, quærendis vestibus degeneravit. Scite Tertull. in libro de Pallio. *Sal.* 'Ambitum' Ryckius hic recte interpretabatur ostentationem. Et Perizon. adscripserat, Sulpic. Sev. II. H. S. 34. 'Crux reperta, dignoque ambitu consecrata.' Tac. I. H. 10. 'Novum officii genus, et ambitu ac numero onerosum:' i. e. dum se ostentant in eo, et placere student Galbæ sua severitate. *Ambitus* et *ambitio* sæpe dicuntur pro adfectato et ad ostentationem comparato studio. Tac. Germ. XXVII. 'Funerum nulla ambitio.' Idem Agric. XVIII. Sen. de Tranq. An. c. I. Corn. Nep. Dion. II. Sic *ambitiosus* pro eo, qui se jactat et ostentat aliqua re. Plin. XXIX. H. N. 1. Medicina 'ambitiosa ars;' de qua mox ibid. 'Ostentatio artis, et portentosa scientiæ venditatio manifesta est.' Add. Quintil. Prooem. Lib. VI. Inst. Orat. et Petron. c. XVII.

Si insidiarum fallaciam] Facessat hinc vox *insidiarum*, quam nulli habent libri. Cum hac lectione, si attendas, quid aliud dicat Auctor, quam, *si insidiarum fallaciam quæras, insidiis grassantem?* Atqui generatim fallaces esse pronuntiat, deinde, quo genere fallaciæ præstant, indicat. Gentis igitur ex eo fallaciam adstruit, quod struendarum insidiarum sint callentissimi. *Si fallaciam*, inquit, *quæras, saltibus et montium fraude grassantem.* Sed una hirundo non facit ver. Et male Florus in argumentum perpetuæ fallaciæ trahit, quod semel atque iterum callide ab illa gente pugnatum est. Tot præliis certarunt Samnites cum Romanis, et tamen, si furcas Caudinas excipias, vix reperias, quando saltuum fraude aut montium victoriam furati sint. Semel quidem aut iterum in valle instructi latere voluerunt, sed non fefellerunt. Quod spectat furcas Caudinas, quis nescit, non arte aut fraude Samnitum eo delapsos Romanos, sed suamet ipsorum imprudentia? Occasione si usi sunt Samnites, officium suum certe fecerunt. Non incallide quidem egerunt, sed fortunam tam bonam si amisissent de manibus, stupidissimi ac inertissimi omnium essent habiti. *Sal.* *Si fallaciam*] Sic om. Pall. antea vulgati, *si insidiarum fallaciam*, voce superflua. *Grut.* Tueri tamen possumus vulgatam lectionem similibus exemplis; Liv. 31. 36, 1. 'Fraus insidiarum:' inf. 2. 6, 36. 'Insidiæ Punicæ fraudis:' iterum Liv. 8. 24, 13. 'Discrimen periculi.' Justin. 31. 6, 3. 'Adulationes assentionum.' Lucan. 6. 548. 'Stillantis tabi saniem.' *Fr.* Justin. I. 8. 'Hostesque recenti victoria exsultantes pari insidiarum fraude circumvenit.' Et VII. 5. 'Frater quoque ejus Perdicca pari insidiarum fraude decipitur.' Sed *insidiarum* hic nulli libri habent, præter Edd. Ber. et Ald.

Saltibus] Ita circumventum et cinctum silvarum montiumque indagine Cos. Cornelii Cossi exercitum, Decius trib. mil. sua virtute expedivit. Junius Cos. exercitui spe prædæ digresso, insidiisque ad Bovianum perturbato, armis sanguineque hostium

viam aperuit. Iterum Cornelio Arvina Cos. ita vias saltusque obsepserant, ut ne qua commeatus subveheretur: sed et ille ferro hostes submovit. Nulla autem fraus ipsis successit in Rom. cladem pronior, quam ad Caudinas furcas; nisi oblatam occasionem infelici consilio corrupissent, de qua mox dicturus est Florus. *Stad.* 'Fraudem saltuum ac montium' dicit, pro insidiis in saltibus ac montibus, quæ loca insidiis aptissima sunt, structis, ut Virg. Æn. XI. 522. 'Est curvo anfractu valles adcommoda fraudi, Armorumque dolis.' Et *fraus locorum*, de iniquitate ac difficultate locorum, quæ ponendis insidiis apta, et ea loca ingressis fraudi sunt. Curt. V. 5. 'Sensimque et caute progrediendum erat, jam non hostium, sed locorum fraude suspecta.' Et VII. 7. 'Nihil aliud superesse locorum fraude deceptis.' Virg. Æn. IX. 397. 'Fraude loci et noctis oppressum.' De verbo 'grassari' vid. Fest. Non. et Bud. ad l. 16. §. 6. D. de Pœnis.

Si rabiem ac furorem, sacratis legibus] Quidam scripti: *sacris legibus*. Semel quoque his legibus usi Samnites. Nec recte Florus, sed suo more facit, dum unum id facinus arripit ad rabiem hujus populi arguendam, cum tot alia bella istius furoris expertia cum Romanis dispunxerint. Quasi compluries hoc genere detestationis et sacratæ legis bellum sumpserint, sacratis legibus in exitium urbis agitatos non dubitat heic dicere Noster. Legem sacratam hanc in usu etiam fuisse Etruscis, Liv. notat, et ab his usurpatum adversus Romanos in ea pugna qua pugnatum est ad Vadimonis lacum. Sic enim scribit lib. IX. et simul explicat vim hujus sacratæ legis, qua vir virum legebat: 'Et ad Vadimonis lacum Etrusci, lege sacrata coacto exercitu, cum vir virum legisset, quantis nunquam alias ante simul copiis, simul animis dimicarunt.' Hoc eodem more sacrata lege Samnites exercitum semel coëgerunt, dirisque et exsecrationibus eum obstrinxerunt, eo bello quo depugnarunt cum L. Papirio Cursore consule. Quod clare testantur hæc ejusd. Livii verba, lib. X. 'Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominatis ab imperatore eis dictum, ut vir virum legeret, donec sexdecim millium numerum confecissent.' Hæc vis et interpretatio sacratæ legis, qua vir virum legebat. Qui inter primos nominabatur, ut hac se lege alligaret, jurabat in verba diri carminis, quo caput suum devovebat, nisi isset in prælium quo imperator duxisset, aut si ipse ex acie fugisset, aut si quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset. Post hæc, qui sic juraverat, hisque diris se defixerat, jubebatur virum legere, mox simili exsecrationi obnoxium, deinde secundus tertium, atque ita deinceps usque ad ingentem exercitus numerum. *Sal.* Vide Liv. 10. 38. Adigebantur autem jurejurando nisi victo hoste non redire, quod etiam Romani prius usurpavere, Coss. M. Fabio, Cn. Manlio, ap. Livium 2. 45. ita etiam Ligures lege sacrata exercitum coëgerunt, ap. eund. 36. 38. Talis fuisse videtur ap. Spartanos cohors Scirites, cujus meminit Diodorus 15. 32. ap. Thebanos sacra cohors, inventum Gorgiæ, juxta Plut. Pelopid. cap. 31. et seqq. aut Athen. lib. 13. Epaminondæ. Ita Albericus Balbianus equites suos sacramento adegit, 'Nunquam se terga daturos externo hosti.' Jovius in vita Magni Sfortiæ cap. 9. Sic Labienus in exercitu Pompeii juravit, se nisi victorem in castra non rediturum. Cæs. de B. Civ. lib. 3. c. 87. *Fr.* Huc pertinet, quod de Acarnanibus scribit Liv. XXVI. 25. 'Sacratæ Leges' quæ dicantur docent Bud. ad l. 2. D. de Pœnis, et Perizon. Anim. Hist. c. X. p. 418.

Digitized by Google

Humanisque hostiis] Has multis quidem gentibus in usu fuisse, ut ne Romani quidem abstinuerint, non nego; de Samnitibus autem nuspiam me legere memini: propius igitur vero sit, intelligere Florum eos, qui propter altaria cæsi jacebant, eo quod jusjurandum abnuerant. *Fr.*

Si pertinaciam, sexies rupto fœdere] Toties rupisse fœdus Samnites, ex Livio, 10. 31, 12. colligo. Auctor Epit. Livii, lib. XI. in consulatu Fabii Gurgitis, qui de his triumphavit, scribit, 'cum Samnitibus pacem petentibus fœdus quarto renovatum esse.' Notatur ibidem, sequentis anni consulem Curium Dentatum bis triumphasse in eodem magistratu, 'Samnitibus cæsis, et Sabinis, qui rebellaverant.' Sic tum quinquies fœdifragi Samnites. Et videtur tum quoque fœdus cum his instauratum, quod tamen mox infregerunt. Nam in sequenti Epitome traditur, Samnites defecisse, et adversus eos ac Lucanos, Bruttios, Etruscosque, aliquot præliis a compluribus ducibus bene pugnatum. Hæc defectio Samnitium pro sexto fœdere ab his rupto numeranda venit. Duæ etiam sequentes Epitomæ meminere rerum prospere gestarum contra Samnites. *Sal.* Liv. 10. 31, 12. 'Adeo ne infeliciter quidem defensæ libertatis tædebat; et vinci quam non tentare victoriam malebant: quinam sit ille, quem non pigeat longinquitatis bellorum scribendo legendoque, quæ gerentes non fatigaverunt?' *Fr.*

Sexies] Vide Epit. Liv. 11. 5. *Id.*

Cladibusque ipsis animosiorem] Ita inf. 3. 21, 10. 'Redit ab Africa Marius clade major.' Et ap. Justin. 27. 2, 4. Seleucus 'lætus malis suis, et damnis ditior redditus:' et ejusdem Mithridates ita victus est, 'ut major clariorque in restaurando bello resurgeret, damnisque suis terribilior redderetur,' 38. 1, 8. Adde inf. 3. 5, 20. *Id.*

8 *Hoc tamen quinquaginta annis*] Quinquaginta annos durasse Samnitium bella cum Romanis vult. Ego plus invenio, et sic colligo. Scribit Liv. lib. X. in hæc verba: 'Supersunt etiamnum Samnitium bella, quæ continua per quartum jam volumen, annumque sextum et quadragesimum, M. Valerio, A. Cornelio Consulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus.' Hæc scripta in consulatu Q. Fabii et P. Decii, anno urbis.... Jam tum sextus et quadragesimus ibat annus belli perpetis Samnitium ac Romanorum. Oporteret inde usque ad ejus finem non amplius quam annos quatuor processisse, ut sic fierent anni quinquaginta Annæi, quibus domitos ac subactos dicit Samnites. Atqui ab his consulibus ad Curium Dentatum, qui de his rebellantibus triumphavit consulatu suo, quatuor anni, explendo Flori numero, intersunt. Tribus tamen postea voluminibus adversus eos bellatum, resque feliciter gestas memorabat, ut Auctor Epit. significat, qui ea bella usque ad Pyrrhi regis mortem deducit. Sic enim in XIV. Epit. scribit: 'Res præterea contra Lucanos, Samnites, et Bruttios feliciter gestas, et Pyrrhi regis mortem continet.' Et sane verisimile est, quamdiu Pyrrhus in Italia adversus Romanos belligeravit, fuisse in partibus Samnites, nec occasionem tam bonam amisisse rebellandi. Ceterum a consulatu M. Valerii et A. Cornelii, quo primum arma Romana Samnitibus illata sunt, usque ad Pyrrhi mortem, anni intersunt ferme.....*Sal.* 'Quadraginta novem' pro 'quinquaginta,' Eutropius 2. 12. et Orosius 3. 22. Camers legeret *octoginta*, pro *quinquaginta*, quot invenit annos in prooemio Appiani, propter illos viginti quatuor triumphos: sed vel vicies quater uno anno istis, puto, licebat, si lubebat, de eadem gente semel victa triumphare. Cos. Varro ap. Liv. 23. 5, 5. dicit Rom. cum

Digitized by Google

Samnitibus per centum prope annos belligerasse. Ita fortasse neque Appianus subtilem annorum computationem ibi facere voluit. Livius 7. 92, 2. scribit adversum Samnites mota esse primum arma M. Valerio Corvino tertium, A. Corn. Cosso Coss. quem putamus annum Urb. 411. Eutropius vero auctor est, ei bello finem imposuisse Coss. Cornel. Rufinum et M. Curium Dentatum: quorum consulatum putamus incidisse in annum Urb. 464. Si hæc ergo vera sunt tempora initii et finis hujus belli Samnitici, id non plus 53. annos duraverit. *Vin.* Idem Liv. 23. 42, 5. per centum prope annos Samnites bellasse cum Romanis repetit. Scaliger ad numerum Eusebianum 1697. et Stad. colligunt annos 71. quæ computatio propius ad Appiani et Livianam accederet; proxime autem consentiret cum ea, quam idem Livius 31. 31, 10. proponit. *Fr.* Add. Fastorum Enarratores ad A. U. 410. et Sigon. ad *Liv.* XXIII. 5. A tertio Consulatu M. Valerii Corvi et Cornelii Cossi ad mortem Pyrrhi sunt anni LXXI.

Per Fabios et Papirios] Non quidem solos, sed præcipue per hos. Nam horum minimum undecim victorias memorat Liv. Lib. VIII. IX. X. et Epit. XI.

Ita ruinas ipsas urbium diruit] Mirum quam diversa ab hac unius Pal. scriptura, qui habet: *ita ruinas ipsas montium diruit.* Forte pro *mœnium* aut *mœniorum*. Aliter non video quis sit illius lectionis sensus. Quin ea ipsa potius falsa ac rejicienda. Sequitur in Naz. *ut hodie Samnium in ipsa Samnio requiratur.* Non ut habent hactenus editi: *in ipso Samnio.* Figura est πρὸς τὸ σημαινόμενον. Ut, 'Eunuchum suam.' Et apud Poëtam: 'Defensa est Ilion armis.' *Sal.* *Ipso Samnio*] Ita tres Pall. et subintelligitur, *regione:* ante *casi*, *ipso Samnio*. Grut. De suo seculo loquitur, sed illa vastitas non a Fabiis et Papiriis, verum a Sylla. Dicit hoc Strabo, lib. 5. sub finem, pag. 172. Sic Sen. Epist. 91. 3. 'Lugdunum, quod ostendebatur in Gallia, quæritur.' Adde *du Bellay, des antiq. de Rome, Sonnet.* 3. *Fr.* Sen. l. d. 'Si Samnium adspicias, illud non pro Samnio agnoscas.' *Quæri* et *requiri* eleganter dicuntur, cum quæ absunt ac desiderantur, tum quæ ita conciderunt, ut periisse videantur, et quæsita vix inveniantur. Colum. I. de R. R. 4. e Catone c. IV. 'Areæ tantum complectatur, quantum ne villa fundum quærat, neve fundus villam.' Virg. Ge. III. 531. 'Tempore non alio dicunt regionibus illis Quæsitas ad sacra boves Junonis.' Et sic videtur accipiendum in Inscript. ap. Grut. 642. 1. 'Quem omnes sodales sui querunt,' pro, desiderant; ut Corn. Nep. Cim. IV. 'Hunc Athenienses diu desiderarunt.' Nisi forte ab imperitioribus *querunt* positum est pro *queruntur*. Plura Schott. Nod. Cic. III. 13. Gron. ad Liv. XXV. 38. et II. Obs. 11. Græv. Lect. Hesiod. c. IX. et Broekh. ad Tibul. II. 3. 26. *Ruinas ipsas montium* etiam Reg. F et Magl. *In ipso Samnio* Magl. Berol. Duisb. Regg. Voss. 1. 2. et v. e. Plura hujusmodi quære in Sanct. Min. IV. 4. in ellipsi v. *herba*, et *urbs*. Heins. ad Ov. I. Heroid. 47. et Taubm. ad Virg. III. Æn. 3.

Quatuor et viginti] Pighius ad A. U. 410. e Fastis 30. triumphos de Samnitibus numerat, et Florum fortassis duos aliquoties eodem anno a Collegis Coss. ductos pro uno numerasse putat.

§. 9 *Clades apud Caudinas furcas*] Vetus editio cum omnibus scriptis, qua Flori, qua Jordanis, habet: *apud Caudinas furculas.* Ita etiam semel ap. Liv. vocantur ὑποκοριστικῶς, lib. IX. 'Interclusum Romanum exercitum obsideri, cladisque imaginem Furculas Caudinas, memorabant.' *Sal.* Historia habetur a Liv. 9. 2. &c. Val. M. 5. 1, 5. ext. 7. 2, 17. ext. Plutarch.

Digitized by Google

cap. 6. Paral. Auctor. de Vir. Ill. cap. 30. Augustin. Civ. 3. 17. Lucan. 2. 138. Nota sunt quæ Eutropius et Oros. de hac ipsa clade scribunt. Lege quæ scribit Cic. Off. 3. 30. Gesta sunt autem hæc anno 426. ab U. C. auctore Orosio. *Cam.* In margine editionis Livianæ Gruteri adnotatus est annus A. U. C. 433. Pighius in Annal. refert ad An. 432. *Furculas autem*, pro quo vulgo *furcas*, habent Mss. em. tam Gruteri quam Vineti. De his ita Sueyro in versione Velleii: *La ciudad sellamana Caudio, y ahora Stretto d' Arpuia.* Fr. Vid. Holsten. ad Cluver. Ital. Ant. p. 266. Libri Vineti, et alii omnes, *furculas*, pro quo Ryck. perperam *ferculas*. Livius non semel tantum, ut scribit Salm. sed vel quinquies uno libro IX. 'furculas' vocat, c. 2. 3. 11. 14. et 38. Et sic apud eumdem XXII. 14. et XXV. 6. e scriptis restituit J. Fr. Gronov. ubi in vulgatis erat *furcas*. 'Furcas' tamen dicunt Val. M. Lucan. apud Stad. et Epit. Liv. IX.

§. 10 *Clauso enim per insidias*] Expunxi τὸ *enim*, secutus auctoritatem Naz. Cod. Mox Ryck. *et ut ille dimitteret omnes vel occideret sapienter ut senior suaserat.* Vulgati: *et ille, mitteret omnes, vel occideret, sapienter ut senior suaserat.* Græv. Mihi retinendum visum fuit *enim:* nam et recte hæc connectit cum præcedentibus, et in em. sc. et ed. legitur, præterquam in Flor. *Ut* in libro Ryck. prave, saltem illo loco, positum est: nam debebat sequi vocem 'ille.' Sed nullum ejus vestigium est in aliis libris. *Dimittere* quidem etiam Livius dicit in hac historia IX. 3. 'Censuit omnes inde quamprimum inviolatos dimittendos,' et Aur. Vict. c. XXX. Verum ob id hic nihil mutandum est contra alios libros, qui, excepto Florent. in quo est *emitteret*, omnes habent *mitteret*. Et *mittere* pro, dimittere satis usitatum est bonis Scriptoribus. Liv. XXIV. 8. 'Quem neque mittere a sacris, neque retinere possumus.' Et XXX. 3. 'Ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo miserat.' Cic. IX. ad Att. I. 'Remotis, sive omnino missis lictoribus.' Itaque et hæc sæpe permutantur. Vid. Gron. ad Liv. XXX. 8. In Voss. et aliis olim excusis *occasione tanta*.

Herennium patrem] Unus Jordanis *Herineum* vocat. 'Herinus' vel 'Herineus,' in veterum Inscriptionum indice. In altero ejusd. *Hireneum*. Nomen ignotum est, nisi sit Εἰρηναῖος, quod vix puto. Sed, *Herennium*, retinendum arbitror. Et sic Livio vocatur. *Sal.*

Sapienter ut senior] Plutarch. An seni sit gerenda Resp.? c. 19. *Maxime salva est civitas, ubi consilia senum et juvenum arma obtinent.* Et Eurip. in Menalip. ap. Stob. Παλαιὸς αἶνος· ἔργα μὲν νεωτέρων, Βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος: *Vetus hoc dictum est, faciendo juvenes, Consultando autem seniores præstare.* Alludit huc etiam adag. Erasm. 'Senum consilia, juvenum lanceæ.' Vide etiam Reg. 1. 12, 8. et supra l. 1, 15. Interdum et juvenes sapientia excellunt. Vide Goldasti replicat. pro imperio cont. Jesuit. cap. 4. *Fr.*

§. 11 *Ut nec*] Simile quid Pyrrho accidit, quamvis captos Romanos absque pretio dimiserit: apud Val. M. 2. 7, 15. *Fr.*

§. 12 *Voluntaria deditione*] Observavi, tales dedititios nunquam receptos ab hostibus, quod ea ratione eludi se crederent, cum ei, qui belli gerendi potestatem haberet, etiam fœderis sanciendi jus competere naturalis ratio dictitet. Respicit eo l. 5. in fin. de pact. ubi quod duces belli inter se paciscantur, 'publica conventio' esse dicitur. Ita M. Clodium non recepere Corsi, ap. Val. M. 6. 3, 3. nec Mancinum Numantini: Appianus, Hispanicis, pag. 301. Zonar. Ann. tom. 2. *Fr.*

Magnifice] Magno animo. Unde et Postumium laudibus in cœlum la-

Digitized by Google

tum, qui se ultro cruciatibus et iræ hostium offerret, scribit Liv. IX. 8. et 10. Justin. IX. 8. 'Prudentior ille consilio, hic animo magnificentior.' Cic. I. Off. 23. 'Quod ex animo excelso magnificoque quærimus.' 'Fœdus' dicit Florus, quam Liv. IX. 5. accuratius 'sponsionem.' Nam inter hæc discrimen est. Sed id non semper servatur, et 'sponsio' quoque interdum 'fœdus' vocatur. Vid. Sigon. I. de Ant. Jur. Ital. I.

Strictis ensibus miles per ipsam viam ante pugnam furit] Imperiti librarii, perversa licentia, multis modis hæc contemerarunt. Pal. unus: *ante pugnam agit*. Alter: *adiit*. Pessime uterque. Nec melius, aut prudentius gens docta, sed infelix, correctorum, qui pro *fuit*, quod erat vera lectio, *furit* supposuerunt, nec cogitabant id verbi sibi convenire, quod repositum ibant. Naz. et uterque Jord. *fuit*: Optime. Scribendum itaque, *strictis ensibus miles per ipsam viam ante pugnam fuit, et in congressu arsisse omnium oculos hostis auctor fuit*. Dicit, milites, antequam manus consererent, in ipsa procursione atque impetu, quo in hostem vadunt, strictis ensibus fuisse, hoc est, strictos enses habuisse. In congressu vero ipso arsisse omnium oculos, hostis testatus est. Sic ap. Cic. in ea pro Roscio: 'Quæ ut ne ferretur, senatus fuerat veste mutata.' Id est: Senatus vestem mutaverat. Falsa igitur Lipsii emendatio, qui *subrectis gladiis* correxit ex Camertis editione, in qua legitur, *subjectis*. Mos prælii fuit hic militi Romano, ut in concursu auspicando, pila prius emitteret, deinde gladiis strictis rem gereret. At in hac pugna adeo avidus manus statim conserendæ et pedis conferendi cum Samnitibus fuit, ut pila, velut signo dato, abjiceret, strictosque gladios in ipso concursu præferret, ne qua mora daretur ardori pugnandi. Liv. lib. IX. 'Vadunt igitur in prælium urgentes signiferos; et, ne mora in concursu pilis emittendis, stringendisque inde gladiis, esset, pila, velut dato ad id signo, abjiciunt, strictisque gladiis cursu feruntur in hostem.' Hoc est igitur, quod heic vult Annæus, milites in eo prælio strictis gladiis ante pugnam fuisse per ipsam viam, id est, in eo procursionis spatio, quod pilis emittendis sumitur. Nam pilis ex certo intervallo conjectis, ubi ad manus ventum erat, strictis gladiis res gerebatur. *Sal.* Qui etiam in Notis ad Solin. pag. 585. B. 1. et Hist. August. pag. 214. c. 2. hanc lectionem tuetur. Et sane loquuntur ita maximi nominis Auctores, quos in Indice citabo. Pro vulgata lectione videtur facere Marcellin. lib. 27. c. 10. 'Protinusque inde luctantibus itinerum callidis, exploratis accessibus, per regiones longe itu (an situ) porrectas, sensim gradiens miles irritatior ad pugnandum, velut repertis Barbaris, minaciter infrendebat.' Ubi, pro *sensim gradiens*, videtur legendum, *ensem quatiens*: et esse imitatiuncula Flori, retinendumque in Floro, *furit*, quod Marcellinus per illud suum *infrendebat* expresserit. Pro *strictis* etiam, nisi memoria me fallit, Lipsius legebat, *surrectis*, quæ conjectura juvari potest loco Vopisci in Aurel. cap. 37. *Fr.* *Ante pugnam fuit*] Sic Ryck. quam scripturam dudum probavit Salm. ex Naz. et Jorn. libro. Sed *furit* retinendum esse multis exemplis tuetur N. Heinsius ad Val. Flacci lib. I. vs. 144. 'Hac Peleus, hac ense furens agnoscitur Æson.' Ita ex scriptis castigandum esse illic monebit, cum desideratissimas in illum scriptorem animadvv. editurus, et pluribus istam locutionem adstructurus est. Nam sic et Ovid. locutum esse et Statium ostendit mihi. Illum, II. F. vs. 751. 'Sed enim temerarius ille Est meus, et stricto qualibet ense furit.' Hunc Th. I. 'Et nunc ense furit, nunc tela natantia

raptans Ingerit.' *Græv.* Lipsii conjectura est in II. Elect. 19. Boxhornius in Sylloge Epistolar. ab Ant. Matthæo editarum Ep. XXXIV. itidem legit *subrectis*, vel *erectis ensibus*. Barthius ad Claudian. II. in Rufin. 400. *erectis*. Frustra sumunt operam in emendanda corrupta scriptura vetustarum Edd. in quarum plerisque est *subjectis*. Scripti omnes, et V. E. habent *strictis*, quod non est mutandum. In altera voce insigniter variant scripti. Berol. Daisb. margo Pal. 2. teste Grut. et Voss. 3. *furit*. Reg. F et Voss. 2. *fuit*. Reg. Q *ibat*. Flor. *adiit*. Magl. *aut*. Fran. *fugit*, quod propius accedit ad *furit*. A Voss. 1. hæc vox abest. Editi omnes *furit*, quod retinendum arbitror cum Heinsio, et jam receperant Amst. et Beger. Nam 'furere' est verbum proprium de militibus cupiditate pugnandi et cædium flagrantibus. Vid. N. Heins. ad Val. Flac. I. 144. et VI. 104. et 198. Broekh. ad Propert. IV. 6. 56. et Burm. ad Petron. c. CXXII. Et *furit* facilius mutari potuit in *fuit*, quam *fuit* in *furit*. Scriba imperitus *r* non bene expressum potuit accipere pro *i*, et scribere *fuiit*; unde mox prona emendatio in *fuit*. Potuit etiam eadem litera, quum forte non in serie literarum scripta, sed lineola, vel signo, quod non multum a figura accentus circumflexi abest, supra *fuit* notata esset, ut sæpe in Mss., a festinante, vel non satis attento librario præteriri. Ceterum si Florus respexit ad locum Livii IX. 13. quem hic laudat Salmasius (nec est alius apud Livium, ad quem ea, quæ hic scribuntur, potius referri possint) pro *Publilio*, quem tum Ducem fuisse scribit Livius, substituit *Papirium*, quod nomen in bellis Samniticis notius erat, quam Publilii. De ardentibus militum oculis quod addit, id Livius quoque non de hac pugna, sed de ea, quæ prima omnium A. U. 411. cum Samnitibus commissa est, scribit Lib. VII. c. 33.

Arsisse omnium oculos] Ita cum Aquileiam obsidens Attila, speculatum ad muros accederet, ab hostibus circumventus, duobus interfectis, reliquos audacia et virtute sua in fugam vertit, qui sacrosancte affirmarunt, ex illius oculis ignitos radios, fulguris instar, emicuisse. Nicol. Olahus in ejus vita. Idemque testatur P. Callimachus Experiens in Attila. Turno suo tribuit hoc Virg. Æn. 'Totoque ardentis ab ore Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.' Herculi Apollodorus lib. 2. p. 84. Alemannis suis Henrici legatio ap. Choniatem sub fin. lib. 1. de rebus gestis Alexii Angeli, 'Qui Martis alumni, iræ flamma oculos suffusi, non secus quam gemmæ radient.' Et suis militibus Julianus ap. Marcellin. 21. 27. f. 'Oculorum vestrorum vibratæ lucis ardorem:' et ipse Auctor Gothis 21. 28. 'Sequebantur furore ex oculis lucente Barbari nostros.' Lege etiam quæ notavit Grut. ad Liv. 7. 33. et Discursu 13. ad Tac. Item Virdung. in Tac. Agric. 41. 5. *Fr. Omnium vultus* Voss. 2.

Quam jugum et hostibus, et duci capto, reposuerunt] Non pro certo id narrat Livius, nec de eo inter omnes constitit Annalium scriptores, ut idem ille his verbis testatur, lib. IX. 'Ceterum id minus miror, obscurum esse de hostium duce, dedito missoque sub jugum.' *Sal.* Ambiguitatem, quam Liv. 9. 15, 9. proponit, fueritne res ad Luceriam gesta, et ignominia Caudinæ deditionis reposita, Papirio tertium Cos., an ipso equitum magistro, dictatore Lentulo, eam Capitolini triumphi dirimunt: qui Papirium de Samnitibus secundum triumphasse, cum Cos. tertium esset, constanter recensent, A. U. C. 434. *Stad.* *Reponere* pro, reddere, rependere, par pari referre, obvium est. Virg. Æn. XII. 878. 'Hæc pro virginitate reponit?' Cic. I. Fam. 9. 'Cur autem lauda-

Digitized by Google

rim, peto a te, ut id a me neve in hac re, neve in aliis requiras: ne tibi ego idem reponam, cum veneris.' Add. Juv. I. 1. Martial. XII. 18. Hanc vocem Is. Vossius etiam Catullo restituit. Nam pro eo, quod vulgo legitur Carm. LI. 'Ne pœnas Nemesis reposcat a te: Est vehemens Dea: lædere hanc caveto:' e vett. ut ait, libris edidit: *Ne pœnas Nemesis reponat: Ate Est vehemens....* 'Reposcere ab aliquo pœnas' bene Latinum est. Et quærendum censeo, qui, aut unde sint illi libri, quos, præter Voss. nemo eorum, qui Catullum illustrarunt, quod quidem sciam, memoravit; et an Ate eadem sit, quæ et Nemesis dicitur.

Cap. 17 Quæ hoc capite continentur, scribit Liv. 9. et 10. Oros. 3. 20. Eutrop. 2. 1. Gestum autem est bellum hoc anno 450. ab U. C. Oros. Eusebius autem dicit gestum Olymp. CXVII. Meminit Augustin. Civ. 3. 17. De duodecim Etruriæ populis, supra cap. 5. De Calidonio et Hercynio saltu inf. 3. 10, 14, 18. et 4. 12, 27. *Cam.*

§. 1 *Hactenus populus Romanus*] Legitur in Naz. cod. *Hactenus populo Romano.* Sed subintelligendum esset, res aut bellum. Et sic plane præfert Pal. 2. *Hactenus populo Romano bellum cum singulis gentium.* Jord. pro *acervatim,* mox legit *catervatim.* Minus recte. Ab ipso Jord. est, non a libris, hæc varietas. Inter hos populos, qui acervatim populo Romano sustinendi fuere, perperam omisit Gallos. Nam Etrusci, Umbri, Samnites, et Galli, hi quatuor simul populi, simul conjurarunt adversus Romanos. Vide Liv. lib. X. et ejusdem libri epitomen, in qua hæc verba leges: 'Cum adversus Etruscos, Umbros, Samnites, Gallos, P. Decio et Q. Fabio ducibus pugnaretur. Et mirus sane Noster, cum tres tantum populos heic recenseat, qui in excidium Romani nominis conspirarint, mox tamen quatuor agminum signa per Etruriam infestam volitasse dicit. *Sal.* Ryck. *Hactenus populo Romano bellum cum singulis gentibus.* Sic et Pal. 2. et Naz. nisi quod hic *bellum* omittat, unde vulgata videtur orta esse, et uterque *gentium.* Statim idem Ryck. *tamen sic quoque par omnibus fuit.* Sic quoque Vin. aliæque vetustiores edd. quod quorum librorum auctoritate recentiores editores mutarint, nondum mihi compertum est. Rescribendus est totus locus veterum librorum fide: *Hactenus populo Romano bellum cum singulis gentium, mox acervatim, tamen sic quoque par omnibus fuit.* Græv. Berol. et Duisb. *P. R. bellum.* Probo sententiam Grævii, scribendam esse *populo Romano bellum.* Error ortus est e Notis *P. R.*

Umbri in id tempus intacti] Secutus sum editionem Grut. quam etiam Lipsius, Elect. 2. 19. ex libro suo confirmat. Umbros enim, antiquissimum Italiæ populum, etiam Dionys. 1. 19; et Plin. 3. 14. appellat. Ceterum ne sic quidem persanatum esse locum suspicor. Primum quod admodum languere videatur oratio; tum quod de Gallis, præcipuo Romanorum terrore, nulla mentio; præterea quod mox subjicitur: 'infesta quatuor agminum signa,' videbatur etiam Gallorum mentionem requirere. Itaque sic tentabam: *Umbri in id tempus intacti, antiquissimus Italiæ populus, Samnium, Gallique.* Vel ita: *Umbri i. i. t. i. a. I. populus Samnitum, Gallique:* sed nihil affirmo. *Fr.* Satis apparet locum non integrum esse. Nam utique etiam memorandi erant Galli. *Reliqui* non videtur ejiciendum cum Freinsh. nec mutandum in *Gallique.* Nam quod Florus dicit *Samnitium reliqui,* id eo pertinet, quod Liv. X. 16. et 18. narrat, P. Decium Samnitium exercitum nusquam se prælio committentem finibus expulisse, hos finibus pulsos Etruriam petivisse, et Tuscos, Umbros, Gallosque ad arma

concitasse. * Potius suspicor post *reliqui* excidisse *Galliqus:* idque eo facilius fieri potuit, quod sæpe scribebant *relliqui*, pro *reliqui*. Beger. edidit *Samnium, Galliqus*. Ipse fatetur se audacem esse, et verum dicit.

§. 2 *A latere Etruria infesta*] Quid opus hac repetitione, Etruriam a latere infestam esse, cum jam dixerit, duodecim Etruscorum populos conjurasse? Nazarianus: *latere Etruriam infestam*. Scribo: *late per Etruriam infestam, &c.* Jampridem ex Jord. ita restituisse optimum Vinetum memini. Vitiosam prorsus esse vulgatam, nobis satis constat. *Sal.* Recepi lectionem Jord. antea Vineto, mox Salm. probatam: nam illa altera vitio non caret. *Fr.* *A latere Etruriam infestam* Ryck. et Voss. 3. *a l. Etruriam infesta* Flor. Ceteri scripti et om. ed. conspirant in vitiosam scripturam *a l. Etruria infesta*, præter Ald. qui Jord. sequutus est.

§. 3 *Ciminius interea saltus*] *Geminius* optimi lib. et vetus editio, pro *Ceminius* aut *Ciminius*, solenni errore. *Ciminius* in membranis Jordanis. *Ciminum* et *Ciminiam* dictum esse constat, de quo quidam frustra dubitant. Sic 'Titus' flavius et 'Titius' pro eodem, ut infra notabimus. Pal. 2. *Geminus*, pro *Ceminus* vel *Ciminus*. Virgilius Cimini montem et lacum memorat *Æn.* VII. 'Et Cimini cum monte lacum.' Mentio ap. *Liv.* in hac eadem historia, 'Ciminiæ silvæ' et 'Ciminiorum saltuum,' idemque etiam 'Ciminii montis' meminit. *Sal.* Lege Livium 9. 36. 1. et Nostrum supra 1. 11, 8. ubi similis comparatio. *Fr.* *Geminius* Naz. Pal. 1. Fran. Voss. 1. 2. Duisb. et v. e. *Ciminius* Toll. et Voss. 3. alii *Geminus*. *Geminius* habebat etiam Frontinus Ms. Kenchenii I. 2. 2. cujus adnotationem comparanti cum iis, quæ hic scribit Salmasius, liquebit unde illa transcripta sit. Pro *Calidonius* Heins. Ryck. et Perizon. ad oras librorum suorum scripserant *Caledonius*. Sane Latini plerumque hoc scribunt per *e*, et Græci per *η*, Καληδόνιοι. Sed om. sc. nec non Ed. V. et J. hic et infr. III. 10. 18. habent *i* in secunda syllaba, quemadmodum etiam in scriptis Lucani esse testatur Vinet. Jordanes, Naz. et quidam editi Flori male *Calydonius*, quod est a Calydone, Urbe Ætoliæ. Vid. cl. Oudendorp. ad Lucan. VI. 68.

Ciminius interim saltus, ante invius, plane quasi Calidonius aut Hercynius] Livium imitatur, a quo ferme hæc expressa: 'Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quam nuper fuere Germanici saltus.' *Sal.* A Ryck. aberant hæc, *in medio ante invius*, et relictum erat vacuum spatium, sed quod non plus dimidia parte harum literarum caperet.

Ut senatus consuli denuntiaret, ne tantum periculi ingredi auderet] Hoc est, ne saltum Ciminium transiret. Quod debuit ipsis verbis retineri et exprimi, sicut denuntiatum esse diserte testatur Livius: 'Eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant denuntiatum Fabio senatus verbis, ne saltum Ciminium transiret.' *Sal.* 'Ne auderet,' i. e. ne sustineret, ne in animum induceret. *Audere* sæpe dicitur de re difficili, et plena periculi. Virg. *Æn.* IX. 42. 'Neu struere auderent aciem, neu credere campo.' Et ibid. 399. 'Qua vi juvenem, quibus audeat armis Eripere.' Ovid. I. Heroid. 41. 'Ausus es, o nimium nimiumque oblite tuorum, Thracia nocturno tangere castra dolo.' Servius in Virgil. *Æn.* VIII. 364. 'Aude, hospes, contemnere opes: Bene,' inquit, '*Aude*, quasi rem arduam et difficilem.' Justin. II. 4. 'Singulare omnium seculorum exemplum ausæ.' Vid. ibi Interpr. Turn. XXI. Advers. 8. et Taubm. ad Virg. *Æn.* VIII. 364. Sic apud Græcos τολμᾶν. Kuhn. ad Diog. Laërt. X. 142. et Gatak. I. Miscel. 5.

Digitized by Google

qui hæc etiam interdum πλεονάζειν putat. Sic 'ne auderet ingredi,' esset, ne ingrederetur.

§. 4 *Quin fratre præmisso exploraret accessus*] In optimo Naz. scribitur: *explorat:* puto scribendum: *Sed nihil horum terruit ducem. Quin fratre præmisso explorat accessus.* Mutavit Jord. et aliter distinxit in suis, hoc nempe modo: *Sed nihil horum terruit ducem, quin fratre præmisso exploraret accessus.* Quomodo hactenus editi retinuere. Non tam bene. Videtur autem his verbis sentire Florus, Fabium nihil territum denuntiatione senatus, explorasse tamen accessus Ciminiæ silvæ, eamque penetrasse. Atqui non ita est. Jam illa penetrata erat, et victi Etrusci, cum verbis senatus hæc illi facta denuntiatio est. Livius de legatis ac tribunis plebis, qui hæc denuntiatum venerant: 'Lætati serius se, quam ut impedire bellum possent, venisse, nuntii victoriæ Romam revertuntur.' *Sal.* Plane Ryck. consentit Naz. scribitur in utroque *explorat.* Suffragor Salmasio emendanti: *Nihil horum terruit ducem. Quin fratre præmisso explorat accessus:* nullus, cui genius dictionis Flori non est ignotus, dubitare potest, hanc esse manum ejus. Sic quoque in hac editione legeretur, si operæ dicto fuissent audientes. Paullo ante Ryck. æque ut Naz. *A latere Etruriam infestam,* ubi itidem recte ὁ πάνυ *Lato per Etruriam infestam.* Græv. Retinui quod Amst. ex Salm. et Grævii sententia ediderant. Nam etiam Flor. et Magl. habent *explorant.*

Fratre] Quem Cæsonem appellat Frontin. I. 2, 2. alii, quos Liv. 9. 36, 3. citat, C. Claudium. *Fr.*

Ille per noctem pastorio habitu] Falsum, et contra historiam, quam sequitur, hoc ab illo additum, 'per noctem.' Immo interdiu et palam Etruscis se immiscuit, hoc solo tectus ac dissimulatus, quod pastorem præferret, linguæ etiam errore adjutus, qua se hostibus pro indigena insinuavit. Livius Etruscis litteris eruditum fuisse hunc Fabii fratrem, qui Ciminiam silvam exploravit, et commercio linguæ fefellisse, non obscure indicat, qui tamen hæc postremo adjicit: 'Sed neque commercium linguæ, nec vestis armorumque habitus sic eos texit, quam quod abhorrebat a fide quemquam externum Ciminios saltus intraturum.' Quin et audaci simulatione eum se hostibus immiscuisse, et principum ejus gentis colloquia petiisse, clare tradit. Tantum abest, ut per noctem hoc iter fecerit, aut tenebris explorationem suam occultam esse voluerit. *Sal.* 'Pastorius habitus' est vestis pellicea, quam Romani peregrino vocabulo 'renonem,' Græci διφθέραν vocabant. Ov. II. M. 680. 'Illud erat tempus, quo te pastoria pellis Texit.' Vid. Casaub. ad Theophr. Char. c. v. et Græv. Lect. Hesiod. c. XII. Eum habitum autem fere sumebant exploratores. Burm. ad Vell. I. 2.

Speculatus omnia: refert totum iter] Ita Vin. ex Jord. restituit. Sed Jord. libri duo vetustissimi et Longobardico charactere exarati legunt: *réfert tutum iter.* Ubi accessus explorasset, et omnia speculatus esset, refert, tuto accedi et transiri posse. Sed vetustissimus omnium atque optimus Naz. Flori Cod. scriptum clare exhibet, *refert tum iter.* Atque ita etiam habet vetus editio. Alii Flori Codd. omittunt illud, *iter*, ac legunt: *Tunc sic Fabius Maximus periculosissimum bellum sine periculo explicavit:* Frater ducis, qui speculatum iverat ad explorandos silvæ aditus, ubi omnia certa attulit, tum consul Fabius eam ingressus, iter versus hostes facere cœpit. Nihil verius. Et confirmat plane Livius his verbis, quæ Noster hic adumbravit: 'Hæc cum relata consuli essent, impedimentis prima nocte præmissis, legionibus post impedimenta ire jussis, ipse

Digitized by Google

substitit cum equitatu.' Jord. more suo, cum brevitatem et argutiam Flori non caperet, sic mutavit, ut in ejus historia habetur. *Sal.* *Totum iter*] Ita accurate ex Jord. Vinet. nec abit nimium v. e. nisi quod truncate, *refert*. *Tum iter:* at aliæ edd. *refert*. *Tum sic Fabius, &c.* quod et in Pal. 2. nam 1. medium retinet, item 3. Jordanes qui extat (extitit heu!) in Palatina libraria Mss. habet, *præfert tutum iter:* non male, hæreas tamen utrum præferas: adeo utrique scripturæ suæ adsunt rationes. *Grut.* Salmasio magis arridet *tutum iter*, itaque potuisse scribere Florum, propius fidem est. *Fr.* *Speculatus omnia, refert totum iter. Sic Fabius Maximus*] Ryck. *Speculatus omnia refert. Tunc si Fabius Maximus.* Sic et alii libri. Naz. vero: *refert tum iter.* Omnino prior syllaba exciderat, quam retinent duo libri vetustiss. Jorn. in quibus legitur, *tutum iter*. Quod merito probatur Tan. Fab. Sed N. Heinsius mallet ex vestigiis veteris libri. *Speculatur, omnia refert tuta, tum institutum iter*, vel *tum instituit iter*. Cognationem litterarum has turbas dedisse putat. Liv. xxvii. 12. 'Postquam satis tuta esse omnia exploratum est.' Curt. iv. cap. 9. 'Deinde ut speculatores præmissi tuta omnia nuntiaverunt.' Iter institutum ut Horat. Epod. 'Anguis rumpit iter institutum.' *Græv.* *Tutum*, quod a Salm. probari scribit Freinsh. ei in prima Ed. placuerat. Naz. libri scriptura exstat etiam in Flor. Berol. Magl. Duisb. et V. E. (nisi quod Flor. et Magl. *tunc* habent,) eamque rursus probat Salm. ad cap. seq. n. ii. Ryckiani in Fran. Voss. et aliis olim editis; sed in plerisque eorum est *tum*, et in omnibus *sic*. Regg. *refert totum iter. Sic F. M.* *Tutum* præferebant etiam Perizon. et Broekh. ad Propert. iii. 9. 72. ubi etiam alibi male *totus* legi pro *tutus* ostendit; de quo vid. Drakenb. ad Sil. Ital. x. 312. *Tutum iter, tuta via* passim leguntur. Loca Livii e xxiii. 34. xxiv. 28. et xlii. 43. adscripserat Heins. Horat. iii. Carm. 16. 7. 'Fore enim tutum iter et patens.' Cic. pro Planc. xli. 'Iter mihi tutum præstiterunt.' Et xiv. Fam. 12. 'Et longum est iter, et non tutum.' Ovid. A. A. i. 585. 'Tuta frequensque via est, per amicum fallere nomen.' Et hunc facit locus Livii ab Heins. observatus xxvii. 42. 'Postquam satis tuta omnia esse exploratum est.' Add. xxxvii. 39. 'Cn. Domitius ad explorandum iter ....missus posteaquam omnia certa retulit.' Itaque hoc quidem probo: sed retinui, quod erat in plerisque libris. Nam et commodam sententiam habet, et nec *tutum* usquam legitur, nisi in Jord. et Ald. nec *totum*, nisi in Regg. et plerisque edd. recentioribus. In animadversione Grævii *speculatur* videtur esse vitium operarum: nam Heins. in exemplari suo reliquerat *speculatus*.

§. 5 *Periculo explicavit*] Recte quidem hoc. Sicut enim non temere subeunda sunt pericula: ita, ubi periculorum non nisi per periculum effugium est, δράσαντάς τι κινδυνεῦσαι (ut in hoc periculosissimo bello) melius certe est, verbis Thucyd. i. 4, 5. accidit enim ut 'Audaces fortuna juvet:' adeoque sæpius valeat illud Taciti, 15. 59, 4. 'Multa experiendo confieri, quæ segnibus ardua videantur.' *Fr.* Cum Ryck. et editionibus nonnullis scribendum, *bellum sine periculo explicavit*. Perperam *sine* omiserunt editores nonnulli, quod nolim etiam hic neglectum esse. Bellum quod habebatur periculosissimum sine periculo confecit, quia tutum iter ei per illum fuit saltum, et palantes et incompositos concidit. 'Explicavit bellum' ut *explicuit fugam* ap. Phæd. lib. iv. 'Illic per artus fratris explicuit fugam.' *Græv.* Freinsh. sequitur nonnullos editos, a quibus abest

sine. Sed quum paullo ante probaverit *tutum iter*, non recte hic videtur recepisse scripturam, quæ cum illa stare non potest. *Sine* non habet solus Voss. 2. sed habent alii: om. sc. et V. E. Nec dubito, quin etiam fuerit in Naz. et Pall. quandoquidem Grut. et Salm. in quorum Edd. legitur *sine periculo* hic nihil adnotant. *Explicare bellum* Quint. Decl. XI. 'Quum duces ab explicito bello revertuntur.' Et Decl. V. 'Explicare non potui navigationem juvenibus quoque fortibusque difficilem.' Vid. Interpr. Phædr. ad IV. Fab. 6.

In subjectos suo more detonuit] Apage lectionem hanc, *suo more*. An fulminator hic erat consul, aut aliquis tonans Tarpeius, et Jupiter *βροντῶν*? Flori Naz. et Jord. Codd. habent, *suo jure*. Quæ verissima est lectio. Licet hinc colligamus, quam non vetustæ nec optimæ notæ fuerint Vineti exemplaria, quæ mendam hanc cum vulgatis constanter retinebant. 'Suo jure,' id est, suo arbitrio. Sic sæpe loquitur Noster. Ita infra, lib. III. cap. XVII. 'Interceptis vectigalibus suo jure peculabantur rempublicam.' *Sal.* *Suo jure*] Sic Jord. sic Pal. 1. et probandum est, quamvis Vineti Codd. calamo exarati, ut et Pal. 2. ac 3. præferant, *suo more*, quod et in vulgatis. Lipsius Dict. cap. 19. scribendum autumat *Jovis more*, tanquam *suo more*, inferat tale quid a Fabio sæpius factum. *Grut.* Salmasius etiam *suo jure* probat et explicat, ex Auctore 3. 17, 3. ubi hæc eadem phrasis. Lipsiana tamen conjectura alio Flori loco juvari videtur, infra 2. 6, 9. ubi similis comparatio. *Fr.* Hæc non sunt cum Lipsio scribente *Jovis more*, aliisque sollicitanda. 'Suo jure' est, ut voluit, nemine impediente, pro arbitrio, ut recte quoque cepit Salm. et hoc loquendi genus pluribus exemplis asseruit Gronov. ad Sen. *Græv.* De Tranquil. An. c. III. et jam ante Budæus ad l. 44. D. de Usufr. Add. Voss. ad Justin. IX. 6. Schult. ad Sen. Contrev. IV. Græv. ad Cic. de Senect. XI. et Burm. ad Petron. LXXVIII. Scripti et editi omnes habent vulgatum *suo more*, præter Voss. 3. in quo est *suo jure*, ut in Naz. et Jord. Heins. ad Sil. Ital. XII. 449. legit *sine more*. In Edit. Amst. hic addita erat adnotatio: Dorleans legendum censet *summo timore*. Alii *suo jure*. Lipsius *Jovis more*. Stad. Quasi vero Stadius divinare potuerit, quid post aliquot annos scripturus esset Dorleans. Schrevelius ea adpinxerat Edit. Elzev. An. 1660.

§. 6 *Quasi in terrigenas e cœlo, ac nubibus, tela mitterentur*] In Naz. est: *tela jacerentur*. Nimis poëtice hæc paratragœdiat Annæus, et præter veri fidem. Fabius captis superioribus jugis in subjectos suo jure detonuit, eaque species et imago certaminis fuit, quasi in terrigenas ac gigantes a cœlo ac nubibus tela Dii jacularentur. Atqui nihil in re, ut eam gestam narrat Livius, a quo tamen hic accepit, et parum cepit ejus mentem. Fabius, explorato aditu Ciminii saltus, prima vigilia copias suas traduxit per eum saltum, præmissis impedimentis, et legionibus post impedimenta ire jussis, ipse cum equitatu substitit, et luce orta postero die obequitavit stationibus hostium, quæ extra saltum erant ordinatæ. Mox in castra se recepit, cum diu morando hostem fatigasset; castris deinde egressus porta altera ante noctem agmen, quod præmiserat, assequutus est. 'Postero,' inquit, 'die, luce prima, juga Ciminii montis tenebat. Inde contemplatus opulenta Etruriæ arva milites emittit. Ingenti jam abacta præda, tumultuariæ agrestium Etruscorum cohortes, repente a principibus ejus regionis concitatæ, Romanis occurrunt, adeo incompositæ, ut vindices prædarum, prope ipsi prædæ fuerint. Cæsis fugatis-

Digitized by Google

que iis, late depopulato agro, victor Romanus, opulentusque rerum omni copia, in ea castra rediit.' Locum integrum retuli, ut constet, eum Floro nostro lectum et male intellectum, pravamque imaginem prælii inde concepisse. Cum enim legeret, Fabium juga montis Ciminii tenuisse, et inde milites emisisse, sic interpretatus est, quasi ex superioribus montis jugis cum toto exercitu in hostes, qui in plano erant, impetum fecerit, eosque deleverit. Non ita se res habuit, ut attentius verba Livii consideranti patebit. Quod dicitur Fabius juga montis Ciminii tenuisse, id fecisse eum apparet, ut conspectum ex superiori loco caperet, ad contemplandum situm et arva Etruriæ. Hoc cum fecisset, milites emisit extra saltum, nempe in agrum eos hostium emisit. Ex quo, ingenti jam abacta præda, in occursu habuerunt tumultuarias aliquot cohortes agrestium Etruscorum, quas principes ejus regionis ad hoc concitaverant, ut prædas abactas recuperarent. Eas adeo incompositas fuisse et inconditas dicit Livius, ut vindices prædarum ipsi prædæ fuerint. Hinc Noster sumpsit quod heic etiam habet: 'Nam subito inconditos atque palantes aggressus est.' At falsum quod sequitur: 'Jam captis superioribus jugis in subjectos suo jure detonuit.' In planum jam descenderat miles Romanus, et extra saltum emissus in agro Etrusco ingentem jam abegerat prædam, cum eis occurrerunt illæ inconditæ ac palantes agrestium Etruscorum cohortes, quas fuderunt fugaveruntque. *Sal.* *Tela mitterentur*] Naz. *jacerentur*, quod, quia præstantissimus codex præ se fert, recipiendum esse contendit N. Heins. præsertim cum et alibi sic locutus sit Florus, lib. III. 21. 'Sudesque et saxa undique a mœnibus ac tela jacerentur.' Sic 'jacere fulmen,' 'jacere tela' sæpe ap. Nason. et ap. Sen. in Tragœdiis non semel a se restitutum ait ex optimis membranis. *Græv.* Livii locus ap. Salm. est l. IX. c. 36. Begerus hic quoque Florum tuetur adversus censuram Grævii: sed suo more. Scripserat Grævius in Præf. Florum interdum putide, et non suo loco ostentare eruditionem, ob eamque causam hic Gigantomachiam inculcare. Quid ad hæc Defensor? 'Miror,' inquit, 'Grævium hoc loco Authorem exagitare, ac si eruditionem ostentare voluisset, cum tamen in Poëta, qualis Florus fuit, hoc ne præsumi quidem possit; fabularum enim notitiam quis tali negaret?' Non intelligo quid sibi velit hæc oratio. Ostentatio eruditionis in poëta non potest præsumi; quia nemo poëtæ fabularum notitiam negat. An poëta ideo non potest ostentator eruditionis esse, quia fabularum peritus est? nam hæc est, opinor, verborum illorum sententia: aut, an inter se repugnant, alicujus rei peritum, et simul ostentatorem esse? Grævius non detrahit Floro peritiam fabularum; sed hoc dicit, eum hic intempestive memorare Gigantomachiam. Hoc debuerat refutare Begerus, et ostendere, illius quam maxime opportuno loco mentionem factam: quod ex iis, quæ dixit, nondum apparet. Sed videtur id velle facere iis, quæ deinde adtexit in hunc modum. 'Comparatio e loco superiore inferiores debellantium cum Gigantomachia utique in aliquo tertio convenit. Nam et in hac e loco superiore inferiores debellarunt Dii.' Egregie: nam hinc omnino consequitur et aptam esse hanc comparationem, et opportunissimo loco a Floro institutam: haud secus ac si ego nunc Begerum, et alios, qui cum eo in uno tertio conveniunt, in eo comparandos suscipere vellem; quamquam id multo quidem opportuniore loco facerem, quam quo Florus Fabium et Romanos Diis, Etruscos autem gigantibus comparavit. Multi sæpe e locis su-

Digitized by Google

perioribus adversus hostes inferiores pugnarunt, nec ullus est Historicus, qui non crebro tales pugnas memoret. Nec tamen cuiquam, præter Florum, in mentem venit tam insanam comparationem instituere, eosque, qui e montibus pugnant, Diis, qui autem ex inferiore loco, gigantibus adsimilare. Sed hujusmodi deliramenta loquuntur Declamatores.

§. 7 *Nec incruenta tamen illa victoria. Nam oppressus in sinu vallis alter consulum Decius*] Res diversas ac diversissima tempora temere hic confundit noster Annæus. Nec enim victoria illa, quam tum reportavit Fabius de Etruscis, penetrato primum ac transito saltu Ciminio, Decii consulis morte ac consecratione fœdata est. Nec consul tunc cum Fabio fuit Decius, sed C. Marcius Rutilus, qui annus urbis erat....Aliquot annis post, cum una consules essent Q. Fabius quintum, et P. Decius quartum, hæc acciderunt in ea pugna, quam hoc par consulum adversus Etruscos, Umbros, Samnites, et Gallos simul coactos pugnavit. De qua consulendus Livius lib. x. Certe hoc caput Florus auspicatus est ab illa quatuor populorum in Romanos conspiratione, et hunc titulum materiamque capitis præcipuam esse voluit. Sed male, in ea re memoranda, multo ante gesta immiscuit, cum Q. Fabius primum silvam Ciminiam aperuit, viamque per eos saltus, ante invios, Romano bello fecit. Quam ejus victoriam perperam eamdem facit cum altera, quæ multis post annis contigit in eadem Etruria, quo tempore alter consul Decius, cum ab hoste premeretur, exemplum sequutus patris, Diis se manibus devovit, ut victoriam exercitui lucraretur capitis sui damno. *Sal.*

Nam oppressus in sinu vallis alter consulum Decius] Hoc nunquam factum, nec ulli memoratum. Poëtica hæc fictio Flori et vanum commentum. Pugna illa, qua se devovit Decius, in agro Sentinate commissa est, non intra Ciminios saltus. Vide Liv. lib. x. Mirum, in tanta eruditionis luce, talia in historia Romana peccare potuisse Florum. *Sal.* Referenda hæc sunt non ad illam expeditionem, qua Ciminii luci claustra perrupta sunt, sed ad totum bellum: 'victoria' enim, sicut 'victor' et 'vincere,' tam ad bellum, quam prælium, referuntur. Absque explicatione confusio oriretur historiæ; non enim idem in tempus incidit illa victoria cum morte Decii, sed XIII. annis distant. *Fr.* Expeditio Fabii in silvam Ciminiam incidit in A. U. 444. Pugna autem, in qua Decius se devovit, facta est A. U. 457. Itaque recte observat Salmas. Florum confundere tempora. Et frustra eum defendere conatur Freinshem. Nam e serie narrationis, inprimisque e verbis, 'in sinu vallis,' manifestum est, Florum pugnam Fabii e jugis montis Ciminii et devotionem Decii in idem tempus conferre, et existimasse Decium, quum se de jugo in vallem demisisset, ibi interiisse. 'Sinum vallis' Freinsh. in Ind. recte exponit recessum, cavitatem. Liv. XXIII. 1. de agro Neapolitano: 'Pleræque cavæ sunt viæ, sinusque occulti.' Id. XXX. 2. 'Terra campestri agro in ingentem sinum consedit.' Curt. III. 9. 'Triginta et duo armatorum ordines ibant: neque enim latius explicari aciem patiebantur angustiæ. Paullatim deinde se laxare sinus montium, et majus spatium aperire cœperant.'

More patrio] Vide supra, I. 14, 3. Auct. de Vir. Ill. c. 27. Plutarch. c. 23. Paral. Val. M. 5. 6, 6. Augustin. Civ. 3. 18. lege quæ scribit Cic. de Divin. 1. 24. *Cam.*

In victoriæ pretium redegit] Fecit illam consecrationem pretium victoriæ, sive rem, qua victoria redimi et comparari posset. Ita sæpius Floro vox 'pretium.' Schult. ad Sen. Controv. IX.

CAP. 18 De hoc bello scribit Epit.

Digitized by Google

Liv. lib. 12, 13, 14. Val. M. 2, 2, 5. Auct. de Vir. Ill. cap. 35. Plut. in vita Pyrrhi, Augustin. Civ. 3. 17. Oros. 4. 1. Eutrop. 2. 1. Quo tempore hoc bellum gestum sit, docet Agell. lib. 17. cap. ult. et Plin. 8. 6. (et 14. 10.) *Cam.* Adde Justin. 18, 1. *Fr.*

§. 1 *Campanos, Apulos*] Plutarch. in Pyrrho, Eutrop. II. 7. et Liv. Epit. XII. XIII. et XIV. Tarentinos a Bruttiis, Samnitibus, Lucanis, et Messapiis adjutos tradunt. Campanos et Apulos eorum socios fuisse nondum usquam inveni. Nam illi quidem plus 60. annis ante hoc tempus se in fidem Romanor. dediderant, et eos hoc bello inter socios Romanorum adversus Pyrrhum militasse lego ap. Sigon. I. de Ant. Jur. Ital. 10. Apuliam autem ante hoc bellum in societatem Romanor. venisse, cognosci potest ex iis, quæ scribit Sigon. eod. lib. c. 13. Nec eam tum a Romanis defecisse constat. Quomodo ergo Florus Campanos et Apulos inter socios Tarentinorum memorat? Nam 'eadem ruina involvi' dicuntur, qui victis et subactis iis, quorum partes secuti fuerant, eamdem sortem subeunt, et accessio illorum cladis fiunt, ut infr. II. 11. 1. et III. 5. 21. Fortassis Tarentini non publico harum gentium nomine adjuti sunt, sed quidam populi Campaniæ et Apuliæ privatim arma cum iis sociaverunt. Neque enim, amissa illa parte historiæ Livianæ, qua hoc bellum exponebatur, satis certa notitia omnium, quæ eo gesta sunt, ad nos pervenit. Sed tamen vel sic Florus parum accurate Campanis et Apulis in universum tribuat, quod in paucos tantum conveniret.

Pyrrhum] Pausan. lib. I. non ita longe ab initio: *Græcum neminem ante Pyrrhum, bellum Romano imperio intulisse, satis constat.* Nempe ex vera illa et veteri Græcia; nam antea cum multis Italiæ Græcis populis, ut et ipsis Tarentinis, conflixere Romani. *Fr.*

Totam Italiam] Ruina belli Tarentini involvit eam partem Italiæ, quæ ad mare Siculum et Græciam vergit; qua subacta Romani Italiam, quæ a mari supero Rubicone, ab infero Arno concludebatur, in potestate habuerunt, i. e. eam partem Italiæ, quæ ab illis proprie Italia dicebatur. Vid. Sigon. I. de Ant. Jur. Ital. 1. Jord. hic *totam pæne Italiam* dicit, et Florus mox n. 23. 'maximam partem Italiæ' hoc bello in ditionem Romanor. venisse scribit. Sic rursus 'Italia,' et 'Omnis Italia,' ap. Nostrum I. 19. II. 1. et II. 2. Vid. tamen ad I. 26. fin.

Italiam consummaret] I. e. omnes illius urbes, regiones, et imperia in unam ditionem redigeret. Translatio petita ab his, qui multas minores summas colligunt, et in unam redigunt. Schult. ad Sen. Suas. VII. Colum. III. 9. 'A me duo jugera vinearum intra tempus biennii ex una præcoque vite insitione facta consummata,' i. e. tota vitibus occupata.

§. 2 *Tarentus Lacedæmoniorum opus*] Optimus Nazarianus habet, *Tarentos*, Græca forma. Sic inf. in eod. lib. scriptum erat *Saguntos* pro *Saguntus*. Sal. *Tarentus*] Tarenti originem, situm, potentiam, &c. lege ap. Strab. lib. 6. et Plin. 3. 10. Sil. 12. 432. Quando et a quibus conditum, Euseb. lib. temp. *Cam.* Adde Justin. 3. 4, 11. Serv. ad Æn. 3. 551. Præcipue vero Philip. Cluverium Italiæ lib. 4. Merulam, 2, 4, 28. *Fr.* Ryck. Magl. Fran. et quidam editi *Tarentum*. De Tarenti conditoribus etiam Pausan. Phocic. c. X. Torrent. ad Horat. II. Carm. 6. 11. et hic Rupert.

Magnitudine] Alludit huc Seneca, de Tranq. Anim. cap. 2. 'Tecta, vel antiquæ satis opulenta turbæ.' *Fr.*

Portuque nobili] De quo Polyb. excerpto primo lib. 10. ubi, quanta sit portuum utilitas, luculenter demonstrat. Adde Censorini orat, ap. Ap-

Digitized by Google

pian. in Punicis. In al. edd. est, *nobilis:* sed istud prætuli. Sic infra c. xx. 'Brundisium incluto portu.' *Fr.* Omnino cum Ryck. et nonnullis edd., sensu postulante, scribendum, *portuque nobilis, et mirabilis situ:* inferius Ryck. *tot simul populi pro Tarentinis in hos consurgerent:* vulgati ignorant *in hos.* Græv.

§. 3 *In ipsis Adriatici maris faucibus*] Raro in membranis hujus Auctoris vetustissimis *Adriaticum mare* scriptum occurrit: *Adrianum* quippe semper nominat, aut *Adriam.* Ut hoc loco etiam in vetustissimis Jord. Codd. legitur: *in ipsis faucibus Adriæ maris.* Horatius quoque 'Adriam' vocat. Græcis Ἀδρίας et Ἀδρίας κόλπος. Noster 'Adrianum sinum' inf. vocat. *Sal. Hadriatici maris*] Ita diserte Pal. 1. ut et supra. cap. 15. ubi et alii duo Pall. *Adriatico* expressere: sed et hoc loco est in 3. *Adriatici,* in 2. *Adriaci.* Grut.

Siciliam vela dimittit] In Naz. est: *vela admittit.* Quam scripturam firmant et Jord. codd. vetusti, qui scriptum habent: *vel admittit.* Duo Pal. *vela mittit.* Et sic editio 1. *Sal. Dimittit*] Ita Naz. Grut. teste, Salm. *vela admittit* legere mavult. *Fr.* Pal. duo *vela mittit,* quod omnino probum esse credo N. Heinsio, qui ostendit *mittere* sæpe pro dimittere poni a Nostro. Superius cap. 16. 'Mitteret omnes vel occideret.' Sæpe ap. Historicos 'Missus senatus' pro dimissus. In Naz. exhibetur *vela admittere* ut et in Jorn., quem errorem natum putat vir doctissimus inde, quod *a* superfluum male iterassent primo librarii. *Græv.* Heinsius adscripserat e Catal. Virg. p. 88. 'Nos ad beatos vela mittimus portus.' Sed quum in Naz. *dimittit* esse scribat Gruterus, non *admittit,* ut Salmasius, idque etiam Ryck. Regg. Flor. Voss. 3. et pleræque Edd. vett. habeant, et Freinsh. ac Grævius in Ed. A. 1680. retinuerint, nihil mutandum existimavi. Cic. v. Tusc. 14. 'Quod multas naves in omnem oram maritimam dimisisset.' Alioqui hæc facile permutantur. Vid. supra ad 16. 10.

Ad prospectum maris positum, majus theatrum] Haud scio an et minus theatrum habuerint Tarentini. Sic recte hic locum teneat istud *majus.* Putavi aliquando *majus* et *maris* varias fuisse lectiones ab antiquario notatas. Profecto et Jord. si quid illi fidimus, non agnoscit istud majus theatrum, ac sic legit: '*Imminet portui ad prospectum maris positum theatrum.* Credam, fuisse Tarentinis duplex theatrum, majus et minus. Sed brevitati, quam affectat Noster, non satis hæc distinctio convenit majoris ac minoris theatri. *Sal. Majus theatrum*] Cum ita esse in Mss. suis prodidisset Vinetus, id fidenter recepi in contextum, quandoquidem restaret quoque in v. e. nec non Pall. om. hactenus excuditur, *urbis theatrum.* Grut. Salm. illud *urbis* eliminandum putat, cum nullius hic usus sit: forte non incommode mutari possit in *amphi,* ut sit *amphitheatrum.* Non enim novum est ita corrumpi et exteri literulas, ut in alienum verbum degenerent: sicut hoc ipsum sibi exemplo est, quod in aliis *majus,* in aliis *urbis* legitur: nihil tamen adfirmaverim. Præsertim quia *majus theatrum* dici potuit respectu minoris: sicut ap. Dionys. 1. 50, 3. mentio est *minoris theatri* in oppido Ambraciæ. *Fr.* Solus Reg. Q habet *urbis theatrum.* Mira est in illo scriptura: *imminet porticuï ad portum maris urbis theatrum.* Fran. *positum Jovis theatr.* Conjectura Freinshemii nimis abit a ductu literarum. Et fortassis non ostendi pöterit amphitheatra Græcis eo tempore fuisse cognita.

§. 4 *Adremigantem litori Romanam classem vident*] Legitur in Naz. numero multitudinis: *adremigantes litori Romanas classes vident.* Sic ille mutavit, dum putat, Tarentinos ipsos adremi-

Digitized by Google

gantes littori, Romanam classem vidisse. Alia multa non minoris hallucinationis in Flori historia describenda peccavit. *Sal.* Gruterus censet adsuta nonnulla a librariis, et purius ita legi: *quum, adremigante litori Romana classe, hostem, &c.* Puto veram censuram. *Fr.* Naz. libri scriptura etiam exstat in Ryck. Regg. Flor. Duisb. et v. e. Ab ea alii sc. in his abeunt. Pal. 2. *quum navigantes.* Pal. 3. Magl. Fran. et al. edd. vett. *q. remigantes,* et hac præterea *inde vident,* quod etiam in Flor. est. Berol. *q. a. Romanam classem.* Voss. 1. 2. *q. adremigantem l. Romanas classes vident.* Voss. 3. *q. remigantes l. Romanam classem inde v.* Vulgatam scripturam primum puto edidisse Vinetum, quem deinde Grut. et alii sequuti sunt. Puto defendi posse *adremigantes Romanas classes.* Nam veteres sæpe sine discrimine *classis* et *classes* dicunt. Catul. Carm. LXVII. 45. 'Quum Medi irrupere novum mare, quumque juventus Per medium classi barbara navit Athon.' Adnotat ibi Statius has a Cic. II. de Finib. 34. et a Claud. II. in Rufin. 122. 'classes' dici. Virgil. quoque compluribus locis *classem* et *classes* permutat: Æn. III. 117. 'Tertia lux classem Cretæis sistet in oris:' et 651. 'Hanc primum ad litora classem Conspexi venientem.' At 300. 'Progredior portu classes et litora linquens:' et 403. 'Quin ubi transmissæ steterint trans æquora classes.' Sic IV. 309. 'Quin etiam biberno moliris sidere classem: et 313. 'Troja per undosum peteretur classibus æquor.' Et sæpe ap. eund. aliis locis. Sed et *classem* de una navi dici observat Servius in I. Æn. 39. VI. Æn. 1. et 334. ubi est, 'Lyciæ ductorem classis Orontem.' Et sic 'classes' pro navibus Flor. III. 6. 8. Pro *littori* e Duisb. et Edd. V. et J. quibus alibi Ald. accedit, scripsi *litori;* ut in monumentis vetustis et Pandectis Florent. Vid. Ald. Orthogr. et Drakenb. ad Sil. It. I. 25. *Inde* ab Jord. quoque abest. Videri possit ortum esse e seq. 'vident.' Sed v. inf. ad n. 25.

Emicant] Vid. Freinsh. in Ind. Barth. ad Claud. in 1. Cons. Stilic. vs. 315. Taubman. ad Virg. Æn. v. 319. et Rupert ad h. l.

Qui autem, aut unde, Romani] Correctores, si quid unquam et stulte atque impune fecerunt, stultissime et felicissime in hoc loco contemerando versati sunt. Scr. om. et vett. edd. vocem, *norant,* non norunt, et pro *qui autem,* habent *qui enim.* His notatis, facile nobis, quid verum fuerit, perspicere. Indubitanter corrigimus: *quum adremigantem litori Romanam classem inde vident, atque hostem rati, emicant: sine discrimine insultant. Qui enim aut unde Romani? Nec satis. Aderat sine mora querelam ferens legatio. Hanc quoque fœde per obscœnam turpemque dictu contumeliam violant.* Integrum locum adposui, ne de nostra emendatione dubitaretur, quod neminem paulo humaniorem facturum putamus. *Sal.* Secutus sum certissimam Salmasii correctionem, etiam Grutero probatam: hactenus edebant, *qui autem et unde Romani, nec satis norant:* cum illud *norant,* non norint om. Pall. Similiter Ov. Ep. Phyllidis vs. 106. 'Hei mihi, si quæ sim Phyllis, et unde, rogas!' *Fr.* Ryck. Voss. 3. *Qui enim aut unde Romani nec satis norant,* alii omnes, Jord. et v. e. ita, ut volebat Salm. In Voss. 2. tamen adscriptum est *compertum,* et a Reg. Q abest *enim.* Voss. 3. et Fran. *qui autem aut:* ceteri *qui enim aut.* Formula 'quis, aut unde?' interdum est contemnentis, interdum ignotum compellantis. Contemnentis h. l. et aliis apud Rupert. et Freinsh. quem etiam vid. in Ind. et Græv. ad Cic. II. Philip. 30. Ad ignotos et peregrinos pertinent hæc Livii XXIII. 34 'Quam quæreret, qui, et unde, et quo tenderent cursum?' Ovid. IV.

Digitized by Google

ex P. 5. 11. 'Si quis, ut in populo, qui sitis, et unde, requiret.' Et Petron. CXXIV. 'Incidimus in turbam heredipetarum sciscitantium, quod genus hominum, aut unde veniremus?' Scheff. in Advers. Cap. 25. (Vol. IX. Obs. Miscel. p. 317.) scribit Salmasium auctorem esse lectionis, *qui enim aut*, et Edd. Flori ante Freinsh. habere, *qui autem et;* ac deinde conjicit, *insultant (qui autem et unde?) Romanis.* Nihil opus est hac conjectura. Salm. ex Mss. *enim* posuit pro *autem*.

§. 5 *Hanc quoque*] Legationis jus ut ex gentium moribus originem traxit, ita violatores ejus semper infames invisique fuere, maximisque pœnis affecti. De qua re tractare professos lege Paschalium, cap. 26. Gentilem, lib. 2. c. 14. Freder. de Marselaer, Diss. 13. &c. exempla præter hoc sunt in Nostro, 2. 5, 3. et 2. 16, 3. Adde Tac. H. 3. 80, 5, et 6. Zonar. tom. 3. p. 69. *Fr.*

Obscœnam turpemque dictu contumeliam] Non tempero mihi, quin insignem multis de caussis historiam ex Dionysio Excerpt. Legat. IV. adscribam. 'Cum Posthumius legatus ad Tarentinos missus esset, et quædam apud eos exponeret; Tarentini non modo non attenderunt animos; verum etiam si quid ab eo diceretur, quod non exactissimum Græci sermonis characterem referret, observabant ac ridebant, et barbarum vocitabant, ac tandem e theatro ejiciebant. Cumque abirent, unus ex iis qui in transitu adstabant Tarentinis, nomine Philonides, homo scurrilis, qui a vinolentia, cui per totam vitam deditus fuerat, appellabatur Cotyla, hesterna ebrietate etiamnum distentus, ut appropinquarunt legati, sublato amiculo, et corpore ad obscœnissimum habitum composito, sordes nominatu indecoras sacro legati vestimento adspersit, ubi cum totum theatrum in risum erupisset, et petulantissimi quique manibus complosissent, Posthumius Philonidem intuitus: Accipiemus, inquit, omen, o scurra; quia datis nobis etiam ea, quæ non petimus. Deinde ad multitudinem conversus, vestem contumelia affectam ostendit, cumque adhuc majorem ex omnibus risum oriri cerneret, et voces quorundam illætantium petulantiamque laudantium audiret: Ridete, inquit, Tarentini, ridete dum licet; nam post hæc diu flebitis. Ad quas minas cum nonnulli exasperarentur: Et ut magis, inquit, stomachemini, etiam hoc vobis dicimus, vos hanc vestem multo sanguine eluturos.' Fateor non convenire instituto, tales narrationes inserere, sed cum ad explicandum auctoris locum præcipue faciat, nec alibi idem admiserimus, veniam merebimur. Facit cum Dionys. Val. M. 2. 2, 5. Polyb. 1. 7. non exprimit genus contumeliæ, sed ἀσέλγειαν vocat. Quanta vero ea injuria fuerit, et quam justo quoque bello Romani propterea Tarentinos persecuti sint, exinde apparet, quod etiam in privatis hominibus, apud quos respectus iste juris gentium cessat, pro atroci contumelia acceperint fimo corrupto perfundi: l. 1. §. 1. D. de extraordin. crimin. juncta l. 9. de injur. Livius Epit. 12. pulsatos scribit. *Fr.*

Ex hinc bellum] Supra legend. hic docuimus: *et hinc bellum*. Nec sententiam mutamus. Hoc eod. libro: 'Ferocius agunt: et inde certamen.' *Sal.* Vid. supr. ad 13. 6. *Et hinc* est in Naz. Flor. Voss. 3. Jord. et Ald. Idque magis placet. Ryck. *ext hinc*. Videtur librarius indicare voluisse varietatem scripturæ: de quo more librariorum Salm. ib. ad n. 3.

§. 6 *Semigræcam*] Ita ap. Liv. 7. 19, 9. 'Cæritem pop. misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adjunctum, fama ferebat.' Pyrrhi verba leguntur ap. Diodor. 22. 1. qui etiam, lib. 16. cap. 66. similia refert de Ti-

Digitized by Google

moleonte. Adde infra 3. 1, 15. *Fr.* Erat Græca ratione conditorum, sed situ Italica.

Cum totius] Reg. Q *cum totius Epiri, Thessaliæ, Macedoniæ opibus.* Florus more suo rem exaggerat. Nam Pyrrhus a Lysimacho Macedonia ejectus tum solam Epirum tenebat, et non multo plus quam 25. M. militum secum in Italiam duxit, quorum pars naufragio periit. Plutarch. in Pyrrho. Mithridates ap. Justin. XXXVIII. 4. eum non amplius quam 5. M. Macedonum instructum fuisse dicit.

Incognitisque ad id tempus elephantis] Epit. Liv. Auctor lib. XIII. 'Valerius Lævinus consul parum prospere adversus Pyrrhum pugnavit, elephantorum maxime invisitata facie territis militibus.' Ita ibi legend. pro *inusitata.* Quæ vox infinitis variorum Latinitatis Auctorum locis pro illa *invisitata* vitio correctorum visitur. *Sal.* Add. Plin. 8. 6. Veget. 3. 24. Varr. lib. 6. de Ling. Lat. Solin. cap. 25. Frontin. Strateg. 7. 4, 13. Justin. 18. 1, 6. Maximum autem hoc fuit belli momentum. Ita, cum Fidenates facibus armati erumperent, 'forma inusitatæ pugnæ Romanos milites terruit,' Livius, 4. 33, 2. et a Britannis 'novo genere pugnæ' perterriti sunt Cæsareani, Cæs. de B. Gall. 5. 15. 'Subita' enim 'conterrent hostes, usitata vilescunt,' Veget. 3. 26. Liv. 10. 28, 9. Inde 'vanis et inanibus militem magis quam justis formidinis causis moveri' dicit Curt. 4. 13, 5. *Fr.* Romani elephantos tum 'boves Lucas' vocarunt, quod eos primum in Lucania viderant, nec aliam quadrupedem bove majorem noverant, cujus nomen iis possent imponere. Vid. Virdung. ap. Rupert. Turneb. XXX. Adv. 9. Salm. ad Solin. p. 218. et ad Flor. I. 19. Gatak. Advers. Post. c. XXXV. et Bochart. Hieroz. Part. I. lib. II. c. 23. De elephantis primum a Pyrrho in Italiam adductis etiam Pausan. Atticor. XII.

Viris, equis, armis] Hæc sæpe dicuntur pro totis viribus, omni conatu et contentione. Vid. Victor. ad Cic. IX. Ep. Fam. 7. Ferrar. ad Cic. VIII. Philip. 7. Lang. ad eumd. III. de Off. 33. et H. Steph. ad Erasm. Proverb. *velis equisque,* qui plurima Livii, Cic. et aliorum loca congesserunt, in quibus vel 'armis, equis, viris,' vel 'equis, viris' conjunguntur: quamquam in his interdum nulla metaphora est. Add. Liv. XXI. 27. XXVI. 5. et Flor. II. 7. 8.

§. 7 *Apud Heracleam, et Campaniæ fluvium Lirim*] Insignis allucinatio Annæi nostri. Ἡράκλεια in Campania nulla, aut, si ulla, indicta sane vett. omnibus fuit. *Herculaneum,* vel, ut in scriptis habetur, *Herculanium,* in Campania collocatur, quod Græcis Ἡρακλεῖον. At longe aliud Ἡρακλεῖον et Ἡράκλεια. Vir doctiss. et summus antiquitatis vindex, annotat, viginti tres numerari Stephano Heracleas, quarum una Campaniæ. Stephanum ante annum recensuimus et castigavimus; Heracleæ in Campania nusquam meminit, sed inter viginti tres Ἡρακλείας, unam Italiæ recenset: nec ideo magis possumus intelligere, illam esse Campaniæ, quam Tusciæ aut Calabriæ. Procul dubio Steph. Heracleam intelligit, quæ prope Metapontum est. Non enim alia fuit in Italia Heraclea, juxta Sirim fluvium. Liris in Campania fluvius, Siris ἐν τῇ Βρεττανίᾳ, ut Græci loquuntur. Florum igitur decepit error 'Liris' et 'Siris,' et 'Lirim' pro 'Siri' accepit, et, cum Liris sit fluvius Campaniæ, etiam Heracleam in Campaniam traducere, sine architectis, et sine mœnibus, debuit. Auctores omnes consentiunt, pugnam primam adversus Pyrrhum habitam fuisse juxta Heracleam et Sirim. Plutarchus, ἐν πεδίῳ τῷ μεταξὺ Πανδοσίας πόλεως καὶ Ἡρακλείας. At Πανδοσία non est Campaniæ. Qui ad veterum errores connivere consueverunt, etiam hic Florum

Digitized by Google

defendant, et illis duobus locis, de quibus infra disputamus; ut omittam quos jam supra notavimus. *Sal.* *Heracleam, et Campaniæ fluvium Lirim*] Similiter Orosius 4. 1. Jordanes, Gotefr. Viterbiensis Chronic. lib. 9. Constat autem inter omnes Heracleam illam non in Campania, nec ad Lirim sitam fuisse; sed in Lucania inter Sirin et Acirin. Plin. 11. Strabo lib. 6. p. 182. Plutarch. Pyrrho cap. 24. Liv. Epit. 13. 1. Steph. de Urbibus. Frontinus 4. 1, 24. Ideoque Bongars. ad Justin. 18. 1, 4. in Oros. 4. 1. et hoc nostro legi vult: *Heracleam et Pandosiam urbem, fluviumque Sirim.* Salm. ad Solin. p. 58. D. 1. *Heracleam et fluvium Sirim.* Cluver. Italiæ Antiquæ p. 510. et 1279. *Lucaniæ fluvium:* omnia ex historia. Sed cum nostri consilii haud sit historias ex integro condere, sed ut a Floro conscriptæ sunt, proponere; rectius videtur accedere alteri ejusdem Salmasii opinioni, qua peccatum auctoris esse censet. *Fr.* Salm. sibi non satis constat. Hic Florum omnino errasse putat. Ad Solin. emendationem proponit, qua culpa in librarios confertur; sed tamen magis videtur inclinare in priorem sententiam. Emendationem Salmasii probarat N. Heinsius ad oram libri sui, Simson. in Chronico ad A. M. 3725. et Perizon. in marg. exemplaris sui Florum errasse credunt. Idque verius videtur. Vid. inf. hoc cap. n. 24.

Levino] Sigon. ad Liv. Epit. XIII. et Pigh. in Annal. ad A. U. 473. e Fast. Capit. ostendunt scribendum esse *Lævinus.* Græcis Λαιβῖνος, ut recte in Plutarch, Pyrrh. H. Steph. edidit, pro eo, quod ante vitiose legebatur Ἀλβῖνος.

Ferentanæ turmæ præfectus Obsidius] *Ferentaneæ* et *Opsidius* veteres. Vetus Inscriptio 'Obsidius.' *Sal.* Frentanum natione, turmæque præfectum, nomine Oplacum, Plutarchus, Pyrrho, cap. 26. vocat: ut dubium esset, an de Frentanorum auxiliariorum præfecto loqueretur, nisi testaretur Fr. Fabricius, Vir doctiss. habere se Mss. librum, in quo nomen huic præfecto *Obsidium* sit adscriptum, quod Plutarchi sententiam in Pyrrho quoque confirmaret. *Stad.* *Ferentanæ* Fran. et Voss. *Ferentaneæ* Duisb. et Edd. præter Ald. *Ferrantaneæ* Ryck. *Frentanæ* Toll. et Regg. quod rectum est. Plutarcho, et aliis Græcis Φρεντανοί. V. Sigon. de Ant. Jur. Ital. I. 14. et Dionys. Voss. ad Cæs. I. Civil. 23. Quæ sint illæ Inscriptiones Salmasio laudatæ, in quibus legatur gentile *Ferentaneus,* non scio. 'Obsidius' quoque, non 'Opsidius,' est ap. Grut. LXXII. 9. Nec aliter scripti Flori. Sed Fran. *Ossidius.* Add. Fabric. ad Oros. IV. 1. De Præfectis turmarum socialium Schel. ad Hygin.

Projectis insignibus] Nempe ne, per ea monstratus hostibus, periculosius fugeret. Similia Plutarch. Lucullo, cap. 55. Cæsare cap. 67. Curt. 3. 11, 21. Frontin. 2. 1, 24. Zonaras, lib. 3. de Magnentio. Adde notam Casaub. et Bernec. ad Suet. Aug. 10. 9. a. Sic Antonius consularem vestem abjecit inter cædem Cæsaris. Dio, lib. 44. p. 283. Ita Nicanor describitur *deposita veste gloriæ per mediterranea fugiens,* Maccab. 2. 8. Asinius Pollio, ap. Dionem, lib. 45. Trajan. ap. Xiphilin. p. 254. Add. Tac. Hist. 1. 81, 4. Hist. Miscell. 6. 8. Cæs. de B. Civil. 3. 96. *Fr.*

§. 8 *Actum erat*] Ita Jord. et e scriptis Florent. et Voss. 3. Ceteri et ed. om. *factum erat.* Haud dubie rectius est *actum:* v. Ind. et Brisson. VIII. Form. Nec dubito, quin ita in Naz. et Pall. fuerit: nam Salm. in exemplari suo, in quo est *actum,* nihil ex iis adnotaverat, nec Grut. quidquam de varietate scripturæ monuit.

Conversi in spectaculum belli] His verbis, si animum advertas, nulla sententia subest. Deletæ essent Pyrrhi copiæ, inquit, nisi procurrissent, sive

Digitized by Google

in primam aciem producti essent elephanti conversi in spectaculum belli. Ad quodnam bellum spectandum convertebantur elephanti, et quidnam ad victoriam Romanis extorquendam conferebant elephanti bellum seu pugnam intuentes? Nam hoc est 'converti in spectaculum' alicujus rei, se convertere ad aliquid spectandum. Nullus alius sensus ex his verbis potest colligi. Dudum Gronovio, ut erat emunctæ naris vir, suboluit hunc locum esse mendosum, et, qua erat mira in depravatis restituendis sollertia, sic emendandum: *Actum erat, nisi elephanti, converso in spectaculum bello, procurrissent:* hoc est: Vicissent Romani, nisi elephanti procurrissent, et Romanos magnitudine sua sic perculissent, ut bellum seu prælium converteretur in spectaculum, ut immemores pugnæ spectatores essent invisarum antea sibi belluarum tam monstrosarum. Interea dum bellum in spectaculum convertitur, Romani ab Epirotis cæduntur. Hoc non Gronovii, sed ipsius Pythii est responsum. *Græv.* Ita Gronovius II. Obs. 25. e Jord. opinor, ap. quem est, *nisi elephanti converso in spectaculo procurrissent bello.* Et sic Ald. contra om. sc. et alias edd. Certum est, *converti ad spectaculum* a Latinis ea significatione dici, quam hic adnotat Grævius. Liv. XXVI. 5. 'Sublatum alte signum converterat ad spectaculum cives hostesque.' Id. XXXV. 51. 'Ad spectacula templi lucique versi.' Et eadem significatione voce *spectaculum* adjunguntur alia verba. Petron. cap. CXI. 'Ut vicinarum quoque gentium fœminas ad sui spectaculum evocaret.' Et Justin. XXXIV. 2. 'Conjuges liberosque suos ad spectaculum certaminis in montibus posuerunt.' Et facit pro interpretatione Gronovii locus Justini XVIII. 1. de hoc prælio: 'Romanos vincentes jam inusitata ante elephantorum forma stupere, primo, mox cedere prælio coëgit.' Tamen nonnihil dubito, an Florus 'spectaculum belli' dixerit pro prælio. Ita certe loquutus est supr. c. II. 'Ea denique atrocitas prælii fuit, ut interfuisse spectaculo Deos fama tradiderit:' ubi *spectaculum* nihil aliud potest esse, quam prælium. Neque enim Castores ibi otiosi spectatores fuerunt; sed, ut plerique veterum narrant, hastis ora hostium fodientes eos in fugam verterunt. 'Spectaculum prælii' autem quid sit, intelligi potest e Sall. Jug. CI. 'Tum spectaculum horribile in campis patentibus, sequi, fugere, occidi, capi, equi atque viri adflicti....postremo omnia, qua visus erat, constrata telis, armis, cadaveribus, et inter ea humus infecta sanguine.' Similis est locus Tac. Agr. XXXVII. quem et ad Sall. adnotat Wass. 'Tum vero patentibus locis grande et atrox spectaculum: sequi, vulnerare, capere, atque eosdem oblatis aliis trucidare.' Ita 'conversi in spectaculum belli' esset, conversi in prælium, cujus atrocitas horribile præbebat spectaculum. Et fortassis Florus 'spectaculum belli' dixerit pro prælio, ut Horatius bella et prælia *ludum Martis* vocat I. Carm. 2. 37. 'Heu nimis longo satiate ludo;' et de iis, qui in prælio cadunt I. Carm. 28. 17. 'Dant alios Furiæ torvo spectacula Marti.' Præterea hoc quoque obstare videtur conjecturæ Gronovii, quod, si legas *converso in spectaculum bello,* Florus dicit elephantos tum demum procurrisse, postquam Romani ad eorum spectaculum jam conversi erant. Sed hoc fieri non potuit: nam prius procurrere debuerunt elephanti, quam Romani ad eos spectandos converti potuerint. Si hæc fuisset mens Flori, debuisset scribere, *nisi elephantis procurrentibus bellum in spectaculum conversum fuisset.* Conjectura Tollii Fortuit. c. XXVI. *Nisi conversa in primam aciem belluæ procurrissent,* vix digna est, quæ memoretur.

Novo odore] Liv. 30. 18, 6. 'Ad

Digitized by Google

quorum stridorem odoremque et aspectum territi equi, vanum equestre prælium fecerunt.' Idem de elephantis, locis aliis multis idem Livius. *Vin.* Livium imitatur Ammian. 25. 3. 'Ad quorum stridorem odoremque et insuetum aspectum magis equi terrebantur.' Add. Plutarch. Pyrrho, cap. 37. *Fr.* Item Rupert. ad h. l. et Liv. XLIV. 5.

Dederunt] Virg. III. G. 246. 'Nec funera vulgo Tam multa informes ursi stragemque dederunt Per silvas.' Et rursus Ibid. vs. 556. et Æn. XII. 453. Sic 'dare timorem,' 'admirationem,' 'terrorem,' Justin. III. 5. et IV. 1.

§. 9 *Asculum*] Oppidum hoc in Picentibus locat Plin. 3. 13. et Noster, prox. cap. Ea propter Camers proxime præcedentia verba, 'In Apulia,' delenda censuit. Vinetus ita subvenire tentat: *In Apulia, deinde apud Asculum:* ut innuat, duobus istis locis pugnatum esse. Vegetius, 3. 24. quæ hic narrantur, in Lucania accidisse scribit. *Fr.* Plutarch. in Pyrrh. et Frontin. II. 3, 21. prælium apud Asculum factum tradunt; ubi id situm fuerit, non addunt. Rupert. ad h. l. et Cellar. II. Geog. Ant. 9. duas hoc nomine urbes in Italia fuisse ostendunt, alteram in Piceno, alteram in Apulia, quæ hodieque *Ascoli* dicatur. De hac igitur hæc verba accipienda sunt, non de Asculo Piceno.

Curio Fabricioque] Manifestus hic est error. Curio enim nunquam in consulatu collegam fuisse Fabricium, Annales Coss. testantur. Scribend. itaque, *Fabricio et Æmilio Coss.* quibus ad Asculum cum Lucanis, Bruttiis, Tarentinis, et Samnitibus, pugnatum esse, Triumphorum tabulæ recensent. Observo namque, Pyrrhum tunc spe occupandæ Siciliæ evocatum fuisse, victum tamen paulo ante Fabricii virtute, utpote qui medicum Timocharem, contra regis sui caput spe præmii venenum deferentem, ad dominum suum reduci curaverit: ita fere Eutrop. 2. 18. Epit. 13. Livii, Val. Maximus, Tabulæ Capit. Contra Florus, et Scriptor de Viris Ill. Frontin. Plutarch. recensent, cum Pyrrho bis ad Asculum esse pugnatum, priore die prælium ob noctem fuisse diremtum; altero die Pyrrhum, circa humeros pilo læsum, ex acie decessisse, victoriam penes Fabricium fuisse. Pyrrhum deinde a Syracusanis in Siciliam, qui a Carthaginensibus obsidebantur, evocatum, Plutarchus et Pausan. lib. 1. auctores sunt. Nonnulli scribunt, dubio Marte, Sulpicio et Decio Coss. cum Pyrrho pugnatum esse, sed anno superiore. Pyrrhum fuisse vulneratum, sed Decium Cos. hoc in prælio cecidisse, Cic. in Tusc. 1. 37. auctor est. *Stad.* Forte diversos annos intelligit Auctor, ut supra, 1. 16, 8. 'Per Fabios et Papirios patres, eorumque liberos.' *Fr.* Qui sententiam Freinshemii defendere volet, ei primum ostendendum erit, non Fabricio tantum, sed etiam Curio Cos. i. e. non tantum A. U. 475. sed etiam 478. ad Asculum pugnatum esse: quod semel tantum Fabricio, non Curio Cos. factum tradunt Veteres. Deinde, quum duorum Consulum nomina ita, ut hic, conjunguntur, id etiam accipi posse de iis, qui non eodem anno Coss. fuerunt. Est omnino peccatum sive librariorum, ut putat Pigh. ad A. U. 475. sive ipsius Flori, ut Sigon. ad eumd. annum, Schott. ad Aur. Vict. c. XXXV. et Perizon. ad h. l. quibus potius adsentior. Similis est error cap. præced. de Fabio et Decio Coss. Quæ Stadius hic e Fastis Triumph. refert, ea ibi non leguntur: sed tantum Fabricium de Lucanis, Bruttiis, Tarentinis, et Samnitibus triumphasse. Asculi in Fastis nulla est mentio.

Belluarum] Freinshemius in Ind. notat, 'belluas' hic poni pro elephantis; quod prima fronte puerile ac protritum videri posset: sed adeo non est, ut illud Arnobii lib. VII. mire

Digitized by Google

torserit viros doctos: 'Camelos, belluas, leones.' Medicinam enim crediderunt adhibendam, quum non intelligerent elephantos κατ' ἐξοχὴν dici 'belluas.' Simili modo 'bestias' Cic. lib. VI. Ep. 9. dixit. *Rup.* Add. Græv. ad Flor. II. 6. 49. Terent. Eun. III. 1. 25. In vet. lib. Vineti, Flor. Magl. et Voss. *Numicius.*

Hastatus] Centurionem facit Veget. 3, 24. Lipsius de Mil. Rom. lib. 2. cap. 8. de primo hastato exponit. *Fr.* Lipsius ex Oros. qui IV. 1. 'quartæ legionis primum hastatum' vocat, recte exponit primum Centurionem hastatorum. Sic 'Princeps' absolute, pro primo Centurione Principum, ap. Liv. XXV. 14. Sed frequentius *primus princeps*, *primus hastatus*. Vid. Lips. l. d. Livius XXVI. 6. 'Primi principis signum.' Ibid. c. 5. 'Secundi hastati signum.' Et XXVII. 14. 'Signum primi hastati.' Add. Ald. Manut. Quæsit. per Epist. II. 3. Paullo ante Berol. Magl. et Duisb. *exsluerat*, quo etiam tendit Ryck. in quo est *exuoluerat*. *Beluarum*, et paullo ante, ac deinde *beluas* Duisb. Fran. et v. e.

Unius proboscide abscissa] Græcum quidem est, προβοσκίς. Sed Latini veteres, solenni mutatione B in M, pro eo magis dixerunt 'promoscidem' vel 'promuscidem.' Et sic veteres legunt. Hanc tamen eos mutationem ab Æolibus suis potius mutuatos crediderim, quibus frequens fuit aliorum Græcorum βῆτα in μῦ vertere et contra. Sic igitur illis προμοσκὶς dicta, quæ aliis προβοσκίς. Inde Latinorum 'promuscis.' *Sal.* Quod jam ante usurpaverant Macedones bello Pori Indico. Vide Curt. 8, 14. Aliam unius militis adversus elephantem pugnam describit Hirtius de Bell. Afric. cap. 84. et aliam Plin. 8, 7. aliam Joseph. Antiq. 12, 14. *Fr.* Ryck. Berol. Magl. Duisb. Fran. Voss. 1. Ed. V. B. P. et S. *promoscide*. Flor. Voss. 3. et Frec. *promuscide*. Vid. Vinetum in Ind. et Voss. Etymol. 'Manum' in hac historia dicit Orosius. Et sic sæpe alii, quorum loca congessit Freinsh. in Ind. Curt. v. *Manus*. *Abscisa* est in Berol. Magl. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. et om. ed. ut infr. II. 2. 2. in plerisque. *Abcisa* Naz.

Mori posse] Eoque magis Asdrubal ap. Liv. 27, 51, 2. *Fr.*

§. 10 *Ardentib. ruinis operuere*] Idem genus loquendi est ap. Stat. et Sil. It. Vid. Gron. Diatrib. Stat. c. XXIII.

Nec ante cladi finis fuit] Vetus editio, ut summi viri annotarunt: *nec alius cladi finis fuit*. Quod cohærere cum seqq. non posse testantur. Scripti omnes id retinent. Sed verum est, legendum esse: *nec alias cladi finis fuit, quam nox dirimeret*. Omnia jam cohærent. Sic supra iidem veteres habebant: *rarum alius decus*, pro *rarum alias decus*. Sal. *Nec ante cladi*] Ita Pal. 3. Naz. autem et v. e. *nec alius*, unde Salm. *nec alias*. Verum impressorum lectio satis constat; si vero sollicitanda sit, ita forte legi posset: *nec alius cladi finis fuit, quam ut nox, &c.* Fr. Vetus Edit. non habet *alius*, ut scribit Salm. verum *an* pro *ante;* et sic adnotarat ex ea Grut. in Edit. Commel. nam deinde certissimo errore idem scripsit, quod hic Salmasius. *Nec ante* Berol. Magl. et Duisb. *nec ante alius finis* Voss. 3. ceteri *nec alius*. Reg. F, Berol. Duisb. et v. e. *cladis: dirimeret* deest in Voss. 2. Hoc probat, et etiam ab alio Leidensi Ms. abesse testatur cl. Oudend. ad Lucan. IX. 232. De exitu hujus pugnæ varie traditum est. Vid. Plutarch. in Pyrrh. et Liv. Epit. XII.

Saucius, in armis suis referretur] Nescio an verum dicat Nazarianus, qui legit: *sine armis suis referretur*. Aliquid simile factum ex Plutarcho colligas, cujus, eamdem hanc pugnam describentis, hæc verba sunt: "Ἄπαξ δὲ μέχρι δυσμῶν ἡλίου μαχεσαμένων μόλις ἀπαλλαγῆναι, τοῦ Πύῤῥου τρωθέντος

Digitized by Google

τὴν βραχίονα, καὶ τὴν ἀποσκευὴν ἅμα Σαυνιτῶν διαρπασάντων. Sed ἀποσκευὴ impedimenta et sarcinas significat, potius quam arma. Deinde, cui verisimile fiat, de magno duce ac tanto bellatore, armis eum exutum fuisse? Vera igitur sine dubio lectio: *humero saucius in armis referretur.* Hoc est, super armis suis, ut moris erat saucios plerumque e prælio referri. 'Arma' autem hic scutum proprie notant vel clypeum. Sic 'arma ancilia' scuta erant. Sic supra de Samnitibus, quos aureis et argenteis armis ornatos fuisse dicit, de scutis accipiendum. Nam Livius eamdem rem narrans, scuta habuisse perhibet auro et argento cælata. Notum porro illud ἀπόφθεγμα Lacænæ mulieris ad filium, cui arma tradebat in bellum ituro, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τὰν, subaudiendum ἀσπίδα. Aut hanc referas salvus ad penates, aut super hanc saucius mortuusve referaris. Sed lectionem ne sollicitemus, quæ est in editis: nam proba et vera est. In altero etiam Pal. legi: *in castris suis referretur.* An pro *in castra sua referretur?* Sed uni stemus vulgatæ censeo. Nam et alter Pal. perperam: *inermis suis referretur.* Sal. In Naz. ultima litera e 'saucius' in capite sequentis vocis repetita, atque inde *sine* ortum esse videtur. De more saucios et occisos scutis clypeisve impositos ex acie efferendi Curt. VI. 1. Virg. Æn. X. 506. et 841. 'At Lausum socii exanimem super arma ferebant.' Bernart. ad Stat. VIII. Th. 782. et ad utrumque locum Virgilii Cerda. Dictum Lacænæ mulieris, de quo Salmasius, est ap. Plutarch. in Apophth. Lac. et Suid. ἢ τὰν et Λυκοῦργος. Sed pro ἐπὶ τὰν, quod apud hunc est, Kusterus legit ἐπὶ τᾶς, vel τᾷ. Utrumque rectius, et ἐπὶ τᾶς Plutarchus.

§. 11 *Lucaniæ*] Phil. Cluverius, Italiæ antiquæ lib. 4. erroris arcessit Auctorem, quod 'Lucaniæ' scripserit, cum 'Samnii' debuisset: verum ab hac nota facile tueatur eum Strabo, qui cum ex professo hoc agat, fatetur, gentium harum situm vix certis finibus distingui posse. *Fr.* 'Lucaniæ,' pro, in Lucania, ut Sall. Jug. XXXIII. 'Romæ Numidiæque facinora ejus memorat.' Virg. Æn. III. 162. 'Cretæ jussit considere Apollo,' et alia ap. Sanct. IV. Min. 9. in ellipsi v. *Urbs.* Nimis disjecta erit oratio, si ita ordines: sub Arusinis campis Lucaniæ.

Sub Arusinis, quos vocant, campis] Frustra sunt Viri docti, qui *Taurasinos campos* hic comminiscuntur. En testem locupletem Jul. Frontinum, qui Arusinos campos nominat, lib. IV. Stratagem. cap. 1. 'Romani deinde, victo eo [Pyrrhum intelligit] in Arusinis campis circa Statuentum, castris ejus potiti, et ordinatione notata, paulatim ad hanc usque metationem, quæ nunc effecta est, pervenerunt.' Pro *Statuentum*, vel *Fatuentum*, reponunt *Beneventum:* sed cum Noster Lucaniæ esse campos scribat, quomodo iidem potuerint esse circa Beneventum, non video. Stephanus nescio quam Beneventum in Campania ponit, quam scribi per δ perhibet Βενέβενδον, cujus ἐθνικὸν Βενεβενδεὺς, et aliud esse a Βενέβεντον. Ridicule. Nam, Βενεβεντὸς et Βενεβενδὸς plane idem. Ut Βρεντήσιον, et Βρενδήσιον, dupliciter scribebant, et in veteri Inscript. 'Badaus' pro 'Bataus,' aut 'Batavus:' καὶ ταῦτα μετὰ τοιαῦτα. *Subarri* mendosissime appellantur hi campi ap. Jord. in edd.; nec dubium, quin sit ex Auctore nostro emendandus, cum scripti habeant: *Subares in his, quos vocant, campis.* Vel puer videat legendum esse: *sub Arosinis, quos vocant, campis.* 'Arosini,' et 'Arusini,' idem. Eamdem mendi indolem nobis exhibuerat optimus Codd. Naz. paulo superius, ad hanc modum: *cum tot populi portarent in his consurgerent*, pro *Tarentinis.* Sic, *de his*, pro *deis*, aut *diis.* Beneventum

Digitized by Google

autem Samnii fuit, non Lucaniæ. *Sal.* Cluverius tamen citato modo loco *Taurasinis* reponit in omnibus auctoribus, ad quem remissum te volo. *Fr.* Sed vid. quæ adv. Cluv. disputat Cellar. II. Geog. Ant. 9. 'Sub campis' pro, in campis, ut dicit Frontin. Sic 'Sub templis' Virg. Æn. I. 453. 'Sub Albunea' Æn. VII. 82. pro, in templis, in Albunea, Serv. Add. Gron. II. Obs. 15. Ov. Tr. I. 8. 19. 'Nata procul Libycis aberat diversa sub oris.' Flor. IV. 12. 10. 'Dalmatæ plerumque sub silvis agunt.'

Ducibus iisdem, qui superius] Rectius: *quibus superius.* Sal. *Qui superius*] Videntur hæ duæ voces a mala manu: certe supervacaneas res ipsa clamat. *Grut.* *Ducibus iisdem, qui superius*] Hæc non solum falsa sunt, et adversantur idoneis scriptoribus aliis, ut recte notavit puella elegantissimi ingenii Fabri filia, sed et supposititia sunt et ab homine imperito inserta, ingratiis Flori, qui illa, si sua posset recognoscere, deturbaret de loco, quem male invaserunt, et ejiceret, meo quidem judicio. *Græv.* Pyrrhum tum Manio Curio Duce victum esse certum est. Sed et aliis locis, et in hoc ipso capite non leviora sunt errata Flori: qui quum in duabus superioribus pugnis nominaverit Duces Romanos, hic videtur idem voluisse facere. *Quibus* quod malebat Salm. est in Jord. et Frec. pro quo Tollius conjecerat *quis*.

Sed tunc ad totam victoriam exitum] Piget aliquando istas λεπτολογίας persequi, nec immerito levem hanc opellam multi carpunt; sed quorundam voto satisfacimus, et nihil tam tenue est et sordidum in his literis, quod indignum labore nostro putare debeamus, modo bonum auctorem faciat meliorem. Quod etiam hæc minuta præstant. Ut hoc loco pro *ad totam victoriam* optimus Naz. liber cum altero pariter antiquissimo Jordaneo habet: *Sed tunc tota victoria.* Distinguendum igitur: *Sed tunc tota victoria. Exitum, quem datura virtus fuit, casus dedit.* Stilum hæc omnino sapiunt brevem et argutum Flori. Sic enim supra loquutus est: 'Speculatus omnia refert. Tum iter.' Nihil verius. Nec dissimulavero tamen in altero Jord. scribi: *Sed tum totam victoriam.* Ex cujus scripturæ vestigiis legendum foret: *Sed tum in totam victoriam exitum, quem datura virtus fuit, casus dedit.* Quomodo plane exhibet et Pal. 2. Sed verior antiqui Naz. lectio. *Salm.* *Sed tunc ad totam*] Ita Pal. 2. nam 3. *sed tunc in totam victoriam:* non placet: melius enim Pal. 1. *sed tunc tota victoria. Exitum quem, &c.* tunc, inquit, vicit Romanus, sed sine Marte ambiguo, sine cruore multo. *Grut.* Non video quid sibi velit *ad totam victoriam exitum casus dedit.* Nec hic quicquam subsidii est in Ryck. membranis, quæ non abeunt a vulgatis, nisi quod post 'sed' male inserant *et*. Salmasius legit ex Naz. et Jorn. *Sed tunc tota victoria. Exitum, quem datura virtus fuit, casus dedit.* Forte *exitum* est interpretatio quæ margini fuit adscripta, qua lector aut magister significavit, hoc prælium dedisse exitum belli. Si hanc vocem deleveris, commode repones: *Sed tunc totam victoriam, quam datura virtus fuit, casus dedit.* Græv. Non solum Ryck. sed etiam alii scripti et V. E. habent vulgatum. Alii olim editi *et tunc tota victoria. Exitum.* Amst. *sed tunc tota victoria:* quod rectum esse puto. 'Via,' 'iter,' 'aditus ad victoriam,' proba sunt: Sed 'exitus ad victoriam' quam bene dicatur, non scio. Certe nusquam alibi inveni. Retinui tamen, quod erat in Freinsh. Græv. et aliorum Edd. propter consensum librorum. Plantiniana cont. omnes habet, *et tunc toti victoriæ exitum,* quod etiam in Voss. 2., sed *totius* pro *toti* est. Begerus conjecturam Grævii in contextum recepit. Malo ex-

Digitized by Google

emplo: etsi ea, meo quidem judicio, Grævio non indigna est. Tollius pro *totam* legebat *plenam*. Sine ratione. 'Tota victoria' est, plena, non dubia, quam mox 'sine controversia victoriam' dicit. Justin. v. 2. 'Ne aut victoriam totam daret, aut necessitatem deponendi belli imponeret.' *Et* a scriptore libri Ryck. forte additum est ad indicandam varietatem scripturæ. Nam pro *sed tunc* Regg. et plerique editi habent *et tunc*. *Quam datura v. f.* Fran.

§. 12 *Per stragem suorum percurrens*] Reponendum: *recurrens*. *Qui cum per stragem suorum recurrens*. Salm. Merito hæc suspecta sunt Viris doctis, qui correxerunt *recurrens*. Nemo enim Latine doctus 'per stragem percurrere' quid sit intelliget. Legendum autem puto *per stragem suorum procurrens*. Relictus erat pullus, qui in aciem quærens matrem per stragem suorum procurrit, multos obterens, et ordines turbans: paullo ante: 'Nisi elephanti, converso in spectaculum bello, procurrissent.' *Græv.* Etiam N. Heinsius in libro suo emendaverat *recurrens*. Nec tamen id in ullo scripto vel edito inveni. Nam Naz. Pall. Regg. Flor. Ber. Fran. Voss. Duisb. et om. ed. habent *percurrens*, Ryck. *p'currens*, i. e. *præcurrens*, Magl. *procurrens*. V. E. omittit *per* ante 'stragem.' Retinui quod erat in plerisque libris. Nec ausim damnare *percurrere per stragem*, ut minus Latine dictum. Nam sic Cic. III. Verr. 42. 'Per omnes civitates, quæ decumas debent, percurrit oratio mea.' Et cur minus ita liceat dicere, quam quod Liv. XXXVIII. 41. et Cæs. VI. B. G. 40. dicunt, 'Per medios hostes perrumpere,' et rursus Cæs. IV. B. G. 33. 'Per omnes partes perequitare,' et VII. 66. 'Per hostium agmen perequitare'? Tollius Fortuit. c. XXVI. itidem probat *recurrens*, et sequentia sic emendat, *stridore quæreret matrem, agnovit ea, et quo se vindicaret, exiluit*. Non quærebat matrem pullus, sed vulnere accepto ab ea fugiebat, et per suos recurrens stragem eorum faciebat, ac dolorem e vulnere stridore significabat: quod *stridore queri* dicit Florus. Nam 'queri' et 'querelæ' de vocibus omnium animalium dicuntur. Porphyr. ad Horat. II. Epod. 26.

Et quasi vindicatura exiluit] Ita maluerunt correctores. Nam hanc lectionem ab illis esse, possit fidem facere vetus editio, quæ, ut eruditissimorum virorum testimonio scimus, habet, *vindicaret*. Scripti omnes cum ea faciunt, quos vidimus. Hanc tu, sine ullo correctorum odio, restituas licet: *mater agnovit, et, quasi vindicaret, exiluit*. Cujus argutiam non percepere. Jord. libri: *et, quasi vindicare, exiluit*. *Vindicare* male scriptum pro *vindicaret*. In edd. Jord. operam suam cessare non passi sunt iidem optimi correctores, et pro illis, *et quasi vindicare exiluit*, substituerunt, *seque quasi vindicare vellet*. Homines egregios, qui tam εὐστόχως καὶ εὐτυχῶς ludunt! *Salm.* *Vindicaret*] Ita et Pall. tres et v. e. recentiores, *vindicatura*: non male, si quoque firmaret scriptorum codicum auctoritas. *Grut.* Scriptura librorum Salm. et Gruteri ac v. e. etiam in aliis scriptis, et ed. J. est. *Vindicaret* est, vindicare vellet, ut supr. 10. 1. 'Porsena Tarquinios manu reducebat,' et infr. II. 18. 12. 'Ut destinata morte in prælium ruerent.' Multa hujusmodi in optimis scriptoribus reperiuntur. Suet. Cæs. XXIX. 'Cum adversariis autem pepigit.' Id. Oth. IX. 'Ne victis quidem adeo adflictis, ut non in ultionem ignominiæ quidvis discriminis ultro, et vel solæ subirent.' Liv. XXXVII. 53. 'Filiam suam in matrimonium mihi dabat, restituebat extemplo civitates, quæ defecerant a nobis.' Et XL. 58. 'Quali tempestate Gallos spoliantes Delphos fama est peremtos esse.' Vid. Passerat.

Digitized by Google

ad Propert. I. 4. 2. Casaub. ad Suet. Cæs. XXIX. Gron. ad Liv. XXXIV. 1. XXXVII. 17. et ad Liv. Epit. XLIX. cl. Nood. II. Probab. 6. 3. et III. 11. Scheff. l. d. conjicit, *quo sibi vindicaret*, i. e. pullum suum ex imminente periculo, quod ex stridore cognoverat, liberaret, sibique redderet tutum. Mihi pleræque conjecturæ viri doctissimi in Floro ejusmodi esse videntur, ut non necesse sit iis refellendis immorari. Satis erit eas verbo retulisse, et aliorum judicio reliquisse.

Gravi timore permiscuit] Occupavit hunc locum menda plane similis illi, quæ alium locum lib. II. cap. 11. contaminarat: 'Ut quatenus nec more jungi, nec pontibus posset:' *more* pro *mole*. Hic quoque Nazarianus: *gravi more*, pro *gravi mole*. Cave aliter legi debere censeas, et confirmat Jord. *Salm*. Editio princeps, *gravi mole*, quomodo item Pal. 2. ac 3. sed non etiam 1. in quo, *tum omnia circa quasi host. circa more permisc.* sic inquam Naz. exemplar. nisi quod statim eadem manu prius illud *circa*, mutatum iverit in *circum*. Illud *mole* ineptum est: haud tamen me expedio ex Naz. nisi si forte restituendum, *cæca amore, permiscuit:* quod lepidum fuerit: proximos enim hominibus sapientia elephantos, omnibus obvium est: itaque si homines excæcat amor, quid mirum si belluam alioquin prudentissimam. Hæc Gruterus, acute et fortean vere: posset tamen etiam non absurde ita legi, *cæco timore*. Fr. Naz. *gravi more*, unde recte Salm. *gravi mole:* et sic clare Regius codex: scilicet sui corporis. Proprie 'moles' dicitur de elephantis. Vide notas ad lib. II. cap. 6. *Grav. Mole* etiam alii om. sc. excepto Voss. 3. in quo vulgatum *timore* est. Sen. de Brevit. vit. c. XIII. de elephantis: 'Ingenti mole animalium exterantur.' Hoc consentientibus tot scriptis post Amst. et Begerum recipere potui. Scheff. legit *gravi motu*. 'Omnia circa,' ut ap. Liv. IX. 29. 'Circa omnia defecerunt:' XXIV. 3. 'Templum sanctum omnibus circa populis,' et eod. lib. c. 41. 'Cum expeditis clam profectus ad loca circa visenda.' Plura Gron. ad Liv. IX. 2. Græv. ad Flor. III. 19. 12. et IV. 12. 60.

§. 13 *At sic*] Similes eventus in historiis passim (vide Polyb. in Excerpt. Vales. pag. 78.) ex quibus Hirtius de African. cap. 27. hanc extruxit regulam: 'Elephanti, multorum annorum doctrina usuque vetusto vix edocti, tamen communi periculo in aciem producuntur.' Alexander quin etiam, ap. Curt. 9. 2. 21. 'Plus suis,' ait, 'quam hostibus periculi inferre.' Quod multo magis necesse fuit fieri, cum alias feras quæ nunquam bona fide mansuescunt, leones, apros, &c. in aciem producerent, de qua re Lucret. Rer. Natural. lib. 5. et exemplum extat in Plutarch. Bruto cap. 13. *Fr.* Add. Bochart. Hieroz. I. 2. 25. Freinsh. ad Curt. VIII. 14. 15. et Rupert. ad h. l.

Sine controversia] Freinsh. in Ind. incruentam, impulveream. Rectius Perizon. ad oram exemplaris sui, haud dubiam. Cic. III. de Off. 2. 'Panætius, qui sine controversia de officiis accuratissime disputavit.' Et I. de Orator. 55. 'Etenim sine controversia et magna est [ars] et late patet.'

§. 14 *Intra urbem*] A Reg. Q abest *domi*. Majorem speciem glossæ possunt habere verbo *intra urbem:* nam Florus fere semper dicit 'domi' pro, in urbe, sine alio additamento, ut I, 7, 4. I, 11, 1. I, 26, 9. et mox hoc cap. n. 16. Sed usitatissimum ei est conjungere duo idem significantia: vid. Ind. v. *Statim*. Sic I. 11. 5. I. 12. 9. II. 12. 1. et alibi.

Post primam victoriam] Ideoque dixit, 'alteri sibi pari victoria haud esse opus:' nimirum optumum quemque e suo exercitu occubuisse cernebat. Hoc ipsum etiam Annibal, cæ-

Digitized by Google

sis ad Cannas Romanis, usurpasse fertur, ap. Appian. de Bel. Annib. p. 328. Ludovicus XII. Histoire de France. 'Cadmea victoria' vocatur hæc a Diodoro, 22, 4. *Fr.*

Desperavit armis] Eadem constructione Cic. ad Att. 5, 18. 'Speramus manu.' *Id.* Sed potest etiam esse casus tertius. Cic. pro Cluent. XXV. 'Saluti desperare vetuit.' Et sic Idem alibi, et Cæsar quibusdam locis, quæ leguntur in Lexicis.

Seque ad dolos contulit] Nempe; 'Ubi non sufficit leonina pellis; adsuenda est vulpina.' Plutarch. in Lacon. cap. 94. *Fr.*

§. 15 *Cremavit*] Ad captandam gratiam Romanorum: quamquam hostes etiam interdum id faciebant per humanitatem. Kirchm. de Funer. Append. c. III. et seqq.

Captivosque] Sicut prius Alexander (cujus dicta factaque æmulus hic erat) Scythis hostibus 'captivos omnes sine pretio remiserat, ut fidem faceret, sibi cum ferocissimis gentium de fortitudine, non de ira, fuisse certamen:' auctor Curt. 7. 9, 18. Sic Sultanus Liparitem, ap. Zonar. in Constantino Monomacho. Astutus ille Annibal socios tantum Romanos dimisit, sed alio fine. *Fr.* Pro his Romani ei parem numerum de Samnitibus et Tarentinis captorum reddiderunt, Plutarch. in Pyrrh. suos receptos ignominia notaverunt, Val. M. II. 7, 15. Frontin. IV. 1, 17. et Eutrop. II. 7. Severissimam sententiam ab App. Claudio Cæco in eos dictam scribit Ulpian. l. 1. §. 5. D. de postul.

Missisque deinde legatis] Hujus legationis præter ceteros meminerunt Plin. 7. 24. Solin. cap. 7. Cic. Tusc. Q. 1. *Cam.* Naz. Cod. *dein.* Idem paullo post duabus vocibus auctior est, quam editus: *omni modo annisus est, ut facto fœdere in amicitiam reciperetur.* Quæ supervacaneæ et otiosæ non sunt. Has, ne quis non genuinas putet, retinet Jord. et reliqui libri asserunt. *Salm.*

Annixus est, ut in amicitiam reciperetur] Sic omnino Pal. 2. nam 1. *admisus est, ut facto fœdere in amic. r. &c.* quod genuinum videri posset, nisi et alia adnecteret Pal. 3. in quo, *amissus est, ut facto fœdere in amic. populi Rom. recip.* Grut. Et hic audiri debuit Salm. qui monuit ex Naz. Jorn. et veteribus reponendum esse: *admissus est, ut facto fœdere in amicitiam reciperetur.* Iisdem litteris exarata est hæc ἐπανορθ in Ryck. Paullo post idem: *se approbavit* cum Pall. *Græv.* *Facto fœdere* addunt Florent. Voss. 3. et Ald. Freculphus, *facto fœdere, quamvis vinceret, in amicitiam recipi voluit.* *Annixus* Pal. 2. Flor. Magl. et Voss. 3. In Epit. Liv. XIII. scriptum est, Pyrrhum post primum prælium legato ad Senatum misso petiisse, ut componendæ pacis causa in Urbem reciperetur. Et sic Pompon. l. 2. §. 36. de O. J. Alii hoc non memorant, Regemque nihil aliud, quam amicitiam et fœdus per legatos petiisse scribunt.

§. 16 *Foris et domi*] Sic cap. ult. hujus libri. Ap. alios frequentius 'belli domique.' Vid. N. Heins. ad Ov. XII. Met. 185.

Omnem in partem] Omnibus rebus, omni genere. Cic. pro Sext. c. IX. 'Alter multos plane in omnes partes fefellit.' Et III. de Off. 6. 'Ab homine ad nullam partem utili.' Manut. ad Cic. IV. Ep. Fam. 10.

Romana virtus tum se probavit] *Se adprobavit*, N. *Salm.* Melius hoc, quam vulgatum hactenus, *probavit:* eratque alterum in tribus Pall. *Grut.* Et in aliis om. sc. exceptis Fran. et Voss. 3. et v. e. Quid sit 'adprobare se,' vel 'aliud quid alicui,' docent Interp. Phædri ad IV. f. 24. Sed idem etiam recte 'probare' dicitur. Vid. Fabric. ad Cic. pro Ligar. I. et Hotom. ad eumd. pro Rabir. Post. XV. Mox omnes scripti præter Florent. et

Digitized by Google

Voss. 3. omnesque Edd. præter Ald. *nec alias magis*. An hoc suspicabimur corruptum esse pro *alia res?* an potius aliquid in seqq. vitiatum, et pro *Populi Romani* legendum *Populus Romanus*, pro *Ducum*, *Duces?* Mihi quidem non de nihilo videtur, quod libri ita consentiunt in vocem *alias*. Et solet ita loqui Florus supr. c. 18. 8. 'Tum igitur, aut nunquam alias apparuit vera illa Romana virtus.' Et III. 22. 8. 'Nec alias magis apparuit Hispani militis vigor, quam Romano duce.'

§. 17 *Quinam illi fuerunt*] Ex conjectura emendo: *qui enim illi fuerunt?* Quod sequentia ostendunt: 'Qui autem ille senatus fuit?' et, 'Qui porro ipsi duces vel in castris.' Quæ quam recte cohæreant, et sibi invicem respondeant, vides. *Quinam* surrepsit pro *qui enim*, ex consuetudine scribendi, *qui n.* quod est, *qui enim*. Salm.

Omnium vulnera in pectore] Quæ 'honesta' sunt 'vulnera.' Vide Tac. H. 3. 84, 7. Ov. F. 2. 211. Cf. cum his, quæ notant Grut. ad Ammian. 31. 36. et Bernecc. ad Justin. 9. 3, 10. Non absimile est illud Sidonii, Carm. 5. vs. 252. 'Mors obruit illos, Non timor, invicti perstant, animoque supersunt Jam prope post animam.' *Freinsh*. Add. Muret. ad Tac. 1. A. 49.

Relictæ in vultibus minæ] Sil. 13. 782. 'Cui frons nec morte remissa Irarum servat rabiem.' *Fr*. Vid. in Ind. v. Ira.

§. 18 *O quam facile*] Lege: *quam facile*, et dele τὸ *O*, auctoribus libris melioribus. *Salm*. *O quam facile*] Sic nullo apice minus Pall. tres: omnes, inquam, agnoscunt primam literam *O*. vet edit. addebat a fine: *mihi cum Romanis*, sed non addicunt ei Mss. nostri, neque opus erat tali voce. *Grut*. *O quam facile erat orbis imperium, aut mihi Romanis militibus, aut me Rege Romanis*] Non abludit ab hoc dicto, quod Demades Rhetor ad Chæroneam captus Philippo inter pocula jactanti, et quærenti, ubi nunc est nobilitas Atheniensium, respondit; cognosceres, inquit, Rex, si Philippus Atheniensibus, Chares autem Macedonibus imperaret. *Græv*. *O* est in om. sc. et ed. Salm. in exemplari suo scripserat *O* deesse in Naz. Contra Gruterus. *Aut mihi cum Romanis militibus* etiam Berol. ap. Beger. Duisb. et v. e.

Me Rege Romanis] Camers addit *dato*, sed rejecit Vinet. nec sane ullus ejus usus est. *Fr*. Vid. Perizon. ad Sanct. Min. IV. 4. 28.

§. 19 *Quæ autem eorum*] Frequentia talis constantiæ exempla, etiam Annibali confessionem hanc extorserunt, ut diceret: 'Cum eo nimirum hoste res est, qui nec bonam nec malam fortunam ferre potest: seu vicit, ferociter instat victis; seu victus est, instaurat cum victoribus certamen:' Livius, 27. 16. Et iterum in Oratione ad Antiochum, ap. Justin. 31. 6, 5. 'Cum Romano, seu occupaveris prior aliqua, seu viceris, tum etiam cum victo et jacente luctandum.' Simile Pontii testimonium ap. Liv. 9. 3, 13. 'Ea est gens Romana, quæ victa quiescere nesciat,' &c. Adde Horat. 4. Od. 4. *Fr*.

Quum Pyrrhus, video me, inquit] Lectionem non damnamus, et quis merito damnaret? sed cum in Naz. legerim, *Cum Pyrrhus idem omne inquit*, optime emendo, et verissime: *Cum Pyrrhus idem, O me, inquit, plane Herculis sidere procreatum*. Ideo dixit, *Cum Pyrrhus idem*, quod tribus lineis ante scripserat, 'Quod adeo Pyrrhus miratus est.' Recte hic ergo: *Cum Pyrrhus idem*. Salm. Et probat Gruterus. *Fr*.

Herculis sidere] De quarta Luna singulare hoc legitur, quod, ex Genethliacorum doctrina et præceptis, illa nati laboriosam acturi sint vitam, quemadmodum de Hercule prodit

Digitized by Google

Eustathius. Tales apud Suidam τετραδισταὶ vocantur, qui quarta Luna editi, laboribus periculisque adsiduis, ut alteri Hercules, involvuntur. 'Herculis sidus' apud Florum, nihil aliud quam quarta Luna. Adagium, ἐν τετράδι γεγενῆσθαι, ab aliis explicatur. Hæc excellentissimus compluribus disciplinis Paulus Merula, Cosmogr. 1. 22, 7. Adde Erasmum, Adag. 1. 1, 74. et Gilbertum Cognatum, adagio 49. Alio sensu est 'sidus Herculis' ap. Plin. 2. 8. et Apuleium de Mundo. *Fr.*

§. 20 *Quis autem*] *Qui autem.* Ita Naz. *Salm.* *Qui autem*] Sic Pall. tres. editi *quis* adjecta litera. *Grut.* *Qui* est in om. sc. præter Voss. 1. et ed. Videtur mutatum ab iis, qui putabant *qui* non convenire interrogationi. Cic. II. Phil. 13. 'Qui locus est aut tam desertus, aut tam inhumanus?' Catul. Carm. LXIII. vs. 19. 'Hespere, qui cœlo fertur crudelior ignis?' Vid. Charis. I. Inst. Gramm. p. 70. Similiter extra interrogationem. Cic. IV. Ep. Fam. 2. 'Perspicis, qui cursus rerum, qui exitus futurus sit:' et Catul. XVII. 22. Et *si qui:* Cic. III. Ep. 8. 'Quod si qui me astutiorem fingit.' Item *nisi qui.* Idem XVI. Ep. 12. 'Nisi qui Deus, vel casus aliquis subvenerit.' Et 'aliqui' pro, aliquis. Id. VII. Ep. 1. Et Cœlius ad Cic. VIII. Ep. 7. Adi de his Pier. ad Virg. III. Æn. 608. Fabric. ad Cic. III. de Off. 4. Gifan. Ind. Lucret. in *qui*, et Gron. ad Liv. XXIV. 15. Vid. supr. c. 13. §. 14.

Quum, perorante Appio Cæco] Ad hæc et seqq. imprimis faciunt, quæ notant Bongarsius et Berneccer. ad Justin. lib. 18. cap. 2. Sententiæ Claudii non absimilis est, quam de Cleomene recenset Plutarch. Apophth. Lac. 76. *Fr.*

Pulsi cum muneribus] Pro repulsis, aut non receptis per elationem, aut certe amplificationem dixisse videtur. *Stad.* Plutarch. in Pyrrh. Ἔλαβεν οὐδείς. Val. M. IV. 3. 14. 'Nulla cuiquam dono janua patuit.' Justin. XVIII. 2. 'Cineas neminem, cujus domus muneribus pateret, invenit.' Liv. quoque XXXIV. 4. et Varro ap. Non. ibi a Sigon. laudatus, nihil aliud, quam simpliciter, neminem munera voluisse accipere, dicunt. An alii similem sententiam hujusmodi verbis, quibus hic utitur Florus, expresserint, non scio.

Quid] Al. ni fallor, *qui;* quod rectum est, pro, quomodo. *Fr.* Quod Freinsh. rectum esse dicit, id nusquam inveni. Multo usitatius est, 'quid de hac re sentis?' quam 'qui?'

Urbem templum] Varie referunt Veteres, Plutarch. in Pyrrh. Justin. XVIII. 2. Eutrop. II. 7. et Amm. Mar. XVI. 10. Solus, ni fallor, Florus legatos dixisse 'Urbem templum' sibi visam. Cur autem 'templum' vocat Urbem? An, ut Cassiod. IV. Var. 6. 'Roma virtutum omnium latissimum templum?' An, quod magis puto, ob multitudinem templorum, et eximium cultum Deorum? Sic supr. 13. 18. Urbem destinatam 'domicilio Deorum' dicit. Et Amm. M. XVII. 4. ob eamdem causam *templum mundi totius* vocat: 'Nihil,' inquit, 'committere in religione, recte existimans, si ablatum uno templo miraculum Romæ sacraret, id est, in templo mundi totius.' Vid. Barth. ad Claud. Cons. Olyb. et Prob. vs. 130. et de Bel. Get. vs. 507.

Senatum regum esse confiterentur] Suspicionem meam non frustra cecidisse gaudeo, qua semper suspicatus sum, aliquid huic loco deesse. Cum enim hoc legatorum responsum ita Plutarchus expresserit, ὡς ἡ σύγκλητος αὐτῷ βασιλέων πολλῶν συνέδριον, vere mihi persuadebam desiderari hic vocem aliquam ἰσόῤῥοπον illi συνέδριον. Nec secus fuit. Nam in Naz. exemplari fidelissimo lego: *Senatum regnum Deum esse.* Unde statim faciebam: *Senatum regum sedem esse.* Nec

aliter ferme Livius; quamvis pars ejus historiæ, qua gesta Pyrrhi cum Romanis descripsit, vulgo deperdita sit. Libro tamen IX. ad illud dictum legatorum Pyrrhi alludens, ita scribit: 'Ne singulos nominem, Senatus ille, quem qui ex regibus constare dixit, unus veram speciem Romani senatus cepit.' Qui senatum igitur Romanum, regum esse consessum dixit, ex regibus eum constare intellexit. Ita enim Plutarchus expressit, *βασιλέων εἶναι συνέδριον*. Floro senatus *regum sedes* dicitur, si scripturam Naz. emendamus, quæ diserte et clare exhibet: *Senatum regnum Deum esse.* Quod cur sollicitemus, fortasse causæ non est. Aliud certe sequutus videtur noster Annæus. Cum enim, hoc dictum referens, urbem templum visam esse legatis memoret, nihil minus de senatu pronuntiare debuit, quam ejusdem templi veluti deos esse. Dixerit ergo, urbem Romæ templum esse, *senatum regnum Deum.* Senatores nempe quasi Deos in illo templo regnare. Sic Galli, cum urbem intrarunt a se captam, senatores in curulibus sedentes, quasi genios quosdam venerati sunt. *Salm.* *Senatum Regum consessum*] Laudat responsum hoc Liv. 9. 17, 12. pro *consessum, concilium* legendum suspicatur Stad. Sed ex Mss. Jureti nostram lectionem esse testatur Gruterus. Felippe del Consejo 16. 4. ridicule locum hunc exponit de coronis triumphalium. *Fr.* Naz. *Senatum regnum Deum esse.* Unde N. Heinsius colligit Florum scripsisse *Senatum regum ideam esse.* *S i* enim frequenter omitti in illo codice, et *a* in *u* degenerare passim, testari ipsum Salmasium. Liv. lib. IX. 17. 'veram speciem' dixerit; hoc Florum Græco vocabulo usum dixisse *regum ideam.* Sed hic ego cum Grut. ex Jureti libris recepi *regum consessum esse:* quod et confirmat Regius, in quo *consessum* scribitur. Sed Gudianus *regnum esse confitetur.* Græv. Magna est hoc loco varietas librorum. Pal. 1. ap. Grut. *Senatum regnum esse confessum.* Ryck. Reg. Q, Berol. Duisb. et Ald. *Senatum Regum esse.* Reg. F, Voss. Fran. (sed hic omisso *esse*) et V. E. cum aliis quatuor olim impressis *Senatum regnum esse.* Magl. *Senatum regnum esse consessum.* Flor. *Senatum Regum consessum esse*, plane ut Regius Grævii, et alii, quos se vidisse testatur Juretus ad Symm. I. Ep. 46. Et hoc cum Grut. Freinsh. et Grævio sequendum putavi, quod etiam omnino convenit cum Plutarchi verbis Græcis. Nec tamen pro certo adfirmare velim ita scripsisse Florum. Varietas scripturæ satis indicat hic aliquid corruptum esse. Et propemodum mihi persuadeo, ignotius atque insolentius aliquod verbum, quam est *consessum*, in quo non facile videntur potuisse aberrare librarii, scriptum fuisse, quod, quum non intelligerent, prætererint. De magnificis adpellationibus ac titulis Senatus Romani multa Juret. l. d. Plutarch. in Romul. p. 44. senatores etiam sua ætate ab exteris *ἄνδρας ἡγεμόνας* vocatos scribit, ubi pro *τοὺς ἐν συγκλήτῳ τελοῦντας* non pejus legatur *εἰς σύγκλητον*.

§. 21 *Quum medicum*] Placet vetus lectio: *quod medicum.* Mox lege: *venale caput regis offerentem*, non *afferentem.* Salm. Pall. om. et v. e. *quod*, et probat Salm. *Fr.* Sic etiam Regg. et Voss. 1. 3. Retinui *quum.* Nam nulla est ratio, cur hic aliter loqui voluerit Florus, ac paullo ante, 'Quum perorante Appio,' et mox, 'Quum Curius,' ut bene Begerus. Et sic habent alii libri.

Medicum] Hanc historiam præter ceteros lege ap. Val. M. 6. 5, 1. et latius ap. Agell. 3. 8. Dictus autem est medicus hic Timochares. Multa Cic. Off. 3. 22. *Cam.* Niciam vocat Quadrigarius ap. Gell. l. d. Vid. Interpp. Æliani ad XII. V. H. 33.

Offerentem] Sic edidit ex Pal. 2. et Gruterus. Alibi est *afferentem*, inepte.

Digitized by Google

Fr. *Offerentem* etiam Flor. Regg. et Ald. alii *afferentem*. Illud prætuli, quod etiam Heins. probabat. Justin. xxv. 1. 'Qui pacem ei venalem offerrent.'

Curius remisit] De re non ambigitur, circumstantiæ variant: ab utroque Cos. remissum cl. Quadrigarius ap. Agell. 3. 8. auctor est: a toto senatu Valerius Antias, quem alter Valerius sequitur. Alii Fabricio tribuunt: Cic. cit. l. Plutarch. in Apophth. ejus: Frontin. 4. 4, 2. Claud. de Bel. Gild. vs. 270. Livius, 39. 51, 11. indistincte, 'horum patres Pyrrho regi, hosti armato, exercitum in Italia habenti, ut a veneno caveret, prædixerunt.' Æmulatus autem est factum hoc Tiberius Cæsar, referente Tac. 2. A. 88. 3. Vide Piccarti Obs. Historicopoliticas, Dec. 10. cap. 2. adde infra, 2. 17, 17. *Fr.*

§. 22 *Fictilia sua*] Hanc historiam scribunt passim omnes. Lege Val. M. 4. 3, 5. Agell. 1. 44. Plin. 33. 12. Augustin. Civ. 5. 18. Plura in annotationibus Claudiani, ex Juv. Virg. ceteris. *Cam.* Samniticum aurum a Curio contemptum fuisse, Ciceronis quoque Cato adfirmat, et Scriptor de Vir. Ill. maximaque pars scriptorum. Alii eam continentiæ laudem Fabricio adscribunt: sed iterum in eo dissident, quod nonnulli munera Pyrrhi regis a Fabricio contempta fuisse, alii Samnitium liberalitatem a Curio non fuisse receptam referunt. *Fr.*

Rufinum] Historia habetur Epit. Liv. 14. Val. M. 2. 9, 4. Agell. 4. 8. Dicit autem idem Agell. cap. ult. lib. 17. hunc Rufinum fuisse bis consulem, atque antea dictatorem. *Cam.* Ab hoc Rufino ortum Syllæ deducit Plutarch. princ. vitæ. Cujus avaritiam idem Fabricius eleganti dicto taxavit, ap. Cic. de Orat. 2. 66. et Agell. 4. 8. fin. Loquitur de hac censoria nota etiam Ov. F. 1. 208. 'Et levis argenti lamina crimen erat.' Itemque Sen. de Vita Beata cap. 21. 'Sæculum illud, in quo censorium crimen erant paucæ argenti lamellæ:' scripsi autem *erant* pro *erat*, ob rationem, quam promo ad 4. 23, 88. Sic Plin. 18. 6. 'Qui triumphali denas argenti libras in supellectile crimini dabant:' et 33. 11. 'Propter quinque pondo notatum a Censoribus triumphalem senem,' ubi fortassis pro *V.* scribendum sit *X.* Cæterum in cit. Agell. l. vulgo legitur 'quod decem pondo argenti factitaret,' cum legendum sit *facti haberet*. *Facti*, inquam, hoc est, elaborati et in vasa conversi, quale infecto opponitur l. 19. de aur. argent. &c. hoc est, rudi materiæ, l. 87. §. 4. de leg. 3. Alia censoriæ gravitatis exempla lege ap. Plin. 18. 3. et 6. Agell. 4. 20. Liv. 41. 27, 2. Velleium 1. 10, 6. et 2. 10, 1. *Fr.* 'Argentum' pro argento facto sæpe dicunt Jcti et alii. Vid. Salm. Obs. ad Jus Attic. et Rom. c. xxiii. Val. M. ii. 9, 4. 'Decem pondo vasa argentea' dicit. Salm. l. d. ibi pro vulgato, 'quod decem pondo vasa argentea comparasset,' jubet legi, *quod ultra decem pondo v. a. c.* Rejicit ejus emendationem Gron. i. de Pecun. Vet. 7. Idemque ad Gell. iv. 1. receptam lectionem Senecæ tuetur cont. Freinsh.: sed ejusdem emendationem loci Gelliani iv. 8. probat. De partic. 'circa' vid. ad cap. 10. n. 5.

§. 23 *Virtute, militia*] Hic sine dubio corrigendum: *Quis ergo miretur his moribus, virtute militum, victorem populum Romanum fuisse?* Ex omnibus libris. *Salm.* V. e. *virtute militum;* sicut et Pal. 3. Quam lectionem restitutam vult Salmasius: Pal. 2. a vulgata stat. Mihi duæ voces istæ glossam sapiunt, et explicationem verborum *his moribus*. Fr. *Virtute militum*] Sic etiam Ryck. subaudiend. autem *hac: his* moribus civium ab omni luxu abhorrentium, et *hac* virtute militum. Gravis error librariorum culpa in contextum hic irrepsit, qui, ut vides, est emendandus. N. Heinsius existimat *hac* reponendum esse, scriben-

Digitized by Google

dumque *his moribus, hac virtute militum*. Græv. *Militum* etiam Berol. Duisb. Voss. 2. et om. ed. *his moribus militia* Fran. Conjectura Tollii Fortuit. VII. *his moribus ducum, hac virtute militum*, nullius libri auctoritate confirmatur.

Intra quadriennium] Sexennium fuisse adnotat Stadius. Verum est, inter adventum Pyrrhi in Italiam et reditum in Græciam sexennium interfuisse. Sed Florus videtur tantum rationem habere illius temporis, quo Pyrrhus in Italia fuit, et bellum adversus Romanos gessit, qui quatuor anni sunt. Et sic rursus inf. III. 5, 2. Nam circiter biennium in Sicilia egit a Siculis adversus Pœnos evocatus. Bellum Romanorum cum Tarentinis in decimum annum tractum est. Sed Tarentinos aliosque eorum socios in nullo numero habet Florus, ac solum Pyrrhum memorat, qui hoc bello præcipue gravis et timendus Romanis hostis fuit. Quo anno U. C. Pyrrhus in Italiam venerit, rursusque ex ea excesserit, disquirit Dodwell. de Cycl. Diss. X. §. 60. et seqq.

In ditionem redegisse] Alii partim *deditionem*, partim *dedicationem*: nostra lectio restat in Naz. 2. in Pal. 2. ac 3. *Grut.* Consentiunt cum Pal. 2. ac 3. Ryck. Magl. Duisb. Fran. et om. ed. Etiam in aliis Scriptoribus obvius est error *deditio* scribentium pro *ditio*. Vid. Gron. ad Liv. XXVI. 21. et 43. XXIX. 38. et XXX. 7.

§. 24 *Aut*] Melius, mea sententia, *At*. Fr.

Principia belli] Sic ap. Tac. 2. 3, 1. Artabanus 'primo congressu fusus, reparat vires, regnoque potitur.' *Id.*

Totam trementem Campaniam, Lirim, Fregellasque populatus] Si totam Campaniam populatus erat, ergo et Fregellas, et Lirim absque dubio. Satis itaque dictum esset: *totam Campaniam populatus*. Sed omnino legend. *Victor primo prœlio Pyrrhus, tota tremente Campania, Lirim Fregellasque populatus*. Salm. Sic Naz. melius quam ut editi, *totam trementem Campaniam*. Grut. Ryck. *Tota tremente Italia Campaniam, Lirim, Fregellasque populatus*. Tota Italia tremebat, cum Campaniam, et in illa Lirim et Fregellas, popularetur Pyrrhus, verita ne illico progrederetur et reliquas Italiæ regiones eodem impetu diriperet et vastaret. Non frustra *Campaniam* legitur in omnibus vett. libris. Cum *Italia* scriptorum vitio fuisset amissum, *tota* quoque et *tremente*, ut sensum quendam efficerent, in *totam* et *trementem* fuerunt mutata: sic enim edd. vetustiores: *totam trementem Campaniam*, quod et Naz. præ se fert, et Gud. 3. Sed primus *totam trementem Italiam, Campaniam*. Nullus dubito veram esse lectionem Ryck. libri, quam et ex conjectura viderat Salm. Paullo inferius legend. ex Ryck. et Naz. *et tanta de opulentissimis tot gentibus spolia*: ut monuerunt jam alii: vulgo male: *sed tanta adeo de opulentissimis tot gentibus spolia*. Quid hic quod agat habet *τὸ adeo?* Expungatur volentibus Musis, et Musarum operis libris vetustis. *Græv.* Quæ hic Viri docti de scriptura libri Naz. dicunt, parum inter se conveniunt. Nam Salm. in libro suo scripserat, *tota tremente Campania*. Ita Naz. Cod. Et melius: neque aliter legendum est. *Totam trementem Campaniam* est in Pall. Regg. Flor. Magl. Duisb. Voss. et v. e. *totam trementem Italiam Campaniam* in Fran. *tota tremente Campania* Berol. Sed sequutus sum lectionem Ryck. etiam Perizonio probatam, et ab Amst. ac Beger. receptam. Et sic in exemplari Plant. in quo, ut et aliis olim excusis, et Camertis Edd. est, *totam trementem Italiam, Campaniam, Lirim*, emendaverat Auditor Lipsii, haud dubie e magni illius Viri sententia. Nec verosimile est vocem *Italiam* temere ab aliquo sine ulla auctoritate librorum scriptorum huc intrusam. 'Lirim'

Digitized by Google

Freinsh. in Ind. pro urbe accipit, quam et Mela II. 4. fin. in Campania memorat. Potest etiam accipi pro regione circa Lirim fluvium: ut infr. II. 16, 3. 'Toto cecidit Alpheo:' III. 4, 5. 'Minucius toto vastavit Hebro,' et IV. 12, 9. 'Cæsi sunt in utrisque fluminibus.' Sic 'Sinus Ænianus,' 'Maliacus,' pro terris circa Pontum. Vid. Gron. ad Liv. XXVIII. 5. et XXXVII. 6. Perizon. ad Ælian. II. Var. Hist. 25.

A vicesimo lapide] Numerus rotundus. In Itinerario Antonini spatium inter Romam et Præneste definitur 26. M. passuum, i. e. 26. lapidibus. Strabo lib. V. p. 238. Præneste 200. stadiis a Roma abesse scribit, quæ sunt 25. miliaria. Sed Eutrop. II. 7. de Pyrrho: 'Ad Præneste venit, miliario ab Urbe octavo decimo.' 'Arcem Prænestinam' dicit, opinor, pro montibus Prænestinis, ut sæpe alii, in primis Poëtæ, 'arces' pro jugis montium, et collibus. Nam Præneste a Pyrrho captum fuisse nusquam proditum invenio.

§. 25 *Bis exuto castris*] Secundo et tertio prælio. Sed auget more suo rem in majus. Nam hoc de secundo prælio nemo, quod sciam, prodidit.

Et tanta adeo] Omnes scripti cum prisca editione, quam in consilium adhibuit Gruterus noster, legunt: *et tanta de opulentissimis tot gentibus spolia*. Absque illa dictione, *adeo*. Quam per me tollas licet. *Salm.* *Sed tanta de op.*] Sic iterum plane Naz. codex. *Grut.* Malim tamen cum aliis, *et tanta*. Fr. Salm. in marg. libri sui scripserat, quidam *sed tanta*. Ita est in Naz. teste Grut. et in Regg. Ceteri sc. et ed. om. *et tanta*. *Adeo* quoque abest a Naz. et Pall., si Grutero credimus; nam Salm. in exemplari suo adnotarat, *adeo* abesse a vet. Naz. et vet. Pal. 1. unde intelligitur in Pal. 2. fuisse. Sed neque ulli alii scripti, neque v. e. id agnoscunt, et delendum esse in margine adnotaverat N. Heinsius. Sed habent illud aliæ omnes antiquæ, item Camertis, Vin. et Plant. Edd. Non possum mihi persuadere Beroaldum et alios, qui olim hunc Scriptorem ediderunt, id in scriptis suis non invenisse. Nam quid de suo infercire voluissent vocem, quæ addita nihil ad sententiam planius meliusque exprimendam facere videbatur? Omnino credo *adeo* in vetustis exemplaribus, quibus illi usi sunt, lectum fuisse. Quod si quis quærat, unde ergo illud ortum sit, conjectura adferri potest a librariis post ultimam literam vocis 'tanta' temere repetitas fuisse quatuor literas, quæ efficiunt *adeo*. Sed cogitent acutiores, utrum verisimilius sit, librarios, quum invenissent scriptum *tant*ADEO*pulentissimis*, existimasse *adeo* repetendum; an, quum scriptum esset *tant*AADEODEO*pulentissimis*, id rejiciendum esse. Multa sunt hujus generis, in quibus sæpe accusantur librarii, ut qui temere geminaverint ea, quæ tantum semel scribenda erant: sed fortassis interdum immerito. Nam si hoc plerumque erroribus scribarum tribuendum est, non facile dici potest, qui tamen fiat, ut literæ ita repetitæ verba efficiant, quæ si sententiam clariorem non reddunt, tamen neque turbant, ut, mea quidem sententia, hoc loco. Magis credo librarios, homines plerumque imperitos, nec aliud quam ductus literarum sequi doctos, sæpius peccasse omittendis literis, quas bis scriptas videbant, quod eas per errorem repetitas, et supervacuas arbitrarentur; quam iis, quæ semel tantum expressæ erant, geminandis. *Adeo* hic quidem sine detrimento sententiæ abesse potuerat; sed tamen sic quoque ponitur infr. IV. 7. 10. quem locum etiam Perizonius hic adnotaverat, et sæpe apud alios Scriptores, ut vel abundare, vel aliarum quarumdam particularum vim habere videatur. Vid. Serv. ad Virg. G. I. 24. Boecler. Chrestom. Terent.

Digitized by Google

Schult. ad Sen. Controv. IX. et Interpp. Phædri ad I. F. 4.

§. 26 *Nec enim temere ullus pulcrior*] Sed nec temere rejiciendum quod in iisdem scriptis habetur: *Nec enim temere alius pulcrior in urbem aut speciosior triumphus intravit*. Salm. *Alius* etiam Jord. et Frec. Et placet Tollio Fortuit. XXVI. Sed *ullus* est in om. sc. et ed.

§. 27 *Nihil nisi pecora Volscorum*] Vocula una auctior Naz. Cod. *nihil nisi quasi pecora Volscorum*. Sed illa nihil habet heic quod agat, si quid recte judico. Jord. habet: *nihil præter pecora Volscorum*. Sic ille pro *nisi* maluit *præter*. Salm. Naz. *nihil nisi quasi pecora*. Et sane non videtur incommodi sensus, si tantum leviter trajiciatur: ita: *nihil quasi, nisi pecora*: ita *quasi* valeat, fere, propemodum, ut in Suet. Cal. 58. 1. 'Hora quasi septima:' et Tac. 14. 52, 2. 'Magnificentia quasi Principem supergrederetur.' *Fr.* Ex Naz. qui præ se fert *nihil nisi quasi pecora*, N. Heins. colligit Florum scripsisse, *nihil nisi si qua pecora*, ut in procemio l. II. 'Si qua juventus.' *Græv.* Heins. conjecturæ suæ confirmandæ adscripserat loca Liv. VIII. 39. 'Nihil earum rerum præter captivos, ac si qua cognita ex præda sunt, acceptum:' XXII. 52. ex Mss. 'Præda ingens parta est, et præter equos virosque, et si quid argenti.' Et XXXIII. 10. 'Ibi substitit ad excipiendos, si qui prælio superessent.' Schefferus l. d. legit *nihil nisi quæsita pecora*. *Vulscorum* Naz. Duisb. Fran. et v. e. V. I. 11. 11.

Si pompas, aurum, purpura, signa] Melior fortasse lectio librorum: *si pompam*. Una siquidem triumphi pompa fuit, qua illa omnia traducta. *Salm.* *Si pompas*] Salm. in marg. scripserat, *si pompam*, sine nota libri: quod fortassis est e Jordaneis. Florus *pompas* videtur dixisse, vel quod plures triumphi de Tarentinis eorumque sociis acti sunt; vel quod unus de his triumphus longe opulentior, et varietate rerum, quæ in eo præferebantur ac ducebantur, multis superioribus magis conspicuus erat. Hoc probabilius est, eo quod paullo ante tantum unum triumphum memoravit.

Tarentinæque deliciæ] 'Deliciarum' nomine continentur et ea, quæ memoravit, aurum, purpura, signa, tabulæ, et omnia alia, quæ in cultu vitæ magis ad luxum et ostentationem, quam ad usum habentur; inter quæ et supellex magnifica est, in qua delicias ponit Cic. I. Parad. 3. 'Quæro, num ullam cogitationem habuisse videantur aut supellectilis ad delicias, aut epularum ad voluptates.' Lucil. Sat. VI. ap. Non. in *amphitapæ*: 'Pluma, atque amphitapæ, et si aliud quid deliciarum.' Vid. Interpp. Phædr. VI. F. 4. 26. Tarentini autem luxu infames erant. Unde 'Molle Tarentum,' Horat. II. S. 4. 34. 'Coronatum et petulans madidumque Tarentum,' Juv. VI. S. 297. et 'Famosum Œbalii luxum Tarenti,' Claud. Cons. Mall. Theod. v. 158. ubi plura Barth. et Jo. Juvenis de Antiquitate, et Varia Tarentinorum Fortuna lib. IV. c. 3.

§. 28 *Quas timuerat*] Lepidius Naz. *quas ita timuerat*. Grut.

Cum turribus suis] Vide God. Stewechii notam ad Veget. 3. 24. Hoc autem anno, nimirum 479. primum ducti sunt in triumpho elephanti, ut Plin. 8. 6. et Sen. de Brev. Vit. c. 13. *Fr.*

Non sine sensu captivitatis] 'Sensus' hic non ita ut solet accipitur, sed pro intellectu; sicut in illis Plinii, 9. 42. 'Miror, quosdam existimasse aquatilibus nullum inesse sensum.' Et ap. Sen. de Brev. Vit. cap. 13. 'Ille otiosus est, cui otii sui sensus est: hic vero semivivus, cui ad intelligendos corporis sui habitus indice opus est.' Hac notione dicuntur animalia sensu carere, in §. 2. Inst. si quadr. paup. fec. dic. Sic Curt. 6. 2, 25. de Bucephalo: et Agell. 5. 2. Apulei. lib. 3.

Digitized by Google

'Pro Lucio jumentum, sensum tamen retinebam humanum.' Ov. F. 3, 221. 'Et quasi sentirent, blando clamore nepotes Tendebant ad avos brachia parva suos.' Sentiunt autem etiam animalia κατὰ τὴν ψυχὴν, Aristot. Top. 1. 15, 9. *Id.* Adde huc, quæ de elephantis congessit Lips. 1. Centur. Misc. Ep. 50. et de equis Idem III. Centur. ad Belg. Ep. 56. et Cerd. in Virg. XI. Æn. 90.

CAP. 19 Quæ hoc capite scribit Florus, habentur Epit. Liv. 15. Eutrop. 2. 9, 2. Signanter Oros. 4. 4. Vide Front. 1. 12. 3. *Cam.*

Bellum Picenum] Hic titulus hujus capitis in vulgatis. Sed Picenum non alias temere legi, nisi pro nomine ipsius Provinciæ. Nam Picenum Suburbicarium dici cœpit, ubi in duas provincias ea regio divisa est sub ultimis imperatoribus. 'Picenum' igitur est provinciæ nomen. Ἐθνικὸν inde esset 'Picenicus.' Sed 'Picens,' pro eo, ac 'Picentinus,' dicitur veteribus. Et recte heic optimus Nazarian. scribit: *Bellum Picens.* Sic Plauto 'Campans genus,' pro Campano. Sic vetustissimis 'Lucans,' pro Lucano. Atque inde 'Lucas,' pro eodem, et 'Luca.' Hinc 'Bos Lucans,' vel 'Lucas,' Elephantus dictus priscis Romanis, quod in Lucania primum visus esset. Ex eo per corruptionem appellari cœpit 'Bos Luca,' qui prius appellaretur 'Bos Lucans,' vel 'Lucas.' *Salm.* *Bellum Picens*, ut 'Bellum Gallum,' 'Bellum Illyricum,' 'Bellum Dacum,' et alia hujusmodi, de quibus Salm. ad Spart. Hadr. c. III. qui et rursus ad Solin. p. 218. contendit h. l. legendum esse *bellum Picens*, non *Picenum*, item Græv. ad Cic. de Sen. c. IV. Ryck. tamen *Picenum*. Veteres Edd. præter primam, *Picente*, et sic adscriptum erat in marg. libri Duisb. Sed tituli capitum non sunt a Floro. In Duisb. recentior manus eos ad marginem libri adposuit: in V. E. autem plane nulli sunt. Vid. supr. ad c. 8.

§. 1 *Qui enim post Tarentum auderent*] Et alia lectio est: *Quid enim post Tarentum auderent.* Sed excusa melior. *Salm.* Nempe ubi fortior et potentior victus est, alii debiliores victorem lacessere metuunt. Ex eod. fonte est, quod inf. 2. 7, 1. dicit: 'Post Carthaginem vinci neminem puduit.' Et illud alterum, 3. 4, 1. ubi quasi mirabundus: 'Post Macedonas, si Diis placet, Thraces rebellabant, ipsi quondam tributarii Macedonum.' Sic inf. 4. 2, 29. *Fr.*

Socios hostium] Nam duobus potissimum modis ex obliquo pax læditur; cum aut nostri socii infestantur, aut hostes adjuvantur. Quod alicubi ap. Liv. 34. 32, 13. Nabidi Quintius objicit. Ipseque Senatus legatis Philippi, ap. eund. Auct. 30. 42, 7. Ita ap. Thucyd. 1. 6, 7. Corcyrenses Cyllenen, ubi erant navalia Eleensium, incenderunt, quod naves pecuniasque Corinthiis præbuissent. *Fr.*

§. 2 *Picentes*] Hi populi quintam Italiæ regionem occupabant: quondam uberrimæ multitudinis, ut 360,000. Picentium in P. R. potestatem aliquando venerint, si verus est Plinius; habitantque inter Rubiconem et Aufidum fluvios ad littora maris Adriatici. Sunt et 'Picentini' Italiæ populi, qui ab ortu Lucanos et Silarim fluvium, a tergo Ausones et Sarnum habent, a latere mare Tyrrhenum. Suntque Picentium coloni, teste Strabone, quorum isti 'Picentes,' illi 'Picentini,' frequentius dicuntur. De Picentibus triumphatum esse ab utroque Consule, Sempron. Sopho, et App. Claudio, Triumphorum series prodit An. U. C. 485. *Stad.* Sueyro in versione Velleii, Picentes interpretatur *los del Principato, segun Collenucio: o, segun otros, de la costa de Amalfi.* *Id.*

Asculum] Oppidum Picentium Apulorum, situm erat loco natura munitissimo, muro etiam et montibus vix

ulli exercitui penetrabilibusinclusum, teste Strab. lib. VI. hodie *Ascoli* dicitur. *Stad.*

Tremente inter prælium campo] Si credimus Obsequenti, cap. 26. legendum hic est *ante prælium:* ap. eund. fine dicti cap. 'Romani, quorum pauci evaserunt, vicerunt,' videtur excidisse vox *Picentes*, aut *hostes*, aut similis aliqua: ita, *Romani Picentes, quorum, &c.* Vide Oros. 4. 4. quem eodem modo corrigendum putabam. *Fr.* Hæc non sunt in Obsequente, sed in supplementis Lycosthenis; quæ et inf. c. 21. tamquam ab Obsequ. profecta memorat Freinshemius.

Tellurem Deam] Vetustissimus Græcorum Melisseus, Jovis nutritor, Tellurem, Urani uxorem, colere instituit. Lege Lactant. 1. 22. De ejus in Urbe Rom. æde, Plin. 34. 6. Val. M. 6. 3, 1. Multa Augustin. Civ. 4. et Ov. F. 4. Plura Macrob. Saturn. 1. *Cam.* Terram matrem etiam Persæ coluere, Herodot. in Clio: et Scythæ, Idem in Melpomene: et sub nomine 'Herthi' etiam Germani, teste Tac. Germ. 40. 3. *Fr.* De æde Telluris Donat. de Urb. Rom. III. 6. et Nardin. Rom. Vet. III. 14.

CAP. 20 Hoc bellum scribunt, Epit. Liv. 15. Auctor de Vir. Ill. cap. 4. Eutrop. 2. 9. *Cam.* Meminit ejus etiam Zonaras. *Fr.* *Salentini* in quibusdam veteribus: scripserat in libro suo Salm. Ita Duisb. Fran. Ryck. et Edd. V. B. S. et P. Strabo quoque lib. VI. p. 282. Σαλεντίνους vocat. Et sic scribendum esset, si certa esset origo hujus nominis, quam lib. II. Rer. humanar. prodidit Varro ap. Prob. in Virg. Ecl. VI. 31. Sed vid. cl. Drakenb. ad Liv. Epit. XV.

§. 1 *Brundusium cum inclyto portu*] Lege: *Brundusium inclyto portu.* Nam illud *cum* a sciolis insertum est, cum veteres eo careant. Inf. 'Piræeus portus, sex et amplius muris.' *Salm.* Ennius lib. 6. Annal. 'Brundisium polcro præcinctum præpete portu.' Porro tam de urbe hac, quam tota regione remitto te ad exactissimam sæpius nominati nominandique Merulæ Cosmographiam, 2. 4, 32. *Fr.* *Brundisium* Naz. Voss. 1. Jord. et V. E. Ita semper in vetustiss. quibusque exemplaribus scribi adnotat Torrent. ad Suet. Cæs. XXXIV. Et sic ap. Justin. III. 4. et XII. 2. omnes Mss. Bongarsii, et Codex Duisburg. Add. N. Heins. ad Sil. VII. 576. In Pandect. Florentin. tamen l. I. §. 12. de Exercitor. act. l. 3. §. ult. de Act. emt. *Brundesium*, et l. 122. §. 1. de Verb. obl. *Brentesium*, e Græcis Βρενδέσιον, et Βρεντέσιον. *Cum* abest a Naz. Pal. 2. Voss. 1. 2. Flor. Berol. et Edd. B. S. P. et. J. et delendum esse adscripserat Heins. add. Salm. ad III. 5. 10. Paullo ante Naz. Pal. 2. Duisb. et V. E. *caputque regionibus*, Jord. *caputque his regionibus:* quod non displicet. Sic supr. c. 1. 'Alba tunc erat Latio caput.' Liv. XXIII. 10. 'Brevi caput Italiæ omni Capuam fore.' Virg. VIII. Æn. 65. 'Hic mihi magna domus, celsis caput urbibus, exit.' Add. Gron. ad Liv. XXIII. 10.

Marco Atilio] Nazarian. *Masilio.* Corrupte pro *M. Asilio; Asilio* pro *Atilio*, ut *Bisuitus* pro *Bituitus*. Multum variant reliqui libri. Alii *Artilio*, alii *Attilio*, Jordanis denique, *Vatilio*. Mendose omnes. *Salm.* *Marco Atilio* rectum est.

§. 2 *Victoriæ pretium*] 'Pretium' pro præmio, ut supr. c. I. n. 12. Vid. Græv. ad Justin. IX. 2.

Pales] De 'Pale' Dea abunde omnes. Lege tamen Ov. F. 4. 719. Plura Serv. Georg. 3. in pr. et Solinus circa princ. *Cam.* Add. Scalig. ad Virg. Cul. vs. 20. et Broekh. ad Tibul. I. 1, 14. In Fragm. Petron. 'Palemque Pastorum gaudere manu.'

CAP. 21 Quod hic scribit Florus, lege ap. Val. M. 9. 1. Auct. de Vir. Ill. cap. 36. Oros. 4. 5. *Cam.* Adde Plin. 34. 7, 2. *Fr.* Item Joan. Antiochen.

Digitized by Google

in Excerpt. Peiresc. p. 788. et Sarisberiens. VIII. Polycrat. 6. cujus locum observarat Tollius.

Bellum Volsinense] Scribendum: *bellum Volsiniense*, et post *Volsinii*; male in vulgatis *Vossini*, quod et N. Heinsius vidit. *Grav.* Nomen urbis in Liv. VII. 3. et X. 37. et *Volsinii*: gentile V. 32. et IX. 41. *Volsiniensis*. At rursus XXVII. 23. et Epit. XVI. *Vulsinii*, quemadmodum etiam superioribus locis e Mss. et Fastis Capit. scribendum putabat Sigonius. Sed utrumque rectum esse ostendit Cellar. II. Geogr. Ant. 9. Naz. *bellum Volsiniense*, Pall. *Vulsinense*; deinde Fran. *Vulsinii*, Duisb. et om. ed. præter Ald. *Vulsini*, quemadmodum et scriptus Aurelii Vict. c. 36. Vid. hic Vinetum.

§. 1 *In fide manere*] At quando victi aut adeo amici Romanis? nihil certius est, quam sequendum Jordanem Bibliothecæ, *in fidem venere*, pro quo hactenus vulgatæ, *in fidei munere*: corrupte quidem, sed propius a vero, quam Annæana. *Grut.* Livius tamen, lib. 5. et 10. et Zonar. Ann. tom. 2. (ubi tamen Οὐλσινίους legitur, pro Οὐολσινίους) bellorum cum iis et fœderis meminerunt. Quo tamen non obstante, Gruteri judicium sequor: ideo, quod 'in fidem venire,' idem est, quod 'in ditionem,' 'potestatem;' nec de iis, qui fœdere tantum juncti sunt, apte dicitur, sicut 'in fidem accipere.' Præterea putida foret oratio, *Postremi in fide manere*; significaret enim, omnes Italos descivisse a Romanis ante Volsinios. *Fr.* Nihil certius quam ex Jorn. rescribendum esse, ut primus animadvertit Gruterus, et multis asseruit doctiss. Freinsh. *in fidem venere*. Nam in Jorn. edd. est *in fidei munere*, in Mss. *in fide munere*: vides *m* ex *fidem* proximo vocabulo adhæsisse, inde *e* ex *munere* intercidisse, indeque monstrosam hanc lectionem natam: cum vero nec in illa quicquam esset sanæ sententiæ *munere* in *manere* refinxerunt, et τὸ *in* infarserunt homines male feriati. Verum est *in fidem venere*, ut ap. Liv. VIII. 2. 'Campanorum aliam conditionem, qui non fœdere, sed per deditionem in fidem venissent:' et sæpius aliis in locis. *Grav.* Freculphus quoque IV, 28. *In fidem pervenerunt*. Et Auditor Lipsii exemplari suo adscripserat *in fidem venere*. Vulgata scriptura est in om. sc. et ed. Ex ea Scheff. facit *infidi manere*. Fingit nimirum, Volsinienses post impetratam contra servos suos opem a Romanis, immemores beneficii arma adversus eos cepisse, ac diutissime retinuisse, et hoc esse, quod Florus dicit eos 'pœnas dedisse.'

§. 2 *Libertatem a dominis datam, &c. erexerant*] Forte non absurde legeretur, *exercuerunt*. Exercere iram, victoriam, &c. Latine dicitur. Inf. 2. 16, 3. 'Critolaus libertate, a Romanis data, adversus ipsos usus est.' *Fr.* Legendum censet N. Heinsius: *qui libertatem a dominis datam in ipsos exercebant*. Val. M. VI. 2. 'L. Philippus adversus eundem ordinem libertatem exercere non dubitavit.' Sic et Liv. XXIII. 2. 'maxime tamen inter corrupta omnia licentia plebis sine modo libertatem exercentis.' Sane *erigere in aliquem libertatem* Latinis nihil est: et vidit olim doctiss. Freinsh. qui itidem conjecit: *in ipsos exercuerunt*. Græv. Heinsio etiam in mentem venerat *exeruerant*. Nam adscripserat e Plin. VIII. Ep. 7. 'Exeramque in librum tuum jus, quod dedisti;' et remiserat ad Turnebi Adversaria, qui XIV. Adv. 17. tuetur lectionem veterum librorum Suet. Tib. XXXIII. 'Paullatim deinde Principem exeruit,' contra vulgatam *excuit*. *Exercuerant* confirmari e Liv., *exeruerant* e Quint. XIII. Decl. 6. 'Exerite libertatem fortibus verbis.' Sed ibi quoque in Ms. Leid. esse *exercete* adnotat cl. Burm. ad Quint. IX. Decl. 3. Frec. l. d. *libertate a do-*

Digitized by Google

minis data contra ipsos se erexerant. Et hoc melius, quam quod vulgatur in Floro. *Se* facile absorberi potuit a postrema litera vocis præcedentis et prima sequentis. Præfero tamen *exercuerant*. Viri doctiss. Marklandus in Epist. Crit. ad Franc. Hare pag. 132. et Wopkens. in Adversar. Crit. in Minuc. Fel. Tom. x. Obs. Misc. receptam scripturam tuentur loco Minucii in Octav. c. XXXVII. de Christiano, qui erecto, forti, et constanti animo adversus minas, tormenta, ac supplicia est, *eum libertatem suam adversus reges et principes erigit*. Facile adsentior Marklando adv. Græv. disputanti *libertatem in* vel *adversus aliquem erigere* aliquid esse, sed Minucio, cujus sermonem tamen hic non reprehendo, non aliis Scriptoribus Latinis. Neque enim scio ulli alii eorum, qui quidem idonei auctores Latinitatis habentur, vel in argumento non dissimili de libertate et constantia Sapientis, vel in alio versanti hoc aliquid esse, hoc est, quemquam ita loqui; quod eum ostendisse vellem. Crederem etiam Wopkensio Minucium hic imitatum fuisse sermonem Flori, si e pluribus illius locis constaret eum lectione Flori delectatum fuisse, et eum sibi imitandum proposuisse. Hæc mihi videntur dubitationem aliquam posse injicere, an ex verbis Minucii satis certa ratione efficiatur in Floro retinendum esse, quod in om. sc. et ed. est: quam hoc quoque nonnihil auget, quod, si ita credimus, hoc genus loquendi utique alio sensu in Floro, alio in Minucio accipiendum est.

Translataque in se Rep.] Quod fere accidere solet, ubi diversi ordinis, aut nationis, aut religionis adeo, viri, magistratus irrepunt. Sensim enim alios aliosque suæ factionis adlegendo, cum vires adquisivere, oppressis diversa sentientibus, suæ potestatis Remp. faciunt. *Fr.*

§. 3 *Duce Fabio Gurgite*] Ducem belli Vulsiniensis Fabium Gurgitem fuisse, præterquam apud Florum, nusquam me legere memini; nam Fabium etiam, quem sine cognomine Zonaras prodit, in oppugnatione urbis Vulsiniorum occisum esse refert. Consulem deinde, qui Vulsiniensium mancipia expugnata in potestatem redegit, non nominat; eum verisimile est fuisse M. Fulvium, qui consul de Vulsiniensibus triumphum egit, A. U. C. 489. Scriptor de Vir. Ill. cap. 36. imperatorem hujus belli Decium Murem vocat. prælio victos, inde obsessos, expugnatos, et summo cruciatu enecatos esse, urbemque eversam, idem Zonaras prodidit. *Stad.* 'Fabium Gurgitem' vocat etiam Obsequens, cap. 27. qui tamen mendosus in voce *Volsiniensium*, pro qua male ibi *Volsciensium*. Id. Non Obsequens, sed Lycosthenes Fabium Gurgitem vocat, qui haud dubie e Floro cognomen addidit. Zonaras quidem VIII. 7. Fabium Cos. sine cognomine Ducem hujus belli memorat: sed Sigonius et Pighius in Commentar. ad A. U. 488. probabiliter disputant, eum Fabium Gurgitem et hoc anno III. Consulem fuisse. Add. hic Vinet. et Schot. ad Aur. Vic. c. XXXVI.

CAP. 22. §. 1 *Exarsit ac ferbuit*] Editi a Vin. *fervuit*. Quod idem est. Naz. *exarsit et acferbuit: acferbuit* pro *adferbuit*. Legend. igitur: *exarsit et adferbuit*: 'adferbescere' contrarium τῷ 'deferbescere,' quod est ap. Comicum, 'defervescere adolescentiam.' Basileæ editi, quorum editioni præfuit ventosus atque ampullosus corrector, præferunt *acfremuit*, ineptissime. Videri tamen non nemini posset, Naz. Cod. scripturam eo inclinare, ut potius legatur: *exarsit ac ferbuit*. Sane antiquarium illius exemplaris sæpe observavimus duas lectiones ponere solitum, cum variantiam in libro unde describebat, reperisset. Sic h. l. cum quidam libri haberent, *et ferbuit*, alii *ac ferbuit*, utramque ad-

Digitized by Google

posuit γραφὴν, *et ac ferbuit*. Profecto fervorem hunc adolescentiæ idem Florus *fretum* appellavit in fine hujus libri: 'Talis pace belloque populus Romanus, fretum illud adolescentiæ, id est, secundam imperii ætatem habuit.' Palam est, 'fretum' heic ab eo nova notione usurpari pro fervore. At 'fretum,' etiam cum pro mari accipitur, Grammatici quoque a fervendo deducunt. *Sal.* V. e. *ac viruit*, perperam: nam id præcesserat, restatque alterum in Pal. 2. ac 3. nam 1. *et ac ferbuit:* factumque statim, *adferbuit*, maluissem *ecferbuit* ut notaret *efferbuit*. Grut. Malebat N. Heins. *quodam flore virtutis exarsit ac efferbuit:* 'effervere' enim Virgil. aliisque non semel usitatum esse. *Græv.* Berol. et Duisb. itidem ut V. E. *ac viruit*. *Fremuit*, quod Salmasius videtur existimasse Basileæ primum ortum esse, jam ante legebatur in aliis omnibus Vett. Edd. *Et fremuit* Fran. *ac fervit* Voss. 2. Scheff. putat legendum, *qua maxime vicit quodam flore virtutis, et exarsit ac efferbuit.* Nam quærit qua ratione flos dicatur excandescere et effervescere. Non intelligo quid velit. Florus non 'florem,' sed 'populum Rom. flore' quodam virtutis exarsisse ac ferbuisse dicit.

Ita quæ inerat] Pertinet huc Licinius, tit. de stupratoribus; ex emendatione Bongarsii ad Justin. I. 10, 1. 'Agreste illud a priscis conditoribus robur.' Ceterum, quod auctor seditionum harum causam facit, agrestes populi novi mores, nec satis adhuc subactos et mites; refutant illæ, quæ florentissimis temporibus accidere, nec pauciores istis, et asperiores multo: quarum ipse Florus inf. 3, 14. &c. meminit: et Val. M. lib. 9. toto cap. 7. *Fr.* Salebrosa et perplexa est oratio, nec satis apparet, quomodo particula *ita* hanc periodum connectat cum superiore. Omnia planiora essent, si legeretur, *qua ut maxime viruit...ac ferbuit; ita quæ...* sed non juvant hanc conjecturam libri veteres. Om. sc. et ed. habent *itaque*. Hoc referri potest ad vocem præced. 'adolescentia,' ut dicat Florus, etsi in ea flore quodam virtutis exarsit, tamen adhuc agreste quiddam et indomitum spiravit. Verum ita quoque imperfecta est sententia, nec cohæret oratio: nam desideratur *quæ*, ac dicendum fuerat, *quæ quiddam spirabat indomitum*. In Edd. Vineti et Commelin. Gruteri locus ita distinguitur: *Itaque inerat quædam adhuc ex pastoribus feritas: quiddam spirabat indomitum.* Sed hoc valde abruptum est. Camertis, et aliæ vett. Edd. omn. præter primam, omisso *inerat*, habent: *Itaque quædam adhuc ex pastoribus feritas quiddam spirabat indomitum.* Hoc quidem intelligi potest, sed adversatur omnibus scriptis. In Plant. primum invenio *ita, quæ inerat, quædam*, quod deinde Freinsh. et alii secuti sunt. Non dubito, quin locus sit corruptus. Fran. *Itaque inerat quædam ex pastoribus feritas, quæ quiddam.*

§. 2 *Postumium*] Vide Liv. 4. 50. Idem postea accidit Q. Pompeio: testes Val. M. citato l. Velleius, 2, 20, 2. Liv. Epit. 77, 4, et fere Catoni, ap. Dion. in Excerpt. Vales. pag. 641. *Fr.* Add. hic Rupertum.

Lapidavit] Sylvius ad Cic. pro Sull. c. v. putat non dici 'lapidare aliquem,' pro, lapidibus obruere, lapides in aliquem conjicere. Hoc ei concedi potest, si de optimis illis, quos aureæ ætatis Scriptores vulgo vocant, loquitur. Nam Liv. 'lapidavit,' et 'lapidatum est' semper dicit pro, lapidibus pluit. Sed non est dubium deinde *lapidare* cœpisse dici ea significatione, qua id non dici putabat Sylvius. Suet. Cal. c. v. 'Quo defunctus est die, lapidata sunt templa.' Add. Petron. c. XCIV. et CXIV. et Voss. Lib. VII. de Vit. Serm. Quin et jam Scriptor de Bel. Hispan. c.

Digitized by Google

XXII. 'Concursu facto eum, qui legatos jugulasset, lapidare, et ei manus intentare cœperunt.'

Noluit vincere] Immo 'non vincere tantum noluit, ut Fabianus exercitus, [Liv. 2. 43, 9.] sed vinci voluit,' Livius, 2, 59, 2. Adde Dionys. 9, 60. et Val. M. 9, 3, 5. *Fr.*

Quod, duce Volerone] Libri om. scriptum habent: *Valerio Nerone.* Haud scio utrum ab Antiquario, an ab Auctore, hic error. Potuit sane in hoc nomine aliter concipiendo memoria labi Auctor, ut sæpe in aliis lapsum deprehendi. Volero autem Publilius hic tribunus plebis vocabatur. Sed Florum absolvit, et culpam in librarium transmovet, quod moris ei non est, pluribus aliquem appellare nominibus. Aliquando solo nomine utitur, interdum vel prænomine, ut in hoc Volerone, et inf. cum 'Spurium' tantum nominat, ex solo prænomine, qui Spurius Mælius erat. *Sal.* Restituit locum, teste Camerte, Cuspinianus, cum antea mendosus esset. Historiam habet Liv. 2, 55, 5. seqq. Dionys. 9. 47. Sed hoc etiam postea accidit, cum jam longe abesset a pastoribus; nam et Pisonis Cos. fasces fracti sunt, Dio lib. 36. et Bibuli, Appian. de Bel. Civ. 2. *Fr.* Conspirant in vitiosam scripturam om. sc. etiam Vineti, et edd. præter Ald., in qua est *Volerone.* Et sic emendandum etiam Pighius monuerat in Annal. ad A. U. 354. Nam homini nomen erat 'Volero Publilius.' Vid. Pigh. ibid. et Sigon. ad Liv. II. 55. Salmasius non satis caute Tribunum pl. vocat, qui tum privatus erat, sed sequentibus comitiis Trib. pl. factus fuit. Liv. II. 55. et 56.

Detrectantibus] De hac voce Budæus ad l. 7. D. Ad Legem Jul. de adulter. Freinshemius in Ind. etiam ap. Liv. III. 49. pro eo, quod vulgo editur, 'nunc retractantem arripi,' legendum censet *detrectantem.* Sed intercedit Gron. ad Liv. prolatis locis Livii, Colum. et Cic. in quibus est 'retractare' pro, detrectare. Idem ostendit Salm. ad Spart. Hadrian. c. XII. et Get. c. IV. Et sic *retractare* pro, recusare, non velle præstare, quæ dicta ac pacta sunt, ap. Virg. Æn. XII. 11. 'Nihil est, quod dicta retractent Ignavi Æneadæ, nec, quæ pepigere, recusent.' Dubito tamen an etiam alicubi *retractare* per errorem potuerit scribi, pro *detractare*, quemadmodum veteres hanc vocem scripsisse observant Pier. ad Virg. III. G. 57. et Broekh. ad Propert. II. 2, 11. et ad Tibul. I. 7. 44. Et sic h. l. Ryck. Voss. 3. ed. B. S. et P. *detractantibus:* add. infr. III. 5. 3. III. 6. 12. et IV. 2. 9. Nam *d* et *r* sæpe permutantur, ut infr. III. 19. 7. *detrahi* et *retrahi*, in Suet. Tib. XXI. *edit* et *erit*, et in eod. Vitel. XII. et in Justin. XXXVIII. 9. *deprehendere* et *reprehendere.* Et 'retractare' alioqui fere est, de integro ac diligentius tractare. Vid. Berneg. ad Tac. Germ. c. XXII. Mox *quod adversarentur* Ryck. Fran. Voss. et om. ed. *qui advers.* Reg. 2. *Exulatio*, quo mox utitur Florus pro exsilio, nondum usquam alibi inveni; et non videtur optimæ notæ esse, etsi se analogia tueri potest. *Multavit* hic et alibi semper est in plerisque scriptis. *Multavit* et *mulitavit* et *mulctavit* inconstanter in Duisb. Fran. et v. e. In Pand. Flor. ubique scribitur *multa* et *multare*, quam scripturam vulgo probant Viri docti. Sed vid. Gron. ad Plaut. Stich. III. 1. 19.

§. 3 *Coriolanum*] Quem Themistocli comparat Cicero Bruto, cap. 10. Plutarch., in Parall. Alcibiadi. *Fr.*

Colere agros jubentem] Nescio unde alterius Pal. Cod. orta lectio, quæ habet: *colere ortos jubentem.* Nisi quod manifesto falsam pronuntiare licet. Opinor, hoc illum velle. Per secessionem plebis, agri inculti man-

Digitized by Google

serant. Inde annonæ caritas. Cujus levandæ gratia frumentum primo ex Etruria venit, quo plebs sustentata est. Deinde et ex Sicilia magna vis frumenti advecta. Quo tempore agitatum in senatu dicitur, quanti plebi daretur frumentum. Hoc faciebant ad plebem premendam, ut, hac injuria coacta, jus pristinum patribus redderet, quod secessione extorserant, conditione oblata laxandi annonam. Tum plebis inimicus Coriolanus, in oratione, quam habuit in senatu, inter alia, hæc verba fecit: 'Audeo dicere, hoc malo domitos ipsos potius cultores agrorum fore, quam ut armati per secessionem coli prohibeant.' Inde Noster hoc loco posuit: *Coriolanum, colere agros jubentem*. Salm. *Colere agros jubentem*] Quod per seditiones primo, (Liv. 2, 34, 2.) mox frumentarias largitiones, omittebatur. Cui posteriori causam neglectæ agriculturæ Tacitus etiam, 12, 43. imputat: et Augustus ap. Suet. in Vita, cap. 42. *Fr.*

Nec minus] Male fecisse Coriolanum judicat Cic. Nam, 'ut parentum sævitia, sic patriæ, ferendo ac patiendo lenienda est.' Historiam lege ap. Liv. 2, 39, &c. Dionys. 8, 12, &c. Val. M. 5, 4. 1. Ad hujus forte exemplum, 'Populus Muciam, Sex. Pompeii matrem, minis adegit, ut legationem ad eum susciperet:' Appian. de Bel. Civ. lib. 5. *Fr.*

Nisi quod] Pro, sed tamen, veruntamen, ut infr. IV. 8. 3. Sal. Jug. XCV. 'Otio luxurioso esse: tamen ab negotiis nunquam voluptas remorata, nisi quod de uxore potuit honestius consuli.' Vid. Riv. ad Jugurth. LXVII. et Stewech. de Partic. Ling. Lat. 'Exarmare' proprie, armis spoliare: translate, adimere omnia, quæ vim nocendi habent, infirmum ac debilem reddere; quod variis modis fieri potest. Vid. Bud. ad l. 2. D. de Leg. Rhod. de jact. et Barth. ad Claud. de Laud. Stilic. III. 353. Sic *exarmatos* Vell. II. 17. opponit *integris* ex emendatione N. Heinsii, quam rectam esse puto: 'Romani victis adflictisque ipsi exarmati, quam integri universis civitatem dare maluerunt.' Hinc etiam sæpe pro mitigare, placare, exorare. Petron. c. CV. 'Jam Giton mirabili forma exarmaverat nautas.' Ubi vid. cl. Burm.

§. 4 *Sed hic melior, obsessis in capta urbe consuluit*] Correctores sapit hæc lectio. Nec aliud sane datur augurari, quam ab eorum commento esse. Aliter quippe scriptum exhibent omnia exemplaria, in quibus, ut in veteri editione, legere est: *Hic melior in capta urbe consenuit*. Quid illis in mentem fuerit, qui sic mutaverunt, non video. Nam nihil absurdius aut ineptius. Non consuluit obsessis Camillus, sed cum jam auro recessum suum venditassent Barbari, jamque Romani obsidione liberati essent ex pacto, quod cum Gallis pepigerant, supervenit Camillus aurum adpendentibus, et statim occasione data in Barbaros irruit, eosque urbe expulit. Sed demus, eum obsessos aliquatenus adjuvisse, quid illis fiet, aut quo referentur, quæ sequuntur: 'Et mox supplices de hoste Gallo vindicavit?' Quomodo hæc exponemus? Quid igitur vult scripta lectione Auctor? Hoc; nisi fallor. Dixit, principes clarissimos aliquot, qui adversati erant voluntati plebis, exilio multatos esse. Duos recenset nominatim, Coriolanum et Camillum, qui id passi sint. Et Coriolanum quidem, ut injuriam vindicaret, arma patriæ intulisse, quem vix mater lacrymis suis exarmaverit. At Camillum meliorem, consenuisse in capta a se urbe, Veiis nempe, quo exulatum concesserat, et unde postea tamen ultor suis civibus advenit, quos de hoste Gallo vindicavit. Ceterum quod ait, Camillum in capta urbe consenuisse, non ad moram aut longum tempus exulationis referendum est, sed mœstitiam,

Digitized by Google

tædium, languoremque et iners otium, quæ senio afficiebant hunc virum. Homines amantes, ut ait ille, καὶ ἐν ἤματι γηράσκουσι. Præterea hoc sumptum e Liv. qui lib. v. de Camillo exule, cum audisset, Romanos intra Capitolium a Gallis compulsos, ita scribit: 'Qui mœstior ibi fortuna publica quam sua, cum Diis hominibusque accusandis senesceret, indignando mirandoque ubi illi viri essent, qui secum Veios Faleriosque cepissent.' Inde igitur sumpsit Annæus, quod hic ait, Camillum in urbe capta consenuisse, mœrore nempe ac tædio et indignatione, non ætatis exactæ vitio. Hinc 'senium' sæpe Latini pro re ingrata et odiosa dicunt. Fatendum tamen est, non idem dicere Florum, etsi idem fortasse dicere voluit. Nam cum dicat, Camillum in capta urbe consenuisse, quis non intelligat, ibi extremum ætatis tempus consumpsisse ac senectutem exegisse? Atqui falsum est, tantum temporis in exilii loco contrivisse Camillum, ut dici queat ibidem consenuisse. At recte Livius, cum inquit, ibi Camillus mœrore ac tædio, Diis hominibusque accusandis ob res patriæ afflictas, senesceret. Senescebat, inquam, ibi Camillus, cum illa pateretur, quæ homines ante diem senio mature afficiunt, aut, ut Græci Poëtæ loquuntur, ὠμῷ γήραϊ διδόασι. At non consenuit. *Sal.* *In capta urbe consenuit*] Lectio hæc trium Pall. itemque v. e. quam etiam Salmasius probat; quapropter recipiendam non dubitavi. *Fr.* *Sed hic melior obsessis in capta urbe consenuit*] Secutus sum codicem Ryckianum in quo non legitur *obsessis*, nec in Regio et altero Gudii: quod ex Naz. pridem notavit etiam Salmasius, cui hic obtemperari verum erat. Non enim obsessis Romanis melior erat, sed Coriolano, qui injuriam patriæ vindicaturus erat armis. Camillus vero magno tulit animo exilium, et reipublicæ, cum illius tempora desiderarent ejus operam et consilium, non defuit. *Consenuit* vero est h. l. quod et Salm. vidit, exilium plenum senii et tædii egit in illa urbe: sic et γηράσκειν ap. Hesiod. et 'esse senio' ap. Comicos. *Græv.* Toll. Duisb. et Voss. plane ut libri Salmasii, Grut. et v. e. omissa voce *obsessis*. Reg. F *sed hic melior in capta urbe consuluit*. Reg. Q *Sed hic melior obsessis in captam urbem consenuit*. Fran. *sed hic melior in capta urbe consuevit*. Vulgata scriptura videtur defendi posse ex eo, quod Plutarch. in Camil. et Liv. v. 43. scribunt, Camillum partem exercitus Gallorum obsidione Capitolii relicta per finitimos populos prædantem auxilio Ardeatium magna clade adfecisse. Nam ea re potest dici consuluisse obsessis, quod ita vires hostium minuebantur. Sed non dandus est locus quæsitis interpretationibus contra libros scriptos. Et tamen ne horum quidem scriptura difficultate caret. Nemo ignorat 'senium' sæpe dici pro mœrore, tædio, ac squallore, et 'senescere' et 'consenescere' pro, mœrore ac tædio consumi, idque docuerunt etiam Casaub. ad Pers. I. S. 26. et VI. S. 16. Gron. ad Liv. XXIX. 33. et Schult. ad Sen. Controv. XI. Verum non æque apertum est, in qua *urbe capta* exsilium plenum mœroris egerit Camillus. Nam quod Salm. 'captam urbem' exponit Veios, id refellitur e Plut. in Camil. Liv. v. 43. et 46. Aur. Vic. c. XXIII. et App. in Excerpt. Peiresc. p. 549. qui omnes Camillum non Veiis, sed Ardeæ exsulasse tradunt. Veniebat in mentem, 'captam urbem' de Roma posse accipi, hac sententia: Camillus melior fuit Coriolano: nam quum hic Urbem capere et hostibus tradere voluerit, Camillus contra eam captam hostibus eripuit, et in ea deinde consenuit, quum Coriolanus in illam non redierit. Sed hanc interpretationem non patiuntur sequentia. Nam Camillus primum dicitur in ur-

Digitized by Google

be capta consenuisse, ac deinde cives suos de hoste vindicasse. Hoc quum videret Rupertus, locum ita emendandum putavit: *Sed hic melior supplices de hoste Gallo vindicavit, et mox abscessuros in captam urbem continuit.* Existimat enim Florum eo respicere, quod refert Liv. in fin. Lib. v. Camillum urbe liberata prohibuisse, ne Pop. Rom. Veios migraret. At hoc est secare nodum, non solvere. Non video, quomodo *consenescere*, quod omnes prope Mss. habent, hic aliter exponi possit, quam ex sententia Salm. et Grævii; aut quomodo 'capta urbs' de alia, quam Veiis accipi possit. Si erravit in eo Florus, quod Camillum Veiis exsulasse putavit: socium, et fortassis auctorem erroris habet Lucanum, qui v. 27. idem scribit: 'Tarpeia sede perusta Gallorum facibus, Veiosque habitante Camillo, Illic Roma fuit.' Liberari posset ea culpa, si deleta præpositione *in* liceret scribi *melior obsessis capta urbe* (nempe Roma) *consenuit*. Sed eam habent omnes libri.

De hoste vindicavit] Sic III. 21. 19. Quint. Decl. VII. 'Nisi de te vindicer.' Vetustiores magis dicunt 'ab aliquo vindicare.'

§. 5 *Cum Senatu quoque*] Hanc historiam scribunt Livius, in fine quinti: et Auctor de Vir. Ill. cap. 23. Trita sunt, quæ scribunt Eutrop. et Oros. *Cam.*

Vehementius æquo bonoque] Sic editio Vineti, nec aliter v. e. aut Pall. tres: quomodo etiam invenerat in Ms. suo amicus noster Lips. uti videre est libro ejus II. cap. 19. Elect. *Grut.* Nec tamen absurda videtur impress. lectio, *vehementius de æquo.* 'Siquidem,' inquit Auctor inf. cap. 26. num. 5. 'nunc libertatem, nunc pudicitiam, tum natalium dignitatem, honorum decora, et insignia, vindicavit' plebs Romana, eaque omnia, postrema certe, certamina de æquo et bono erant. Quo respectu Florus inf. 3. 14. 3. de Graccho: 'Sive æquo et bono motus, ne,' &c. *Fr.* Frustra Freinsh. defendere conatur lectionem Vett. Edd. Scripti om. et v. e. omittunt *de:* neque id intrudendum est in h. l. Recte Lips. interpretatur, acrius, quam æquum bonumque esset. Est formula vulgo obvia. Terent. Adelph. I. 1. 39. 'Nimium ipse est durus præter æquumque et bonum.' Et Phorm. IV. 3. 32. 'Si tu aliquam partem æqui benique dixeris:' quæ sumta videtur ab JCtis, apud quos 'æquum' et 'bonum' summo, sive stricto, juri opponitur. Cic. pro Cæcin. c. XXIII. Bud. ad l. I. D. de Justit. et Jure, et Panciroll. Thesaur. Var. Lect. II. 1. Ryck. liber sine copula *vehementius æquo bono*, ut Plaut. Menæch. IV. 2. 10. et non semel Cicero, qui etiam 'æqui boni facere' dicit. Vid. Bud. l. d. Et sic in formula: 'Quantum æquius melius,' de qua Briss. Lib. v. Form. p. 372.

CAP. 23 Hæc discordia accidit Olymp. 71. Auctor Eusebius, Lib. Temp. De qua Liv. 2. 32. &c. Dionys. 6. 37. &c. Val. M. 8. 9, 1. Auctor de Vir. Ill. cap. 18. Eutrop. 1. 11. Oros. 2, 6. Augustin. Civ. 2. 18. et 3. 17. Appian. de Bel. Civ. lib. 1. Plura Pompon. l. 2. de O. J. Fenestella, tit. 25. Lege Ov. F. 3. 663. *Cam.* Cic. ap. Priscian. lib. 6. 'decimo sexto' post Reges exactos anno hæc accidisse auctor est. Isidorus, 9. 4. 'sexto.' *Fr.* Isidorus, si non corruptus est, errat. Sed illud potius puto: v. Comment. Fastor. ad A. U. 260.

§. 1 *Fœneratorum*] 'Fœneratores' Latinis dicuntur homines pecuniosi, qui aliis pecunias sub usuris legitimis et civilibus credunt. Is quæstus uti per se non inhonestus est, ita nec nomen fœneratoris. Sed hoc propter avaritiam multorum, modum lege positum in fœnerando excedentium, et acerbitatem in exigenda pecunia credita,

Digitized by Google

etiam in malam partem sumitur, et odiosum est. Unde Cic. I. de Off. 42. inter quæstus, 'qui in odia hominum incurrunt,' numerat 'quæstum fœneratorum.' Et socii Catilinæ ap. Sall. Cat. XXXIII. de violentia, crudelitate, et sævitia fœneratorum queruntur. Vid. Salm. de Usur. p. 542. Gron. IV. Obs. XXIV. et Græv. ad Cic. l. d. et ad v. Epist. Fam. 6. Eo tempore autem, de quo hic agit Florus, fœnus ex libidine locupletum agitabatur. Tac. VI. A. 16. et Sigon. II. de Ant. Jur. Civ. Rom. II. quem et de sævitia fœneratorum in terga civium, et Legibus ad eos coërcendos latis, lege Lib. I. cap. 6. ejusdem operis. Liber Ryck. *ab impotentiā*, et mox *plebe*, fortassis pro *ab impotentia*, et *plebes*. Nam et hoc veteres dicebant pro *plebs*. Infr. c. 25. et 26.

Sacrum montem] Quoniam Jovi fuerat consecratus. Auctores Festus, Appian. Augustin. Civ. 2. 18. ubi plur. *Cam.* Adde l. 2. §. 20. de O. J. Alterius sacri montis meminit Justinus, 12. 7, 7. et alterius iterum, 44. 3, 6. alterius item Antigonus, Hist. Mirab. 144. Sed isti nihil ad hunc nostrum. *Fr.* Plebs restituta concordia ab hoc monte discedens eum Jovi consecravit: unde postea 'Sacer' dictus est. Festus in *Sacer mons*. Est ergo prolepsis, quum plebs in Sacrum montem secessisse dicitur, ut Diomed. de Art. Gramm. Lib. II. p. 439. Piso ap. Liv. II. 32. hanc secessionem in Aventinum factam prodit; quem sequitur Sall. Jug. XXXI. ubi vid. Ciaccon. et Ursin.

Tribunos]. De his vide Polletum Historia Fori, lib. 3. cap. 5. *Fr.* Et Lips. aliosque, qui de Magistratibus Roman. scripserunt.

Menenii Agrippæ] Naz. Cod. scribit, *Mænenii*. Sed primam in 'Menenius' breviant Poëtæ Latini. *Sal.*

§. 2 *Fabula*] Hanc narrant Val. M. 8. 9, 1. et Auctor. de Vir Ill. c. 18. Liv. ubi supra. Val. autem M. vocat hunc 'Valerium,' non 'Menenium,' 'Agrippam.' Meminit Agell. 17. 21. *Cam.* Huc etiam respexisse videtur Antoninus Imp., de vita sua, 'ut unus alterum juvaret in suo opere, eo nati sumus, ut manus, ut pedes,' &c. *Fr.*

Opere fungentibus] Perperam alter Pal. *opera fugientibus*. Sal. Alter Pal. *opera fugientibus*; possit fieri, *opera fungentibus*, quomodo dicitur 'fungi munera,' ap. Tac. 3. 2, 1. et Suet. Aug. 35. 4. item 'fungi officia,' ap. eund. Tac. 4. 38, 1. &c. *Fr.* Ryck. *opera fungentibus*. *Immunem* recte opponit *opere fungentibus*. Nam 'immunis' est, ut Festus, et Non. 'qui munus non præstat.'

A sejunctione rediisse] Idem optimum exemplar legit; *sevinctione*. Quam vocem et alibi hoc sensu offendi, pro separatione ac segregatione, cui contrarium vinctio et vinculum. *Sal.* Non multum abit, quod est in Ryck. *seuinttione*: quamquam hoc etiam potest esse *sejunctione*. Vox *sevinctio* quam auctoritatem habeat, non scio: quæ, si qua est, tamen non tanta esse potest, ut insolens verbum hic locum habere debeat. Et magis putem in Naz. *seuinctione* scriptum fuisse pro *seiunctione*. Nam *vinctus* et *junctus* infinitis locis permutari dudum a multis observatum est. Vid. quæ eruditiss. Collega noster Arnold. Drakenb. adnotavit ad Sil. VIII. 487. *Moribundus a sejunctione* dicit, ut Cic. XV. Fam. 17. 'Mortuus a latronibus,' 'a cruditate.' Mox libri Salmasii, Ryck. Berol. Magl. Duisb. Fran. et om. ed. *redisse*: v. ad cap. 3. fin.

Quando sensissent, quod....irrigarentur] Si Sanctio, aliisque Viris doctiss. credimus, dicendum fuerat, *quando sensissent se irrigari*. Sed adsentior Perizonio ad Sanct. Min. III. 14. 16. et aliis, quos laudavi ad Opusc. de Latinit. JCtorum p. 352.

Digitized by Google

Cap. 24 Secunda discordia accidit A. 302. ab U.C. Lege Solin. cap. 2. Euseb. Lib. Temp. Eutrop. 1. 12. Dionys. dicit, Olymp. 82. hoc est, annis ab A.U.300. expletis. Lege ipsum, 11. 31., &c. Liv. 3. 44., &c. Val. M. 6. 1, 3. Auct. de Vir. Ill. cap. 21. Oros. 7. 13. Augustin. Civ. 3. 17. *Cam.*

§. 1 *Duodecim tab.*] De Duodec. Tab. quando, et a quo editæ, Dionys. ubi supr. Agell. lib. 17. cap. ult. et lib. 20. cap. 1. Sæpissime habetur earum mentio in libris Digestorum, signanter tit. de O. J. Plura Fenestella: tit. 29. Scriptæ autem fuerunt ab Hermodoro Ephesio, cujus statua fuit Romæ in Comitio. Auctor Plin. 34. 5. *Id.* Reliquiæ Legum XII. Tabul. a multis congestæ, et commentariis illustratæ sunt. Sed unus instar omnium esse potest Vir summus, et literarum humaniorum, ac Juris peritiss. Jac. Gothofredus, in aureolo libello, cui Titulum fecit ‘Fontes quatuor Juris civilis in unum collecti.’

Regio quodam furore] ‘Furorem’ de malis civibus, discordiarum ac bellorum civilium auctoribus, sæpe dicunt Latini. Vid. ad III. 12, 7. Decemvirorum furorem ‘regium’ vocat, quia id agebant, ut Regum instar perpetuam sibi dominationem retinerent. ‘Decemvirale regnum’ vocat Claudius Imp. ap. Gruter. Inscr. 502. Horat. ap. Liv. III. 39. ‘Decem Tarquinios.’

§. 2 *Juris quod ipse composuerat*] Ita Pompeius ap. Tac. 3. 28, 1. ‘suarum legum auctor idem ac subversor:’ vid. Liv. 3. 5, 5. ‘Leve est sua consulta ac decreta tollere,’ &c. inspice totum locum. Contra consilium Lævini ap. Liv. 26. 36, 2. ‘Si quid injungere inferiori velis, id prius in te ac tuos si ipse juris statueris, facilius omnes obedientes habeas:’ et monitum Claudiani: ‘In commune jubes si quid, censesve tenendum, Primus jussa subi,’ &c. Verum oppido pauci sunt, quibus vel aliorum consensus, (ut Lycurgo ap. Justin. 3. 2, 8.) vel ipsorum conscientia testimonio sit, (ut Cæcinnæ, ap. Tac. 3. 33, 2.) ‘se, quæ in publicum statuerent, domi servavisse.’ Adde Val. M. 6. 18. Tac. 3. 55, 8. 3. 33, 2. item Agric. 19. 2. *Fr.* Verba Flori pertinent ad caput Legis XII. Tab. quo cautum erat, ut, si de libertate alicujus controversia esset, vindiciæ secundum libertatem darentur, non secundum servitutem, i. e. ut possessio illius, de cujus libertate agebatur, usque ad exitum judicii penes eum maneret, qui in libertatem vindicabat, non, qui in servitutem. Vid. Sigon. I. de Judic. 21. et Jac. Gothofr. ad Tab. VI. Leg. XII. Tab. Contra hoc caput Appius vindicias dederat secundum servitutem; cujus decreti causam exponunt Liv. III. 44. et seqq. Dionys. XI. 31. Pompon. l. 2. §. 24. D. de Or. Jur.

§. 3 *Ab Aventino*] Obscurus est nimia brevitate. Nam verba hanc sententiam habere possunt, Decemviros se in Aventinum recepisse, atque inde a plebe detractos esse. Et sic videtur accepisse Ampelius, qui, ‘Virginius,’ inquit, ‘Appium et totam ejus factionem in Aventino circumvenit, effecitque ut abdicato Magistratu accusati, atque damnati variis suppliciis punirentur.’ Sed Florus fortassis hoc voluit dicere: plebem occupato Aventino ab eo, tamquam arce quadam, in Decemviros conversam vi armisque adhibitis eos in ordinem redegisse. Verum sic quoque non recte rem exponit. Nam plebs primum Aventinum insedit, et quum nihil proficeret, inde se in montem Sacrum contulit, atque ita demum Decemviri coacti fuerunt se Magistratu abdicare. Et ex iis soli Appius et Oppius in carcerem conjecti, reliqui in exsilium acti sunt. Liv. III. 56. et seqq. *Fr.*

Cap. 25 De hac tertia discordia late Liv. lib. 4. Meminit Augustinus, Civ. 3. 17. ubi plura annotavimus. *Cam.* De connubiis inter patricios et

plebem Sigon. I. de Ant. Jur. Civ. Rom. 9.

§. 1 *Ut plebeii cum patriciis*] Repone vet. lect. *ut plebes cum patriciis jungerentur.* Ita Nazarian. Recentiores: *plebs.* Id. Naz. *Tertiam seditionem excitavit,* pro *incitavit.* Seq. cap. *Ut plebes quoque magistratus crearentur,* legitur in eod. Naz. et verum est. *Sal.* Reg. *ut de plebe cum patriciis.* Græv. *Incitavit* est in Voss. 2. et 3. in ed. Vineti et Commelin. Gruteri, ac deinde recentiorib. quibusdam.

In monte Janiculo] In Janiculo, connubiorum promiscuorum caussa, tumultum fuisse Canuleio duce, auctorem, præter Florum, haud facile invenias. Certatum quidem eam ob causam seditiose inter patricios et Trib. pl. contentionibus variis ex Liv. constat: secessisse autem plebem in Janiculum propter æs alienum, post graves et longas seditiones, A. U. C. 467. invenio, atque a Q. Hortensio dictatore inde deductam, eumque legem tulisse in Esculeto, ut quod plebs jussisset, omnes Quirites teneret, nec aliam tertiæ secessionis causam auctores recensent. *Stad.* Janiculum montem in hac historia nominat etiam L. Ampelius. *Fr.* Sed is cum Floro errat. Schefferus putat hæc glossatoris esse, ac deleri posse, cum præsertim non conveniant historiæ ceterorum. Si quid judicio illius tribuendum est, idem dici debet de loco Ampelii. Sed probabilius mihi videtur, quod dixi.

CAP. 26 Hanc quartam discordiam lege ap. Liv. versus fin. 6. et Val. M. 8. 6, 3. et Auct. de Vir. Ill. cap. 20. *Cam.* Queritur etiam de ea aliisque Tribunorum facinoribus, Q. Tull. ap. Fratr. de Leg. 3. 8. *Fr.*

§. 1 *Plebeii*] V. e. *plebis,* ut forte scribendum sit, *plebes,* pro, plebs; mutaverintque, qui nolebant conjungi singularem numerum cum voce 'crearentur:' et vero *plebes* clare extat in Pal. 1. ac 2. *Grut.* Idemque monuit Salm. *Fr.* Vid. ad cap. præc. Regg. Voss. 2. et Magl. hic quoque *plebes.* Berol. et Duisb. *plebis.* Ryck. *plebei.* Voss. 3. *plebi.* Fran. *de plebe.* Non solum 'plebs,' sed etiam 'plebes,' et 'plebis' in nominat. singul. dicitur. Vid. Tanaq. Fabr. et Gud. ad Phædr. IV. F. 5.

§. 2 *Sulpicio patricii sanguinis dederat*] Ryck. *Sulpitio patricii sanguinis declarat;* forte, *elocarat.* Græv. Nisi tamen potius scriptum fuerat *declerat,* pro *dederat,* atque inde *declarat.* Nam *d* in libris veteribus sæpe distrahitur in *cl.*

Alteram plebeio Stoloni. Hæc quodam tempore] In Naz. est: *alteram plebeio Stolo. Quodam tempore quod lictoriæ virgæ sonum, &c.* In altero etiam Pal. habetur: *alteram plebeio Stoloni quodam tempore.* Nec agnoscunt pronomen *hæc.* Non dubito reponere: *alteram plebeio Stoloni, quæ quodam tempore, quod lictoriæ virgæ sonum.* Sal. *Stoloni. Hæc*] Camers ex vetusto codice corrigit: *Stoloni, qui quodam tempore, quod ejus uxor lictoriæ, &c.* non male, si ex vetusto codice. Ampelius male confundit duos hos Fabii generos in unum 'Sulpicium Stolonem.' *Fr.* Perizonius non improbabat emendationem Salmasii, sed tamen malebat *Stoloni: qua.* Verum ita in fine hujus periodi aliquid supplendum relinquetur, puta, *Stolo,* vel *maritus ejus:* quod satis durum est, et adversatur Livio, e cujus narratione VI. 34. liquet, verba Flori, 'injuriam non tulit,' non ad Stolonem, sed uxorem ejus referenda esse. Idem opponi potest scripturæ, quam ex vetusto Cod. profert Camers. Eam quidem recepit Begerus; sed mihi non posse ferri videtur. Nam quid hoc est, *qui quodam tempore....injuriam non tulit?* Saltem dicendum fuerat, *qui, quod quodam tempore....injuriam non tulit.* Deinde etiam in seqq. hiulca et ἀσύνδετος est oratio: nam certe requirebatur, *et a sorore satis insolenter*

Digitized by Google

irrita fuerat. Nondum video, cur a scriptura librorum, qui vulgatum exhibent, recedendum sit.

§. 3 *Lictoriæ virgæ sonum*] Tangit morem hunc Plin. 7. 30. *Fr.* De hoc more Lips. 1. Elector. 23. Petron. c. LXV. quum lictor triclinium intrans ad comissationem valvas illius percussisset, 'Ego,' inquit, 'majestate conterritus Prætorem putabam venisse.'

§. 4 *Itaque nactus tribunatum, honorum*] Vere putat N. Heins. hic excidisse voculam aliquam, et scripsisse Florum: *Itaque nactus tribunatum maritus, honorum et magistratuum consortium.* Græv. Perizon. conjecturam adscripserat: *Itaque nactus St.* i. e. *Stolo, tribunatum.* Suspicatus scilicet fuit, *Stolo* duabus literis scriptum fuisse, et has inter easdem duas excidisse.

§. 5 *In his ipsis seditionibus*] M. Antonius in causa Norbani ostendit, sæpe populum fuisse concitatum justis de causis. Cic. vide de Orat. 2. 48. *Fr.*

Nunc pudicitiam] Vera est altera Camertis explicatio, de Virginia hoc accipiendum. Nam ad pœnam Vestalium quod attinet, eam propter nulla unquam seditio fuit. *Fr.* De duplici significatione vocis 'vindicare' est supr. ad c. 9. n. 1. Salm. e Pal. 1. adnotarat *nunc natalium.* Sed aliter Grut. *Nunc* præferebat Perizon. quod si placeret, Gruterus etiam quarto iterandum putabat, *nunc honorum decora, &c.*

§. 6 *Nullius*] Pro, nullius alterius rei. Vid. ad III. 10. 13. et Freinsh. in Ind.

In pretium ejus] Id est, quæ pretium libertatis esset; qua, tamquam pretio, libertatem venderet. Buchner. de Commut. Rat. Dic. I. 22. ubi plura hujusmodi. Flor. II. 18, 4. 'In legitimi fœderis pretium jussi arma deponere.' Justin. XI. 12. 'Sed Alexander in pretium captivarum regnum omne, non pecuniam petit.' Sed ibi Gron. e Ms. Bongars. putat expellendum *in.* Is locus in scripto Duisburgensi ita legitur: *Sed Alexander aliis remissis epistolis omne regnum, non pecuniam petit.*

Ut in magno] Liv. 45. 24, 8. 'Nulla est civitas, quæ non et improbos cives aliquando et imperitam multitudinem semper habeat.' Sall. Cat. 51. 30. 'In magna civitate multa et varia ingenia sunt,' &c. Porro recte se habet hujus loci lectio; nec adsentio Camerti, qui corrigebat, *jam in magno.* Vide, si lubet, Indicem voce *Ut.* Fr. 'Interim' pro, interdum. Tac. 1. A. 4. 'Qui Rempubl. interim premant, quandoque distrahant.' Mela III. 6. 14. 'Septem minimum, interim plures messes ferunt.' Hæc Perizon. ad oram libri sui. Add. Freinsh. in Ind. et Pric. ad Apul. IX. Met. p. 194. Voss. idem judicat de hoc usu vocis 'interim' quod de 'subinde' pro, identidem, de quo vid. infr. ad II. 10.

§. 7 *Spurium Cassium agraria lege; Mælium largitione*] Ita scripsit non Florus ipse, sed rescripsere correctores. Indicium facit primum vetus omnis lectio, quæ aliter habet. Deinde mos perpetuus Flori, homines unico nomine appellantis. Sic igitur ex libris optimus habet Naz. *Largitione Cassium, agraria lege suspectum regiæ dominationis, præsenti morte multavit.* Nec aliter exhibet Pal. 2. At in 1. scribitur: *Sp. Cassium agraria lege suspectum regiæ dominationis.* Quam spripturam corruptissimam esse liquet ac mancam. Altera illa minus vitiosa. Non tamen in ea comparet Mælii nomen, quod heic locum habere debet. Jam illud certum est, Florum heic distinguere Cassium a Spurio. Sic enim paulo post infert: 'Ac de Spurio quidem supplicium pater ipsius sumpsit.' Ergo Spurius illi proprie dicitur, qui Spurius Mælius prænomine ac nomine dictus. Atqui non de hoc supplicium pater suus sumpsit, sed de

Digitized by Google

Cassio, cui Spurio etiam prænomen fuit. Male itaque Florus noster, cum uterque Spurii prænomen habuerit, alterum tantum hac nota significat. Quod ad lectionem quidem ejus integrandam attinet, ordo quo usus est, et priscæ lectionis vestigium, ita eum scripsisse ostendunt: *Spurium largitione, Cassium agraria lege, suspectum regiæ dominationis, præsenti morte multavit. Ac de Spurio quidem supplicium pater ipsius sumpsit. Hunc, Quintii dictatoris imperio, in medio foro magister equitum Servilius Ahala confodit.* Nihil verius hac lectione. In qua tamen duplex hallucinatio Flori notanda est. Prima, quod unum ex his Spurii prænomine insignem proprie appellat, cum uterque sic vocatus sit. Altera, quod Mælio tribuit, quod Cassio competebat. Non enim de Mælio, sed de Cassio supplicium patrem sumpsisse memoratum est. *Sal.* Loci hujus emendatiorem scripturam a se esse, ait Camers. *Fr.* Nec hic deflectit ab optimo Naz. Ryckianus. Uterque: *largitione Cassium agraria lege suspectum dominationis regiæ præsenti morte multavit.* Nullus dubito vere Salmasium emendasse: *Spurium largitione, Cassium agraria lege suspectum regiæ dominationis.* Græv. Vulgatam primum in Ald. inveni. Non possum adquiescere in emendatione et sententia Salmasii. Vocem 'largitione' ante 'Cassium' e plurimis et optimis Mss. ponendam esse, facile illi largior. Sed non video causam cur eidem 'Spurium' præponi, et hoc nomen de Mælio intelligi velit. Nam quod dicit, Florum distinguere 'Cassium' a 'Spurio,' quum mox infert, 'Ac de Spurio quidem supplicium pater ipsius sumsit,' eumque errasse, qui Mælio tribuat, quod in Cassium conveniebat, id nullam rationem habet. Cur enim hæc verba non ita potius interpretabimur, ut Floro cum aliorum omnium narratione conveniat? Non potest negari multos esse Flori errores in historia: sed quum certum sit hunc locum esse mutilum, non potest ex eo tam gravis sententia, qualis est Salmasii, in illum ferri. Et propemodum incredibile est, eum in tam nota ac celebri historia ita potuisse aberrare, ut Mælium a patre supplicio adfectum scriberet, quod omnes alii de Cassio prodiderunt. Confirmat quidem Salmasii sententiam de errore Flori V. E. in qua paullo post ita legitur, *ac de Mellio supplicium pater ipsius sumpsit.* Sed hoc parvi pendo, ac suspicor *Mellio* ibi e margine in contextum translatum occupasse locum vocis *Spurio*. Cujus suspicionis hoc argumentum habeo, quod Begerus adnotat, in Berol. Cod. verbis *ac de Spurio* in margine adscriptum fuisse *Mellio:* quod ab homine historiæ imperito profectum fuisse palam est. Omnino malo existimare hic excidisse aliquid ante vocem 'largitione,' quam cum Salmasio Florum tam turpis erroris insimulare. Quid autem illud sit, non facile dictu est; nisi quod ex Ampelio, qui Florum sæpe describit, suspicari possumus scriptum fuisse, *Mælium largitione, Spurium Cassium agraria lege.* Sic enim ille: 'Marcus Mælius frumentaria largitione cum uteretur (ita recte Freinshemius pro videretur) jussu Quintii Cincinnati Dictatoris a Magistro equitum in Rostris occisus est. Spurius, cum agrariis legibus factione dominationem pararet.' Nam quod dicit Salmasius, 'Spurium' ideo pertinere ad Mælium, quod perpetuus mos Flori sit homines unico nomine appellare, id nihil est, et e multis locis Flori refelli potest. Sic vel huj. Lib. cap. 11. 'Gn. Marcius Coriolanus,' 'Lucius Quintius,' 'Marcus Minucius:' c. 13. 'Lucius Valerius:' c. 16. 'Caius Minucius,' et c. 20. 'Marcus Atilius.' Et eodem modo sæpe alibi. Illud fortassis aliquem movere queat, quod, si legatur *Mælium largitione, Spurium*

Digitized by Google

Cassium agraria lege, pronomen 'hunc' in his, quæ proxime sequuntur, non recte videatur referri ad Mælium, cujus nomen in illa conjectura priore loco ponitur: quum potius dicendum fuisset 'illum.' Sed dudum observarunt docti, quum de duobus sermo est, 'hic' etiam ad remotius, et 'ille' ad propius pertinere, de quo monuerunt Budæus in Comment. Ling. Græc. Gron. III. Obs. 16. et Stewech. de Partic. Ling. Lat. Non est quidem hic in priore membro 'de illo,' sed 'de Spurio.' Verum id parum referre arbitror, et non minus recte vel sic 'hunc' de Mælio posse accipi, quam si scriptum fuisset 'de illo.' Nec dubito quin etiam apud alios bonos auctores inveniantur exempla nominis proprii pro altero horum pronominum positi. Ita sane Liv. XXXII. 5. 'Philippum....nunc sociorum, nunc etiam popularium animos' timentem, 'ne et illi ad spem amicitiæ Romanorum deficerent, et Macedonas ipsos cupido novandi res caperet.' Pro *suspectum* etiam existimo legendum *suspectos*. *Suspectum* ortum videtur e libris, in quibus solus Spurius Cassius et Lex Agraria memoratur.

Agraria lege] Livius, 32, 38, 6. legem hanc numerat inter 'faces novantibus res, ad plebem in optimates accendendam.' *Fr.* De Legibus Agrariis Sigon. II. de Ant. Jur. Ital. 2.

Largitione] L. Ampelius: 'Frumentaria largitione cum videretur' (leg. *uteretur*) quo loco duos Mælios agnoscit. *Fr.* Immo agnoscit unum tantum M. Mælium, cui Livius Spurio prænomen facit; alterum Spurium, qui non Mælius, sed Cassius est. Mire quoque Ampelii locum non corrigit, sed corrumpit, Rupertus ad Pompon. I. de Orig. Jur. 5.

Præsenti morte] Vid. Græv. ad III. 1. 6.

Ac de Spurio quidem supplicium pater ipsius sumpsit] Pro vero adfirmat, de quo adeo dubitatum est, ut alteram opinionem certiorem adstruat Livius. Postquam enim meminit, auctorem ejus supplicii fuisse patrem, statim addit, invenisse apud quosdam, idque propius fidem esse, a quæstoribus Fabio et Valerio diem illi dictam perduellionis, et judicio potius publico populi, quam patris privato, damnatum. *Sal.* Variant tamen Auctores. Vide Liv. 2. 41, 10. et Dionys. 8. 91. Florum autem verum dicere, aut veri certe simile, credam, nota patriæ potestatis severitate, quam etiam Brutus, supr. 1. 9, 8, 10. Torquatus, 1. 14, 2. Aul. Fulvius, ap. Sall. Cat. 39. 5. aliique, de quibus Val. M. toto cap. 8. lib. 5. in filios exercuere. Sed et alias tali ex causa, 'si filius patrem, aut pater filium occidisset, sine scelere, etiam præmio adficiendum omnes constituerunt:' ait JCtus in l. 35. de Religios. Nimirum altissime insederat animis eorum, quod Justinus, 41. 5, 10. ait; 'Patriæ potius, quam liberis,' aut parentibus, 'consulendum.' *Fr.* Animadversio Salmasii non congruit cum iis, quæ superiore adnotatione posuit. Ibi dicit Florum hæc scripsisse de Mælio: hic de eo, de cujus supplicio variare Auctores prodit Livius. At is non Mælius, sed Cassius est. Beger. ex Ald. edidit *ac de Cassio quidem* contra om. sc. et al. edd.

Quinctii Dictatoris imperio] Vide Liv. 4. 14. Valerius M. 6. 3, 1. Cic. pro Domo, cap. 38. addunt, etiam domum ejus dirutam, areamque 'Æquimelii' appellationem traxisse. *Fr.* Imperio Dictatoris occisum etiam est in Epit. Liv. IV. et Ampelio. Ex ipso Liv. IV. 14. id non apparet.

Servilius Ahala] Quem pro præmio liberatæ Reip. exilium ab ingratis civibus tulisse scribit Val. M. 5. 3. *Fr.* Ryck. *Ala* Voss. 3. et quædam Edd. vett. *Hala.* Xylander quidem ad Plutarchi Brutum, ubi Ἄλας dicitur, defendit *Ala.* Sed rectum esse *Ahala* e Fastis, Nummis, et veteribus

Digitized by Google

libris Livii ostendit Sigon. ad Liv. Epit. IV.

§. 8 *Incivilius*] Quid sit 'civilis' et 'incivilis' exponunt Freinsh. in Ind. Torrent. ad Suet. Cæs. LXXV. Casaub. ad ejusd. Aug. LI. et N. Heins. ad Vell. II. 31.

Ab illa, quam def. arce dejecit] Damnati enim de Tarpeio monte præcipitabantur. Acron. 6. 1. Serm. Horatii. *Cam.* Agellius tamen 17. 21. Nepotem laudat, qui Manlium verberando necatum scripserit. Adjectas mortuo notas, Liv. 6. 20, 12. Sex. Pomp. Herodes Atticus ap. Agéll. 9. 2. auctores sunt: 'alteram publicam, quod cum domus ejus ex populi jussu ob defensum Capitolium in arce fuisset, ubi postea ædes atque officina Monetæ, latum ad populum est, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret,' domusque ejus diruta est, bona publicata. 'Gentiliciam alteram, ne quis ex ea gente Marci prænomine vocaretur,' ita ut vocabulum quoque illud cum ipso deformatum atque sepultum videretur. Nam quod ille, qui de Viris Ill. Plinii Secundi titulo circumfertur, scripsit, gentilitatem Manlii ejurasse, ne quis postea cognomine 'Capitolino' uteretur, *ἀνιστορησία* est: constat enim ex Coss. Annalibus, Capitolinorum cognomina in Manliani gente deinceps frequentissima fuisse. *Stad.* De notis his Spanh. de Numism. Diss. X. De dejectione de saxo P. Faber 1. Semestr. 8.

§. 9 *Fretum illud adolescentiæ*] Nova hic notione 'fretum' pro fervore posuit. Sic enim supr. dixit: 'Hæc est secunda ætas populi Romani, et quasi adolescentia, qua maxime viruit, et quodam flore virtutis exarsit ac ferbuit.' Idem hoc loco repetens, 'fretum adolescentiæ' vocat, et secundam imperii ætatem. Fretum itaque a fervendo. *Sal.* Adolescentes concito mari comparat, 'quorum,' ut ait Lactantius, 'cum sit ætas lubrica, frenari ac regi debet.' 'Tempus' enim a Bruto Collatinoque Coss. in App. Claudium Q. Fulv. Coss. 'viris armisque incitatissimum,' in libri exordio adolescentiæ comparavit. Et ista quidem *Cam.* Mihi vero semper suspecta fuit ista lectio: nec enim qui cohæreat apte, video, nec qui bonus exinde sensus enasci possit. Si liceret mutare: *Tale domi ac foris, tale pace belloque, P. R. fatum illud Adolescentiæ habuit;* jam commodior sensus est: Tali fortuna, dum adolescit, P. R. domi militiæque usus est. Vitatur præterea duriuscula illa repetitio *τοῦ fretum;* et illa, non nimis apta huic loco comparatio, quam Camers affert. Cur enim fretum Adolescentiæ Romanæ conferre libeat, quæ non ita, ut singulorum hominum, vitiis obnoxia fuit? nec eo respexit Auctor, cum istam comparationem institueret; sed ad illud tantum, quod ista ætate hominis robur et corporis firmitas convalescit, et animus insuper rerum gerendarum cupientissimus est. *Fretum* autem si comparare potuisset voluissetve Florus, rectius Infantiæ Pop. Rom. tribuisset. Sic M. Philosophus apud Herodian. 1. 8. 'Videtis filium,' &c. 'primas nunc adolescentiæ metas ingredientem,' *καὶ δεόμενον ὥσπερ ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ τῶν κυβερνησόντων.* *Fr.* Fretorum æstum maximum esse scimus ex iis, qui de freto Gaditano, Siculo, et aliis scripsere. Igitur dubito, an non hic Auctor repetat mentem suam cap. 22. §. 1. supra: 'Quasi adolescentia, qua quodam flore virtutis exarsit ac ferbuit.' Sane agnosco hic comparationis elegantiam. *Rup.* Etiam Dionys. Vossio in mentem venerat fortassis *fatum* legendum esse, pro *fretum.* Sed libri nihil variant in hac voce, et satis commodæ sunt interpretationes Camertis, Salm. et Ruperti. Est quidem metaphora paullo durior et insolentior; sed tamen etiam Lucretius *freta ætatis* dixit, pro fervore adolescentiæ, lib.

Digitized by Google

IV. vs. 1024. 'Tum quibus ætatis freta primitus insinuantur, Semen ubi ipsa dies membris matura creavit.' Vid. Turneb. XXVI. Advers. 13. Et sic *fervor* et *fervidus* de illa ætate. Horat. I. Carm. 16. 22. 'Me quoque pectoris Tentavit in dulci juventa Fervor.' Idem IV. Carm. 13. 26. 'Juvenes fervidi.' Et Art. P. 115. 'An adhuc florente juventa Fervidus.' Terent. Adel. I. 2. 72. 'Sperabam jam defervisse adolescentiam.' Et Cic. pro Cœl. XVIII. 'Quorum quum adolescentiæ cupiditates defervissent.' Freinshemii conjecturam *tale* adjuvat nonnihil liber Ryck. in quo est *tali domi ac foris, tali bello paceque*. Sed nihil tentandum arbitror. Florus *talis* videtur dicere de ingenio ac moribus Populi Rom. secunda hac ætate. Schefferi conjecturas *talis p. b. P. Romanus fere tum, illud a. habuit*, et *P. Romanus fere totum illud a. h.*, examinent, quibus lubet.

Totam inter Alpes] Parum vere: nam etiam plus centum annos post hæc tempora, atque etiam post bellum Punicum primum, cum Gallis, Liguribus, aliisque populis in Italia bellatum est. Romani hac ætate eam partem Italiæ subegerant, quæ peculiari appellatione Italia dicebatur. Vid. supr. cap. 18. n. 1. 'Fretum' κατ' ἐξοχὴν pro freto Siculo dici hic adnotaverat Ryckius, ut infr. II. 2. Sic Cæs. I. Civ. 29. et Cic. II. ad Att. 1. ubi Corrad. et Græv.

LIBER II.

Cap. 1 Pro notitia hujus primi capitis, quod locum prooemii obtinet, lege Appian. in operis prologo, qui, post enumerationem terrarum, quas Romani subegerunt, sic inquit: 'Harum tantarum innumerarumque nationum, quum tanta sit magnitudo, Italiam tamen magno labore, ac vix quingentis annis stabilem sibi reddidere,' &c. Ibidem præterea enumerat fere nationes omnes, quæ Rom. paruerunt. Lege Dionys. in princ. Prim. Antiq. Rom. *Cam.*

§. 1 *Bona fide*] Hoc sæpe dicitur pro, vere, serio, exacte, sine controversia. Freinsh. in Ind. Jurisconsulti 'bonam fidem' opponunt fraudi, dolo, malitiæ, et simulationi. Hinc videtur sumtum, ut omnia, quæ vere, serio, accurate, et sine ulla simulatione fiunt, 'bona fide' fieri dicantur. Vid. Bud. ad l. II. §. 12. D. de Act. emt. Interpp. Petronii ad c. XI. et Schult. ad Sen. præf. Lib. V. Controv.

Si qua juventa] In vetustiss. et optimo Naz. lego, *Juventas*. Quomodo scripsisse Florum non dubitem. Veteres Glossæ: 'Juventas, ἥβη.' *Sal.* Ryck. Reg. F, Florent. Magl. Voss. 1. et Ed. Beroal. *juventus*. Reg. Q et Fran. *juventus*. Berol. Duisb. Voss. 2. 3. et v. e. *juventa*. Similiter variant libri in Prooem. Lib. I. n. 7. Vid. ad I. 7. 8.

§. 2 *Itaque (mirum et incredibile dictu)*] Omnes libri, Nazarianus, et duo Pal. *Ita, mirum et incredibile dictu, qui prope quingentis annis domi luctatus est*. Sal. Nec mirum, nec incredibile: 'semper enim facilius crescit dignitas' aut potentia, 'quam incipit,' &c. Seneca, Epist. 10. ex P. Syro. 'Prima enim dominandi spes in arduo: ubi

Digitized by Google

ingressus fueris, adsunt studia et ministri;' Tac. 4. 7, 4. Hoc etiam, ubi privatis artibus imperia moliuntur; multo magis cum manu agi cœptum est, ubi 'prima victoria' solet 'instrumentum' esse 'sequentis,' ut bene Justin. 1. 1, 8. Ita Catilina, in Orat. ad suos satellites, ap. Sall. 20. 7. 'Tantummodo incepto opus est; cetera res expediet.' Pertinet huc, quod ap. Plut. An seni sit ger. Resp. cap. 13. 'Lampis navicularius interrogatus, quomodo divitias consecutus esset? respondit: Magnas non difficulter, parvas cum ærumna et tarde,' et quæ ibi sequuntur. Verbis istis, 'mirum atque incredibile,' utitur etiam Sulp. Severus Hist. Sacr. lib. 2. p. 161. fortassis hinc mutuo sumptis, ut solet. *Fr.*

Qui prope quingentis annis] Legitur in cod. Naz. *qui prope quingentis annis qui sequuntur, Africam, Europam, totum denique orbem terrarum bellis victoriisque peragravit.* Quæ mutila sunt. Nam integra et vera aliorum Codd. editionumque scriptura: *qui prope quingentis annis domi luctatus est, adeo difficile fuerat dare Italiæ caput, his ducentis annis, qui sequuntur.* Hanc juventam et robustam populi Romani ætatem hoc loco ducentis annis determinat, ad Cæsarem usque Augustum. At in prologo operis huic robustæ imperii maturitati ducentos quinquaginta annos assignat: 'Hinc ad Cæsarem,' inquit, 'Augustum ducenti quinquaginta anni, quibus totum orbem pacavit.' Et certe a Romulo ad Cæsarem Augustum septingentos annos numerat. Ex his ducentos quinquaginta annos ætati dat, quæ sub regibus, quam infantiam imperii ponit. Deinde a primis consulibus, usque ad App. Claudium et Quint. Fulvium, consules, ejusdem adolescentiam per ducentos annos patere facit. Sic anni quadringenti et quinquaginta exeunt. Restant ducenti quinquaginta usque ad Augustum, quibus totum orbem pacasse dicit, ut septingenti fiant. Nec scio cur heic ducentos tantum assignet. Quod tamen etiam infra repetit in Anacephalæosi libri tertii, ubi tertiam hanc ætatem populi Romani transmarinam, qua Italia progressus arma toto orbe circumtulit, ducentis annis rotundis definit. Horum quippe superiores centum, sanctos, pios, et aureos, sine scelere et flagitio fuisse dicit. Postremos alteros centum in Cæsarem et Pompeium, sequentumque hos Augustum, ut claritate rerum bellicarum magnificos, ita domesticis cladibus miseros et erubescendos. Ita parum sibi constat Noster. Certe idem utrobique dicere debuit. Simile porro est quod heic perhibet, quingentis prope annis domi luctatum esse populum Romanum. At in prologo dixerat, prope ducentos quinquaginta per annos circa ipsam matrem cum finitimis luctatum fuisse. Hoc est, domi. Nam tota Italia, quam intra illos quingentos annos subegerunt Romani, non ipsorum proprie domus fuit. Non mirabitur lector, si ἀκρίβειαν aliquando majorem in hoc Auctore nos requirere fateamur. *Sal.* Vid. ad Prooem. Lib. I. n. 7. Scribæ Cod. Naz. eadem fuit causa erroris, quæ Ryck. I. 7, 7. *dictu quippe quing. a.* Ryck. Fran.

His ducentis annis] Immo annis LIII. et ne iis quidem totis. *Fr.* Ita Polyb. I. 1. ubi vid. Casaub.

Peragravit] Hæc vox habet significationem celeritatis. Liv. XXX. 17. 'Numidiam omnem egregia victoria peragratam.' Et XXXII. 13. 'Obvias urbes raptim peragravit.' Vid. Manut. ad Cic. pro Marcell. c. II.

CAP. 2 Punicum bellum 1. inceptum est anno 3. 128. Olymp. Dionys. 1. 8. Manifestus error in omnibus Solini codicibus impressis hucusque, quibus asseritur, Punicum bellum 1. fuisse anno 389. ab U. C. Melius

Digitized by Google

Agell. cap. ult. lib. 17. 'Anno,' inquit, 'post Romam conditam CD. ferme et XC. Coss. Appio Claudio, cui cognomentum Caudex, Appii illius Cæci fratre, et M. Fulvio Flacco, bellum adversus Pœnos primum cœptum.' Oros. 4. 8. Liv. in princ. tricesimi primi, dicit, bellum 1. inceptum anno 488. ab U. C. Plin. 33. 3. 'Argentum,' inquit, 'signatum est anno Urbis CCCXXCV,' &c. 'Q. Fabio Cos. quinque annis ante primum bellum Punicum.' De hoc bello 1. Punico Epit. Livii, 16. et seqq. Eutrop. 2. 3. Oros. 4. 8. Augustin. Civ. 3. 18. Auct. de Vir. Ill. cap. 37. et seqq. Appian. in Libyco. Meminit sæpe Val. M. ut suis locis citabitur. *Cam.* Præcipue legendus Polyb. lib. 1. et ex Poëtis Silius, lib. 6. *Fr.* Quo anno Urbis hoc bellum inchoatum sit, vid. ap. Pigh. et alios in Comment. Fastor. ad A. U. 489.

§. 1 *Incendio*] De incendiis silvarum Casaub. ad Suet. Tib. VI. Fran. *ppulatus*, fort. pro *perpopulatus*.

§. 2 *Opulentissimam in proximo prædam, quodammodo Italiæ suæ abscisam ac revulsam*] Hæc præda Sicilia est, quam Italiæ abscisam mari ac revulsam, cum olim continens illi terra esset, inter omnes convenit. Nescio quomodo tamen haud satis concoquo, prædam eam dici abscisam ac revulsam Italiæ, cum aut Siciliam nominari, aut terram, magis conveniret, quæ revulsa et abrupta diceretur Italiæ suæ. Sed talium cacozeliarum plenus iste, qui, dum elegantias affectat, sæpe in hoc vitium incidit. *Sal.*

Abscisam] Q. I. *abscissam*, quod aptius videtur; violentius enim quid loquitur Florus, ut ex seqq., 'et quasi revulsam,' apparet. *Fr.* *Abscindere* et *abscidere*, *abscissus* et *abscisus* ubique in libris vetustis permutantur. Vid. Burm. ad Vell. II. 66. Gron. ad Sen. de Constant. Sap. c. I. et Pareum in Lex. Crit. 'Abscisus' recte dicitur ab 'abscidere,' quod est ab 'abs' et 'cædo,' idque ostendit Pareus ex hoc Martialis III. 66: 'Abscidit vultus ensis uterque sacros:' quod propter secundam syllabam longam non potest esse ab 'abscindo.' Et sic in Epigram. quod C. Jul. Cæsari tribuitur, 'Abscidit tenerum lubrica testa caput.' Et *abscidere caput* Mss. Brandeburg. Valerii M. ut Vorstius adnotat ad Val. M. IX. 4. 3. et IX. 13. 2. *Abscisam* hic habent Berol. Duisb. Fran. Voss. et v. e. Nec aliter in Naz. et Pall. fuisse puto: nam Salmasius ex iis nihil monuerat ad Edit. Commel. in qua est *abscisam*; nec Grut. qui deinde quoque sic edidit, ullam varietatem scripturæ memoravit. Sed mihi magis placet *abscissam* quod est in aliis. Nam antiquos in hac re potius usos verbo 'abscindo' intelligi potest e poëtis, qui *abscidit* secunda brevi dicunt. Virg. Æn. III. 418. 'Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque et urbes.' Horat. I. Carm. 3. 21. 'Nequidquam Deus abscidit Prudens Oceano dissociabili Terras.' Nec aliter Ov. et Val. Flaccus, quorum loca ad Horatium laudat Vir summæ eruditionis Ric. Bentleius. Nam ille I. M. 22. 'Nam cœlo terras, et terris abscidit undas:' hic II. 615. 'Has etiam terras, consertaque gentibus arva, Sic, pelago pulsante, reor, Neptunia quondam Cuspis, et adversi longus labor abscidit ævi, Ut Siculum Libycumque latus.' Mela II. 7. 120. 'Sicilia, ut ferunt, aliquando continens, et agro Brutio annexa, post freto Maris Siculi abscissa est.' Itaque videndum est, an etiam ap. Stat. et Val. Flaccum de eadem re loquentes retinenda sit vetus lectio *abscissum*, pro *abscisum*, quod reponendum censet Heins. ad V. Flacc. I. 827. In Statio quidem III. Silv. 2. 61. *abscissum* retinet Bentl. l. d. Ceterum de re ipsa, quam tangit Florus, plura possunt legi apud eos, quorum loca adferunt Interpp.

Digitized by Google

Virgilii in Æn. III. 414. et Justini ad IV. 1. Tan. Faber I. Epist. 14. observat Eustathium ad Dionys. Perieg. v. 476. avulsionem Siciliæ ab Italia conferre in ætatem Acasti, quem Jocastum alii vocant, Fil. Æoli. Æolus autem Hellenis Fil. Deucalionis Nep. non multo minus 800. annis ante excidium Trojæ vixisse traditur.

Ut quatenus nec mole jungi] Ita doctiss. viri correxerunt. Omnino recte. *More* pro *mole* vitiose scriptum erat. Inde illud *more* in *mare* mutarunt imperiti scribæ. Sic infra libro tertio, *gravi mole*, pro *gravi more*, reposuimus, quo loco habebant editi *gravi timore*. In vita Probi ubi legitur: 'Dejectis in altum navibus,' *naribus* aut *maribus* habent membranæ. Ex quo etiam fecimus, *molibus*. Vereor tamen ne adhuc aliquid requirendum sit ad sanitatem loci plenius reducendam. Certe Naz. cod. aliud quid tentandum suadet, dum sic legit: *Ut quatenus nec mare, et nec mole jungi nec pontibus possit, armis belloque jungendum et ad continentem suam revocandum bello videretur*. Fallor utique aut scripsit Auctor: *Ut, quatenus mare nec mole jungi, nec pontibus posset, armis belloque jungendum, et ad continentem suam bello revocandum videretur*. Mare discidium fecit ac divortium inter Siciliam ac Italiam, continentemque terram interrupit. Quatenus ergo nec mole jungi nec pontibus poterat illud mare, bello armisque jungendum, et ad continentem suam revocandum, Romano visum est. Melius etiam fortasse legeretur: *Ut, quatenus mare nec mole jungi, nec pontibus posset, armis belloque jungenda et ad continentem suam revocanda bello videretur*. Non enim recte dicatur 'mare ad continentem suam revocari.' At belle hoc dicas de ipsa Sicilia, quæ olim mari abrupta et continenti suæ revulsa, mox in continentem suam, unde abscisa olim fuit, revocanda bello et armis, quatenus mare, quod intervenerat, ponte aut mole jungi nequiret. Certe alii Codd. hanc correctionem firmare videntur, qui habent: *jungendam* et *revocandam*. Salm. *Mole*] Retinui conjecturam Viri ingeniosiss. Simeonis Bosii; etsi Mss. Vin. et libri cusi, *mare;* quod hic minus convenit; quamvis restet idem in Pal. 2. ac 3. nam 1. servat *mare et nec mole*. Grut. *Ut quatenus nec mole jungi*] Venuste ex vestigiis Naz. Cod. qui scribit, *ut quatenus nec mare et nec mole jungi* N. Heins. hunc locum sanavit, dum sic legendum esse docuit: *ut quatenus nec mari injecta mole jungi*. Vell. II. 33. 'Lucullum ob injectas mari moles Xerxem togatum vocare assueverat:' et sic alii passim. Sane cod. 1. reg. *nec mari jungi*. 3. vero, *nec mari mergi*. Græv. Pall. libri Vineti, et Voss. 1. 2. *nec mare jungi;* sed in altero e Voss. correctum *mari;* quod est in aliis scriptis, e. v. et J. Heins. adscripserat multa loca veterum, in quibus est 'jacere moles,' Cæs. I. Civ. 25. Horat. III. Carm. I. Curt. IV. 2. 8. et 4. et Amm. Marcell. XXI. 41. Bosii conjectura, quam memorat Gruterus, est ap. Vin. ad h. l. *Gravi timore* non est in libro III. Flori, ut Salm. scribit, sed I. 18, 12. *Quatinus* Ryck. et Fran. vid. I. 5, 2. Scheff. legit *nec mole mare jungi posset, nec pontibus*, et deinde *jungendum* et *revocandum*. Hoc ferri posset, si etiam ostendisset recte dici 'mare ad continentem suum revocari,' quod negat Salm. Nec magni momenti ad mutandam receptam lectionem est, quod putat non Latine dici 'prædam jungere:' nam Floro 'prædam' esse Siciliam apertum est.

Armis belloque] Similis cupido Alexandrum stimulabat, ap. Curt. 7. 7, 14. 'Quæ tam longo intervallo natura videtur diremisse, una victoria subito committere.' *Fr.*

Jungenda] Naz. habet, *jungendum;* et mox, *revocandum:* alter Pal. *jun-*

Digitized by Google

gendam, et *revocandam*: quam veram lectionem puto, ut referatur ad 'prædam,' præsertim cum præcesserit, 'adeo cupiditate ejus (prædæ) exarsit,' necessario igitur sequentia de eadem re interpretanda. *Fr.* Ryck. quoque et Voss. 2. *jungendam* et *revocandam*. Præferenda puto usitata singularibus.

Ad continentem suum] Hanc lectionem magis probavit Grut. noster. Aliud mihi videtur, et magis placet quod habent nostri: *continentem suam*. Nam, continens cum dicitur, semper intelligitur terra. Mela et Plin. integre expressere, et 'continentem terram' dixere. De quo nos alibi. *Salm.* *Continentem suum*] Ita malui cum Vin. Mss. et v. e. quam quod ipse edidit, aliique ante eum, *suam*: visitur id quidem etiam in Pal. 3. sed superscripta statim est altera lectio quæ restat et in 1. ac 2. *Grut.* Om. sc. et ed. præter Ald. *suum*. Non potest negari 'continens' hac significatione fere semper in fœminino poni, per ellipsin substantivi 'terra,' vel 'regio:' nam et sæpe juncta invenias 'continens terra,' vel 'regio.' Itaque Heins. ad Vellei. I. 3. non solum h. l. probat *suam*, sed etiam in Curt. IV. 2. princ. legit, 'Habebatque Rex castra in continenti, a qua urbem angustum fretum dirimit,' pro vulgato *a quo*. Sed Freinsh. in Ind. Curtii, et Burm. ad Vell. l. d. putant etiam suppleri posse *solum*. Et recte quidem. Nam cur minus liceat dicere 'continens solum,' quam 'continens imperium,' 'agmen,' 'scriptum,' et 'continentia tecta?' quæ sunt ap. Liv. et Cic. Sed in Floro accusativus 'continentem' non patitur suppleri substantivum neutrius generis. Unde vel, agrum, vel, si quid aptius excogitari potest, supplendum est. *Suam* invitis omnibus libris admitti non potest. Salmasius quidem paullo ante ad verba, 'ut quatenus,' tamquam e Naz. posuit *suam*: sed in chirographo ejus erat *suum*. Et ita in eo legi constat e Grut. De loco Livii XLIV. 28. 'Qui propiores continenti litori erant,' vid. ibi Gron. et Periz. ad Sanct. Min. IV. 4. 56.

Bello] Non dubito quin ex superiori linea hoc verbi hæserit, præsertim cum nec in Naz. quem Salm. citat, compareat. Expungas igitur, per me licet. *Fr.* *Bello* et in Naz. est, ut intelligi potest ex iis, quæ Salmasius paullo ante adnotavit, et in exemplari suo scripsit, et in aliis om. sc. et ed. Sed tamen adsentior Freinshemio.

§. 3 *Sed ecce, ultro ipsis viam pandentibus fatis*] Libri nostri meliores: *Et ecce se ultro viam pandentibus fatis*. Probo quidem illud *et*, pro *sed*. At syllabæ *se*, locum non invenio. Nisi forte legendum *eccere*, quod pro *ecce* usurpasse quosdam notat vetus Glossarium: 'Eccere, ἰδού.' *Salm.* *Sed ecce ultro*] Pal. 2. ac 3. nec non rejectitiæ edd.: *Sed ecce se ultro ipsis viam, &c.* Naz. vero exemplar: *Et ecce se ultro, &c.* ut putem restaurandum: *Et ecce, ceu ultro ipsis viam pandentibus fatis, nec occasio defuit*: nihil enim vulgatius, quam unam literam semel exprimi, bis tamen legi. *Grut.* Nec dubito de correctione; nam solet ita Florus, quamvis frequentius voce 'quasi' utatur. Vide Indicem in *Quasi*. Fr. *Sed* etiam habent alii om. sc. et ed. Nec tamen huic orationi bene convenit. *Se* abest a Ryck. Florent. Fran. Voss. 2. et Edd. Junt. et Ald. Præfero Gruteri conjecturam Salmasianæ. Nam quum Florus sæpe alibi dicat 'ecce,' non facile credi potest, eum hic voluisse uti obsoleto et rancido vocabulo comico *eccere*. Sed fortassis supervacuum est *se*, et ortum a scriba, qui alio dictante pro *ecce* scripserat *ecse*; e quo deinde collatis aliis exemplaribus potuit fieri *ecce se*. Schefferus, *Sed hæc esse ultro*, (scil. offerebant, præbebant) *ipsis viam pandentibus fatis*. *Nec o. d.*

Digitized by Google

Fœderata] Ita etiam Scipio apud Liv. xxx. 31. Polybius lib. I. c. 10. et 11. nihil hujusmodi memorat, et III. 26. non obscure reprehendit Romanos, qui Mamertinis, scelestis hominibus, auxilium tulerint. Vid. Casaub. ad Polyb. I. 10. et 11. *De Pœnorum potentia* Voss. 8. et Ryck. vid. I. 23. 1.

Affectabat enim] Melius ex iisdem libris: *Affectabat autem ut Romanus, ita Pœnus, Siciliam.* Salm.

Et eodem tempore] 'In libris veteribus memoria extat, quod par fuit quondam vigor et acritudo amplitudoque Pop. Romani atque Pœni: neque immerito existimatum. Nam cum aliis quidem populis de unius cujusque Republica, cum Pœnis autem, de omnium terrarum imperio decertatum est:' Agell. 10. 27. *Fr.*

§. 4 *Specie quidem*] Vide supra, I. 11. 1. *Id.*

Sollicitante præda] Diodor. 23. 2. *Idem.*

Tanta tamen in virtute fiducia est] Camertis ed. *(quanquam territaret novitas rei, tanta t. i. v. f. est)*: vetustiores totam periodum nulla parenthesi secant, unde certius apparet, voculam istam *tamen* ab inepti glossatoris manu accessisse, qui, cum vox 'quanquam' præcessisset, necessario hanc subjiciendam putaverit. Similia glossemata infr. etiam, 2. 14, 4. et 4. 3, 4. extrivimus. Siquidem igitur me audis, ita scribe; *(tanta in virtute fiducia est!)* et nimio elegantior erit sententia. Talem autem fiduciam se quoque in militum suorum virtute habere Alexander testatur, ap. Curt. 9. 2, 25. 'Vestram virtutem, rerum quas gesturus sum, vadem prædemque habeo. Quamdiu vobiscum in acie stabo, nec meos nec hostium exercitus numeravero.' *Fr.* *Tamen* est in om. sc. et ed. Si quid mutandum sit, malim trajectis vocibus legere *tamen (tanta in virtute fiducia est) ille.*

Vereque terrester] Τῷ ὄντι ἠπειρώτης, et ex illis populis Homericis, *οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν.* Sic terrestrem heic maritimo opponit. Ita 'terrestre iter' dicitur, quod terra fit, non mari. Ille rudis, ille pastorius populus, ac vere terrester. Alias terrester etiam γηγενῆ notat et terra natum, quales se haberi volebant rudes et casci populi illi, quorum ignorabatur origo. *Salm.*

§. 5 *Appio Claudio*] Qui 'Caudex' inde appellatus. Vide Sen. de Brev. Vit. cap. 13. et ibi Lips. Meminit ejus Suet. Tib. 2. 3. Diod. 23. 2. *Fr.* Add. Casaub. ad Polyb. I. 11.

Primum fretum ingressus est] Naz. cum veteri editione: *Primum fretum tum ingressus est.* Illum *tum* παρέλκειν non est dubium, si distinguimus, ut est in editis: *Appio Claudio Consule primum fretum tum ingressus est.* Sed mutanda omnino cum hac lectione distinctio, ac legendum: *Ille rudis, ille pastorius populus vereque terrester, ostendit nihil interesse virtutis, equis an navibus, terra an mari dimicaretur, Appio Claudio Consule. Primum fretum tum ingressus est.* Appio, inquit, Claudio Consule ostendit ille, antea terrester tantum populus, nihil interesse virtutis, terra an mari dimicaretur. Tum primum fretum quippe ingressus est. Appii Claudii consulatum, quasi principium firmatæ ætatis ac robustæ maturitatis in populo Romano, notavit, quo Italia progredi ausus, et e terra sua exire, maritimus repente factus, transmarinis provinciis domandis toto orbe arma circumferre cœpit. *Salm.* Flor. et Fran. *fretum tunc i. e.* Ceteri om. sc. et ed. *fretum tum i. e.* Sed libri Vin. non videntur habuisse *tum:* et vix dubitari potest, quin temere repetitum sit ab ultima syllaba vocis præcedentis. Haud scio, an Salm. hæc perperam distinguat. In vett. Codd. hic nova periodus, et quasi sectio quædam videtur inchoata fuisse a verbis 'Appio Claudio.' Hoc ex eo colligo, quod Jordanes post

Digitized by Google

narratum bellum cum servis Vulsiniensium historiam hujus belli ita orditur, et cum superioribus connectit: *Domita subactaque Italia populus Rom. Appio Claudio Consule primum fretum ingressus est.* Item ex eo, quod in Reg. Q verba 'Appio Claudio' plane separabantur a superioribus, quæ quasi præfationis loco posuerat scriba, et post 'dimicaretur' scriptum erat, *Primum caput de bello Punico.*

Fabulosis infame monstris] Veteres Jordanei libri: *fabulosis famæ monstris æstuque violentum.* Τὰ πάλαι μυθολογούμενα καὶ φημιζόμενα intelligeret. Sed omnino recta est librorum Flori scriptura. Scyllam porro et Charybdim designat, Siculi maris fabulosa monstra. *Salm.* Scyllam intelligit et Charybdim, omnibus notas. Videri tamen possit Justinus lib. 4. cap. 1. Liv. Ep. 16. *Fr.* Apud Liv. XXIX. 17. Locrensium legati: 'Pestis, ac bellua immanis, quales fretum quondam, quo ab Sicilia dividimur, ad perniciem navigantium circumsedisse fabulæ ferunt.' 'Fabulosum' dici non quod totum falsum et commenticium est, sed in quo veri aliquid inest fabulis mixtum ostendit Tan. Faber ad Justin. II. 6.

Illam ipsam ruentis æstus violentiam] Huic quoque loco salutiferam attulit opem N. Heinsius, non tolerandum censens *ruentis æstus*, tanquam Latio inusitatum loquendi genus, sed *furentis æstus* legendum esse, ut ap. Virg. 'Furit æstus arenis,' nec aliter Curtius lib. IV. cap. 2. 'Exæstuare semper fretum, quoque arctius volutatur inter insulam et continentem, hoc acrius furere.' Hæc Vir excellentiss. prioribus in litteris ad me datis. In posterioribus vero sic de hoc loco disputat. Nunc minimum abest, quin præferam alteram, quæ postea in mentem venit, conjecturam, arbitrerque additis duabus litteris *ferventis æstus* reponendum esse. Ita enim passim de freti Siculi æstu scriptores. Justinus initio libri IV. 'Fremitum ferventis æstus' dixit de hoc ipso mari. Naso Met. XIV. 'Rhegion ingreditur ferventes æstibus undas.' 'Æstu fervet pelagus' ap. Cic. III. de oratore, sic et 'Fervor maris' apud eundem de provinc. Consular. et 'Æstus ferventissimus' Plinio H. N. XXXI. 3. *Furere* et *fervere* conjunxit Sil. lib. XIV. v. 144. 'Euboici non per scopulos illisa Caphareo Euripi magis unda furit, pontumque sonantem Ejicit angusto violentior ore Propontis, Nec fervet majore fretum, rapiturque tumultu Quod ferit Herculeas extremo sole columnas.' Mea sententia *ferventis* omnino reponendum est. *Græv.* Heinsius pro priore conjectura adscripserat e Justin. XLIV. 4. 'Inter furentes æstus, ac reciprocantes undas.' *Ferventis* probabat cum Grævio Tollius, et edidit Begerus. Et sic etiam Plin. II. H. N. 97. 'Utpote quum plura exempla sint in tranquillo mari, nulloque velorum impulsu, tertio die ex Italia provectorum Uticam æstu fervente.' Neque tamen omnino negare velim Latine dici posse 'æstum ruere.' Nam Virg. in descriptione æstus dicit *pontum ruere ad terras*, Æn. XI. 624. 'Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus Nunc ruit ad terras, scopulosque superjacit undam.'

Pro munere amplecteretur] Explicat, et addit Jordanes, 'Quod velocitas navium mari juvaretur.' Quæ Flori si quis verba esse credit, profecto fallitur. *Sal.*

§. 6 *Hieronem*] Polyb. I, 11. *Fr.* Hoc varie traditum est. Vid. Casaub. ad Polyb. l. d. *Syracusanum Regem* dicit, ut C. Nep. Hann. c. X. 'Pergamenus Rex Eumenes,' Liv. XXVIII. 43. 'Agathocles Syracusanus Rex,' Virg. Æn. III. 51. 'Threicius Rex,' et alii similia ap. Muncker. ad Hygin. Fab. CXCI. *Syracusarum regem* Pal. 1.

§. 7 *Duillio*] Varie scribunt *Duil-*

Digitized by Google

lius, *Duellius*, *Duilius*, *Bilius*. Vid. Ciaccon. ad Columm. Rostrat. Pigh. in Annal. ad A. U. 493. et Schott. ad Aur. Vict. c. XXXVIII.

Tum quidem ipsa velocitas] Non negabit, verius esse, *cum quidem velocitas*, qui Flori imbiberit genium, et ejus loquelæ assueverit. Ab omnibus Flori libris vox abest *victoriæ*. Jordanis scripti Codd. *et victoriæ*, scriptum habent. Et sane vocem *victoriæ* recte abesse nullus negem. Nec præter solitum levis Jordanes, qui illam adtexuit. Pro *auspicium*, etiam *auspicio* legerim: *cum quidem ipsa velocitas classis comparatæ*, *auspicio fuit*. Etsi *auspicium* rectum esse non nesciam. Ait Florus rem auspicatam illam fuisse Romanis, et bene ominatam, quod tam velociter classem comparaverint; ipsi antea τῶν ναυτικῶν ἄπειροι. Qui mihi igitur assentiendum putabit, *victoriæ* statim deleverit. *Salm.* Auctoribus Gruteri libris, et Salmasio, vocem *victoriæ*, quam I. q. habent, omisi. *Fr.* *Tum quidem ipsa velocitas*] Ryck. *cum quidem ipsa velocitas*, uti legendum esse monuit Salm. Sed distinctio est etiam mutanda: *Duillio Cornelioque Consulibus etiam mari congredi ausus est, cum quidem ipsa velocitas classis comparatæ victoriæ auspicium fuit*. Deest *victoriæ* in Ryck. quoque, ut in aliis omnibus Mss. In Jornandis tamen libris non frustra reperitur, nec tam a Jornande adtexta, quam ex ipsius Flori, qui tum extiterunt, codicibus hausta, sensu illam vocem exigente. Classis tam celeriter comparata fuit omen victoriæ. Sic cap. 6. huj. lib. ' Omenque Africanæ victoriæ fuit, quod tam facile victa est Hispana Carthago.' Celeritatem hanc miratur quoque Plinius et similia subjicit exempla lib. XVI, 39. ' Mirum apud antiquos primo Punico bello classem Duillii Imperatoris ab arbore excisa LX. die navigasse. Contra vero Hieronem Regem CCXX. naves effectas diebus XLV. tradit L. Piso. Secundo quoque Punico bello Scipionis classis XL. die a securi navigavit. Tantum tempestivitas etiam in rapida celeritate pollet.' *Græv.* *Cum quidem* etiam est in Naz. Pall. Toll. Duisb. Voss. et om. ed. præter Ald. Fran. *cui* pro *cum*. *Victoriæ* in solis Regg. et Ald. e Jordane. Non temere est, quod plerique libri ita consentiunt in omittenda hac voce. ' Augurium,' ' auspicium,' ' omen,' ' præsagium' frequentissime ponuntur addito aliquo adjectivo, ut ' triste,' ' lætum,' vel genitivo, v. g. ' victoriæ,' ' mali,' ' cladis.' Itaque et hic facile addi potuit *victoriæ* ab aliquo, qui videbat eam vocem sententiæ hujus loci convenire. Et tamen id non omnino necessarium erat, quum ex argumento et serie narrationis satis intelligi possit, Florum loqui de auspicio victoriæ. Nam et alibi hæc absolute dicuntur. Virg. Æn. III. 537. ' Quatuor hic primum omen equos in gramine vidi.' Et Æn. XII. 854. ' Inque omen Juturnæ occurrere jussit.' Val. M. I. 5, 4. ' Omen ipsa fecit.' Suet. Aug. c. ' Id quoque magis præsagium, quam mentis diminutio fuit.' Et Vesp. V. ' Nunciabantur et ex Urbe præsagia.' Begerus et Amst. hic quidem receperant *victoriæ;* sed id mihi ex auctoritate plurimorum librorum, et aliorum Doctorum post Ed. Grævii, excludendum visum fuit. Distinctio, quam ponit Grævius, etiam in Duisb. et quibusdam Edd. est. Scheffero placet *auspicium fecit*.

Sexagesimum diem quam] Non minus admirabilis Scipionis celeritas, in eadem re, qui ' ita instituit operi, ut die quadragesimo quinto, quam ex silvis detracta materia erat, naves instructæ ornatæque in aquam deductæ' sint: Liv. 28, 45, 19. *Fr.* Est elliptica locutio, etiam Livio et aliis usitata. Vid. Jac. Gron. ad Liv. XXVIII. 16. et Perizon. ad Liv. XLI. 16. qui subtiliter rationem hujus

ellipseos exsequitur ad Sanct. Min. II. 9. 5.

In anchoris] Liv. XXXII. 32. 'In proram navis in anchoris stantis.' Cæs. III. B. C. 28. 'Nostræ naves contra Lissum in anchoris constiterunt.' Et *ad anchoram stare* Liv. XXV. 26. 'Qua, propter vim tempestatis, stare ad anchoram in salo Romana classis non posset.'

Conversæ in naves] Alludit ad ἑτεροιούμενα et μεταμορφώσεις Poëtarum. *Rup.* Sed hoc Declamatoris est, nec ferendum in Historico.

§. 8 *Prælii fama mirabilis*] Libri Flori: *fama.* Jordanei: *forma:* et melius. Nec aliter scriptum reliquit Florus, et ita recte jam obtinere voluerunt Viri docti. *Salm.* *Forma*] Secutus sum Lipsii conjecturam, quam prodit lib. 2. Elect. cap. 19. ante editi, *fama*, a qua scriptura non abeunt tres Pal. *Grut.* Lipsianam quoque Jordanes exhibet; et, ni fallor, Livius, 9. 11, 4. ita loquitur, quamvis apud eum vulgo: 'Ea vero fortuna, iis locis, quæ ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum.' Nam sensus inibi aptior: *Ea vero forma.* Sic idem, 4, 33, 2. 'Forma insolitæ pugnæ Rom. parumper exterruit.' *Fr.* *Forma* est in Magl. Regg. et Voss. 3. in aliis om. sc. et ed. *fama.* Hæc etiam alibi permutantur. Vid. Heins. et Burm. ad Val. Flac. I. 100. Recte Viri Docti hic reposuerunt *forma.* Curt. IX. 4. 'Nova forma pugnæ erat.' Livii vulgatam scripturam, quam hic mutatum it Freinsh., tuetur J. Fr. Gronov.

Longe illis nauticæ artes] Sic Pall. om. sic Vin. Mss. et miror, cur eis ipsemet non auscultaverit. Lipsius certe id arripuit, d. capite 19. indicio Ms. sui: nec aliter ed. v. Aliæ: *Longe illis plus nauticæ artis*, male. sic Virg. Æn. 12, 52. 'Longe illi Dea mater erit,' &c. Imo sic Noster inf. 2, 6, 34. *Grut.* Vide, si lubet, Indicem. *Fr.* Cum Pall. et Vin. libris consentiunt omnes alii sc. et ed. Illustrarunt hoc genus loquendi Salm. ad Flor. II. 6. 34. Interpp. Cæs. ad I. B. G. 36. Broekh. ad Tibul. I. 5. 2. et alii ap. Drakenb. ad Sil. Ital. XVII. 80. Paullo alia forma Cæsar I. B. C. 79. 'Nam tantum ab equitum suorum auxiliis aberant, quorum numerum habebant magnum, ut eos superioribus perterritos præliis in medium reciperent agmen, ultroque eos tuerentur.'

Detorquere remos] Audio doctissimum Virum rescribentem *detergere.* Sed cum renitantur omnes libri, cum veteres excusi, tum calamo exarati, fortasse nihil mutandum. Jordanis scripti: *remos detorqueri.* Nec aliter videtur scriptum reperisse in Flori exemplaribus, quibus usus est. Græci in eadem re verbo παρασύρειν utuntur, quod convenit cum verbo *detorquere.* Posset tamen vitium videri vetus, *detorguere* pro *deterguere;* ut 'voster,' 'revolsus,' et similia: inde literulæ mutatione *detorquere* factum: et hoc verius puto. *Salm.* *Detorquere*] Ita Pall. om. et v. e. Lipsius rescribit *detergere*, quod non improbat Gruterus, Salmasius etiam sua conjectura juvat; dum enim veterem lectionem adducit, subjungit: 'Posset tamen vitium videri vetus, *detorguere*, pro *deterguere*, ut 'voster,' 'revolsus,' et 'similia:' quod non acutius magis quam verisimilius mihi videtur; quapropter vix temperavi mihi, quin illud *detergere* in textum reciperem, præsertim cum proprium rei sit verbum, quo et alii optimi auctores utuntur, quos in Indice retulimus. *Fr.* *Longe illis nauticæ artes, detorquere remos*] Nihil certius emendatione Lipsii scribentis: *detergere remos:* Nihil, inquit, proderant Carthaginiensibus artes nauticæ, quas optime callebant; quæ artes illæ nauticæ fuerint subtexit, *detergere remos, ludificari fuga rostra.* Est proprium loquendi genus 'detergere re-

Digitized by Google

mos,' cum nimirum in prætemavigando hostilis navis remos frangerent, ac navem hac ratione inutilem prælio redderent, ut pridem observarunt docti Viri. 'Ludificari rostra fuga' est, eludere levi flexu impetum navis hostilis, quæ in latus adversarii rostro fertur. Has artes tam brevi tempore didicerunt postea Romani, ut Carthaginienses ipsos antecellerent, si fides Floro, quem vide in fine hujus capitis. *Græv.* Retinuissem *detorquere*, quod in om. sc. et ed. inveni, nisi constaret Latinos in ea re semper uti verbo 'detergere,' ut ostenderunt Freinshem. in Ind. et ii, quos laudat Drakenburg. ad Sil. Ital. xiv. 382. *Ludificari hostem* veteres in descriptione pugnarum sæpe dicunt de his, qui non conserunt stabilem pugnam, sed modo incurrendo, modo se recipiendo hostem fatigant: v. Wass. ad Sallust. Jug. LIV. Hoc genere pugnandi maxime utebantur equites. Liv. XXIII. 47. 'Infestis hastis concitarunt equos: dein libero spatio inter se ludificantes sine vulnere pugnam extrahebant.' Silius VII. 644. 'Varie nunc lævus in orbem, Nunc dexter levibus flexo per devia gyris Ludificatus equo.' Eadem erat ratio præliorum navalium, quæ equestribus comparat Florus in fin. hujus cap. ubi vid. Freinsh. et in Ind. v. *Navis*.

§. 9 *Ferreæ manus*] 'Ii manus ferreas atque harpagones paraverant:' Cæsar. de Bell. Civ. 1. 57. 'Asseres ferreo unco præfixi, harpagones vocant milites:' Livius, 30, 10, 13. 'Ferreæ manus, harpagonas vocant:' Curt. 4, 2, 12. Manifesta autem est utriusque appellationis ratio, 'manus' a prehendendo, 'harpagones' a rapiendo, attrahendo; quo nomine etiam appellatur uncus, quo e puteo quid extrahitur: qua de re loqui autumo l. 12. §. 21. de Instr. Leg. ubi tamen *arpagones* et *amas* legitur, male, pro, *harpagones* et *hamos*. Græcis ἁρπάγη, Hesychius. *Fr.* De his, et aliis machinis navalibus Scheffer. de Milit. Nav. II. 7.

Machinæque aliæ] Jordanis libri veteres: *machinæque validæ*. Quod minus rectum est. *Salm.* His verbis circumscribit corvos, quos depingit Polyb. 1, 22. Non enim ferreæ manus et corvi idem sunt, quod vel ex Curtio intelligere liceret, citato modo loco, 4, 2, 12. 'Ferreæ manus, corvique, et alia tuendis urbibus excogitata:' iterum, 4, 3, 24. 'Corvos et ferreas manus.' Et 4, 3, 26. 'Corvi vero et ferreæ manus.' Machinarum autem talium inventionem Tyriis videtur tribuere Curtius citatis locis. Plinius tamen harpagonas Periclis inventum esse scribit, 7, 56. f. Inconsideranter Appianus, de Bell. Civ. lib. 5. pag. 739. Agrippam inventorem facit. *Fr.*

Ante certamen multum ab hoste derisæ] Ita, cum Annibal omne serpentium genus in fictiles lagenas conjici, easque in hostiles Eumenis naves mitti jussisset, ridicula ea res hostibus visa, fictilibus dimicari: sed mox senserunt, quam sine causa riserint. Vide Justin. 32, 4. Eo modo perhibentur etiam Americani risisse armaturam Hispanorum, cum sclopeta non nisi cominus usui esse crederent. *Fr.* Eodem modo apud Cæsarem lib. 2. Gall. 'Ubi vineis actis, aggere exstructo, turrim procul constitui viderunt, primum irridere ex muro, atque increpitare vocibus, quo tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur? quibusnam manibus, aut quibus viribus, præsertim homines tantulæ staturæ,' &c. 'tanti oneris turrim in muros se collocare confiderent? Ubi vero moveri et appropinquare mœnibus viderunt, nova atque inusitata specie commoti, legatos ad Cæsarem de pace miserunt.' Sic suo malo irridebant Annibalem fictilibus pugnantem: vide Justin. XXXII. 4. *Græv.* Vid. Polyb. I. 23.

Digitized by Google

Liparas] Bochartus I. Chan. 27. e Stephano, Strabone, Obsequente c. LXXXIX. et hoc loco Flori, et Vinetus hic e Liv. XXI. 49. observarunt, insulam unam e Liparæis, quæ frequentius in singulari 'Lipara' dicitur, interdum a Græcis et Latinis numero plurali dici 'Liparas.' Addit Doctiss. Oudendorpius ad Obseq. l. d. Ampelium, Capite de Ducibus et Regibus Carthaginiens. 'Cornelium Consulem apud Liparas ceperunt,' et Oros. VI. 18. 'Agrippa inter Mylas et Liparas adversus Democharem et Pompeium navale prælium gessit.' Tamen nonnihil dubito, an Florus 'Liparas' nove dixerit pro omnibus insulis Liparæorum, non pro una earum 'Lipara.' Non exacte definitum invenio locum pugnæ; sed e Polybio I. 23. colligitur, eam factam inter Mylas et has insulas. Et sic Ampelius Cap. de tribus Punicis Bellis, *Liparas insulas* numero multitudinis dicit, non *insulam*: 'Duillius Consul apud Liparas insulas.' In Orosio quoque hæc vox fortassis eodem modo est accipienda. Nam Pompeium inter Mylas et Naulochum victum esse scribit Suet. Aug. XVI. Mylæ autem haud procul aberant ab insulis Liparæorum.


Mersa et fugata] *Mersa aut fugata*, iidem libri: et magis probem. *Salm.*

§. 10 *Duillius Imperator*] Memoriam hujus victoriæ Duillianæ consecravit Populus Romanus posita columna, rostris captarum navium ornata, in foro, de qua Plin. XXXIV. 5. Quintil. Inst. I. 18. Sil. Ital. VI. 664. Basis ejus eruta fuit Romæ, superioribus hujus sæculi annis, quam hic damus. Est hoc omnium Latinæ linguæ monumentorum antiquissimum, ex quo videre licet, quænam illius ætatis fuerit loquendi scribendique ratio. Expositionem ejus vide apud Ciacconium; qui singulari libello hunc titulum illustravit, quamvis et alii eruditi in illa exponenda desudarint. *Græv.* Brevem ejus explicationem vide infra, post finem Libri Quarti.

Unius diei triumpho] Optimæ membranæ: *unius die triumpho: ἀρχαϊκῶς.* 'Libra die somnique pares. . . . .' Vide Gell. 9, 14. *Salm.* Plura de hujusmodi genitivis legi possunt ap. Serv. et Pier. ad Virg. I. G. 208. Riv. et Manut. ad Sall. Ju. LII. et XCVII. Torrent. ad Horat. III. Carm. 7. 4. et Voss. II. de Anal. 19. Et sic vetus scriptura Pandectarum Florent. in l. 4. §. 2. de in diem addict. dissimilem esse hanc speciem partus specie. Ubi, non scio quam bene, jam olim emendatum erat *speciei.*

Per vitam omnem] Cato ap. Cic. de Sen. cap. 13. 'C. Duillium M. F. qui Pœnos primus classe devicerat redeuntem a cœna senem sæpe vidi puer; delectabatur crebro' (sive, ut Lipsius mallet, *cereo*) 'funali, et tibicine, quæ sibi, nullo exemplo, privatus sumpserat,' &c. vide etiam Ammian. 26. 3. Val. M. 3. 6. 4. Plin. 34. 5. Tac. 2. 49. 4. Hieron. lib. I. adversus Jovinianum. Porro de vocabulo *jussit*, quo Florus hoc loco utitur, est, qui dubitat, Vir non obscurus, putatque legendum, *sensit:* sed vulgata lectio satis firmatur citato Ciceronis loco. Præterea novum non est, ut qui præclare quid gesserat, aliquem honorem suo arbitrio sibi sumeret; ita 'Cornificius tantum sibi ob servatos a se milites tribuit, ut Romæ, quoties foris deinde cœnaret, elephanto domum revectus sit:' Auctor Dio, lib. 49. paullo post princ. *Fr.* 'Hæc ideo triumphum referebant, quia faces et funalia in eo usurpata, itemque tibicines ad sacra in Capitolio peragenda, et qui cum aliis ejus generis præibant.' Ita Lips. Centur. IV. Misc. Epist. 3. Scio usitatum fuisse veteribus in lætitia publica accensis adpensisque luminibus gaudium testari; nec facile in his dissentiendum est a Lipsio,

Digitized by Google



Digitized by Google

totius antiquitatis peritissimo. Sed tamen nondum scio ullius probati Scriptoris testimonio demonstratum esse, vulgo omnibus triumphantibus prælata fuisse funalia. Suet. quidem Cæs. XXXVII. scribit, Cæsarem triumphantem adscendisse Capitolium 'ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.' Sed suspicor in triumpho Cæsaris ideo lumina adhibita fuisse, quod fortassis axis currus, quo vehebatur, diffractus, adscensum in Capitolium moratus, vel quod pompa propter multitudinem rerum, quæ transvehebantur, in serum diei et post occasum solis producta fuerat, antequam Capitolium adscendere posset Cæsar, ita ut necessario accendendæ fuerint faces prælucendi causa. Nam hoc est 'ad lumina,' ut rursum Suetonius Calig. XLV. 'Ad lumina reversus,' de quo Græv. ad Suet. Domit. XVI. Duillius autem sibi ob eam causam hunc honorem videtur usurpasse, quod moris erat peracto epulo triumphali eos, qui triumphaverant, facibus præeuntibus domum deducere: vid. Dion. Lib. XLIII. p. 224. Lipsii conjecturam in Cicerone rejiciunt Dausq. ad Sil. Ital. VI. 668. p. 284. et Gron. III. Obs. 6. Vir non obscurus, de quo hic Freinsh. est Barthius XXXIV. Adv. 9.

§. 11 *Præ tanta victoria leve hujus*] Leviter trajecta vox *hujus*, quam ita restituimus: *Præ tanta hujus victoria leve prælii damnum fuit*. Præ victoria hujus Duillii, leve damnum fuit prælii, altero Consule intercepto. Hoc omnino verum est. Puto etiam distinctione mutata scribendum: *Præ tanta hujus victoria leve prælii damnum fuit, alter consulum interceptus Cornelius Asina*. Salm. Pall. tres repetito pronomine, *præ tanta hujus victoria leve hujus prælii damnum fuit*. Grut. Et sic Ryck. Duisb. Fran. Voss. 2. 3. edd. vett. præter Ald. Perizonius adscripserat, fortassis delenda esse verba *hujus prælii:* nam Cornelius jam ante prælium interceptus fuerat. Non male abessent, si liceret per libros scriptos.

Fuit. Alter] Malim ita distingui: *fuit alter*, ut intelligatur: ipse Cos. fuit damnum; elegantiore sensu. Vide infr. 4, 2, 81. *Freinsh.* Quia τὸ 'fuit' post sequitur denuo, N. Heins. conjicit forte Florum scripsisse: *Præ tanta victoria leve hujus prælii damnum, alter consulum interceptus Cornelius Asina*. Mss. Reg. et unus Gudii *præ tanta hujus victoria leve prælii*, ut volebat Salmasius: sed nihil muto. *Græv.* Add. Græv. ad I. 12. 2. Mox Is. Vossius distinctione ante 'fuit' posita legebat, *oppressus, fuit perfidiæ Punicæ documentum*. Begerus recepit conjecturam Heinsii, quod mihi non visum fuit faciendum contra omnes tam scriptos, quam editos libros; etsi eam non improbo.

Cornelius Asina] Naz. liber: *Asina Cornelius:* uterque Pal. cum vetustis Jord. libris, *Sagina Cornelius*, habet. Sed verum hujus Consulis cognomen *Asina*. Sal. *Asina Cornelius*] Sic bene Pal. tres, non ut editi, *Corn. As.*; amant enim scriptores cognomen præponere; nihil frequentius Tacito, nihil Velleio, nihil aliis. *Grut.* Unde autem cognomentum istud Corneliæ genti hæserit, vide apud Macrob. Saturn. 1. 6. *Fr.* Hic quoque Salm. et Grut. non idem scribunt de libris Pall. *Asina Cornelius* e Naz. probarat etiam ad marginem exemplaris sui N. Heins. Et sic Ryck. Toll. Voss. et om. ed. præter Ald. in qua, ut et in Regg. est *Cornelius Asina*. Fran. *a sententia Cornelius*. Cognomina sæpe præponi nominibus gentiliciis jam olim ostendit Manutius ad Cic. II. Ep. Fam. 8. Liv. IV. 14. 'Ahala Servilius:' VI. 18. 'Cincinnatus Quintius:' XXX. 1. 'Pætus Ælius:' XXXIV. 5. 'Coriolanus Marcius.' C. Nep. Att. XVIII. 'Marcellus Clau-

Digitized by Google

dium,' et 'Scipio Cornelius.' Perizon. Animadv. Hist. c. III. p. 183. putat, Scriptores vetustiores Liv. Cic. et C. Nep. tum fere cognomina præponere nominibus gentis, quum omittunt prænomen. Huic observationi obstant loca quædam veterum, ut Sall. Jug. XXVII. 'L. Bestia Calpurnius.' C. Nep. Hann. IV. 'L. Paullus Æmilius:' et Script. de Bel. Afr. 'C. Crispus Sallustius' ap. Manut. ad Cic. VI. Ep. Fam. 8. Sed tamen in Sallustio et Nepote variat scriptura, et cognomina a quibusdam exemplaribus absunt. In Scriptore de Bell. Afric. fortassis edd. vett. habent *C. Crispus Sallustius.* Sed in omnibus, quas vidi, est *C. Sallustius Crispus*, c. VIII. et XXXIV. Nomina gentilicia itidem prænominibus interdum præponi adnotavit Gronov. ad Liv. III. 1. XXIX. 21. et XXX. 1. Et ad L. Sen. Epist. XL. De cognomine nomini gentilicio præposito idem ad M. Sen. Suasor. VI. in fin.

Qui, &c. fuit] Gruterus mallet abjici voces istas, tanquam a glossa: optimum judicium. *Fr.*

Simulato colloquio] Qua ratione plures etiam decepti. Ariarathes Cappadox, ap. Justin. 38, 1, 9. Artavasdes Armenus, ap. Plutarch. Anton. 67. Tyranni Athenienses, ap. eund. Justin. 5, 10, 9. Kanutus, quem inter sanctos postea retulerunt, ap. Krantzium, Sueciæ lib. 5. cap. 17. quod propemodum etiam Manlio usuvenisset, ap. Liv. 38, 25. et Cæsari, ap. ipsum de Bell. Gall. 1. 46. et Hadingo Danorum regi, ap. Saxonem Sialandum, Hist. Dan. lib. 1. p. 16. m. Adde inf. 3, 11, 9. et Liv. 32, 32, 10. Cornelium quod attinet, Polybius, 1, 21. aliter rem narrat, quamvis alii cum Nostro consentiant, ut Appian. in Libycis. Val. M. 6, 6, 2. &c. *Id.* Add. Polyæn. VI. 16. 5.

Perfidiæ] Quæ in proverbium abiit; quod recenset Erasmus, 1, 8, 28. et Gilbertus Cognatus in append. adagio 35. Simile ei est 'Græca fides,' de quo Erasmus, 1, 8, 27. *Fr.*

§. 12 *Dictatore*] Temere hic a Floro adscribitur dictaturæ A. Atilii Calatini, quod consulatui ipsius tribuendum erat A. U. C. 494. Dictator enim ipse Calatinus suffectus est, in locum M. Claudii Gliciæ, (sive potius Ilyciæ, ut hodie apud Sueton. Tib. 2, 8. legitur) qui scriba fuerat, coactusque abdicaverat, A. U. C. 505. atque in ipsius dictatura nihil memorabile gestum invenio, etsi primus dictator fuerit, qui extra Italiam imperium habuerit. *Stad.* Possit aliquis suspicari scribendum *ducatore:* de qua voce vide Stewech. in Veget. 1, 13. et in Frontin. 2, 1, 4. (quo tamen loco *dictatores* retineam); item Bulengerum de Imp. Romano, titulo de proximis. *Fr.* Non possum probare hanc rationem defendendi errorem Flori. Non potest ostendi vocem 'Ducator' a paullo vetustioribus scriptoribus usurpatam. Nam Tertullianum et eo posteriores nihil moror. vid. quæ adnotavi ad Opusc. de Latinit. Veter. JCtorum. Stewechium, qui eam vocem in Frontinum contra omnes libros intruserat, merito reprehendunt Tennulius et Keuchen.

Agrigento] De locis his omnibus ceterisque Siciliæ, vide descriptionem Siciliæ, quam Phil. Cluver. edidit. *Fr.* Agrigentum captum est a L. Postumio, Q. Mamilio Coss. quatuor annis ante primum consulatum Calatini. Polyb. I. 17. seqq.

Drepanis] Ita v. e. et scripti, præter Reg. Q, in quo est, *Drepane*, pro *Drepano*, quod aliæ Edd. habent. Græci τὸ Δρέπανον, et τὰ Δρέπανα dicunt. Et sic interdum Latini. Servius in Virg. III. Æn. 707. 'Cato pluraliter hæc 'Drepana' dicit.' Et Mss. Livii XXVIII. 41. 'ab Drepanis.' Calatinum in primo Consulatu cum Sulpicio Collega Hippanam, Mytistratum, Camarinam et Ennam, in se-

Digitized by Google

cundo Panormum cepisse auctor est Polyb. I. 24. et 38. Dictaturam illius non memorat, credo, quod nihil in ea memorabile gessit, ut Zonaras VIII. 15. et Dio Lib. XXXVI. p. 16. scribunt. Aurelius Victor de Calatino c. XXXIX. 'Enna, Drepano, Lilybæo hostilia præsidia dejecit, Panormum cepit.' Sed verosimile est propter continuos trium Atiliorum Consulatus, et victorias, res ab iis gestas confundi. Vid. Pighium ad A. U. 496. Cognomen hujus Atilii in Zonara l. d. et cap. 14. perperam editur Κολλατῖνος, et cap. 11. Λατῖνος, pro Καλατῖνος.

Panormo, Eryce] In Nazariano *Eryco:* In Pal. 2. *Eryca*, et fortasse verum est. 'Ερύκη, urbs Siciliæ. Latine *Eryca*. Nos *Eryco* tamen retinemus. 'Erycus' pro, Eryx. *Sal.* Ryck. liber æque ut Nazar. *Erico*. Græv. *Eryco* hic, et ad II. 12. 5. non placebat Nic. Heinsio, et recte, ni fallor. Begerus tamen putavit sibi licere ita edere. *Panhor mericeli Lybeo* Voss. 2. 'Ερύκη, quam hic memorat Salmasius, est quidem urbs Siciliæ; sed non ea, de qua hic agit Florus, cui Ἔρυξ nomen est. Vid. Holsten. ad Steph. in 'Ερύκη et Ἔρυξ.

Detraxit] Liv. XXVIII. 41. 'Ab Drepanis atque Eryce detraxisse Amilcarem, quam Italia expulisse Pœnos atque Annibalem, malis?' et XXX. 20. 'Hæc accusans, querensque, ex diutina possessione Italiæ est detractus.'

§. 13 *Circa Camerinensium*] Naz. Pall. Ryck. Regg. Duisb. Fran. Voss. 2. et v. e. *circa Merinensium saltum*. Voss. 3. *circa Metinensium*. Vid. Salm. ad I. 13. 17.

Calpurnii Flammæ] De hoc Plin. 22, 6. Liv. 22, 60. 10. et ejus Epit. 17. L. Ampelius: 'Trecenti sub Calpurnio Flamma contra Pœnos: qui in Siciliensi saltu mortuo exercitu,' &c. legerim, *moritur*. M. Cato, ap. Agell. 3, 7. 'Q. Cæditium' vocat; cl. Quadrigarius 'Laberium.' Caute igitur Frontin. Strateg. 4, 5, 10. 'Is, cujus varie tradidere nomen.' Dissentiunt etiam in militum numero. Ceterum ante hunc, salvis etiam militibus suis, exercitum Rom. Decius liberavit, Liv. 7, 34. &c. Plin. 22, 5. *Fr.*

Infestum et insessum ab hostibus tumulum] In mentem aliquando venerat, *infestum* hoc loco ex variante lectione natum. Hujus mentis mihi auctor Jord. qui ita hunc locum ex Floro retulit: *Qui lecta trecentorum manu insessum hostibus tumulum occupavit.* Nunc agnosco nihil ex Flori verbis esse tollendum. Non tantum insessus ab hostibus ille tumulus, sed etiam infestus et iniquus fuit Romano. Epit. Liv. Auctor lib. XVII. eamdem hanc rem narrans: 'Attilius Calatinus consul, cum in locum iniquum a Pœnis circumsessum temere duxisset exercitum, M. Calpurnii tribuni militum virtute et opera evasit.' Notandum porro, non insessum ab hostibus dicere illum tumulum, sed circumsessum, in medio quippe hostium situs, ad quem, eruptione per medios hostes facta, capiendum contendit Calpurnius, ut Pœnos in se converteret, et spatium daret cetero exercitui evadendi. Quod non solum ex illo Epitomes loco noscimus, sed etiam ex altero Livii, lib. XXII. ex oratione Manlii Torquati, ubi hæc verba: 'Sicut nobis adolescentibus priore Punico bello Calpurnius Flamma trecentis voluntariis, cum ad tumulum eos capiendum, situm inter medios hostes, duceret, dixit, Moriamur, milites, et morte nostra eripiamus ex obsidione circumventas legiones.' Non igitur insessus ab hostibus ille tumulus, ut heic vult Florus, sed circumsessus, nec deturbandi hostes ex eo loco fuere, quem non occupaverunt, sed his perruptis vacuus fuit capiendus. Ideo infestum et iniquum dixit illum tumulum, quia eum hostes circumsedebant. *Sal.* *Infestum* a var.

Digitized by Google

lectione esse putat. Vir doctus in Obs. Misc. Vol. III. p. 134.

§. 14 *Ac sic*] Videntur esse a glossa hæ duæ voces. *Fr.*

Superfuit] [Agell. 3, 7. ex Catone; 'Eum inter mortuos defatigatum vulneribus atque spirantem, quod sanguen defluxerat, cognovere; eum sustulere, isque convaluit, sæpeque post illam operam Reip. fortem atque strenuam perhibuit.' Ubi tamen, pro *post illam*, rescribendum putem, *post illa*, hoc est, postea; nisi quis ita malit; *sæpeque post illam operam, &c.* ut sit sensus: Exhibuisse sæpe Reip. utilem operam, post illam, nempe de qua sermo erat. *Id.* *Superfuit et supervixit*] Alterutrum redundare merito censet N. Heins. et forte *superfuit* eradendum. Dein idem Vir illustris non longe post scribendum censet *serpente latius bello Sardiniam eique annexam Corsicam invasit:* quia τὸ *in* non extet in codice omnium optimo Naz. *Græv.* Lipsii auditor in Edit. Plantin. cancellaverat *supervixit.* In Gellio jam ante H. Stephanus ediderat *post illa.* Hoc adeo non impune ignoravit optimus ac doctissimus Freinshemius, ut Vir celeberr. Jac. Gronov. sibi temperare non potuerit, quo minus ad Gell. l. d. curam ejus vanam vocaret, et non sine indignatione exclamaret; 'Hoc scilicet ignorabant illi proceres literarum, qui Anno 1632. ævum agitabant.' Sed possem profecto, si opus esset, non paucos enumerare, qui suas emendationes vel ab aliis præceptas, vel dudum in vetustis exemplaribus lectas fuisse nesciverunt, et tamen merito inter principes literatorum suæ ætatis habiti sunt, et semper habebuntur. *Hoc illo illustrior noster* Reg. Q. *Hoc illustrior videtur quod* Ryck. Forte *nr*; unde deinde *vr*, pro *videtur*, oriri potuit.

Licet nihil scripserit sanguine] Hallucinatio Flori, qui Leonidæ imprudens attribuit quod erat Othryadis. Nihil enim sanguine scripsit Leonides, cujus saltem restet memoria in veterum scriptis. Sed ab omnibus id de Othryade proditum, Poëtis et πεζογράφοις. Anthologiæ tertio: Ἄρσενι δ' Ὀθρυάδαο φόνῳ κεκαλυμμένον ὅπλον Καρύσσει, θυρέα Ζεῦ Λακεδαιμονίων. Idem in aliis epigrammatis legimus. *Licet nihil inscripserit sanguine*, scriptura est Jord. Codd. Vulgo *scripserit* in Floro legitur, ut Florus scripsit. *Salm.* *Licet nihil scripserit sanguine*] Camers et Stadius putant Leonidæ tribui, quod Othryadis proprium erat. *Grut.* De Othryade Pausaniam vide 157, 10. Aliter ap. Sen. Consol. ad Marciam 1, 1, 4. 'Cordus libros suos sanguine scripsit.' Me quod attinet, nunquam adduci possum, ut credam ab Auctore potius esse quatuor illa verba, quam ab insulso glossatore. Demus enim potuisse errare in historia Florum, demus etiam voluisse, ut supra 1, 10, 8. ubi Aruntem Tarquinium videtur adulterum facere, ut melius quadret istud: 'quasi adulterum ad inferos usque sequeretur;' at largiri nunquam potero, adeo insulsam sententiam fuisse subjecturum: egregium enim acumen illud et dignum propter quod mutetur in historia aliquid, *licet nihil scripserit sanguine!* quasi hoc novum esset aut insolens, supervivere expeditioni hominem, qui sanguine nihil scripserit. *Freinsh.* Probat sententiam Salmasii, Camertis, et Stadii Grævius in Præfatione, atque insuper addit, importune hic inculcari Leonidam, et stulte cum illo conferri Calpurnium Flammam. Sed hoc quoque sibi defendendum suscepit magnus ille Flori Patronus Begerus, et ita quidem, ut non solum Florum ab omni culpa eximat, sed eam omnem in reprehensores illius conferat. 'Emoriar,' inquit, 'si locum intellexit Grævius.' Adde, quod consequens est, et ante Grævium, Camers, Stadius, Salm. et Freinshe-

Digitized by Google

minus. 'Florus Calpurnium Flammam hic non tantum Leonidæ comparat; sed et Othryadi: illi, quod occupato colle hostem sustinuerit; nam hoc et Leonidas fecerat: huic, quod expeditioni supervixit, non minus ac Othryades. Ut autem non similitudo tantum cum Leonida et Othryade pateret, addit, Calpurnium Flammam Leonida multo illustriorem fuisse, quod supervixerit, scilicet ut Othryades: ab Othryade autem eo distare, quod nihil scripserit sanguine.' Non est operæ pretium his refellendis diu immorari, quæ adeo inepta sunt, ut vel recitasse ea, sit refutasse. Numquam suis argutiis effecerit hic homo, ut quisquam, cui sanum est sinciput, credat verba Flori, 'quod superfuit, ac supervixit,' de Othryade accipienda esse, de quo in superioribus nulla erat facta mentio. Si quis nunc vel Latino vel alio quocumque sermone scribens ita loquatur, ut Florum loquutum vult Begerus, non dubium est, quin eum pro stipite et mortalium omnium insulsissimo, qui nec quid dicat, nec quid dicendum sit, ipse sciat, habituri sint non docti modo, sed etiam omnes, qui vel communi sensu præditi sunt. Equidem nondum sciebam Begerum tam Lynceum fuisse, ut solus ea, quæ omnium aliorum oculos effugerant, et nusquam erant, tamquam in clarissima luce posita videre potuerit. Sed si in Nummis et Marmoribus suis ita omnia vidit, ut in Floro Othryaden, vereor, ne multa in iis viderit, quæ neque ibi, neque usquam alibi sunt. Nec recte instituit comparationem inter Calpurnium et Othryaden. Nam Calpurnius vulneribus curatis post illa sæpe Reipubl. utilem operam præstitit: Othryades autem supervixit ille quidem pugnæ, sed mox post erectum, et sanguine suo inscriptum tropæum, vel e vulneribus, vel sua manu obiit: vid. Herod. I. 82. Stob. Serm. VII. et Suid. in 'Οθρυάδης. Quod autem scribit Begerus, 'se emoriturum, si Grævius locum Flori intellexerit,' de eo nihil habeo, quod dicam; nisi nec rem literariam, nec famam Begeri multum detrimenti capturam fuisse, si ante emortuus fuisset, quam ei in mentem venerat, hæc et alia hujusmodi ad Florum scribere. Florum non posse absolvi erroris, si hæc ita scripsit, vidit etiam Vir nunquam sine laude memorandus, et Begero multo oculatior, J. Fr. Gronovius, qui in Diatribe ad Statium c. XLII. hanc emendationem proposuit, *hoc illustrior noster, quod expeditioni tantæ superfuit, licet nonnihil scripserit sanguine.* Nempe ostendit *scribere* sæpe poni pro, pingere, ut apud Stat. III. Silv. I. 95. 'Scripto viventes lumine ceras,' et Theb. XI. 514. 'Arvaque sanguineo scribit rutilantia gyro:' aliosque, quorum loca ibi laudantur. Itaque existimat, si legatur, *licet nonnihil scripserit sanguine,* his verbis idem indicari, quod Cato dicit ap. Gell. III. 7. 'Calpurnium vulneribus defatigatum atque spirantem, quod sanguen defluxerat, cognitum.' 'Scribere' dici pro, pingere, etiam Barthius observavit ad Statium. Sed tamen mihi non satis liquet, an ex eo, quod Statius, Plinius, aliique dicunt, 'arva sanguine scribere,' et 'imagines scribere,' recte confici possit, eum, qui multis vulneribus acceptis sanguine perfusus est, itidem posse dici 'aliquid sanguine scribere.' Judicabunt acutiores. Ego prope eo inclino, ut cum Freinshemio putem, hæc verba a quocumque alio, quam a Floro esse: nam incredibile mihi videtur eum potuisse ignorare celeberrimam historiam Leonidæ, quæ, non minus quam Othryadæ, inter præcipua argumenta Declamatorum erat, ut Lucianus auctor est in Rhetor. Præcept. ac nescivisse Leonidam neque tropæum posuisse, neque id sanguine suo inscripsisse. Quod autem Cal-

purnium cum Leonida comparat, id non magnopere reprehenderim. Nam et hoc ante fecerat Cato ap. Gell. l. d. Clar. Withofius Encænior. Criticor. lib. I. cap. 1. culpam omnem a Floro in Interpretes illius transfert, qui non senserint nomen *Othryadæ* excidisse ob similitudinem præcedentium literarum in nomine 'Leonidæ,' et Florum scripsisse dicit, *Thermopylarum et Leonidæ, ac Othryadæ famam adæquavit....licet nihil scripserit sanguine. Licet scripserit sanguine* Pal. 1. et in marg. *sumpserit* eadem manu.

§. 15 *L. Cornelio Scipione*] Effossa Romæ ad portam Capenam est inscriptio, A. Ch. 1616. huc pertinens: Honc, oino ploirume. cet. Vid. infra. Quæ explicantur in vita Peiresk. quam scripsit Gassendus. *Freinsh.*

Serpente latius bello, in Sardiniam] *In* abest omnibus libris. Jordanes etiam legit: *Sardiniam eique annexam Corsicam transit.* Quidam libri: *Cossuram.* Sed *Corsicam* verum est. Sequitur: *ubi et sic Caralæ urbis excidio incolas terruit.* Infruniti correctores *Caralam* hic, et urbem quam nescio sibi somniarunt. Sed illos homines missos faciamus, quorum nobis *οὐ λόγος οὐτ' ἀριθμός.* Optimæ et vetustissimæ Divi Nazarii membranæ, hac etiam in parte corruptæ leviter sunt, sed ita, ut non arduum sit ex illis conjicere veram lectionem. Habent autem: *Olbiæ hic Baleriæ urbis.* Unde verissimam conjecturam eruo: *Olbiæ hic, ibi Aleriæ urbis excidio incolas terruit.* Hic, in Sardinia nimirum, Olbiam urbem expugnavit. Ibi, nempe in Corsica, Aleriam excidit. Ait, Romanos, serpente latius bello, ex suburbana tam provincia in Sardiniam, eique adnexam Corsicam, transisse, et in hac insula Olbiam, in illa Aleriam cepisse. Olbia Sardiniæ urbs. Stephanus varias urbes hoc nomine recensens, ἕκτη, inquit, Σαρδοῦς. At Aleria Corsicæ. In Corsica a Ptolemæo recensetur Ἀλερία κολωνία. Apparet, colonos in eam urbem a Romanis deductos, postquam a Lucio Cornelio expugnata fuit. Notat Epit. Liv. Auctor, 'L. Cornelium Consulem contra Sardos et Corsos et Hannonem Pœnorum ducem feliciter pugnasse.' Quod de hac victoria, et urbium in Sardinia Corsicaque suprascriptarum excidio intelligendum. Vide quanti sit momenti bonos et fideles libros inspexisse. Absque illo Nazariano forte æternum hic locus in mendo jacuisset. Nam ceteri omnes libri, hac parte profligatissimi, nihil fere opis dabant ad extricandam veritatem. In priore Palatino legitur: *Ubi et hic Halen et urbis.* Posterior ita scriptum præfert: *Ubi et hic Baleriæ urbis.* Vetus editio, *ubi et hic. Halenæ.* Correctores porro ex his fecerunt: *Ubi et sic Caralæ urbis.* Proclivius erat facere: *Ubi et sic Valeriæ urbis.* Nam Valeria urbs in Sardinia. Ptolemæo Οὐαλερία πόλις in ea insula ponitur. Sed omnino vera lectio, quam supra reposuimus. Flori codices etiam corrupti fuisse videntur ætate Jordanis, in cujus libris ita descriptum offendi: *Olbiam ibi Aleriæ urbis.* Verius puto, cum sanam in his lectionem reperisset, nec intellexisset, ita mutasse. *Salm.* Alii *in Sardiniam*, sed lectionem nostram om. Pall. v. e. et assensus Gruteri firmant. Nomina vero regionum, ut urbium, sæpe construi Auctoribus, notat Bernegg. ad Justin. 14. 5, 9. *Freinsh.* *In* neque scripti ulli habent, neque editi, præter Ald. et Heinsio quoque delendum videbatur. *Annexamque ei* Pal. 1. Voss. 2. 3. *adnatamque ei* Ryck. *Cossuram* Pall. Magl. Berol. Duisb. Voss. 1. (sed supra script. vel *Corsicam*) 2. et v. e.

Corsicam transit] Corsicæ Aleriæque devictæ extat monumentum, quod vetustate proxime accedit ad Duillianum, inscriptio ad portam Capenam effossa: HONC OINO PLOIRVME. COSENTIONT. R. DVONOR. OPTVMO FVISE. VIRO LVCIOM. SCIPIONE FILIOS BARBATI CONSOL. CENSOR. AIDI-

LIS. HIC FVET A HEC CEPIT CORSICA. ALERIAQVE VRBE. DEDET. TEMPESTATEBVS. AIDE MERETO. Hoc est: Hunc unum plurimi consentiunt Romæ Bonorum optimum fuisse virum, Lucium Scipionem. Filius Barbati, Consul, Ædilis hic fuit. Hic cepit Corsicam, Aleriamque urbem. Dedit tempestatibus ædem merito. Pluribus hunc lapidem veterrimum illustrarunt Jac. Sirmond. et Hieron. Aleander. *Græv.*

§. 16 *Ubi et sic*] Verissimam opinor esse lectionem Lipsii, quam ad Sen. Consol. ad Helviam, nota 84. profert: *Ibi Olbiæ et hic Valeria* (vel *Aleria*) a qua nec Salmasius ad Solin. p. 29. A. longius abit, nisi quod mavult: *Olbiæ hic: ibi Aleriæ:* sed eodem sensu exponit. *Fr.* *Olbiæ hic, ibi Aleriæ Urbis excidio*] Sic reposui ex emendatione certissima Salmasii, qui secutus vestigia veterrimorum codicum verissime hunc locum suæ restituit integritati. Sunt hujus lectionis indicia quoque in Ryck. *Ubi et hic Valeriæ urbis excidio.* Nimirum ex ignoto *Olbiæ*, cum forte intercidisset, fecerunt *ubi.* Correctores id dein interpolarunt, et perverterunt. Vetustissima inscriptio temporum istorum indubiam reddit hanc emendationem, quam ipsis Flori verbis subjeci. Sed tamen mallem: *ibi Olbiæ, et hic Aleriæ urbis excidio:* quia veteres libri et editiones: *ubi et sic Caralæ urbis.* Olbia enim est Sardiniæ oppidum, Aleria vero Corsicæ: quamvis non ignorem 'ibi' non semper respondere remotiori, ut nec 'hic' viciniori, ut sciscunt Grammatici. *Græv.* Libri Vineti, *ubi et sic Balariæ*, et *Balearia.* Tollius e lib. Flor. nihil adnotarat ad Edit. Græv. 1680. ita ut in eo videatur fuisse *Olbiæ hic, ibi Aleriæ:* e Berol. *ubi et hæc*, e Magl. *ubi et hic*, et adscripserat, *Aleriæ* fuerat in his Mss. Duisb. *Ubi et hic halerie.* Voss. 1. *ubi et hic Haleriæ.* Voss. 2. *Olbiæ hic Baleriæ.* Voss. 3. *hic Valeriæ.* V. E. *ubi et hic halene.* Fran. *ubi et hic Calare.* Regg. *ubi et hic Caralæ.* Is. Vossii liber scriptus *Olbia hic baleria.* Emendationem Salmasii probat etiam Holsten. ad Stephan. in Ὀλβία. Perizonius malebat, *ibi Olbiæ, hic Aleriæ*, quemadmodum fere et Grævius. Hoc verum esse arbitror. Quum ex *Olbiæ* factum fuisset *Ubi et*, deinde *ibi* abjectum fuit, tamquam perperam scriptum pro *ubi.* *Hic* autem ponendum esse ante *Aleriæ*, liquet e libris scriptis, in quorum aliis plane ita legitur, in aliis autem pro eo est *sic*, et *hæc.* Reliqui tamen, quod ediderat Grævius ex sententia Salmasii. *Aleriæ* porro, non *Valeriæ* scribendum, recte ex Inscriptione vetusta ostendit Græv.

Mari Pœnos expugnavit] Diu est, cum suspectum habui hoc verbum, *expugnavit.* Quid enim est, *mari Pœnos expugnare?* Nec Latina est, nec proba loquutio. Nazarianus non plana via veritatem ostendit, sed digitum ad eam prorsus intendit, scribendo, *repugnavit.* Quod ego statim arripui ac scripsi, *repurgavit.* Elegans porro nec protritum loquendi genus, *Pœnos mari et terra repurgare*, cum tamen potius dicendum videretur, *mare ac terram Pœnis repurgavit.* Sic lib. IV. etsi in re dissimili ac diversa, 'aurum venis repurgare' dixit. Hæc scripseram, cum et veteres Jord. Codd. consulendos duxi, in quibus plane reperi: *adeoque omni terra et mari Pynos purgavit.* Quæ scriptura vehementer sententiam meam stabilivit. Sed *purgavit* in Jord. falsum est. Nam *repurgavit* omnino scribendum, id est, tanquam purgamenta rejecit. *Sal.* Naz. *repugnavit.* Jordanes *purgavit*, sed lectio vulgata optima est. *Grut.* Adi etiam Indicem nostrum, si lubet. *Fr.* Huic loco non tam salutares manus admovit Vir maximus, quam ei, qui modo præcesserat. *Expugnavit* non est reformandum in *repurgavit*, repugnantibus antiquis libris. Ryck. *adeoque omnes terra marique expugnavit.* Expugnari non tantum urbes

Digitized by Google

dicuntur, sed et homines, cum debellantur, et vi ejiciuntur ex locis, quæ tenuerunt. Justin. III. 4. de Partheniis: 'Diu per varios casus jactati tandem in Italiam deferuntur, et occupata arce Tarentinorum, expugnatis veteribus incolis, sedes ibi constituunt:' occupata arce incolæ expugnantur, hoc est, de possessione urbis et arcis deturbantur. Id. XII. 8. 'Inde Adrestas, Gesteanos, Præsidas, Gangaridas, cæsis eorum exercitibus, expugnant.' Idem alibi: 'Post multos deinde annos expugnati.' Sic etiam hoc loco omnes Pœni terra marique sunt domiti et expulsi, terra quidem cum Sicilia, Sardinia, Corsica ejiciuntur, mari vero cum victis classibus, et amissis portubus insularum, quos tenuerant, non auderent illa maria navigare. N. Heinsius tamen e Jornandis vestigiis scribendum putat: *adeoque omnes terras maria Pœno repurgavit*. Sic 'repurgare iter' Liv. XLIV. 4. Curt. VI. 6. 'Ac primo repurgari jubet quicquid ingredi possunt.' Id. lib. IV. cap. I. 'Hortum repurgare.' In illo *terras maria*, *et* subintelligitur. Sic Liv. XLI. 2. 'Terra mari trepidatur.' Auctor Octaviæ vs. 484. 'Nutuque terras maria subjecit tuo.' Ap. ipsum Florum 'Compedibus catenis religavit:' lib. III. c. 19. et lib. IV. c. 2. ut emendabam, 'Vellet tamen auctos honores, opes.' Hæc ὁ πάνυ. *Græv.* Salmasius conjecturam suam repetit ad Tertul. de Pall. p. 172. eamque non obscure probat Gronov. ad Herod. II. 11. Sed adsentior Grævio rectum esse quod in om. sc. et ed. est, *expugnavit*. Pro *terra marique*, quod erat in Reg. Q et ed. Amst. ex aliis sc. et om. ed. vet. restitui *terra*, *mari*, quemadmodum etiam Gruterus, Freinsh. et Græv. ediderant. Liv. XLIV. 22. 'Qua terra, mari, subvehantur commeatus.'

§. 17. *M. Atilio*] Ultra ea quæ supradicti scribunt, lege Agell. 6, 3. et 4. Auctor. de Vir. Ill. cap. 40. August. Civ. 1. 15. Val. M. 1. 1, 14. et 9. 2, 1. ext. Frontin. 2. 3, 10. Lege Sil. 6. 301. et Horat. Carm. 3, 5. Cic. Off. 1. 13. et in Paradox. Plura congessimus Civitatis 1. 15. et 24. *Cam.* Hunc Regulum sæpius eximie prædicat Seneca. *Fr.* Add. Columell. I. 4. Naz. Duisb. Ed. V. et B. *Atilio*; quod admisi: nam ita hoc nomen in lapidibus et nummis scribitur. Et sic supr. I. 20.

Navigabat bellum] Sic et Cic. Vid. Freinsh. in Ind. Plin. Paneg. XII. ap. Rupertum: 'Quum Danubius ripas gelu jungit, duratusque glacie ingentia tergo bella transportat.' Stat. VII. Theb. 808. 'Bellum fluitans,' pro navali. Burm. ad Petron. CXXIII.

Qui ipso Punico maris nomine] Restituenda lectio vetus: *Punici maris nomine*. Nam male in veteri editione *Punico* legebatur. Meliores libri constanter *Punici* retinent. Jordanes: *qui in ipso Punici maris nomine*. Sal. Non esse temere N. Heinsius observavit, quod ap. Jorn. legitur: *qui in ipso Punici maris nomine deficerent*. Naso: 'Nomine in Hectoreo pallida semper eram.' Sic alibi idem aliique poëtæ. *Græv.* *Deficere* absolute pro, animum despondere, abjicere. Cæsar II. B. C. 31. 'Neque tanti timoris sum, ut ipse deficiam.' Auctor Bell. Afr. c. XI. 'Ne illi propter suorum paucitatem et hostium multitudinem metu deficerent.' Similiter Petron. c. LXXVI. et Suet. Vitel. XV. Alibi sæpe 'animo deficere.' Ita Cæs. VII. B. G. 30. I. B. C. 19. II. 43. et III. ult.

Tribuno Mannio] Nomen hujus Tribuni ita varie conceptum in scriptis libris, ut arduum sit aliquid certi ex illa varietate statuere, libris præsertim Livii deperditis, unde hæc sumpta. Nazarianus: *Nautrio*. Pal. duo: *Naurio*. Jord. libri: *Natio*. Forte *Nautio*. Nautiorum familia nobilissima. Sed otii penuria prohibet plu-

Digitized by Google

ribus hæc discutere, quod alias, si Deus faverit, facere statui. *Sal.* Libri Vin. *Nannio* et *Naurio*. Reg. F, Toll. Fran. et Duisb. *Naurio*. V. E. *Maurio*. Voss. *Nautrio*. Ryck. plane ut volebat Salmasius, *Nautio*. In his nihil certi est; sed ut supr. I. 20. libri quidam habent *Macilio* et *Matilio* pro *M. Atilio;* ita et hic *Mannio*, quod est in Reg. Q, et vulg. potuit scribi pro *M. Annio*.

Navigandi fecit audaciam] Hoc loquendi genus non est quod nonnemo admiretur, et suspectum habeat. Sic *facere dolorem* Cic. Epist. ad Octavian. 'Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ sunt salutaria.' Idem ad Att. IX. 8. 'Sed augeo commemorando dolorem, et facio etiam tibi.' Sic 'mirationem facere:' II. de Divinat. *Græv.* Liv. XXI. 56. 'Aliis timor hostium audaciam ingrediendi flumen fecit.' Id. XXIX. 34. (quem locum adnotarat N. Heinsius,) 'Quum timoris simulatio audaciam hosti faceret.' *Districta* hic habent plerique sc. et om. ed. pro quo scribendum est *destricta*, ut in Voss. 1. et 2. auctoribus Viris doctiss. qui semper 'destringere' et 'destrictus' dicendum volunt, quum de gladiis ac telis sermo est. Ad eos, quos laudavit Drakenb. ad Sil. XVII. 164. add. Lambin. ad Cic. III. in Catil. I. et ad Horat. I. Carm. 35. vs. 39. Græv. ad Cic. II. Off. 7. et III. 31. In Pandect. contra sæpe scribitur *destringere*, pro *distringere*, i. e. distrahere: v. Brisson. de V. S.

§. 18. *Ventis remisque*] Pal. 3. ac 2. *mox de ventis remisque*, 1. *mox dein deventis:* superscriptumque *denique*. Sed fingendum potius erat *mox deinde ventis*. Grut. Ita Jordanes. Salm. quædam adscripserat, quæ non satis legi poterant; sed videbatur voluisse *mox dein ventis*. Ryck. Duisb. Fran. Voss. 1. 2. et om. ed. *de ventis*. 'Ventis remisque' proverbium, pro omni conatu et festinatione. Idem est 'remis velisque.' Vid. Erasm. in proverb. *Remis velisque*, et Modium Novantiq. Lection. Epist. XLI. Cic. XII. Ep. Fam. 25. 'Atque inde ventis, remis, in patriam omni festinatione properavi.' Possent ibi suspecta esse hæc, *omni festinatione*, tamquam interpretationis causa adscripta. Sed nihil tentandum arbitror contra libros vett.

§. 19 *Clypea*] Ryck. *Clupeia*. Livio, aliisque 'Clupea.' Vid. Cellar. IV. Geog. Ant. 4.

Quasi arx et specula] Quæ et tuebatur loca vicina, et prospectum in mare præbebat, utpote in colle posita. 'Specula' pro loco edito, e quo prospectari possunt omnia circumjecta, obvium est apud Florum et alios: v. Freinsh. in Ind. Cic. IV. Ep. Fam. 3. Virg. VIII. Ecl. 59. IV. Æ. 586. et Catul. Carm. LXVIII. vs. 32. *Procurrere* sic quoque Virg. V. Æ. 204. 'Infelix saxis in procurrentibus hæsit.' Mela III. 2. 'A Garumnæ exitu latus illud incipit terræ procurrentis in pelagus.' Et Min. Fel. c. IV. 'In altum procurrentibus petrarum obicibus:' ubi vid. Gronov. 'Trini laterum procursus.' Av. Festus de tribus promontoriis Siciliæ ap. N. Heins. ad Ov. XIII. Met. 724. quo loco idem *excurrere* dicit Ovidius: 'Intrant Sicaniam: tribus hæc excurrit in æquora linguis.'

§. 20 *Nec cum hominibus, sed cum monstris quoque*] Reg. Q et Jord. *Nec cum hominibus modo, sed:* quod adripuit Aldus, ac deinde secuti sunt Camers et Stad. Est a correctoribus, qui ignorabant in his sæpe desiderari 'modo,' 'solum,' 'tantum,' ut dudum docuerunt Ant. Augustin. II. Emendat. I. Cujac. IX. Obs. 17. et XIV. 12. et Scalig. ad Varr. III. de R. R. 9. Add. Gronov. ad Liv. XXVIII. 12. Idem ostendit Stewech. de Partic. Ling. Lat. e Cic. pro Sext. c. XV. pro Planc. c. II. et IV. in Verr. 61. Duo-

Digitized by Google

bus posterioribus locis variant libri. Sed in ultimo malim cum Grut. illos sequi, a quibus abest *modo*, quam cum Turnebo, Lambino, et Græv. eos, qui id agnoscunt.

Miræ magnitudinis serpens] De qua Agell. 6. 3. Val. M. 1. 8, 19. ext. Plin. 8. 14. CXX. pedum longitudinis fuisse, pellemque ejus et maxillas usque ad bellum Numantinum, hoc est, 115. annis, Romæ in templo durasse testatur, eamque balistis tormentisque, ut oppidum aliquod, expugnatam. *Stad.* Vide Liv. Epit. 18. Obsequent. cap. 29. Adonis Chronic. sub anno 4446. *Fr.*

Bagradam] Ita libri Vineti, Toll. Duisb. Regg. et v. e. Ryck. *Bargadam.* Fran. *Bragradam.* Voss. *Bragadam*, quod etiam in Naz. et Pall. videtur fuisse: nam Salmasius ad Edit. Gruteri, in qua est *Bragadam*, nihil ex iis adnotaverat. Bochart. Chanaan. I. 24. scribit, nomen hujus fluvii, quod aliis est 'Bagrada,' in Pompon. Mela, Silio, et Floro esse 'Bragada.' In Melæ plerisque Mss. se invenisse *Bragada*, in quibusdam etiam *Bagrada* adnotavit ad Melam. I. 7. Perizonius: et *Bragada* ibi fere habent Edd. veteres. Silii libri vulgati itidem *Bragada*, pro quo N. Heins. ad Sil. VI. 141. e scriptis reposuit *Bagrada*. Vid. Cellar. Geog. Ant. IV. 4.

§. 21 *Quum terrorem nominis sui*] Vetus quidam liber: *terrorem in omnes sui circumtulisset.* Quæ minime mihi arridet lectio, nec mutatam velim, aut rejectam, quæ edita est, cum et melior sit, et plures habeat fautores libros vetustissimos. *Sal.*

Aut cecidisset, aut haberet in vinculis] Jord. legit: *aut cepisset.* Cui consentiunt omnes Flori calamo scripti libri. Quam, qui volet, etiam lectionem asserat. Mihi ut non respuenda videtur, ita nec vulgata mutanda. Nam credibile est, non alios habuisse in vinculis Regulum, quam quos ceperat. Nisi dicimus, multos, quos ceperat, dimisisse, et ita locum haberet illa Jordanis et librorum veterum γραφή. Sane consensum hunc librorum parvi pendere non possum, nec dubito quin verior sit lectio, *cepisset.* Sic enim hæc procedunt: *cum magnam vim juventutis, ducesque ipsos, aut cepisset, aut haberet in vinculis.* Prius ad prius refertur, secundum secundo convenit. Ita enim accipiendum, ac si scripsisset: Cum magnam vim juventutis cepisset, ducesque ipsos haberet in vinculis. Multos ex juventute captivos abduxerat, ducesque habebat in vinculis. Solos duces in vinculis habitos significat. *Sal.* Hist. de Bell. Afr. cap. 26. 'Principes civitatum aut interfici, aut in catenis teneri.' *Fr.* Ryck. non recedit ab aliarum membranarum scriptura, quæ constanter omnes, *ducesque ipsos aut cepisset*, quod belle tuetur Salm. 'Magna vis juventutis,' sunt multi milites. 'Juvenes' sæpe milites dici olim Viri docti monuerunt. *Græv.* In vulgata scriptura non pejor, ac fortassis melior est sententia. Et potuit primo prave scribi *cedisset*, ac mox *cepisset.* Quæ Is. Vossii sententia videtur fuisse: nam scripserat *cepisset* pro *cedisset.* Sed quum in omnibus aliis scriptis, excepto Voss. 3. et Edd. V. B. S. et J. invenerim *cepisset*, id relinquendum putavi; quod et ante Begerus fecerat.

Jam ipsam belli caput Carthaginem urgebat obsidio] Ryck. *et jam ipsam caput belli Carthaginem urgebat obsidione.* Leg. *etiam ipsam caput belli Carthaginem urgebat obsidione. Obsidio* non repudiem, quod 'obsidium' aliis in locis apud Nostrum etiam occurrat. *Græv.* In Ryck. est *etiam jam ipsam*, in Voss. 3. *et ipsam*, in aliis scriptis, in Jord. et v. e. *jam ipsam*, in reliquis olim impressis *etiam ipsam.* Et sic ediderunt Amst. de quo non magnopere contenderim: nam prima syllaba ex *etiam* potuit absorberi ab

Digitized by Google

ultima vocis præcedentis. *Caput belli* transpositis vocibus habent etiam Regg. Flor. Fran. et Magl. et ex editis B. S. et J. *Obsidione* etiam e Pall. scripserat Salmasius. In ceteris scriptis et ed. vet. est *obsidio*, qua voce non recentiores modo Scriptores, verum etiam Ennius, Cælius, Varro, et Sallust. usi sunt. Vid. Merul. ad Enn. p. 614. *Obsidione urgere* autem hic non tam est, munitionibus circumdatis urbem claudere, quam occupatis locis vicinis, et præsidiis dispositis, commeatu privare, et ita includere, ut non facile quidquam eo importari, vel quisquam ingredi egredive possit. Nam Regulus non cum exercitu ad urbem obsidendam accesserat, sed Tuneta occupaverat, unde Carthago conspici, et terra marique infestari poterat, ut Polyb. I. 30. Sic C. Nep. Alcib. IV. 'Deceliam in Attica munierunt, præsidioque perpetuo ibi posito in obsidione Athenas tenuerunt.' Et 'obsidio' pro custodia ap. Justin. II. 12. XV. 1. et XXXIX. 1. quemadmodum et *obsidere* in Suet. Calig. XLVIII. 'Quod et patrem suum Germanicum ducem, et se infantem tunc obsedissent,' i. e. quasi in custodia habuissent. Naz. et alter Pal. *urguebat*. Hanc antiquam rationem scribendi esse dudum ostenderunt viri docti. Vid. cl. Oudendorp. ad Lucan. I. 147. add. Muret. ad Cic. III. Philip. 13. In Pandect. Flor. l. 2. §. 8. Si quis cautionib. in judic. 'nulla necessitate urguente:' l. 15. de Recept. 'Profectio urguens:' l. 12. §. 14. Mand. 'nec urgueret debitorem suum.' Et plerisque aliis locis in illo libro.

§. 22 *Circumacta*] Mutata, conversa, Freinsh. in Ind. Liv. XXXVII. 16. 'Circumagente se vento.' Respicit fortassis ad effigiem Fortunæ, quam rotæ insistentem pingebant Romani. Vid. Broekh. ad hoc Tibulli I. 6. 34. 'Versatur celeri Fors levis orbe rotæ.' Plin. VIII. H. N. 9. 'Circumactus rotarum.' Liv. XLII. 42. 'Circumagetur hic orbis.' *Paulum* Ryck. Toll. Voss. Duisb. et edd. vett. excepta prima.

Insignia] Non sunt quæ supr. I. 10. 'monstra virtutum,' ut Freinsh. in Ind. Sed documenta, et argumenta, ut 'insignia morbi' apud Horat. II. S. 3. 254. Nam 'insignia' proprie sunt signa et indicia, quibus aliquid noscitur, et ab aliis discernitur.

Cujus fere magnitudo] Vide supra, 1, 13, 8. inf. 3, 18, 13. *Fr.*

§. 23 *Xanthippum*] Orosius, 4, 9. Xanthippum hunc, regem Laced. cum auxiliis accitum scribit: quod verum esse, præterquam quod Auctores non adsentiunt, ideo etiam non puto, quod non ita solebant Spartani. Ap. Justin. 4, 4, 6. 'Syracusani auxilium a Lacedæmoniis petiverunt. Mittitur ab his Gylippus, solus quidem.' Sic Archidamus Tarentinis missus; sic aliis alii. Qua vero ratione Regulum Xanthippus vicerit, memorat Frontin. 2, 2. 11. ubi vide. Item Diod. 22, 12. *Id.* Appianus in princ. Punicor. Carthaginienses a Lacedæmoniis ducem petivisse, et ab his Xanthippum missum tradit. Nec multo aliter in Epit. Liv. XVIII. Contra Polybius I. 32. nihil aliud, quam unum e mercenariis in Græcia conductis, Lacedæmoniumque et Laconica disciplina imbutum fuisse, ac rei militaris mediocrem usum habuisse auctor est. Et Aur. Vict. c. XL. mercenarium militem vocat. Scio, quid adnotaverint Stewech. ad Veget. III. pr. et Jac. Gron. ad Polyb. l. d. nec lubet quærere, utrum verba Polybii de mediocri usu, an summa peritia rei militaris sint accipienda. Sed ex tota narratione Polybii, cui ego in his magis credo, quam recentioribus, liquet, Xanthippum neque imperii causa a Carthaginiensibus arcessitum fuisse, neque imperium ullum, quum Carthaginem venit, habuisse. Cic. III. de Off. 26. et Val. M. I. 1. 14. scribunt,

Digitized by Google

Regulum ex insidiis captum fuisse. Polybius nullam insidiarum mentionem facit.

Tum fœda clades] Ita Ryck. Toll. Duisb. Fran. Voss. et v. e. idque etiam Vin. in suis, et Grut. in Pall. videntur invenisse. Nam uterque edidit *clades*. Jord. quoque legit *clades*, sed locum ita incrustavit: *fœdaque clades, Romanisque usu incognita. Nam vivus*. In aliis olim editis est, *vincimur cum fœda clade, Romanisque usu incognita. Vivus:* quos sequuti sunt Camers et Stad. *Tum fœda clade, R. u. incognita, vivus* maluerunt Freinsh. et Græv. Et ita Regg. Probo sententiam Tollii ad Auson. IX. Epist. vs. 38. ita distinguentis, *Tum (fœda clades, Romanisque usu incognita) vivus*. Est enim perpetuus mos Floro, ita per exclamationem orationi quædam interponere, ut ostendit Toll. Et sic quoque voluisse Perizonium, ex eo intellexi, quod adscripserat locum Flori e III, 19. 7. Retinui tamen distinctionem, quam inveni in Ryck. Duisb. et v. e.

Par tantæ calamitatis] Ita Jord. et Naz. libri. Uterque autem Pal. *calamitati*. Nec aliter legendum, quamvis aliter visum sit Grut. nostro. Ridiculum enim censeo, componi Regulum cum calamitate quasi gladiatorem. Par fuit illi calamitati, quem non infregit illa calamitas. *Sal. Calamitatis*] Ita v. e. quod cur non probem? cum accedat Ms. Vin. et Pal. 1. ac 2. nec non Jordanes. Vulgatur passim, *calamitati:* quod quidem et in Pal. 3. at alterum componit Regulum calamitati, tanquam athletam, aut gladiatorem. *Grut. Calamitatis* etiam Ryck. Toll. Voss. 2. 3. et Duisb. ceteri s. et edd. *calamitati*. Sed Heinsius, Ryck. et Periz. malebant cum Salmasio *calamitati*, nempe ferendæ: quod et usitatius est. Nam non facile 'par' hac significatione cum genitivo invenias. Gruteri interpretationem probat Freinshemius in Ind. sed ea longe quæsita est. Paullo post Fran. et edd. vett. præter primam, *carcere fractus est*.

§. 24 *Diversa*] I. e. contraria, Freinsh. in Ind. Ita sæpe etiam ap. alios. Vid. G. Canter. I. Novat. var. Lect. 10. et Gron. ad Sen. II. de Ira 23.

Ne pax fieret, ne commutatione captivorum reciperetur] Melius quod est in Naz. et Jordaneis: *Ne pax fieret, nec commutatione captivorum reciperetur*. Lege etiam: *commutatio*. Sal. *Ne pax fieret*] Liv. 22. 23. 5. *Fr.* Aut legendum cum Salmasio *commutatio*, aut *in commutationem*, ipse nimirum Regulus, *reciperetur*. Sic ille ap. Sil. lib. VI. vs. 475. Hæc est N. Heinsii de hoc loco sententia. *Græv. Nec*, quod pro *ne* repositum vult Salm., neque in scripto ullo nisi in Fran. neque in edito ante Vin. et Stad. invenio. Sed receperunt etiam Grævius, Beger. et Amst. Nec male convenit huic loco, et postrema litera propter eamdem sequentem facile potuit omitti. *Commutatio* e scriptis Florent. et Voss. 1. habent, et edd. antiquæ post primam omnes, etiam Camertis et Stadii, item Begeri et Amst. Reliqui scripti, E. V. Vineti, Grut. Freinsh. et Grævii *commutatione*. Hoc retinendum censebat Periz. et potest ferri. Nam Carthaginienses Regulum Romam miserant ea conditione, ut, si sibi captivi quidam nobiles adolescentes, et boni duces redditi fuissent, Regulo manere Romæ liceret. At hic Reipublicæ non utile esse putavit, ut pro his omnibus ipse unus, et jam senio confectus commutatione facta reciperetur. Ita Cic. III. Off. 26. 27. et Val. M. I. 1. 14. Alii a Carthaginiensibus omnium captivorum commutationem petitam tradunt. Sed vel sic satis recte exponi potest scriptura vulgata.

§. 25 *Voluntario ad hostes suos reditu*] Stupenda sane constantia, et prope sine exemplo, tradere se libidini

Digitized by Google

eorum quos læseris, cum possis domi securus et honoratus agere! Sed nimirum sensit Regulus, quod Socratem dixisse Epictetus fine Enchiridii significat; 'Occidere me possunt, lædere non possunt.' Quam vocem cum factis imitatus est Thrasea ap. Xiphilin. 'Nero me occidere potest, perdere non potest.' In hac doctrina totus est Seneca de Constantia Sapientis, et de Tranquillitate Animi. *Fr.*

Crucis supplicio] Vide Appian. de Bell. Punic. in Orat. P. Lentul. Item Livii Epit. 18. Simile quiddam huic historiæ legas in Elmacino, p. 148. *Id.* 'Crucem' dicit Florus cum Sen. de Provident. c. III. et Epist. XCVIII. et Silio II. 344. J. Fr. Gronov. existimat, ab his 'crucem' vocari arcam illam clavis ferreis acutis præfixam, in quam Regulum impositum, atque ita enecatum tradunt plerique. Nam 'crux' etiam pro omni gravi supplicio et cruciatu dicitur. Lege illum ad Sen. de Provid. III. Schult. ad Sen. Controv. III. et ad Calp. Flacc. Decl. v. et Drakenb. ad Sil. VI. 539. De genere supplicii, quo a Carthaginiensibus adfectus fuerit Regulus, non idem prodiderunt veteres: sed diris cruciatibus sublatum omnes consentiunt. Hanc omnium consensu receptam opinionem primus oppugnare adgressus est Jacobus Palmerius Grentemesnilius in Exercitat. ad Appiani Punica princ., idque rationibus, ut mihi quidem videtur, non contemnendis, quas, quum liber in omnium manibus sit, huc non transcribendas duxi.

De fortuna triumphavit] Sen. v. de Benef. 3. 'Nemo trecentos Fabios victos dicit, sed occisos. Et Regulus captus est a Pœnis, non victus; et quisquis alius sævientis fortunæ vi ac pondere oppressus non submittit animum.'

§. 27 *Metello Consule*] Sic etiam Eutrop. II. 18. et ex eo Oros. IV. 9. At Polyb. I. 40, confert in annum sequentem, quo Metellus in Sicilia bellum gerebat pro Consule.

Spirantibus altius] Superbis et elatioribus ab re bene gesta. *Altus* sæpe dicitur de superbis. Senec. Epist. CXV. 'Omnes, quos altius incedere vides.' Et Controv. II. 'Altius quiddam superbiusque vultu ipso præferentem.' Flor. I. 26. et IV. 9. *Spirare* et *spiritus* itidem de ferocia et superbia. C. Nep. Dion. v. 'Regios spiritus repressit:' vid. ibi Gebhard. et N. Heins. ad Ov. M. v. 348. Sed utrumque etiam in bonam partem sumitur. Gronov. ad Sen. de Tranq. Anim. c. 1. Schult. ad Sen. Controv. II. et Broekh. ad Propert. II, 12. 53.

Ut nec amplius eam insulam concitarent] Lege primum: *ut ne amplius*. Sic enim legunt optimi libri. Pro *concitarent* divinarat doctiss. Lips. *cogitarent*, optima sane cogitatione. Sic enim etiam supra legerim: *Affectabat autem ut Romanus, ita Pœnus, Siciliam, et eodem tempore paribus uterque votis ac viribus imperium orbis cogitabat.* Conjecturæ Lipsii plane suffragatur optimus ille Divi Naz. liber, qui plane *cocitarent* exhibet: *c* pro *g*: ut in eodem, *cessit* pro *gessit*, *recirare* pro *regirare*, et similia eodem modo scripta, ut multis locis observavimus. Nec aliter olim lectum fuisse in Flori libris ex Jord. colligi potest, apud quem scribitur: *adgredi cogitarent*. Quis non videt illud *adgredi*, additum ab ipso Jord. qui non capiebat usitatum veteribus hoc loquendi genus? *Sal.* *Ut nec amplius eam insulam concitarent*] Ita edidit diligentiss. Vinetus: nec aliter v. e. aut manuscript. Lipsii, qui rectum censebat dict. cap. 19. *cogitarent*, admodum verisimiliter: proletariæ edd. *ut ne amplius ea insula concitaretur.* Pall. stant a vulgata, nisi quod Naz. habeat, *ut ne amplius eam insulam concitarent*, superscriptumque *co*. tan-

quam voluisset legi *vocitarent*. Grut. Lipsii lectionem etiam Salmasius probat et stabilit lectione Naz. et Jordanis. *Fr.* Hunc locum, qui corruptus etiam est in Ryck. optime constituerunt ex Jorn. et libris melioribus Lips. et Salmasius, reponentes: *ut ne amplius eam insulam cogitarent:* quos non sequi hoc in loco, cum id sensus desideret et ratio, piaculum sit. *Græv.* Salm. in exemplari suo scripserat in Naz. quoque esse *concitarent*, sed supra *con* scriptum *co.* Reg. Q *ut nec amplius ea in insula concitaretur.* Et sic Edd. B. P. J. et A. nisi quod pro *nec* habent *ne*. Vulgata est in aliis om. sc. et edd. V. et S. sed in Flor. et edit. Sab. *ne*. Eadem varietas est I. 15. 3. et III. 17. 2. Non video maximam causam cur pro *nec* ponendum sit *ne*, quod in uno tantum Florent. erat. Nam 'nec' Florus etiam alibi ponit pro, ne quidem. Vid. ad II. 8. 12. De scriptura vocis *concitarent* in Naz. rursus dissentiunt Salmasius et Grut. Sed non dubitavi cum Græv. et qui post eum Florum ediderunt, recipere *cogitarent:* quod etiam legebatur in Edit. Zevecotii. Flor. III. 10. 16. 'Quasi hic Romanis orbis non sufficeret, alium cogitavit.' Scriptor Bell. Alexand. c. XXXII. 'Quin hostes eo prælio audito nihil jam de bello essent cogitaturi.' Cic. II. in Catil. 9. 'Desinant furere, ac proscriptiones et Dictaturas cogitare.'

§. 28 *Centum circiter elephantorum*] Præter citatos de hac re lege Frontin. 1, 7, 1. Plin. 7. 43. De numero varie scribunt. Plin. 8. 6. dicit fuisse 142. Oros. 4. 8. (et Adonis Chronic. sub anno 4446.) 104. Hoc autem factum est anno 502. ab U. C. Plin. 8. 6. *Cam.* Epit. Liv. 19. item Sen. de Brev. Vit. cap. 14. et Zonar. tomo secundo, 120. captos scribunt: Eutrop. 130. Dionys. 138. Egregiam multitudinem fuisse, quamvis non indicato numero, significat Sidon. Carm. 2, 374. *Freinsh.*

Sic quoque magna præda, si gregem illum, non bello] Scribendum ex veteri ed. et libris chirographis: *sic quoque magna præda, ac si gregem illum, &c.* Id firmat Jordanes, qui, more suo, subtile et breve loquendi genus adtextis suis pannis amplians, scribit: *sic quoque magnas prædas agit, ut si gregem illum, &c.* Sal. V. e. præponit, *ac si gregem:* quod idem in Pal. 2. ac 3. item a manu secunda in 1. sed ea scriptura recepta, perit omnis vis, omnis gratia sententiæ. *Grut.* Ryck. *sic quoque magna præda, ac si gregem illum:* quod ex Naz. probat Salm. sed hic non possum ei suffragari: τοῦ *ac* nullus hic locus est. Sensus enim est: Satis magna præda fuisset, si hos centum elephantes in venatione, ubi complures sæpe capiuntur, non in prælio cepisset. *Græv.* Idem censebat Perizonius. Recte Viri docti ejiciunt *ac*, sententia ipsa postulante: quod et a Magl. Voss. 3. et ab Edd. B. et P. aberat. Et sic Florus aliique utuntur hac quasi formula 'sic quoque,' pro, vel sic, etiam sic. Vid. Ind. et Flor. I. 17. 1. IV. 6. 5. IV. 12. 56. Suet. Cæs. LXX. Aug. XXXIV. et LXXVIII. et Tib. LXV. Scheffero pro *ac si* videtur legi posse *etsi*. Non audio illum. 'Præda' et 'prædari' non solum belli, sed etiam venationis vocabula sunt. Burm. ad Phædr. II. F. 1.

§. 29 *Publio Claudio*] Jord. et omnes libri: *Appio Claudio*. Ita in suis legerat Vinetus. Aliis tamen scriptoribus dicitur 'Publius.' *Sal.* Sic omnes omnium membranæ, sic edd. veter. quippe recentiores *P. Claudio*. Grut. *Appio* est in om. sc. excepto Voss. 3. et e. v. In Ald. *Claudius Pulcher Consul.* In reliquis *Publio*. Etiam in aliis Scriptoribus huic Claudio 'Appius,' non 'Publius' prænomen tribui adnotat Pigh. ad A. U. 504. et librariorum errori adsignat, quibus celebre prænomen 'Appii' in

Digitized by Google

gente Claudia notius erat, quam 'Publii.'

Ibi statim classe demersa, ubi] Liv. 19, 2. Plin. 2, 21, 5. De auspiciis contemptis vide etiam Tac. H. 1, 89, 4. Inter cetera, quæ de vindicta Deorum observarunt veteres, annotarunt etiam, locum sceleris et pœnæ eundem sæpe fuisse, ut certius appareat, non casu tales evenisse clades, sed in ultionem delictorum. Exempla sunt compluria, quæ tamen omnia intelligas ex uno isto ap. Joseph. 13, 19. ubi sanguis Aristobuli fortuito effunditur loco eodem, qui fraterno cruore rubebat. Etiam nobile est Achabi et Nabothi. Plura vide ap. Lactant. 2, 8. Leunclav. Annal. Turc. p. 74. Val. M. 1, 1, 19. Dion. lib. 51. pag. 513. Pausan. p. 102. pr. *Fr.* De facto Claudii Suet. Tib. II. Cic. II. de N. D. 3. et Val. M. I. 4. 3. Simile quiddam ex Liv. refert Serv. in Æn. VI. 198. quod mihi suspectum est, tamquam ex hac historia fictum, vel male descriptum.

§. 30 *Apud Ægimurum*] Vide Diodor. 22, 12. Liv. Ep. 118. Polyb. 1, 37, 39. *Fr.* Observat hic Stadius neminem præter Florum prodidisse A. U. 508. quo Cos. fuit Fabius Buteo, a Romanis classem in Africam missam, marique cum Pœnis pugnatum fuisse. Hoc verum videtur. Et Romanos tum ne classem quidem habuisse cognosci potest e Polyb. I. 55. et 59. Nam quod Pighius ad illum annum putat, verba Flori de classe privatorum, de qua ad A. 506. scribit, accipienda esse, id non magnam veri speciem habet: nec probabile est, Consulem Pop. Rom. classi privatorum præfuisse, et Polybium, qui omnes pugnas navales, et naufragia classium Romanarum adcurate recenset, hanc victoriam et naufragium classis eorum præteriturum fuisse. Vix dubito, quin hoc quoque inter errores historicos Flori referendum sit.

§. 31 *Opulenta præda classis*] Ut Virg. dixit, Æn. I, 451. templum Junonis, 'Donis opulentum et numine Divæ.' Vid. Liv. XXXV. 1. 'Opulentum prædæ exercitum:' ubi plura Gronov.

Omnium imperia gentium, insularum littora implevit] *Imperia* hic locum non habet si attendas: nam *præda implevit omnia imperia gentium*, est, ditavit omnium gentium imperia. Sed hoc stulte diceretur: præterea præcedens copula in verbis 'Africam et Syrtes' hic aliam postulat copulam, si Latine velimus loqui. Videtur igitur Florum scripsisse, *Africam, et Syrtes, et omnium ripas gentium, et insularum littora implevit*: ut in IV, 11. *ripam* quoque pro littore posuit, in ejusdem fere sententiæ loco: 'Mille aliarum gentium spolia in ripam assidue mota ventis maria removebant.' *Græv.* Tollius pro *imperia* conjecerat *promontoria*, vel *promontoriorum*; credo, quia paullo post dicit Florus 'omnibus promontoriis;' vel denique *in circa*. In scriptis nihil est subsidii; sed *imperia* omnino corruptum videtur. In margine Ed. Plant. adscripta erat conjectura sub nomine Lipsii: *omnia imperitia regentium insularum litora*. Non tam conjectura, quam audacia reprehensione digna est, quod id in contextum intulit. Lucretius II. 560. in descriptione naufragii, 'Per terrarum omneis oras fluitantia aplustra' memorat. Si hic indulgere vellem conjecturis, quales sæpe proferri video, unde prima syllaba in *imperia* oriri potuerit, et quid ex eo, quod illa sublata superest, fieri possit, fortassis viderer alicui reperisse non, quod pueri se in faba clamitant, et facerem exemplo virorum bene de re literaria meritorum, in quorum commentariis in Justinum vix ulla pagina est, in qua non hujus generis aliquid legatur. Sed abstineo; nec credo ita curari posse hunc locum. Eruditiss. Marklandus in Epist. Crit. ad Fr.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

This book should be returned the Library on or before the last d stamped below.

A fine of five cents a day is incurr by retaining it beyond the specifi time.

Please return promptly.

Digitized by Google


Widener Library
3 2044 098 638 976

Digitized by Google